Digitized by Google

DON ANTONII
CABREROS AVENDAÑO
I.C. MADRITENSIS

METHODICA DELINEATIO

DE METV:

Omnibus tam IVRIS, quàm THEOLOGIÆ Profeſſoribus utiliter præſcripta, & adprimè neceſſaria.

E CANONVM, LEGVMQVE ALMO TRIPODE COMPACTA: TVM PATRVM, TVM HISTORICORVM, TVM ETHNICORVM PHILOLOGIA, GNOMISQVE INLVSTRIS.

Sub feliciſsimis auſpicijs COMITIS DVCIS.

Iunior ſum tempore, idcircò demiſſo capite veritus ſum indicare meam ſententiam, Iob 32. verſ. 6.



CVM PRIVILEGIO. MADRIDII,

EX TYPOGRAPHIA FRANCISCI MARTINEZ.

ANNO CIↃ IↃC XXXIV.

D. D. GASPARI
DE GVTHMANN,

EXCELLENTISSIMO COMITI OLIVARVM, DVCI DE SANT-LVCAR; REGIO HYPPARCHO, SVMMO SACRI CVBICVLI PRÆFECTO, HISPANIARVM MEGISTANI, STATVS, ET BELLI SYNEDRO CLARISSIMO, NOVI-ORBIS CANCELLARIO SVPREMO, TRABEATÆ ALCANTARENSIS MILITIÆ PRÆCEPTORI SACRO, ET HESPERII EQVITATVS DVCI MAXVMO, OB VIRTVTVM FOECVNDVM GERMEN REGI NOSTRI INVICTISSIMO CHARO, GVTHMANNÆ GENTIS GLORIÆ, MVSARVM OCELLO, HYPERASPITI PIENTISSIMO, DYNASTÆ MITISSIMO, OMNIGENA ERVDITIONIS SVPELLECTILI CONSPICVO HEROI, LITTERATORVM FAVTORI DIGNISSIMO; SCIENTIARVM CVLTORI VENERANDO, MAGNANIMO PRINCIPI, SIDERI LIMPIDISSIMO; THEMIDIS PROTECTORI,

D. ANTONIVS CABREROS AVENDAÑO

D. D. C.

VEreor (EXCELSISSIME TOPARCHA) ad tua faſtigiata pulvinaria adcedere cum tã parvo fructuũ A *calatho*: tenues ingenij mei fœtus ad tanti ſplendoris aras reverenter adpendo. B *Vtroque pollice favere* non ſinas. Nam C *Et Dijs lacte ruſtici, multæque gentes ſupplicant, & mola tantùm ſalſa litant, qui non habent thura, nec ulli fuit vitio Deos colere quoquomodo poſsit.* Arden-

A De quo *Prado in Pentec. c. 46. fol. 305.*

B *Horat. epiſt. 18*

C *Plin. in Præf. ad Veſp.* de Mola ſalſa in ſacrificijs *Ioann. Hering. de molendin. q. 1 num. 14.* cum Criticis.

tis calami noſcitur cultus hoc præſentaneo donariolo;

Nec quæ de parva pauper Dijs libat acerra
Thura minus grandi quàm data lance valent.

Nulla maior cura preſſit in animo, quàm ut tuo NOMINI, macté NVMINI conſecrata opella decumana videatur, ſi ità fauſtè germinet me ceſpitantem, D *Videor iam nunc poſſe reſcribere opus eſſe pulcrum, nec ſupprimendum.* Radiantis ſideris lumen cũcta caligantia reſpuit, vertit in lucem, quæ obtenebrato nubilo ſiſtebant: unde lucem, quam à me non poteſt, à TE percipiet ſcriptio. E *Qui enim in Solem venit, colorabitur.* O quàm certa figitur favoris aura! O quàm fixa cernitur benivolentia! Iure igitur ad TE (EXCELLENTISSIME PRINCEPS) F *tanquam ad beneficum ſidus certatim advolo*; iam ingentis prothymiæ ſpirantia flabra me foveant ad tantam anchoram confugientem; ut ſentiam in labore levamen, quodque æternùm impertis omnibus adfluenter. G *Illius* PRINCIPIS *magnitudo ſtabilis fundataque eſt, quam omnes tam ſupra ſe eſſe, quàm pro ſe ſciunt.* Feres inextinguibilem LVCERNAM H uſque ad ultimos Poli meatus; perges pleno gradu expeditâ iſtâ, & compendiariâ ad immortalitatem viâ. Præclarè enim dixit Plinius; I *Deus eſt mortali iuvare mortalem, & hæc ad æternam gloriam via.*

Eo, quo ſoles (HEROS ILLVSTRISSIME) amore proſequaris opus, & excipias; qui longè pluris, quàm excellens faſtigij apex æſtimari debet. K *In manſuetudine* (inquit *Eccleſiaſticus*) *opera tua perfice, & ſuper hominum gloriam diligeris.* Ferreus planè ſit, qui TE non amet! non in oculis ferat! L *In cuius unius mili-*

D Plin. lib. 3. epiſt. 15.

E Cic. lib. 2. de nat. Deor.

F Senec. lib. 1. de clem. cap. 3.

G Senec. ubi ſup.

H Symbolum Principatus. Nos lib. 1. c. 7. n. 7.

I Plin. lib. 2. hiſt. nat. c. 7.

K Eccleſ. c. 3. ỳ. 19.

L Senec. lib. 3. cont. 29.

militia poſita eſt ſalus publica. Nam *omniũ ſomnos* TVA *vigilia defendit, omnium otium* TVVS *labor, omnium delicias* TVA *induſtria, omnium vacationẽ* TVA *occupatio* M. Verè egregia facta velut digito TE demonſtrant, & poſteritati commendant.

M *Senec. in conſ. ad Polyb. cap. 26.*

N *Illa tamen laudant omnes, mirantur, adorant.*

N *Mart. lib. 4. epig. 49.*

O *Vnumquodque tuum facinus ex univerſis concretum virtutibus videtur.* P *Itaque grandævum iam Imperium videbitur his, qui non ratione dierum, aut menſium, ſed operũ multitudine, & effectarum rerum modo* TVA *aurea tempora metientur.* Teſtabuntur Annalium volumina, fatentur Omnes. Felix ſanè moderamen, cuius habenas tenêre premeris, cuius inſtitutionẽ ſuſtines, ut alter Atlas, Cœli pondus, cuius ingentem mollem tot anfractibus, & ambagibus plenã, & Gordianis nodis implicitam melior Theſeus explicare ſatagis. Q ADSVMPTVS *es in laborum, curarumque conſortium, nec* TE *læta, & proſpera ſtationis iſtius, ſed aſpera & dura ad capeſſendam eam cõpulerunt.* Hinc de TE dici poteſt, quod *Horat.* de Auguſto:

O *Plutar. de fort. Alex.*
P *Mamert. in Pan. Iul.*
Q *Plin. in Paneg.*

TE *copias,* TE *conſilium, & tuos*
Præbente Divos.

MAGNANIME PRINCEPS!

R *Purpura* TE *felix,* TE *colat omnis honos.*

S TE *fama,* TE *gloria,* TE *ad ſidera tollat humus.* Iuſtâ tamẽ causâ cùm ſis T *acer cõſilio, manu ſtrenuus, charus Principibus, vulgo militum acceptior,* ut de Parmenione cecinit *Curtius*: *Conſilium habes fidele*, utpotè imbutus paternâ diſciplinâ tã Sago, quàm Togâ inluſtri, ut munia rectâ diadoſi exercita ab Tuo Enrico patefaciunt, quibus non minor gloria, quàm fama Hiſpanis oris ſubſtitit. V *Nihil hac memoria fe-*

R *Mart. lib. 8. epig. 8.*
S *Plin. in Paneg.*
T *Curt. lib. 7.*
V *Val. Max. lib. 2. c. 10. in fin.*

licius, quæ tantum venerationis in tam parvo ære poſſedit.

x *Curt.lib.9.* Iam TVA qualia! x *Igitur æmulatus Patris non gloriam ſolùm, quam ex Gentibus deportaverat, ſed etiam famã* ad debitám normam excutris:

y *Mart.lib.7. epig.1.* y *Felix ſorte* TVA *es: ſacrum cui tangere pectus*
Fas erit, & noſtri mente callere Dei.

Vnde percipitur Regias curas non ſine felicitatẽ ad TE adpuliſſe. Ritè ad ſublimioris Poteſtatis culmen aditus patuit, cùm omnia ſub trutina, & æquo libramine penſes, dignior eſſe tholis:

z *Corip.lib.4.* z *Conſule* TE *fœlix*, TE *Princ.pe floreat Orbis.*

A *S.Iſid.Peluſiot. lib.2.epiſt.151.* A *Es enim omninò Moderationis Delubrum, Domicilium Prudentiæ, Fortitudinis Arx, Metropolis Iuſtitiæ, Humanitatis Penu, Manſuetudinis Sacrarium.* Aſtrea TE petit, utpotè iuſtiorem Iudicem, TE quærunt ſtudioſi, & venerantur; imò conquiris doctiores, B *Philoſophi porrò animi eſt ſapientiæ amore capi, ſapienteſque viros in primis ſuſpicere,* ut ad debitum meritorũ cumulum per dignitatis gradus ſcandant è recluſis triclinijs educens. O quàm graphicè C *Prudentius* TE depinxit!

B *Plutar.de fort. Alex.*

C *Prudent.lib.1. cont. Symmach.*

Denique pro meritis terreſtribus æqua rependens
Munera, ſacricolis ſummos impertit honores
DVX BONVS; *& certare ſinit cum laude ſuorum,*
Nec pago implicitos per debita culmina mundi
Ire viros prohibet.----

D *Lib.4.epiſt.7.* O quàm verè D *Symmachus*! *Eſt quidem* RECTORI *noſtro divini fontis ingenium, & omnium virtutum prompta natura.* Mactè ergo (MAECENAS CLARISSIME) in breve perennis meæ erga TE obſervantiæ Mnemoſynon, & adfectus monimentũ hoc opus ſinas inter alia perſtare; E *Præmiũ autẽ quodnã erit!*

E *Heliod. lib.2. Æth.fol.102.*

excipe ſinu, fove ſub umbra, nec quis tam triſtis, velut Orbilius F alter cenſoriâ virgulâ latè utetur, arcet, terret NOMEN, & NVMEN TVVM, cuius *Clypeus* G fortior *Agamemnonis*: ideò Libri frontem *de titulo* TANTI PRÆSVLIS *munivi*, ex ſententia H *Auguſtini: Vt cùm titulus lectus fuerit, conterritus quis potentia Nominis, abſtineat ſe ab invaſione.* Supplex TE exoro, (EGREGIE DYNASTA) ut huius operis tranſcurſum facias, & lectioni vaces, ſi tanta curarum moles ſaxit. O utinam! I *Quòd ſi quãdo cum influentibus negotijs paria feciſti; inſtar refectionis exiſtimas mutationem laboris,* ut maiorem carpas, ſume librum, honora chartas, luſtra pagellas; quo fiet, ſi TIBI placeat ſcriptum æternare me denuò noviora TIBI inſcribenda parare coactum; K *Graviſſimi Principis* (ait ille) *iudicium etiam in minoribus rebus conſequi, pulcrum eſt.* Vale Noſtræ LAVS Hiſpaniæ, & CORONA, & TIBI L *dies omnis ſumma cum utilitate noſtra, & TVA laude condatur. Dent* TIBI *ætatem Dŷ, quã mereris, ſerventque animum, quem dederunt.*

F *De eo Sueton. de illuſt. Gram. c. 9*

G *De quo Pauſan. lib. 5. Alex. ab Alex. lib. 6. Dier. Gen. c. 22. fol. 718 ubi Tiraq.*

H *D. Auguſt. in Pſalm. 41. expoſ. 2*

I *Plin. in Paneg.*

K *Plin. Iun. lib. 4. epiſt. 8. Caſſiod. lib. 9. ep. 13. Turtur. in Sacel. Regio, cap. 7. n. 31. & 32.*

L *Plin. in Paneg.*

Tuus ex animo, & voto

D. Antonius Cabreros Avendaño.

SYNOPSIS PRIVILEGII REGIS CATHOLICI.

PHILIPPI IV. Hiſpaniarum REGIS authoritate cautum eſt,ne quis intra proximos decem annos in Regnis ſuis excudere audeat Librum inſcriptum METHODICA DELINEATIO DE METV, Authore D. Antonio Cabreros Avendaño, ſine eius adſenſu, & prævià facultate, ſub pœnis in originali Diplomate conſtitutis, expedito MADRIDII duodecimo Kalendas Octobris,anno 1633.

SVMMA DE LA TASSA.

LOs Señores del Conſejo de ſu Mageſtad taſſaron eſte Libro intitulado *Methodica delineatio de Metu* a cinco maravedis i medio el pliego, como conſta de la fè que dello dà Diego Gonçalez de Villarroel Eſcrivano de Camara de ſu Mageſtad. En Madrid a ſeis dias del mes de Mayo de mil ſeiſcientos i treinta i quatro años.

PRÆTERMISSA ET ERRATA SIC CORRIGAS.

PRolog. in princ.lin. 2.iuventis, lege iuvẽtutis. ¶ Fol.3.lin.45.aut, lege autem. ¶ Fol.5.lin.23.formidine,lege formidinem. ¶ Fol.17.lin.33.ſymptomatæ,lege ſymptomata. ¶ Fol. 22.lin.8.actionis,lege actiones. ¶ Eod.fol.lin. 37. quemdum,lege ſequendum. ¶ Fol. 176. col. 2. lin.16. eius, lege etiam. ¶ Fol.199.lin. 11.probatio non,lege probatiori. ¶ Fol.101.col.1.lin.25.ſervis, lege Servius. ¶ Eod.fol.col.2.lin.3.me,lege mea. ¶ Fol.254.col.2.lin.14.nus, lege num. ¶ Fol. col. lin. poſſe,lege poteſt. ¶ Fol.288.col.1.lin.9. cultu,lege cultum. ¶ Fol.385.col.1.lin.6. Procurarorem, lege procurationem. ¶ Fol.401.col.1.lin.26.continentem,lege continens. ¶ Eod.fol.col.2.lin.29. re,lege rerum. ¶ Fol.265.col.2.lin.16.per,lege pro. ¶ Fol.465.col.2. lin. 16. propoſita,lege propoſitæ. ¶ Fol. 449.col. 1.lin. 35. quædam, lege quendam. ¶ Eod.fol.col.1.lin.46.adorato,lege odorato. ¶ Eod.fol. col.2.lin 10. adoris, lege odoris. ¶ Fol.457.col.2.lin.9.eum,lege ea. ¶ Fol. 512.col. 2.lin.37. viatoris lege viatoribus. ¶ Fol.131.col.1. lin.1.prohibitam, lege prohibitum. ¶ Fol.549.col.2.lin.49.carceri,lege carcer. ¶ Fol.514.col.1. lin. 32. pellex, lege pelles. ¶ Fol.513.col.2.lin. 29. carcerem,lege carcere. ¶ Fol.16. lin.1. col.1.ex mali futuri,ſeu imminentis,lege ex malo futuro,ſeu imminẽti. ¶ Fol. 17. col. 1. lin.20. alios, lege allici. ¶ Fol.6.col.2.lin.40. Gyans, lege Gyaris. ¶ Fol.551.col. 1.lin. 36.abfuiſſe,lege adfuiſſe. ¶ Fol. 572.col.1.lin 20.ad de lib.8. ¶ Fol. 232. col.1.lin. 30.reſtituit,lege reſtitit. ¶ Fol.11. col.2. lin. 31.nallus,lege nullus.

Liber hic nomine inſcriptus Methodica Delineatio de Metu, Authore D. Antonio Cabreros Avendaño, correſpondet ſuo exemplari demptis his mendis. Datum Matriti die ſexta mẽſis Maij. Anni 1634.

Lic.Franc.Murcia de la Llana.

ADPROBATIO EMINENTISSIMI Doctoris Ioannis Valboa de Mogrobejo, in Regio Rei Dominicæ Conventu Fiſci Patroni meritiſſimi, olim in Salmanticenſi Licæo Primarij Iuris Pontificij Anteceſſoris, toto terrarum ambitu celebratiſſimi, & ſcriptis famigeratam ingenij aciem ſtillantibus ſatis noti.

DE mandato & cõmiſsione Supremi Regij Senatus vidi, legi, & perlegi (non ſine magna admiratione) Librum hunc Inſcriptum, METHODICA DELINEATIO DE METV, acutiſsimi Licentiati, ſtrenuique adoleſcentis D. Antonij Cabreros Avendaño Iuriſconſulti Madritenſis, in eoque nihil inveni bonis moribus, neque CATHOLICAE RELIGIONI repugnans, aut in minimo lædens, ſed potiùs ſanam doctrinam; & Scriptorem adoleſcentem miræ eruditionis, & variæ lectionis, etiam bonorum Authorum, & ſacrorum Patrum nõ mediocriter eruditum, ſummá etiam Scriptoris diligentiam, aſſiduum, & immenſum laborem: quapropter opus cẽſeo dignum typis mandari ad communem utilitatem Reipublicæ, & aliorum adoleſcentum exemplum. Madridij die 12. Menſis Septembris, Anno Domini 1633.

El Dotor Valbóa de Mogrobejo.

ADPROBATIO CLARISSIMI, SAPIENtiſſimique Doctoris Don Petri de Vega de la Peña, in Vallis Oletano Senatu Regij Auditoris laudatiſsimi, Primarij quondam Salmanticenſis Academiæ Iuris Civilis Anteceſſoris, verè litteratum omnium Primoris.

EX *commiſsione Domini Vicarij Madritenſis attentè vidi, & perlegi* Tractatum de Metu, à Don Antonio Cabreros Avẽdaño delineatum, *in quo nihil inveni* FIDEI, *aut bonis moribus contrarium, imò multa ſcitu digna, & omnia admiranda, & utique digna, ut prælo dentur. Ità cenſeo, Madridij 6. Septembris Anno 1633.*

Doctor Don Petrus de Vega de la Peña.

Diò licencia el Ordinario por lo que a èl toca, en Madrid a ſiete de Setiembre de mil y ſeiſciẽtos y treinta y tres años.

EPIS-

EPISTOLA AD AVTHOREM R. P. PAVLI SHERLOGI E Societate Iesv Theologi eloquentiſsimi, & acutiſſimi, profanâ, & divinâ penu Scriptoris abundantiſsimi, ut teſtantur ſua in Canticorum Canticum Anteloquia ubique probatiſsima.

CLARISSIMO IVRISCONSVLTO D. D. Antonio Cabreros Avendaño, Paulus Sherlogus, è Societate Iesv *omnem ex* Christo *ſalutem.*

De Metu ſcribis (diſertiſsime Antoni) quid Rei eſt? quæ Naturæ inverſio? Metus ſqualeſcens, pallidus, degeneris Animi: Nihil iſto tuo Metu conſtantius, nihil celſius: & politus & vernātiſsimus eſt: gaude miraculo: Devoraſti Scriptores penè omnes bonus Heluo: Quāta notitiæ amplitudo luſtris nondū exactis quinque? ut & Tu confidenter dicere valeas; A *Nos ſumus, qui nullis annis vacationem damus: Nos ſumus apud*
A *Seneca de vita beata, cap.* 32.
quos nihil otioſum eſt: iam illa tua humanitas erga novos etiam Authores Sido-
B *Lib.8.epiſt.*11 nio utere encomiaſte: B *Legebat* (inquit de quodam ſuo) *inceſſanter Authores cum reverentia antiquos, ſine invidia recentes.*: excurris interdum viſus itinere decedere non intempeſtivis quibuſdam amœnitatibus, dum iuris relicto ſcopo faciliores diſciplinas pertractas; hoc eſt caſtigare magnarum Artium ſeveritatem dulcedine: benè precabitur cultus Lector: At faſtidium pariet lon-
C *Epiſt.*27. gitudo? nihil eſt quod timeas: patrocinabitur Annæus Seneca: C *Nunquam nimis dicitur, quod nunquam ſatis diſcitur*: adſciſce & Plinium Iuniorem tibi: &
D *Lib.*1.*epiſt.*20. D *Hercle* (aiebat ille) *ut aliæ bonæ Res, ità bonus Liber melior eſt quiſque quo maior: Vides ut ſtatuas, ſigna, picturas, hominum denique, multorumque Animalium formas, arborum etiam ſi modò ſint decora, nihil magis quàm amplitudo commendet: idē orationibus evenit; quin etiam voluminibus ipſis authoritatem quandam & pulchritudinem adducit magnitudo*: Perge ad claritatem, juventute inclytâ tuâ quotidiè magis, perge Librorum ſelectis fœtibus, hoc eſt vivere, nihil de caducis iſta non demolitur edax Tempus: ſapientiæ nocêri non poteſt virtutibus coniunctæ talis apud Te: ama & reverère ſemper. Vale.

D. FRAN-

D. FRANCISCVS CABREROS AVENDAÑO FRATRI SVO

F. P. P.

GRATVLOR tibi (mi Antoni) de tanto opere, lætor, qualiter prata ridenr Solis adventu; nam volupe iactas, ſuavitet tonas, & Scriptor acutus ferculum cunctis paras, abſque mangonio proſtat Liber in pergulâ, æternaturus in Ævum, feret multam ætatem. Nullus ſanè ſit, qui non miretur Te Iuvenẽ amuſſum; indigeret Sophum: A *O! ornamentum Iuventutis, pudor, ſeges veræ gloriæ, & doctrinæ*; quæ vernat in fructu, dum ſperaretur in flore. B *Tu is es eximie*, Frater; *quem virtus, eruditio, & eloquentia commendãt*, ſed habes litreras ſine iactantia, procacia, vanitate. Felicem animi & iudicij. C *Quis comparari tibi non reformidet?* O mirè aurea tractatio, & ſtylus! D *Quo nihil verius, nihil ſimplicius, nihil candidius, nihil fidelius novi.* Quàm rectè Cicer. E *Nimium boni eſt, cui nihil eſt mali.* Mactè, mi Frater, egregiâ matheſi creperam Delineationem patas, Legalem Peritiam adptimè calles, aſt dedit

F *Anxietas animi, continuuſque labor.*

Sed G *maius nullum eſt felicitatis ſpecimen, quàm ſuper omnes ſcire cupere.* H *Tu Muſas, Te illæ amant.*

I *En patet in laudes area magna tuas!*

Quot gemmæ in compta opera niteſcunt! quot eruditionis floſculi micant! quot oppidò politi excurſus ornant? quot enodati labyrinthi patenr! quot difficilia ſedantur iura! Ineſt periergia in ſelectioribus ad amuſſim, ad miraculum uſque edoces: ingenti Didaſcaliâ polles, verè felix, qui Te fruor, & copiâ benivolentiæ ſimul, & doctrinæ tuæ obruor. Iam mores tui quales? non meliùs quàm *Poëtæ* verbis deſcripſerim,

---Fœcunda quies, virtuſque ſerenâ,
Fronte gravis, ſævuſque decor, luxuque carentes
Deliciæ.----

K *Ornat hac magnitudo animi, quæ nihil ad oſtentationẽ, omnia ad conſcientiam refert:* Quid ergo mens tumida, niſi amnis rapidus, qui non quatit ſonoro murmure lapillos, ſed premit Cataclyſmo, inundat profluvio Lympharum ſalientium. O audaciam! L *Quæ perverſa ingenia confirmat.* Iam video Zoylum inſidiantem operi modeſto, quianam? M *Satis ipſum nomen Philoſophiæ, ſi modeſtè tractetur, invidioſum eſt.* Et profectò plebecula ſæpè in urbibus procax potiùs eſt, quàm urbana, nec humanitate illâ, quæ hominum politorum propria eſt, tincta, N *ut ſunt procacia urbanæ plebis ingenia petulantibus iurgijs illudunt.* Nec vereor, cùm ſit

O *Menſa nitens, quam non cenſoria regula culpet.*

Liber doctior eſt, ſed novior, cùm nova tractes, congeras ſparſa, & carpas ab alienis viridarijs poma, ſeu fructus, qui non maturuerant; donec cultâ manu nu-

A *Iuſt. Lipſ. cent. ſing. ad Ital. & Hiſpan. epiſt. 4.*
B *Idem Lipſ. ibi, epiſt. 51.*
C *Plin. in Paneg.*
D *Plin. lib. 2. ep. 9.*
E *Cic. 2. de fin.*
F *Ovid.*
G *Plin. lib. 35. c. 2.*
H *Iuſt. Lipſ. cent. 1. miſc. epiſt. 17.*
I *Ovid.*
K *Plin.*
L *Plin.*
M *Senec. ep. 5.*
N *Tacit. lib. 3. Ann.*
O *Auſon. in profeſſ. carm. 11.*

nuperâ indagatione percepiſti. Lemma eſt de Metu. O graphica diſceſsio! O decumana tractatio! In ipſo limine probatur opus, P *Quoſdam ſolet commendare materia, & aliquoties fortaſsè Lectorem ſolùm lemma ſolicitat tituli, ut feſtivitate perſuaſus, & ineptiam ferre contentus ſit*; verùm in ipſo opere laudaris. O Iuvenis magni ingenij maiora Te ſpectant! quibus me, & patriam illuſtres, æternabit ſcriptio tanta, etſi renuat invidia: Q *Homines enim, cùm rem deſtruere non poſſunt, iactationem eius inceſſunt.Ità ſi ſilenda feceris, factum ipſum, ſi laudanda, quod non ſileas, ipſe culparis.* Apagè, iam audio calumniantium cœtus adſantes; eugè Frater! cur cenſeas! Frater es, ſuſpicionis notâ inureris; cùm commendes, laudet alienus: ſed obex diſſecatur apertè: nam claret opus, non eget meâ prædicatione, amantiſsime Frater.

P *Auſon. præfat. Parent.*

Q *Plin. lib. 1. epiſt. 8.*

R *Auſon. epiſt. priori ad Theon.*

R *Hæc quoque ne noſtrum poſſint urgere pudorem,*
Tu recita, & verè poterunt tua dicta videri.

Redama iugiter me, hæc do in publicam teſſeram; ſicut aqua multa per exiguum canalem, quæ vult egredi, impetu ipſo ſiſtitur, & ſe includit, ſic mihi fit, qui copiâ prothymiæ, & beneficentiæ tuæ inundor, atque hanc remitto, illam intimis votis, ut in me ſerves, depoſco. VALE, mi Frater, ad deſiderium noſtrum.

Tui amantiſsimus, & obſequentiſsimus Frater

D. Franciſcus Cabreros Avendaño.

AD

AD LECTOREM.

CENSEBIS (Lector candide) me nimis audacem, cùm in tenero iuventis flore vix ſeptimâ trieteride completâ tantum opus aggredi non ſim veritus: fateor equidem:

Magnum iter aſcendo, ſed dat mihi gloria vires;
Non iuvat ex facili lecta corona iugo.

In re plena timoris animus non ceſsit, nõ clueo amuſſus, ſed litteratiæ vacationis adoreâ plenus, cupidus in crepera difficultate haud impegi, & mare huius tractationis procellis tumens verrere cordi fuit: etſi Corculis datum. Temeritatis notâ inuror, blennus adſto, ſed in ipſa catacriſi excuſatio proponitur, ne decachinneris adoleſchus, ſive nugator, iam *Quintil.* [A] prævidit: *Fructum ſtudiorum viridem, & adhuc dulcem promi decet, dum & venia, & ſpes eſt, & paratus favor, & audere non dedecet; & ſi quid deſit operi, ſupplet ætas, & ſi qua dicta ſunt iuveniliter, pro indole accipiuntur.* Deponas caninos dentes; nam ſi me dementiæ metas attingere iudicas, maximi ingenij virum me fateri neceſſe eſt, ut prudenter advertit *Senec.* [B] *Nullum magnum ingenium ſine mixtura dementiæ fuit.* Obex in propatulo adpenditur. [C]

---O puer! ut ſis
Vitalis metuo---

præcox ingeniorum genus numquam pervenit ad frugem. [D] Gordianus hic nodus facile diſſecatur; nõ Ego, ſed opus reſpondeat; quælibet linea, ſeu gramme graphicè demonſtrabit, Apageſsis in curioſitate malivolentia eſt, comptè *Plaut.* [E] *Nam curioſus nemo eſt, quin ſit malevolus:* Vnde ſinas curioſitatem, aut ad alteram ſatisfactionẽ accingar, ſi nolis. Audi D. Ignat. [F] *Nõ eſt contẽnenda iuventus. Quandoquidem non longi tẽporis ſunt ſapientes, neque ſenes ſciunt prudentiã; ſed ſpiritus, qui eſt in hominibus.* Gladius ad radicem eſt. [G] *Quæ ſparſim, & interciſsim apud complures Scriptores intervallata cum labore reperiebantur, in unum quaſi corpus redacta collegi, ut citra fatigationem, moroſamque inveſtigationem ſe offerant obvia ſtudioſis.* [H] *Omnia noſtra ſunt, & nihil, verba tamen & ſententias variè conquiſivi:* abſtruſa quædam hermeniâ ſive luce donavi, futilia, & abydena expui, acoſmiam, & confuſam rerum congeriem fugavi, acrotetum, ſermonemque intempeſtivum reieci, floridum excurſum, & ecbaſin feci; innumeris eruditionis floſculis diagramma ornatur, & titulus, ab antiquitatis ſinu velut è Hippolyti antro erui non iniucunda, quibus ſcriptionis rivulus latè divagetur, [I]

---Audi facinus maioris abollæ.

A Quintil. lib. 12. cap. 6.
B Senec. de tranq. c. 17. in fin.
C Flac. lib. 2. ſermon.
D Fab. lib. 1. c. 3.
E Plaut. Stich. Cic. 1. de fin.
F D. Ignat. ep. 3.
G Beroald. in flor. Poët. Cornel. Tacit. de Orat.
H I. Lipſ. in prol. Polit.
I Iuven. ſat. 3.

Opponés,quid tibi cum Muſis,cùm legalem,enodationē quætis, & Divorum Pſephiſmata conquiris explicāda: diſtant humaniores apparatus ab legibus,verè enim graviota tractant,&quæ neutiquā hâc ſpeculatione falluntur? Ad diſſolutionē fax accenditur; nam etſi ſeveriores tractatus ex ſui natura hæc haud requirant,tamen ab amœnis vitidarijs fomentū capiunt, & homini ſublimioribus cutis diſtento manſuetiores Muſas agere cur non licebit? [k]

---Amant enim alterna Camœnæ.

O! quàm verè *Velles. Familiare eſt hominibus omnia ſibi ignoſcere;nihil alijs remittere.* Periculoſam aleam ſubite conrendo: [l] *Magnum eſt dare aliquid in manus hominum,*& præcipuè inſciorum,cùm quæ nō teneāt, carpant,& quæ ignorent,illudant,ut ità ſapientes habeantur. In procinctu adſum. Nam Sapiens Romanus aiebat, *Æquo animo audienda eſſe imperitorum convitia,& ad honeſta vadenti contēnendū eſſe iſtum contemptum.* Mitè Senec. [m] *Interſit aliquid inter clamorem Theatri,& Scholæ.* Huius matetici cāpus ſpatioſè diffunditur,& patet,quamobrem ingentis occupationis obſtaculo divetſa Didaſcalotū volumina revolvi præpeditus,(utinā tes ſe getat fœliciter,& fauſto pede decurrat,ſi benè ceſſetit: [n]

O quantum mihi nominis paratur!)

[k] *Virg. eclog. 3. Lipſ. cent. 2. ad Belg. epiſt. 39. Beſold. lib. 1. Polit. c. 12. fol. 424. Villal. de Mag. lib. 1. c. 1. numer. 9.* comprè *Buda. in l. 1. §. pro inde de ſerv. corrupt. fol. 471. p. 1.*

[l] *Plin. Iun. lib. 7. epiſt. 7.*

[m] *Senec. ep. 52.*

[n] *Mart. lib. 7. ep. 96.*

Ex quibus hoc opus exctevit,agnoſco lubens, imò debeo;laus eſt fateri,eleganter *D. Iſidor. Peluſiot.* [o] *Videris(ut nonnulli aiunt) alienis laboribus te ipſum ornare,atq; aliorū ſudoribus frui, cæterùm aliqui quidem hoc nomine te accuſant, Ego verò non nihil laudo.* Mulia hûc ſpectantia omiſſa reperies,ne damnes,brachio pallium diſputationis retottum haud ſivit ad alia meatum, cùm advetſariorum tela tetundere equis,& quadrigis volebat,ſed ſiſte gradum,tuo te gladio iugulas,& enſe proptio internecas, doctè *Polyb.* [p] ſic adfatur: *Oportet eū,qui rectè ſit iudicaturus de Scriptoribus,non ſecundùm omiſſa,ſed ſecundùm dicta iudicare.* Ingentia iura ad cataſtrophen uſque difficilia enodata comperies, & novis intelligentiæ fulcris ſplendendentia,& humaniotis litteraturæ candore notata, ſubiiliteiq; explicita(abſit iactatio) [q] *Vtiliſſima* enim *eſt diſſimulata ſubtilitas, quæ effectu adparet,habitu latet*: Opinionum novitas habeiur,multi taxantur rationum pondere,non vivido contradicendi ſtudio(verum amo)ſed noſcendæ veritatis ardenri deſiderio. Adduco plutima in ornatum,ne ea faſtidio proſequaris. [r]

Prætereas ſi quid non facit ad ſtomachum.

Labor improbus fuit,lauda,ſeu corrigas [s] per incitamenta ptæconI. Vlterius ſi ſcripta tibi diſpliceant, (quod abeat) neſcas ex *Mart.* [t] quòd

[o] *S. Iſid. Pel. lib. 3. epiſt. 183.*

[p] *Polyb. in Rom. hiſt.*

[q] *Senec. lib. 1. cont. in præfat.*

[r] *Mart. lib. 13. epiſt. 3.*

[s] *Caſiod. lib. 8. epiſt. 23.*

[t] *Mart. lib. 7. ep. 84.*

---Facile eſt epigrammata bellè

Scribere: ſed librum ſcribere, difficile eſt.

Tamen te admonitum eſſe velim, ne tortus invidiâ, maledicentiæ virus evomas, Ego enim ſummopere lætabor, tunc decumanum opus agnoſcam, cùm viderim te illi invidere. v

Ecce rubet quidam, pallet, ſtupet, oſcitat, odit.

Hoc volo, nunc nobis carmina noſtra placent.

Tandem Lector piè advertas, quod x

Non cuicumque datum eſt habere naſum.

Sicque haud cupio ampliora, quàm ut docto placeat ſcriptum, & ſi aliorum in eo ſpongia involet. y

Si vis auribus Atticis probari,
Exhortor moneoque te, libelle,
Vt docto placeas Apollinari.
Nihil exactius, eruditiuſque eſt,
Sed nec candidius, benigniuſque
Si te pectore, ſi tenebit ore.
Nec rhonchos metues maligniorum,
Nec ſcombris tunicas dabis moleſtas.

Non potuit liber eſſe brevior, excurrit præciſa narratio. z

Quid prodeſt brevitas, dic mihi, ſi liber eſt?

Acutè *Plin.* A *Primum ego officium ſcriptoris exiſtimo, ut titulum ſuum legat, atque identidem interroget ſe, ſi quid cœperit ſcribere, ſciatque ſi materia immoratur, non eſſe longum.* Tua benignitas, & prothymia ſuaviter ſpiret, ut maiora quotidie in lucem profgrã, & quæ ſub manibus iam adſtant, Typis mandare exoptem, ſtimulus erit huius operis plauſus. B *Cùm in primis partus benè ſucceſſerint, facultaſque fœtificandi denuo adeſt.* Sed quid? C *Nullam exiſtimo ſcripturã aliquã ità fortunatã procedere, cui nullus omnino contradicat.* Non vereor, in proſphoneſi Numen adeſt, Tutamen glorioſum, D

Illo vindice nec Probum timeto,

Fugias vitilitigator inſcriptionem, & tantum Nomen revereatis. Etſi hanc materiem alius iam percurrit; tamẽ conciſſam orationem fecit, & brevi methodo, ſeu parvâ exaravit, diſpũxitque: quare non immeritò huic operi me adcinxi, ut longiùs excurrerem, cunctaque (prout vires ſuppetias ferrent) in unum cõgererem; effeci ſanè, inſcius tamen an ſatisfecerim, ſalebroſa res eſt, quam ſuſcepi, ſi placeat, laudo primum Nomodydactem; nam præbuit anſam, ut inſtaret otium tractatui. Vale Lector benevole, & vive diu; & noſtrum tractatum de Competentia iuriſdictionum propediem exſpecta.

v *Mart. lib. 6. ep. 61.*
x *Mart. lib. 1. ep. 42.*
y *Mart. lib. 4. ep. 88.*
z *Mart. lib. 8. ep. 29.*
A *Plin. lib. 5. ep. 6.*
B *Theoph. de cauſ. plant. lib. c. 16.*
C *Clem. Alex. lib. 1. ſtrom. c. 2.*
D *Mart. lib. 3. ep. 2.*

PROTESTATIO.

Quidquid non ſapiat rectam Fidem, indictum volo, iubeo ex ſententia animi lubentiſsimè, libentiſsimèque; & hanc paraſin voveo.

VENTVM EST AD SVMMVM, NIHIL A LIVORIS INIQVI
DENTIBVS INTACTVM EST ; SCANDIT IAM SIDERA PESTIS.
QVOCIRCA MOESTAE DEIECTAE VVLTIBVS ARTES
EXSILIO VOLVERE NOCENTES VERTERE TERRAS
EXOSSAE NIGROS MORES , ET CRIMINA SECLI.

Ità præcinit *Procyon Ioſephus Scaliger.*

ICHNOGRAPHIA CAPITVM LIBRI PRIMI.

CAP. I. *De origine metus, ac natura.*
CAP. II. *De definitione metus.*
CAP. III. *Quid differat à tremore, pavore, & alijs?*
CAP. IV. *De diſcrimine inter metum, & vim.*
CAP. V. *Quid differat metus ab animi paſsionibus?*
CAP. VI. *Quid diſtet à dolo metus?*
CAP. VII. *An metus ſit potior amore?*
CAP. VIII. *De quotuplicitate, & diviſione metus.*
CAP. IX. *De præſumptione, & probatione metus.*
CAP. X. *De purgatione, & ceſſatione metus.*
CAP. XI. *De voluntate inducta per metum qualis ſit.*
CAP. XII. *De actione metus.*
CAP. XIII. *De reſtitutione ob metum.*
CAP. XIV. *An contractus metu geſti validi ſint, necne?*

ICHNOGRAPHIA CAPITVM LIBRI SECVNDI.

CAP. I. *Vtrùm alienatio metu facta valida ſit?*
CAP. II. *Vtrùm confeſsio metu extorta teneat?*
CAP. III. *Vtrùm donatio ob metum habeat effectum?*
CAP. IV. *Vtrùm depoſitum metu exſolutum liberet?*
CAP. V. *Vtrùm electio metu facta ſubſiſtat?*
CAP. VI. *Vtrùm fideiuſsio ob metum operetur?*
CAP. VII. *Vtrùm iuramentum ob metum validum ſit?*
CAP. VIII. *Vtrùm acquiſitum propter ludum metu factum ſit reſtituendum?*
CAP. IX. *Vtrùm maioratus metu factus teneat, necne?*

CAP.

CAP. X. *Vtrùm profeſsio metu facta ſit valida?*
CAP. XI. *Vtrùm promiſsio ob metum teneat?*
CAP. XII. *Vtrùm iuriſdictio metu extorta valeat?*
CAP. XIII. *Vtrùm renuntiatio ob metum teneat?*
CAP. XIV. *Vtrùm reſignatio metu facta valida ſit?*
CAP. XV. *Vtrùm ſententia metu lata valeat?*
CAP. XVI. *Vtrùm ſacri Ordines ſuſcepti per metum imprimant characterem?*
CAP. XVII. *Vtrùm quis ad Baptiſmum poſsit cōpelli per metum?*
CAP. XVIII. *Vtrùm tranſactio metu facta teneat?*
CAP. XIX. *Vtrùm matrimonium ob metum ſit irritum?*
CAP. XX. *Vtrùm teſtamentum factum metu valeat?*
CAP. XXI. *Vtrùm votum metu factum obliget?*
CAP. XXII. *Vtrùm compromiſſum ob metum teneat?*
CAP. XXIII. *Vtrùm conceſsio vectigalium metu extorta ſubſiſtat?*
CAP. XXIV. *Vtrùm ſolutio coacta praiudicet ſolventi?*
CAP. XXV. *Vtrùm non adpellans propter metum excuſetur?*
CAP. XXVI. *Vtrùm conſtitutio procuratoris metu extorta valida ſit?*
CAP. XXVII. *Vtrùm licentia Prælati metu extorta excuſet religioſum à vitio proprietatis?*
CAP. XXVIII. *Vtrùm abſolutio à cenſuris metu facta operetur effectum?*
CAP. XXIX. *Vtrùm præventio ſuper exceptione metus, & ſimilium impediat executionem inſtrumenti, ſi ante eā aliquo modo exceptio probationibus fuerit detecta?*
CAP. XXX. *Vtrùm propter iuſtum metum excuſetur quis à crimine læſæ Maieſtatis, & ſimilium?*
CAP. XXXI. *Vtrùm propter iuſtum metum communicans cum excommunicato excommunicationem evadat?*
CAP. XXXII. *Vtrùm propter ſpectra licitum ſit recedere à locatione?*

CAP.

CAP. XXXIII. *Vtrùm ex contractu meticuloſo obligatio naturalis naſcatur?*

CAP. XXXIV. *Vtrùm libertas metu facta teneat?*

CAP. XXXV. *Vtrùm navis, quæ eſt inventa cum mercibus prohibitis aſportari à Regno in aliquem locum, ſit ne excuſanda, ſi eo pervenit vi ventorum & tempeſtate maris, aut hoſtium metu?*

CAP. XXXVI. *Vtrùm ex actu coacto inducatur conſuetudo?*

CAP. XXXVII. *Vtrùm Princeps loca cõmunia, aut privata ad venãdũ, aut piſcãdũ invitis populis ſibi vẽdicare poſſit?*

CAP. XXXVIII. *Vtrùm propter metum ignis venientis poſſit funditus everti domus vicini?*

CAP. XXXIX. *Vtrùm liceat comburere naves propter metum hoſtium, ut non fiant opulentiores?*

CAP. XL. *Vtrùm metu peſtis cõtrahendæ ab Eccleſia recedens, aut abſens ab ea non rediens, paratus alioqui redire ſemoto peſtis periculo, diſtributiones percipere queat?*

CAP. XLI. *Vtrùm meretrix publica ſit cogenda quemlibet admittere?*

CAP. XLII. *Vtrùm metu non recitans Horas Canonicas immunis ſit à culpa?*

CAP. XLIII. *Vtrùm metus excuſet à peccato?*

CAP. XLIV. *Vtrùm Iudex excuſetur, ſi legem fuerit tranſgreſſus propter metum periculi, vel ſcandali vitandi, & ex magna, evidentique cauſa?*

CAP. XLV. *Vtrùm propter minas ſit licita defenſio, & necare liceat?*

CAP. XLVI. *Vtrùm contractus in carcere geſti validi ſint?*

CAP. XLVII. *Vtrùm propter metum infamiæ ſit licitum duellum adceptare?*

CAP. XLVIII. *Vtrùm mulier, quæ incidit ſibi comam, ſeu capillos invito & coacto marito ſit excommunicata?*

SIVE *Relectio ſingularis de coma ad elucidationem text. in c. quæcunque mulier 2. diſt. 30.*

CAP. XLIX. *Vtrùm tutor, vel curator poſſit alienare ſine decreto molendina, & bona ſita iuxta flumen obnoxia inũdationi?*

7. 1. 34

DON ANTONI CABREROS AVENDAÑO I.C. MADRITENSIS

METHODICA DELINEATIO DE METV.

LIBER PRIMVS.

SVMMARIVM.

1 OMNIS inſpectio etymologia fit planior.
2 Metus inter animi paſſiones connumeratur.
Deducitur ab animi motu.
Falſus eſt vates.
3 Duces in bello nominare valdè boni eſt.
4 Formidabilior eſt Cervorum exercitus duce Leone, quàm Leonum duce Cervo.
5 Argæi pugnaverunt cum Sycioniјs, & eos vicerunt.
6 Ex timore plures mortui ſunt.
Item ex gaudio.
Qui metuunt, tremunt, ibi.
7 Primùm in Orbe Deos fecit Timor.
Timor inter Deos annumeratus fuit.
Et illi templa dicata.
Religio nata eſt ex timore.
Maxima ſecuritas timere leges.
8 Beatus homo qui ſemper eſt pavidus.
9 Omnes fiunt boni exhortatione præmiorum, & metu pœnarum.
10 Metus dicitur ex eo quòd amittatur cōſtantia, & 15.
11 Metus à valore deflectit.
12 Audaciæ opponitur metus.
Et metui audacia, ibi.
13 Triſtitia ſequitur timorem.
Eſt afflictio quædam voluntatis.
14 Metu animus perturbatur, & dubius redditur.
Spes, & metus duo affectus validi animorum, & ſæpè coniuncti.
Timore homines inducuntur ad conſulendum quod pertinet ad ſpem, ibi.
16 Sæpiùs opinione quā re laboramus, & 17
Peior eſt bello timor ipſe belli, ibi.
18 Non ad ictum tantùm exagitamur, ſed ad crepitum.
19 Meticuloſus colorē mutat, & inquietus eſt.
Metus mutos reddit, ibi.
Timor eſt vocis incitamentum, ibi.
20 Mediocriter timere ſatius eſt, quàm pe-

petulantiam oſtendere.
21 *Quando timendum ſit remiſſivè.*
22 *De magna vi timoris remiſſivè, 27.& 28.*
23 *Magnum ſupplicium eſt, quod ex metu oritur, & 24.*
25 *Metus facit ſilere, & 26.*
29 *Metus dicitur quaſi mentem tenens.*
30 *Excedens moderamen inculpatæ tutelæ non punitur de toto, ſed de exceſſu.*
31 *Metus improviſus inſtantis periculi tollit rectum iudicium, & conſilium deliberandi.*
32 *Iram cobibere difficile eſt.*
Eſt appetitus ultionis, ibi.

CAPVT I.

De origine ſeu metus natura.

1 OMNIS inſpectio etymologiâ cognitâ planior eſt, teſtè *D. Iſidor. lib. 1. Orig. cap. 28.* quà ratione non erit iniucunda, nec parum utilis indagatio. *Marc. Varr.* (de quo protulit *Auguſt. lib. 6. de Civit. Dei cap. 2. Tam multa legit, ut aliquid ei ſcribere vacaſſe miremur, tàm multa ſcripſit, ut vix quidquam legere potuiſſe credamus*) metum (quem inter animi paſsiones connumerat *D. Thom. in 1.2. q. 41. art. 1. Bellarm. to. 2. cõtr. lib. 2. de pœn. cap. 17. lit. C.*) ab animi motu deductum putat, eò quòd mens malè caſurum refugiat.
2 Et ſic dixit *Onoſander in ſtratagem. cap. 24. Metus falſus vates eſſe ſolet, ut quæ timentur, prius quàm fiãt, facta eſſe credantur, & omnia quæ noctu vel leviſſimè accidunt, maximum ſolẽt obſeſſis incutere timorem. Cicer. pro Cæcin.* hoc profitetur in hæc verba: *Exercitus maximi ſæpè pulſi fugatique ſunt terrore ipſo, impetuque hoſtium ſine cuiuſquam non modò morte, ſed etiam vulnere:* pulchrè proſequitur *Claud. Minois in comment. ad Alciat. Emblem. 122. Solorzan. de Indiar. iur. lib. 2. cap. 4. n. 72. & 73.*

3 Quod etiam demonſtratur *Iudic. capit. 7.* ubi *Gedeon* eius militibus iuſsit, cũ in hoſtes irruerẽt, inter alia ibi: *Cùm inſonuerit tuba in manu mea, vos quoque per caſtrorum circuitum clangite, & conclamate Domino, & Gedeoni:* ubi *Abulenſ. quæſt. 24.* aſſerit: *Hoc factum eſt ad hoc, ut cognoſceretur Dux exercitus; nam interdum quidam Duces ſunt terribiles hoſtibus, quorum nomine audito paveſcunt, quos nominare in bello valdè bonum eſt.*

4 Hinc dicebat *Plutarch in Apophtegmat. & Cæl. Rhodig. lib. 9. lect. antiq. cap. 11. Formidabiliorem eſſe cervorum exercitũ duce Leone, quàm Leonũ duce Cervo.*

5 Ad quod alludit *Ariſt. 5. Ethicor.* dũ refert ſolere pugnare Argæos Sycionijs, qui debiles hoſtes extiterant, & ſemper victi manebant, & quadam nocte contigiſſe bellũ indixiſſe Lacedæmonijs, qùm eos non cognoſcerent; nam ſi in eorum venirent cognitionem, fugerent pavidi, ne vincerentur; fortes enim erant, & ad bella doctiſsimi, tamen illos vicerũt putãtes Sycionijs pugnare. *Putaverunt eos Sycionios eſſe, & confidentes fortiter pugnaverunt, atque prævaluerũt.*

6 *Galen. tom. 3. lib. 2. de ſimpl. cauſ.* inquit: *Ex timore plures mortui ſunt ratione refrigerationis & ſuffocationis, animalis refrigeratione extinguitur, cùm ſanguis autem ſimul confertim ad illũ meat, ſuffocatur: ab ira nemo interijt, utpotè nec calore perfrigerato, nec eius robore ſoluto: ex gaudio tamen ingenti nõnulli puſillanimes perierunt. Tertul. de anim. cap. 52. æquè atque timore, Fulgoſ. lib. 9. cap. 2.* Qua de cauſa quærit *Ariſt. in problem. Cur tremunt, qui metuunt? an propter refrigerationem? deficit enim calor, atque contrabitur.* Hinc *Virgil.*

----- Gelidúſque per ima cucurrit
Oſſa tremor. -----

Ovid. in Epiſtol.

Turpis erat gelido lingua retenta metu.

Senec. in Oedip.

Et oſſa & artus gelidus invaſit tremor.

D. Thom. in 1.2. quæſt. 44. art. 3. D. Chryſoſt. homil. 6. epiſt. 2. ad Corint. Salac.

in

in Proverb. cap. 10. toto verſ. 24. ſed præcipuè *num. 297. & ſeq.*

7 *Statius & Petron. Arbiter* canunt, quòd primùm in orbe Deos fecit *Timor*, proponit *Roſin. lib. 2. antiq. Rom. cap. 1. Auguſt. de Civit. Dei lib. 4. cap. 15. Lact. lib. 1. cap. 20. Ioan. Ludov. de la Cerd. adverſ. cap. 153. num. 4.* Et ſic nihil mirum, quòd eum inter Deos annumerarent & referrent Antiqui, *Alexand. ab Alex. lib. 1. dier. Gen. cap. 13. fol. 41.* & illi templa dicarent. *Plutarch. in Cleom.* &, ut docet *Servius*, religio nata eſt ex timore, *Virg. lib. 7.*

Multoſque metu ſervata per annos.

Salaçar in cap. 1. verſ. 7. Proverb. à numer. 140. Pulchrè & appoſitè *Syneſ. ep. 2. Maxima ſecuritas timere leges. S. Bern. de Don. Spirit. Sanct. cap. 1.* ibi: *Connexa ſunt timor & religio, neque manere poteſt alterum abſque altero.*

8 Et *Salomon* ſcribit *Proverb. cap. 28. verſ. 24. Beatus homo qui ſemper eſt pavidus* (quem timoratæ conſciētiæ appellare conſuevimus, eleganter *Salaç. in cap. 2. Proverb. verſ. 5. num. 43. & ſeqq.*) & *Paul. ad Philipp. 2. verſ. 2. Fratres chariſſimi, cum metu & tremore veſtram operamini ſalutem. Dionyſ. Cartuſ. lib. 1. de quatuor noviſſimis cap. 8. D. Thom. ubi ſuprà art. 4.* plura congerit *Salaç. in cap. 3. Proverb. verſ. 7. & 8.* Sic ait *Horat.*

Oderunt peccare boni virtutis amore,
Oderunt peccare mali formidine pœnæ.

9 Et ita utrique ſiunt boni *exhortatione præmiorum, & metu pœnarum, Vlpian. in l. 1. §. nã & eleganter, D. de iuſt. & iur.* doctiſsimè *Solorz. de parricid. lib. 1. c. 1. Ant. lib. 2. obſervat. iur. cap. 4. n. 1. D. Iſidor. de ſum. bono lib. 3. cap. 47.* ibi: *Nam ſi omnes ſine metu fuiſſent, quis eſſet qui à malis quempiam prohiberet? Inde & in Gentibus Principes Regeſque electi ſunt, ut terrore ſuo populos à malo coërcerent, atque ad rectè vivendũ legibus ſubderent. D. Greg. in Paſtor. 2. par. c. 6. to. 2.* ibi: *Et tamen neceſſe eſt, ut Rectores à ſubditis timeantur, quando ab eis Deum minimè timeri deprehendunt, ut humana ſaltem formidine peccare metuant, qui divina iudicia non formidant.*

10 *Iul. Caſ. Scalig. exercit. 312. metus* etymon deducit ex eo, quòd amittatur cõſtantia; cui adſentitur *Dionyſ. Gothofr. in Rubr. D. quod met. cauſ. litt. N. Oſſuald. Hilliger. in Donell. lib. 15. comm. cap. 38. cum aliis, Setſer de iuram. lib. 1. cap. 19. num. 7. & cap. 24. num. 8.*

11 Et *Lucan. lib. 2.* concinit *degeneriſque metus*, eò quòd à valore deflectat: & *lib. 5. artis opem vicere metus*: eleganter *Senec. lib. 6 natural. quæſtion. cap. 29. Nam quod aliquot inſanis, attonitiſque ſimiles diſcurrere fecit metus, qui excutit mentes, ubi privatus, ac modicus eſt: quid ubi publicè terret, ubi cadunt urbes, populi opprimuntur, terra concutitur? Quid mirum eſt, animos inter dolorem, & metum deſtitutos aberraſſe? non eſt facilè inter magna non deſipere. Itaque leniſſima ferè ingenia in tantum venère formidinis, ut ſibi exciderent. Nemo quidem ſine aliqua iactura ſanitatis expavit, ſimiliſque furenti quiſquis timet, ſed alios citò timor ſibi reddit, alios vehemētiùs perturbat, & in dementiam transfert. Inde inter bella erravère lymphatici: nec uſquam plura exempla vaticinantiũ invenies, quàm ubi formido mentes religione mixta percuſſit.*

12 Ex quo fluit, metum audaciæ opponi, ut ſcribit *Plato lib. 21. in Lache, vel de fortitudine*, & audaciam timori contrariari, *D. Thom. in 1. 2. quæſt. 45. artic. 1. Lucan. 4. Pharſ. Audendo magnus tegitur timor, P. Ioan. Turr. lib. 9. Philoſoph. moral. cap. 8. & 9. Latin. Pacat. Paneg. Theodoſ.* ibi: *Ita dum in eundem hominem non puto convenire gaudium & ſilentium, duas res diverſiſſimas iunxi, metum & temeritatem.*

13 Sequitur triſtitia timorem, quæ accidente malo, quod verebantur, advenit (triſtitia aut propriè dicitur afflictio quędam voluntatis, de qua *D. Thom. 1. 2. quæſtion. 35. cum ſequentibus*, latè pertractat) Comptè *Salaçar in Proverb. cap. 14. verſ. 10. à num. 42.*

& cap.15.verſ.13.à num.52. ideò dixit *Virgil.1.AEneid.*

----- Mæſtumque timorem
Mittite.
Solvite corde metũ, Teucri, ſecludite curas.

14 Et cùm animus perturbetur, anxius, dubiuſque reddatur, *Virgil. 1. AEneid. ibique Ioan. Lud. à Cerda in ſuis illuſtribus commentar. fol.47.num. 12.*

Spem metumque inter dubij, ſeu vivere credant.

Cornel.Tacit.lib.5.Ann. ibi: *Ille poſitus ſiderum, ac ſpacia dimenſus hærere primò dein paveſcere, & quantum introſpicere magis, ac magis trepidus admirationis & metus. Poſtremò exclamat ambiguũ ſibi ac prope ultimum diſcrimen inſtare;* tersè *Ioann. Barclai. lib. 1. Argenid. fol. 23. Neque minus Poliarchum arcanis intentum conſilijs, ſpes, ac terror multiplici cogitatione ſuſpenderant.*

Spes & metus duo affectus validiſsimi animorum, & ſępè coniuncti, ut apparet *ex Valer. 7. Argon.*

----- Attonitos in mœnia vultus
Spe metuque tenens.

Stat.6.Theb.

----- Spes audaxque metus.

Propert.lib.3.eleg.17.

Spes timorque animos verſat utroque modo.

Ovid.3.Faſtor.

Sollicitæ mentes, ſpe metuque pavent.

Ammian. lib.20. Inter ſpem metumque iactabantur. Adam Contzen lib. 9. polit. cap.8.§.7. Heliodor. lib.5. Hiſt. AEthiop. fol.267. ibi: *Nam animadverti poſtquàm dies illuxit, illum quidem non abſimilem mortuo iacere: hanc autem aſſidere, & plorare, & quòd ſe deſuper confodere vellet declarare: cæterùm parva ſpe, quòd ſuperſtes manſurus eſſet, reprimere ſe, ac ſuſtentare. Muret. lib.12. var. lect. c.6. Oſſuald. in Don. lib.15. Com. cap.46. litt. C. Delrius ad Senec. in Troade, verſ. 996. fol. 305.*

Sed cur ita ſæpè coniuncti hi duo affectus? rationem reddit *Ariſtot. 2. Rhet. Quia timore homines inducuntur ad conſulendum, quod pertinet ad ſpem.* Inde *Horat.* illuſtratur *1.ep. Qui cupiet metuetque: & Virgil. lib. 8. de Caco:*

----- pedibus timor addidit alas.

Quas alas niſi ſpei? qua ſperabat ſe fugiendo fore incolumem. Sed profero iam verba *Ariſtotel. Neceſſe eſt ſalutis ſpem ſubeſſe illius rei, pro qua luctentur; cuius ſignum eſt, quòd timor ad conſulendum inducit; nemo enim de re conſulit, de qua nulla ſpes apparet. Donatus* mirè vocat hos duos affectus, *carnifices futurarum rerum, in Terentium.*

Aliquid contra ſpem & metum proponit *Iuſt. Lipſ. lib.3. Manud. ad Stoicam Philoſoph. diſſert. 1. Pet. Greg. lib.39. ſyntax. art. mir. cap.22.*

15 Clarè animadvertitur rectè ſenſiſſe *Scaliger*, dum metum ab amiſsione cõſtantiæ originem ſumere dictitavit. Quò facit prudens *Plinij Iunioris* obſervatio in longiſsimo itinere, quod Imperatoris Trajani pedes confecit, inquiens: *Initium laboris mirer, an finem? Multum eſt, quòd perſeveraſti; plus tamen quòd non timuiſti, ne perſeverare non poſſes.*

16 Cui congruere videtur *Seneca epiſt. 13. Plura ſunt, quæ nos terrent, quàm premunt; & ſæpiùs opinione, quàm re laboramus:* & poſt nonnulla ſumpta ſimilitudine à bello, quod ſæpiùs non tam reapsè, quàm rumore falſo ſparſo, & clamoribus celebrato confici ſolet, id ita confirmat, *Plerumque ſuſpicionibus laboramus, & illudit nobis illa, quæ cõficere bellum ſolet, Fama: multò autem magis ſingulos conficit, ita eſt, mi Lucille, citò accedimus opinioni, non coarguimus; illa quæ nos in metum adducunt, nec excutimus, ſed trepidamus; & ſic vertimus terga, quemadmodum illi, quos pulvis motus fuga pecorum exuit caſtris, aut quos aliqua fabula ſine authore ſparſa conterruit.*

17 Hinc Regius Vates opportunè clamavit: *A timore inimici eripe animam meam, Pſalm.63.1. & Pſalm.90.5. nõ time-*

mebis à timore nocturno; diſertè explicat *P. Ioã. Ant. Velazq. in epiſt. ad Philip. cap. 1. verſ. 28. annot. 1. num. 2.* Quippè

——Peior eſt bello timor ipſe belli
Quando ego nõ timui graviora pericula veris.

Senec. in Trag. Bobad. lib. 4. Polit. cap. 2. num. 51. lit. N. Paris de Put. de re milit. in princ. n. 4. Saluſt. in Catil. Semper in prælio iis eſt maximum periculum, qui maximè timet: & *Audacia pro muro habetur. Luc. lib. 7.*

Multos in ſumma pericula miſit
Vẽturi timor, ipſe mali fortiſſimus ille eſt
Qui promtus metuenda pati.

Iacob. Catſelius emblem. & num. 26.

Auget homo proprios animo plerũq; dolores
Hincque ſua mens eſt ingenioſa necem
Eia age terribilẽ rebus miſer arripe larbã
Ludricus error erit, qui modò terror erat.

Dicebat prudenter *Senec. epiſt. 74.*
18 *Quemadmodum aves etiam inanis fundæ ſonitus territat, ita nos non ad ictum tantùm exagitamur, ſed ad crepitum.*

Hominem meticuloſum elegãter depingit *Senec. in Agamm.*

Silet repentè Phœbas, & pallor genas,
Cerberque totum poſſidet corpus tremor,
Stetere vittæ, mollis horreſcit coma
Anhela corda murmure incluſo fremunt.
Incerta nutant lumina, & verſi retrò
Torquentur oculi rurſus immites rigent.
Hunc levat in auras altior ſolito caput,
Graditurque celſa nunc reluctantes parat
Reſerare fauces, verba nunc clauſo malè
Cuſtodit ore, Mænas impatiens Dei.

Proprium meticuloſi & ignavi eſt, ut
19 colorem mutet ex inſito pavore, habitũ etiam, & corporis, & loci commutet, ſitque inquietus, *Heliodor. lib. 1. Hiſtor. Æthiop. fol. 7.* ibi: *Circumſonãte verò ſtrepitu, & umbra illorum incedente in oculos erexit ſeſe virgo, & poſtquàm reſpexit rurſum Deorũ, inclinavit in uſitato coloris cõſpectu, & prædonum armatorum ſpecie ne minimum quidem perterrita, ad curationẽ aurem iacentis totam ſeſe componẽs. Virg. 11. AEn. verſ. 405.*

Vel cũ ſe pavidũ contra mea iurgia fingit
Artificis ſcelus, & formidine crimẽ acerbat
Nunquam animam talem dextra hac (abſiſte moveri)
Amittes: habitet tecum, ſit pectore in iſto.
Homer. lib. 13. Iliad.

Ignavi enim mutatur color aliter aliàs
Neque ei quiete, ut ſedeat continetur in mentibus animus,
Sed mutat ſedem. ——

Et Iliad. 17. ut Troianos meticuloſos eſſe ſignificet, ait: *Mutabatur color. Pindar. Od. 3. Nem.*

Obſcurus vir alias aliaſpirãs nunquã pede
Exactè ſtabili incedit. ——

Ioan. Barclaius lib 4. Argen. fol. 533. in parvis, ibi: *Expalluerãt omnes ipſa pavẽdi, timendique conſuetudine.*

Efficit gravis metus in vultu pallorẽ, & oculos circũfundit quadã veluti caligine tenebriſq; ut cernere vix liceat, & videatur cõmunis omnibus lux amiſſa, *Ezech. c. 7. verſ. 18.* etiã coniũgit *operientẽ formidine cũ confuſione faciei*, pallorem cum rubore: huius enim quædã ex ſanguine ſuffuſio nocet oculorũ lumini, ſed & animus caligat timẽtis, *Senec. in Theb. act. 3. nec vera metuẽtes vidẽt. Quia pavor metuſque augent omnia, ut quæ non ſunt, putes eſſe, aut ne ſint verearis, & ſi ſint maiora tibi perſuadeas mala. Et in Oedip. act. 3. Dubia pro certis ſolẽt timere Reges, qui pavet vanos metus. Veros fatetur. Abul. in Ioſue c. 5. fol. 64. col. 3. Lorin. ſup. Pſal. 50. verſ. 5. & 6. fol. 37. col. 1. tom. 2. Cornel. in Ezech. cap. 7. verſ. 17. fol. 71.* ibi: *Omnes manus diſſolvẽtur. Heb. flacceſcẽt, id eſt, erunt debiles & imbelles, pugnare nõ poterunt Iudei, nec cõſiſtere præ metu. Metus enim ſpiritus animales ad cor paviaũ, & afflictũ ſolandum, & ſuſtentandum revocat, quod fit ut manus & pedes, aliæque partes externæ fiant debiles, & flaccidæ. Hector Pinto in Ezech. cap. 21. fol. 353. col. 1. verb. Et tabeſcet cor.*

Nunc quæri debet, quæ cauſa eſt, ut rubor corporis ex animi pudore naſcatur? quare timentes plerumque palleſcãt? & cur quos pudet, aut qui gaudent facillè rubore adficiantur?

 Cui

Cui quæſtioni eleganter ſatisfacit *Hilar. Drudo. fol. 477. ſui op.* ibi: *Reſpõſio facilis eſt illis, qui medicæ artis periti ſunt: illi etenim dicũt, quòd hominis naturæ honeſto pudore dignũ occurrit imum petẽdo, ſanguis penetrat, quo commoto, ac diffuſo cutis tingitur, & inde naſcitur rubor: Phyſici dicũt, quòd natura pudore tacta ſanguinẽ pro ſe ita velamento tendat, ut videmus quẽque erubeſcentẽ manum ſibi ante faciẽ frequẽter opponere.* Nec dubitandũ, cùm nihil aliud ſit rubor niſi calor ſanguinis; *A. Gellius ex Problem. Ariſt. Phyſ.* ita ſcribit: *Quã ob cauſam erubeſcũt, quos puduit, pallent qui metuunt, cùm iſtæ affectiones ſimiles inter ſe ſint. An quoniã pudefactus ſanguis de corde in omnes corporis partes diffunditur, ita ut ſuperficiẽ occupet, metu verò perculſus cõtrahitur ad cor, ita ut cæteris partibus deficiat*: elegãter *Frãc. Caſan. de accuſat. tract. 1. c. 8. Lara in cõp. vit. hom. c. 1. n. 25.* mos eſt eorũ, qui cum pudore agunt aliquid, ut faciẽ perfricent ad id impellẽte naturâ quaſi ad ſanguinẽ abigendũ, qui ex præcordijs ad faciei ſuperficiẽ confluit. Ariſtoteles propterea quærere ſolet in problematis, cur pudore, & verecũdia hominis facies erubeſcat, timore verò, & metu palleſcat, cũ pudor præſertim aliud nõ ſit, atq; timor futuræ reprehẽſionis, & pudor iuſtæ vituperationis. Quare ortũ inde adagiũ; & quoties nos depoſuiſſe pudorẽ dicere volumus, faciẽ perfricuiſſe dicimus, quod eſt pudorẽ expuliſſe: hoc *Plin. in proœm.* uſurpavit, *perfricui faciẽ*, inquiẽs *nec tamen perfeci.* Ita Diogenes videns adoleſcentulũ rubore profuſum; *Cõfide,* ait, *fili, huiuſmodi virtutis color eſt.* Et quare qui gaudẽt rubore adficiũtur? Reſpõſio eſt, quòd gaudiũ hoc extrinſecùs cõtingit: ad hoc animoſo occurſu natura feſtinat, quã ſanguis comitando, quaſi alacritate integritatis ſuæ comporẽ cutẽ tingit, ut inde ſimilis color naſcatur. Qui verò fit, ut qui metuũt, palleſcant metu? Reſpondetur, ne hoc ſit in occulto, quoniã natura, cum qua de extrinſecus contingẽtibus metuit, in altũ tota demergitur, ſicut nos quoq; timemus latebras, & loca nos occulẽtia quærimus. Tota ergo deſcendens, ut lateat, ſanguinẽ ſecum trahit; quo velut curru ſemper vehitur. Hoc demerſo humor dilucidior cuti remanet, & inde palleſcit, ergo timentes inde tremunt, quia virtus animæ introitum fugiens nervos relinquit, quibus tenebatur fortitudo membrorũ, & inde ſaltu timoris cogitantur. Hinc comitatur timorẽ ventris laxamentũ, *Ariſt. 4. Prob. ſect. 27.* quia muſculi, quibus retrimentorum meatus claudebãtur, fugientis introrſum animæ virtute deſerti laxant vincula, quibus retrimenta uſque ad digeſtionis opportunitatem continebantur.

Hinc metus mutos reddit, *Lucret. lib. 1.*

Muta metu terram genibus ſummiſſa
petebat.

Cic. 2 Tuſc. ait, pueros dolores ferre, neque erumpere in querelas metu: & in *Verr.* metu conſciẽtiaq; peccati mutum, atque exanimatũ: ſic *Virg. 1. AEn.*

Stat pecus omne metu mutum.

Invicem timor vocis eſt incitamentũ quam non ſolũ acuit, ſed etiã ſi nunquã fuerit extorquet. Cũ Olympiade octaua & quinquageſima Victor Cyrus intraſſet oppidum Aſiæ, Sardis (ubi tunc Creſſus latebat) Atys filius Regis mutus ad id uſque temporis in vocem erupit præ timoris vi, *Parce patri meo, Cyre, & te hominem eſſe vel caſibus diſce noſtris, Senec. lib. 3. cont. 20.*

20 Mediocriter timere ſatiùs eſt, quàm ſuã nimia audacia petulantiam oſtẽdere, cuiuſmodi videmus paſsim ignatos, & ſtolidos audaces efferentes illud *Iuven. ſatyr. 1.*

Aude aliquid brevibus Gyaris, & carcere
dignum,
Si vis eſſe aliquid. -----

21 Et quando timendũ ſit vel non docet *Ariſtot. par. 5. lib. 2. Rhet. D. Bonavent. Pharetræ lib. 3. cap. 42. & de ſeptem don. cap. 1. de bon. timoris.*

22 De magna vi metus, & timoris videndi ſunt *Hẽric. Steph. lib. 6. Schediaſm.*

cap.

cap.3. Elias Reuſner. lib.2. art. Stratag. cap. 36. princ. Petr. Fab. ad l.116. D. de reg. iur.

23 Magnum ſupplicium eſt, quod oritur ex metu, licèt nullũ exinde ſequatur incommodum. Miſerum enim eſt plenos ſolicitudinis ſomnos ducere, & in rebus etiam tutis inſidias ſuſpicari, neq; perturbationis habere minus in pace, atque otio, quã ſi eſſet aliquis in acie. Quàm gravis eſſet à metu dolor, quàm triſtes anguſtiæ habes *Sapient. cap. 17.* ubi quàm miſerè à metu torquerentur AEgyptij exprimitur, *Gaſp. Sãch. in lib. 3. Reg. cap. 11. n. 30. Xenoph. in Pæd. Cyri lib. 2. Caſſiod. lib. 11. ep. 9. Non parvum tormentum eſt adverſum aliquid formidare venturum: dum ſemper gravius æſtimatur emergere, quod timetur.*

24 Huc ſpectat *Ion. 3.* his verbis: *Adhuc quadraginta dies, & Ninive ſubvertetur,* ex quibus oritur non leve dubium, quomodo autem Ninivitæ non obierũt, & præceptum Dei non fuit adimpletum? Cui reſpondet acutè *S. Ephr. ſerm. de Ion. Proph.* ibi: *Licèt mortui non fuerint, malæ tamẽ mortis expectatione iã mortui erant:* eleganter *S. Greg. Naz. adverſ. Iulian. orat. 4. fol. 130. Namque quiſque ut iamiam perpeſſurus timet, hæc paſſus eſt, etiam ſi non patiatur, graviuſque à ſeipſo fortaſſe, quàm ab ijs, qui ſupplicium illaturi ſunt, torquetur.* Cui adſtipulatur *Eſther cap. 15.* ibi: *Ipſa autem roſeo colore vultum perfuſa, & gratis, ac nitentibus oculis triſtem celabat animum, & nimio timore contractũ. 1. Mac. 9.* ibi: *Et vidit Iudas, quòd defluxit exercitus, & bellum perurgebat eum, & confractus eſt corde, quia nõ habebat tẽpus congregandi eos, & diſſolutus eſt.*

25 Denique ad huius capitis ornatũ, & elucidationẽ ſuccedit indagatio *Ariſt. ſect. 27. problem. 9.* dum quærit: quare cũ metus & dolor quædã ſit ægritudo, qui dolent, clamant, qui verò metuunt, ſilẽt. Reſpõdet vero dolores, vel omnes, vel certè plurimos calore iuvari & augeri; calorem autem is auget & dolorem, qui ſuum ſpiritũ cohibet; excalefacit enim doloris incitabula cõtracto intrinſecùs calore per ſpiritum, atque excoquit. Hinc ergo fit erumpẽte naturali ſpiritu clamorem fieri in doloribus, & eodem per vim compreſſo creſcere, & accendi.

26 At verò metus, qui frigidus eſt, ſpiritu indiget & calore. Vnde *David Pſal. 38. Obmutui, & humiliatus ſum, & ſilui à bonis. Euthym.* explanat à bonitate, quia David noluerit ſe, cùm poſſet, vindicare de Semei. *Matthias Reidembachi* ſic explicat, ut idem ſit, ac ſupra quam bonum erat, videlicet Davidem ſignificare in affectione euſque continuiſſe ſe, ut etiã omnis ſilentij bonitatẽ ſuperaverit; quia igitur tãto ſtuduit ſilẽtio, qui inde ſecurum ſubiungit. *Concaluit cor meum intra me, & in meditatione mea exardeſcet ignis.* Chaldæus, *incaluit, aut ebulijt* cor meum in corpore meo: quæ quidem æſtuario iuvat in clamorem evaporans ad mitigandũ dolorẽ: qui verò cor vi conſtringens doloris libera nõ effudit ſuſpiria, nec exæſtuat, exhalatque, mœrore obruitur, ac ſuffocatur anguſtijs, aut velut fuligine quadam triſtitiæ denigratur etiam exteriùs, quemadmodum caminus nõ habens fumi ſpiramentũ. Plenũ ſe ſermonibus aiebat *Iob. 32.* & coarctatum ſpiritu i gutturis ſui, verè ſibi fuiſſe quaſi muſtum, abſque ſpiraculo, qui lagũculas novas diſrumpit. Idcircò loqui voluiſſe ut reſpiraret paulùlum; perdoctè *Paez in Ezech. ann. 3. text. 3. fol. 117. col. 3.* eleganter *S. Th. 1.2 q. 44. art. 6.* ibi: *Timor,* inquit, *provenit ex imaginatione alicuius mali imminẽtis, quod difficulter repelli poteſt. Quòd autem aliquid difficulter repelli poſſet, provenit ex debilitate virtutis, virtus autẽ quanto eſt debilior, tãto ad pauciora ſe poteſt extẽdere, & ideò ex ipſa imaginatione, quæ facit timorem, ſequitur quædã contractio caloris & ſpiritus, & hinc retentio vocis:* ſequitur *Pererius in Geneſ. cap. 45. verſ. 3. num. 1. fol. 943. col. 1.*

27 De timore quantum ad ſubſtantiã, de obiecto, cauſa & effectibus latè agit, omnino videndus, *Martinez in 1.2. D. Th.*

quæſt.41.42.43. & 44. Barth. à Med.in 1.2.D.Thom.q.41. & 42. cum ſuis articulis.

28 Timidi qui dicantur, latè *Melo in Apocalypſ. cap.21.fol.843.col.1.*

29 Tandem metus dicitur, *quaſi mentem tenens,Cardin.Zabar. in clem . cauſam, §. verum, de elect. Balçaran. in §. ſimiliter, num. 6. tit.5. quibus mod.feud.amittat.in uſib.feud. Alex.Ludoviſ.deciſ.326. num.3.Procop.lib.2.de bell.Perſic.Timor mentem agens, attonitam non ſinit utiliora decernere;Guicciardin. lib.3.Hiſt.metus mentem , oculoſque hominum obtundit,Plutarch.in moralib. lib.1. de fortun. Alex.*ibi:*Pavor non modò memoriã excutit,ſed quodvis etiã conſtitutum , quemvis conatum,quemvis mentis impetum. Motus*,ut poſt *Tullii* obſervat *Geneal.Deor. lib.1.cap.19.rationis adverſa cautio , Polid. Rip.de noct. temp. cap. 156. num. 15.*

30 Ex hoc clarè deducitur, excedentem moderamen inculpatæ tutelæ non puniendum eſſe de toto, ſed tantùm de exceſſu, *Caball. in tract. de homic. num. 100.*

31 Quia metus improviſus inſtantis periculi tollit rectum iudicium,& conſilium deliberandi;& homo intenſo dolore,vel timore promotus, nõ eſt in plenitudine intellectus, *Alex. conſ.76. & 109.vol.1. Maſc. de probat. concl. 1126. num.50. Tuſch. litt.I. concl.360. num.8. Bardell.conſ.176.num.24.*

32 Ipſamque iram cohibere difficile eſt, *Caball. caſ.288. num. 63. Surd. conſ. 40. num.21.& 23. Bardel. conſ.87. à num.1. Marius Giurb. conſil. 86. num. 8 . Quæ eſt apparentis ultionis appetitus cum dolore propter apparentem immeritò contemptum,vel in ſe, vel in ſua, Ariſtot. lib. 2.Rhetor.ad Theodect. cap.2. Ioann. Damaſc.lib.2.de orthodox.Fid.cap.14.Speuſipp.lib.de defin.Plat.* Quibus ita deguſtatis,ſeu delibatis ad definitionem recurrendum eſt.

SUMMARIUM.

1 *METUS eſt impendentis, vel futuri mali expectatio,& 2. Valdè remota pericula non timentur.* 3

4 *Opponitur de l.metus 9.D.hoc tit.*

5 *Metus poteſt eſſe præſens periculi etiam futuri.*

CAPUT II.

De Definitione.

1 *ARiſtot.3. Ethicor. ad Nicomac. c.6. & Cicer. 4. Tuſc. quæſ.* aſſerũt *metum futuri,vel impendẽtis mali expectationem eſſe*,quem paucis adhibitis, additiſque definivit *Ulpian.in l.1.D.hoc tit.* dicens: *Exiſtere inſtantis periculi, vel futuri cauſa mentis trepidationem*, eleganter *Iſidor. lib. 10. etymol.*

2 Comprobãt *Sylveſter in ſumma, verb. Metus,in princ.Covar.2. par.de matrim. cap.3.§.4.num.3. Gail. de pac. public.lib. 1.cap.2.num.2.Saneb.lib.4.diſp.1.num.7. Flamin.Pariſ.lib.13.de reſignat.quæſt.1. num.78.Monter.à Cueva in reſp.pro uxoris amita. 1. par.num.61.Ant. Pich.in §. item actio 27.num.12.Inſtit.de act. Aug. Barboſ in cap. abſolutionis unico , hoc tit. lib.6.Cardoſ.in prax. verb. Metus, num. 1.Iacob.Rebuf.in d. l. 1. Caldera de errorib.prag.lib.1.cap.4.num.1.Ochagavia de Sacram.tract.3.q.24.25.& 26.*

3 Singula definitionis verba diſquiremus, ut cognoſcamus, an congruè, & convenienter definiatur: dixit Conſultus: *Mentis trepidationem*, quia ex imminentis,vel futuri mali cogitatu mens perturbatur, & conſternatur. *Inſtantis periculi.* Nã valdè remota pericula nõ timentur, *Auguſt.ſerm. 1. poſt octavam Paſchatis Dominic.2. Narbon.in l.20.tit. 1.gloſſ.7.num.65.lib.4. Recop. Futuri pericu-*

riculi, nondum enim illud periculum evenit, ſed propè eſt, atque non lōgè imminet; ſic explicat *Ariſtot. 2. Rhet. 5.*

4 Cui tamen opponitur text. *in l. metū 9. D. hoc tit.* ubi metus præſens eſſe debet, ut edictum locum habeat: *Metum autem præſentem accipere debemus, nō ſuſpicionem inferendi eius.*

5 Sed ſatisfit, metū poſſe eſſe præſentem periculi etiam futuri, ut in eo cernere eſt, qui ab extraneo aliquo, ad quē res non pertinet, deprehenſus in furto, vel in adulterio pecuniam ne perderetur, dedit, *l. nec timorem 7. §. proinde, D. hoc tit.* huius enim metus præſens fuit, licèt periculum nō inſtaret: itaque metum præſentem eſſe oportet, ſed non eſt neceſſe periculum, quod metuitur, etiā eſſe præſens, ut poſt *Accurſ.* declarat *Donell. lib. 15. comm. cap. 38. Ant. Fab. in ration. ad d. l. metum 9. Duar ad hunc tit. cap. 1. Coſsald. Hillig. in not. ad Don. dict. cap. 38. litt. D.*

6 Iam apparet rectam eſſe definitionē, ſiquidem conſtat ex his, quæ ab Scribentibus traduntur *in l. 1. D. de teſtam.* & *à Rodulpho Agricola lib. 1. de invent. dialect. c. 5.* & ab alijs quos retulit *Petr. Velez de Guev. ad Topic. Ciceron. §. 2. n. 2. Velaſc. in Axiomat. iur. litt. D. num. 40.*

SVMMARIVM.

1 *TIMOR & metus diſcriminantur.*

2 *Metuere ſæpè capitur pro providere.*

Metus olim enuntiabatur fœmineo genere.

3 *Tremor eſt concuſſio corporis.*

4 *Tremere terra dicitur.*

5 *Pavor eſt, cùm mentem movet.*

6 *Conſternatio exiſtit in animo.*

7 *Terror eſt, qui alijs infertur.*

8 *Terror pro metu ponitur, & 9.*

10 *Timor, metus, & trepidatio ſunt ferè ſynonima.*

11 *Timere & ſperare idem ſunt.*

12 *De ijs differentijs remiſſivè.*

CAPVT III.

Quid differat à timore, tremore, pavore, conſternatione, & alijs adfinibus.

1 METVS & timor disiunguntur, & ita diſcriminantur, ut *timor* (teſte *Tullio 4. Tuſc.*) ſit *de malo iā appropinquante, ſed metus de periculo remotiore*, *Mart. lib. 2. epig. 41. & lib. 3. ep. 44.* Inde eſt, ut *metuo* ſæpè capiatur pro *provideo*; tunc enim locus eſt providētiæ, cùm remotiores à malo ſumus, quod de verbo timeo dici nequit.

2 Itaque apud *Horat. penna famæ metuens ſolvi*, eſt cavens ſolvi, & apud *Virgil. 1. Georg.*

Arctos metuentes æquore tingi.

Enn. apud Feſtum:

Vivam an moriar: nulla in me eſt metus, id eſt, *cura*: & nota olim fœmineo genere enūriari, id enim agit, *Feſtus Enniana authoritate, Cerd. ad Virg. 1. Æn. verſ. 61. num. 20. fol. 15.*

3 Tremor eſt *concuſſio corporis qualis in febrientibus, frigentibus, aut timētibus cernitur, Senec. lib. 6. nat. quæſt. cap. 24.* ibi: *Imò*, inquit, *ceu cum frigore inhorruimus, tremor ſequitur: Mart. lib. 5. ep. 25.*

Hermes turba ſui, tremorque ludi.

Et epigr. 66.

Nemeæ terror, & areas aper,
Sylvarumque tremor.

Petr. Berchor. reduct. moral. lib. 4. cap. 7. toto.

4 Quin & tremere terra dicitur, cùm terræmotu concutitur, *Virg. 2. Georg.*

Vnde tremor terris, quaſi maria alta tumeſcunt
Obijcibus ruptis. ——

Ovid. 3. Metam.

Attonitos ſubitus tremor occupat artus.

5 *Pavor eſt, ſi mentem loco moveat. Ennius*

nius tum pavor ſapientiam omnem mihi ex animo expectorat. Livius lib.4. bell. Pun. Pavorque circa eam ceperat milites, ne mortiferũ vulnus eſſet. Ovid.10.Met.

Iſque metu vacuus, naturalique pavore
Depoſito. ———

Virg.3.Georg.

——— Exultantiaque haurit.
Corda pavor pulſans. ———

Idem 3.AEneid.

——— poſtquam pavor oſſa reliquit.

Chryſol.ſerm.54. Fulgur priuſquàm illuſtret oculos, iam refugit, nec dat lucẽ videntibus, ſed pavorem. Ariſt.lib.3.de part. anim.c.6.ibi: Cor enim homini (propterea dixerim) animalium uni palpitat, quia homo ſolùm ſpe rei futuræ, exſpectationeque moveatur. Plato in Tymæo ait: Cor exſilire homini ex exſpectatione rerum gravium.

Hinc venit intelligendus Sil.lib.1.
Pulſantiſque æſtu laudũ exultãtia corda.

6 Cõſternatio exiſtit in animo, Saluſt. Qua victoria elati hoſtes non territi, atque animis conſternati diſceſſere. Polyb. apud Suidam: Cùm Lunæ defectũ eſſet paſſa temporibus Perſei Macedonum Regis, vulgò rumor increbuit, hoc quaſi oſtento Regis mortem ſignificari, quæ res effecit, ut Macedones conſternarentur, ipſique Romani animos ſumerent. Luc.24.ibi: Et ingreſſæ non invenerunt corpus Domini IESV, & factum eſt dum mente conſternatæ eſſent de iſto.

7 Servius inter terrorẽ & metum ſic diſtinguit, quòd terror propriè ſit, qui alijs infertur, unde & terribilis dicitur metus, quem habent timentes, Ioann. Barclai.lib.5.Arg.fol.611.in parvis ibi: Admoti igitur duo Galli, totidemque ex Mauris expectatione profundius læſum mutuo inter ſe terrore muſſabant.

8 Aliquando etiam terror pro metu ponitur, Virg.11.Æn.

Quod ſi tantus mẽtes, & pectora terror.

Ioan.Barclai.lib.4.Arg.fol.506.in parvis, ibi: Reſtitit ille nihil territus in aſſueti hominis vultu.

6 Hinc terrere eſt etiam terrorem, & metum inferre, l.nec quicquam, §.de pleno, D. de offic. Proconſ. Rebuf. in l.239. fol.763.verſ.Terrere, col 1.D.de V.S.

10 Timor, metus, & trepidatio ſunt ferè ſynonima, ut probatur in l.1.juncta l. metum 1.& l.nec timorem, D.hoc tit. Rebuf.in l. creditor 55.fol.285. col.1. D. de verb.ſignif.

11 Sicut timere & ſperare idem ſunt, Bochius, plura tradẽs, ad Pſalm.68.n.21. Ramirez in Pentecont.cap.49.in fin.l.13. §.ult. D. de damn. infect. l. 3. §.6. ſi cui plus quàm per l.Falc. Oſſuald. in Don.lib. 15.Com.cap.46. litt. C. Delrio ad Senec. in Herc.fur. verſ.161.fol.8.

12 De quibus differentijs latè agit Fornel. lib. 6. Phyſiol. cap. 12. Comprè S. Iſidor.lib.1.diff.litt.F.num.214. ibi: Inter formidinem, pavorem, & metum, ſive timorem, formido objicitur, vel oculis, vel animo, ſive adhibita ratione, & maximè parvulis. Pavor autem cum timiditate animi ſubita eſt conturbans occaſio: quæ tamen ſolvitur ratione, vel tempore nec ſtat. Item metus eſt motus interior animi ſubitus, ſive cordis factus ex aliqua triſti recordatione. Timor verò eſt accidens dolor mentis extrinſecus ex aliqua accidenti occaſione. Porrò timiditas animi vitiũ ſempiternum eſt; nam timor pro tempore eſt. Itaque in viro forti eſt aliquando timor, timiditas nunquam. Eſt autem & bonus timor, & malus. Malus eſt, cùm temporalis bona quiſque ſibi ſubtrahi perhorreſcit; bonus quum quanto quis Deum ardentiùs diligit, tãto eum diligentiùs offendere pertimeſcit. Nam timere interdum prodeſt, & decet pro qualitate temporum, atque cauſarum. Nemeſ. de animæ facultatibus, cap. 20. tom. 8. Bibliotheca Patrum fol. 200. Conrad. & Zuinger. in Theatr. vitæ hum. lib.16. verb.Timor, latiſſimè Polyanthea noviſſima Nani, & aliorum, verb.Metus, ubi multa ſcitiſſima traduntur.

13 Inter timorem & fugam futuri mali hoc eſt diſcrimen, quòd fuga eſſe poteſt de malo, quod apprehenditur ut futurũ, licèt non credatur futurum; timor autẽ eſſe debet de malo futuro, quod creditur

tur eſſe futurum, *Vazq. 1. par. D.Thom. quæſt. 20. art. 2. diſp. 84. cap. 2. num. 4.* Comprè *Heliodor. lib. 2. Hiſt. Æthiop. fol.96.* ibi: *At Cnemon initio cum Thermutim reliquiſſet, non priùs reſpiravit in fuga, quàm nocturnæ venientes tenebræ cohibuerunt eius impetū; eodemque loco, ubi nox illum occuparat, ſeſe abſcondit, & foliorum quantum poterat ſupra ſe accumulavit; ſub quibus iacens magna ex parte inſomnem ducens noctem excruciabatur omnem ſtrepitum, & quamlibet auram, ac foliorum motum Thermutim eſſe exiſtimās,*

SVMMARIVM.

1 *VIS eſt maioris rei impetus, cui reſiſti non poteſt, & 2.*
3 *Dividitur in publicā, & privatam.*
Et in expulſivam, ablativam, compulſivam, turbativam, & inquietativam.
4 *Et in abſolutam, & conditionalem, à qua oritur metus.*
Et in præciſam & cauſativam.
5 *Alia dicitur vis divina.*
Omnes hæ ſpecies ad noſtrum non attinent tractatum.
6 *Sed tantùm compulſiva vis.*
In vi atroci ineſt metus.
7 *Differt metus a vi.*

CAPVT IV.

De diſcrimine inter metum & vim.

1 Ex his quæ in præcedētibus capitibus agitata ſunt, metus etymon, & differentiæ ſatis conſtant, & percipiūtur, ſed nunc ſuccedit explanare diſcrimen illud, quod verſatur inter illum & vim.

2 Sed ut rectè procedatur, à vis definitione inchoandum eſt; *vis* autem, animadvertente *Conſulto in l. 2. hoc tit. eſt maioris rei impetus, cui reſiſti non poteſt.*

3 Et diviſionem recipit in publicam
& privatam, ut obſervat *Galganetus de*
iure publico lib. 1. tit. 30. & in expulſivā,
ablativam, compulſivam, turbativam,
& Inquietativam, *gloſſ. in l. extat, D. hoc*
tit. Men. in prælud. recuper. à num. 37. &
38. Farin. de furt. q. 175. num. 143. & ab-
4 ſolutam & conditionalem (à qua metus
ortum habet, *Sanch. de matr. lib. 4 diſp.*
1. num. 1. & 3.) & in præciſam & cauſa-
tivam, *Molin. de rit. nuptiar. lib. 3. quæſt.*
5 *98. a num. 3.* Alia dicitur vis divina, quę
iuſtam præbet cauſam, ut propter ſteri-
litatem mercedis remiſſio fiat, *Amai.*
lib. 3. obſerv. in cap. 3. toto.
6 Omnes vis ſpecies ad noſtrum non
attinent tractatum, ſed tantùm cōpulſiva; quâ quis facere compellitur, quod ſponte non eſſet facturus, *Men. conſ. 630. n. 20. vol. 7.* in qua intelligi debet *text. in l. 2. C. hoc tit.* ut animadvertit *remed. 1. recup. num. 268. & ſeq.* Licèt enim in vi atroci inſit metus, *l. 1. D. hoc tit.* tamē non agitur hoc noſtro interdicto, ſed alijs; ideò in hoc differt metus, quia ſuā habet actionem ſeparatā, & diverſam. Diſtat etiam à vi, nam præterita nunquam, ſed futura reſpicit; præterita enim nullus trepidat, *AEgid. conſil 9. n. 10.* & vis non poteſt eſſe niſi de præſenti, *Farin. 2. p. fragm. crim. lit. M. num. 3.*

SVMMARIVM.

1 *OBiectum cōcupiſcibilis, & iraſcibilis quid?*
2 *In concupiſcibili non eſt contrarietas.*
3 *In iraſcibili eſt contrarietas.*
4 *Explicātur paſſiones, & 5. 11. 12. uſq. 15*
6 *Ira non habet contrarium.*
7 *De paſſionibus remiſſivè.*
8 *Paſſiones quod nomen habeant.*
9 *Quatuor præcipuè paſſiones numerātur.*
10 *Quatuor paſſiones ſimiles quatuor ventis.*

CA-

CAPVT V.

Quid differat metus ab animi paſsionibus.

1 OBIECTVM potentiæ cócupiſcibilis eſt bonum, vel malum ſenſibile ſimpliciter acceptum, quod eſt delectabile, vel doloroſum; bonum autem, vel malum ſecundum quod habet rationem ardui, vel difficilis, eſt obiectum iraſcibilis. Quæcúque ergo paſsiones reſpiciunt bonum, vel malum abſolutè, pertinent ad concupiſcibilem: ut gaudium, triſtitia, amor, odium, & ſimilia. Quæcunque verò paſsiones reſpiciunt bonum, vel malum ſub ratione ardui, pertinent ad iraſcibilem: ut audacia, timor, ſpes, & huiuſmodi, *Colleg. Complut. Diſcalceat. B. Mariæ Carmeli in tres libros Ariſtot. de Anima diſp. 22. §. 3. à num. 17. Conimbric. in libros Ethicorum Ariſtotelis diſp. 6. quæſt. 5. art. 2.* Et quia adhuc vis iraſcibilis eſt animalibus, ut per eam tollãtur impedimenta, quibus concupiſcibilis in ſuum obiectum tendere prohibetur, vel propter difficultatem boni adipiſcendi, vel propter difficultatem mali ſuperandi: & ideò paſsiones iraſcibilis omnes terminãtur ad paſsiones concupiſcibilis, & ſecundũ hoc paſsiones quæ ſunt in iraſcibili, conſequitur gaudium, & triſtitia, quæ ſunt in concupiſcibili.

2 Vnde cùm obiectum concupiſcibilis eſt bonum, vel malum ſenſibile abſolutè: bonum autem in quantum bonũ nõ poteſt eſſe terminus ut à quo, ſed ſolùm ut ad quem; quia nihil refugit bonum in quantum bonum; ſed omnia appetunt ipſum: ſimiliter nihil appetit malum in quantum huiuſmodi, ſed omnia fugiunt ipſum; & propter hoc malum non habet rationẽ termini à quo. Sic igitur omnis paſsio concupiſcibilis reſpectu boni eſt ut ad ipſum, ſicut amor, deſiderium, & gaudium; omnis verò paſsio eius reſpectu mali eſt, ut ab ipſo ſicut odium, fuga; ſeu abominatio,

3 & triſtitia; vnde in paſsionibus concupiſcibilis non poteſt eſſe contrarietas ſecundum acceſſum, & receſſum ab eodem obiecto. Sed obiectum iraſcibilis eſt ſenſibile bonum vel malum, nõ quidem abſolutè, ſed ſub ratione difficultatis, vel arduitatis, ut dictum eſt. Bonum autem arduũ, ſive difficile habet rationem, ut in ipſum tendatur, in quantum eſt bonum; quod pertinet ad ſpei paſsionem, & ut ab ipſo recedatur in quantum eſt arduum, vel difficile, quod pertinet ad paſsionem deſperationis; ſimiliter malum arduum habet rationem, ut vitetur in quantũ eſt malum; & hoc pertinet ad paſsionem timoris. Habet enim rationem ut in ipſum tendatur ſicut in quoddam arduũ, quod ſcilicet aliquid evadit abiectionem mali, & ſic tendit in ipſum audacia: invenitur ergo in paſsionibus iraſcibilis contrarietas ſecundùm contrarietatem boni & mali, ſicut inter ſpẽ & timorem; & iterum ſecundùm acceſſum, & receſſum ab eodem termino, ſicut inter audaciam & timorem.

4 In motibus appetitivæ partis bonũ habet quaſi virtutem attractivam; malum autem virtutem repulſivam. Bonum ergo primò quidem in potentia appetitiva cauſat quandam inclinationem, ſeu appetitudinem, ſeu connaturalitatem ad bonum, quod pertinet ad paſsionem amoris, cui per contrarium reſpondet odium ex parte mali. Secundò ſi bonum ſit nondum habitum, dat ei motum ad aſſequendum bonum amatum, & hoc pertinet ad paſsionem deſiderij, vel concupiſcentiæ, & ex oppoſito ex parte mali eſt fuga, vel abominatio. Tertiò, cùm adeptum fuerit bonũ, dat appetitus quietationẽ quãdam in ipſo bono adepto, & hoc pertinet ad delectationem quandam, vel gau-

gaudium, cui opponitur ex parte mali dolor, vel triſtitia.

5 In paſsionibus autẽ iraſcibilis pręſupponitur quędam appetitudo, vel inclinatio ad perquirendum bonum, vel fugiendum malum ex concupiſcibili; quæ abſolutè reſpicit bonum vel malum, & reſpectu boni nondum adepti eſt ſpes, & deſperatio: reſpectu autem mali nondum nocentis eſt timor, & audacia: reſpectu autem boni adepti non eſt aliqua paſsio in iraſcibili; quia iam non habet rationem ardui, ut dictum eſt, ſcilicet ex malo iã iniacente ſequitur paſsio iræ. Sic igitur patet, quòd ſunt quatuor coniugationes in concupiſcibili, ſcilicet amor & odium, deſideriũ, & fuga; gaudium, & triſtitia, delectatio & dolor. Similiter in iraſcibili ſunt tres, ſcilicet, ſpes, & deſperatio, timor & audacia, & ira, cui nulla paſsio opponitur.

6 Hoc autem ſingulare eſt iræ, quòd non habeat contrarium; non enim poteſt habere contrarium neque ſecundũ acceſſum, neque ſecundum receſſum, neque ſecundum contrarietatem boni vel mali; cauſatur enim ira ex malo difficili iam iniacente; ad cuius pręſentiam neceſſe eſt, quòd aut appetitus ſuccumbat, & ſic non exit terminus triſtitiæ, quæ eſt paſsio concupiſcibilis; aut habet motum ad invadendum malum læſivum, quod pertinet ad irã; motum autem ad fugiendum habere non poteſt; quia iam malum ponitur eſſe pręſens, vel præteritum, & ſic motui iræ non contrariatur aliqua paſsio ſecundum contrarietatem acceſſus & receſſus: ſimiliter etiam neque ſecundũ contrarietatem boni, quia malo iã iniacenti opponitur bonum iam adeptũ; quia iam non poteſt habere rationem ardui vel difficilis: nec poſt adeptionẽ boni remanet alius motus, niſi quietatio appetitus in bono adepto: quò pertinet ad gaudium, quod eſt paſsio concupiſcibilis, unde motus iræ non poteſt habere aliquem motum animæ contrarium, ſed ſolummodò opponitur ei ceſſatio à motu: ita eleganter pholoſophatur *Vincent. in ſpecul. mor. lib. 1. diſt. 7. par. 1. tom. 3.*

7 De paſsionibus animi latè agunt idem *Vincent. lib. 1. diſt. 9. uſque 23. & diſt. 25. uſque ad 33. Petr. Bleſenſ. ſerm. 16. Vazquez in 3. par. D. Thom. tom. 1. quæſt. 15. art. 4. diſp. 62. cap. 1. cum ſeq. Heliodor. lib. 2. Æthiop. fol. 65. Eduvard. Vveſton. in Theatr. vita civil. lib. 3. cap. 35. num. 3.*

8 *Plato in Thætteto* affirmat, eas paſsiones, quæ nomen habẽt, multas eſſe; quæ carent nomine, innumeras, *lib. 9. de Repub.* inquit, hominem eſſe quaſi monſtrum, & ſphyngem quandam ex variorum animantium partibus conflatam, & cupiditatem eſſe partem latiſsimã, multa beſtiarum, id eſt paſsionum, capita continentem: *in Tymæo* ſex enumerat perturbationes, voluptatem & dolorem tanquã principia, quibus accedant audacia & metus, ita & ſpes. In *primo de legibus* ait, quemlibet noſtrum eſſe unum, & habere in ſe conſiliarios duos contrarios, & amentes voluptatem, & dolorem, ad quos accedunt futurorum timor, & confidentia.

9 Qui paſsionem in commune aptiori methodo deſtribuerũt, eam in quatuor ſumma veluti capita partiti ſunt, videlicet in gaudium, & triſtitiam, ſpem, & timorem. Quam diviſionem tradit *D. Auguſt. lib. 14. de Civit. cap. 3. D. Hier. in Comm. ad cap. 1. Ezechielis, Cic. lib. 4. Tuſcul. quæſt. Boëtius 1. de conſolat. Philoſoph. metro 7. Gaudia pelle, Pelle timorem, Spemque fugato, Nec dolor adſit. Virgil. 6. Æneid.*

Hinc metuunt, cupiuntque dolent, gaudẽt.

10 Solent autem hæ quatuor paſsiones comparari quatuor principalibus Ventis, quòd ut hi mare tempeſtatibus, ſic illæ animum turbulentis motibus perturbent, quod ita quidem expreſsit:

Spes levat arrectos, metus alto a vertice fluctus

Dej-

Deijcit: hinc animum pulſat furibunda voluptas:
Inde dolor: fluctus ceu fracti fluctibus, altum
Clamorem ingeminant: piceis abſcondita nimbis,
Nec radios fundit ratio, nec vela gubernat.

11 Porrò dicũtur hæ quatuor paſsiones omnium præcipuæ, quatenus aliarum complementum, vel finis ſunt: ideòque alias omnes conſequuntur, ut docet *Ariſt. 2. Ethic. cap. 1.* timor autem, & ſpes non ſimpliciter eiuſmodi complementum obtinent, ſed in genere motus appetitivi de aliquo. Namq; reſpectu boni incipit motus in amore, progreditur ad deſiderium, terminatur ſpe; comparatione mali incipit ab odio, tendit in fugam, finitur timore. Quo fit, ut numerus harum quatuor paſsionum ſecundùm differentiam præſentis & futuri ſpectetur; motus enim futurum reſpicit, quies in aliquo præſenti eſt, igitur de præſenti bono & gaudium, de præſenti malo triſtitia, de bono futuro ſpes, de malo futuro timor: cæteras verò paſsiones, quæ circa bonum, vel malum præſens, aut futurum ad has completivè reducuntur; *Conimbric. in libros Ethicor. Ariſtot. diſp. 6. q. 5. art. 1.*

12 Tandem etſi in præcedentibus aliquid de paſsionibus ſit explicitum, non tamen prout materiæ gravitas expoſcit, ſed leviter, ideò tamen res hæc à principijs evolvenda eſt. Animi paſſiones rationalibus & brutis communes ſunt, tria præcipuè in ipſis conſiderantur, & phantaſiæ, ſeu interni ſenſus actio, quâ certo modo obiecta apprehenduntur, ex qua apprehenſione actus appetitus ſequitur, qui eſt eſſentialiter neceſſarius ad paſsionum integritatẽ, imò in illo præcipuè collocantur, nequit tamen intelligi appetitus paſsio aliqua ſine cognitione præcedenti alicuius rei certo modo; nunquã enim in incognitũ poteſt ferri appetitus ſenſitivus, ſed ſemper per formas apprehenſas movetur hoc, aut illo modo, quod de voluntate etiã publicũ & confeſsũ eſt; actibus prædictis ſuccedit ferè ſemper commotio, & agitatio ſpirituum omnium; deinde ſanguinis in hanc, aut illã partem iuxta exigentiam & naturam paſsionis: quò fit, ut per illam motionẽ nonnunquam paſsiones definiantur, ut iram expoſuit Philoſophus per ſanguinis fervorem circa cor: quia verò in eâdem motione aliquæ paſsiones concordant, nequeunt omnes per illam rectè definiri.

13 Sunt autem principales animi paſsiones, verecundia, ira, audacia, triſtitia, timor, gaudium, odium, & cõſternatio; de quibus ſuccinctè ſatis Authores egerunt, & nullus omnes ad unguem explicuit: egit tamen de aliquibus *Galen. lib. 2. de cauſis ſymptomat. cap. 5.* quas non ita per propriam naturam, quam per motionem ſpirituum, & ſanguinis dictam expoſuit, quod etſi apud Philoſophos peccatum putetur, commodè tamen tãtus Author excuſari poteſt, quòd ibi non definire paſsiones, vel alterationes ex ipſis enatas explicare contendat; erat enim intentum frigoris illius, quod ambitum corporis & partes extremas per rigores febriles fatigat, cauſam adducere, quod cùm ex motione ſpirituũ & ſanguinis pendeat, inde notavit in quavis paſsione motum ſibi debitum.

14 Eſt igitur concors Philoſophorum ſententia, verecundiam, triſtitiam, & timorem eſſe non ſolùm paſsiones, ſed dolores quoſdam animi, ut enim in ſenſu tactus dolores concedũtur, quatenus obiecta ſibi implacida, & naturæ moleſta percipit; ſic paſsiones, quibus appetitus affligitur, dolores eius dicuntur, quia implacidæ, & naturæ moleſtæ ſunt. Eſt ergo verecundia dolor de defectu proprio in præſentia alterius: unde quia inopinatè in delicto ab alio deprehenditur, triſtatur, & animo dolet ſtatim; quia verò peccans agnoſcitur, & cognitio peccantis per faciem præcipuè celebratur, ideò verecundans non ſo-

ſolùm in corde, verùmetiam in facie non leviter patitur; eſt autem paſsio per motum caloris vitalis, & ſanguinis partim ad cor, partim ad faciē: ad cor quidem movetur, quia triſtatur, & dolet ob proprium defectum, habet verò triſtitia ex conditione nativa ſanguinem, & ſpiritus intrò movere, & hic eſt primus motus, quo verecundans moleſtatur.

15 Rurſus ad faciem moventur corpora dicta, quòd ipſa ſit, quæ præcipuè patitur in aliorum præſentia, quia per illam, qui peccat, præcipuè detegitur, & peccatum agnoſcit ſe in delicto, aut re turpi deprehenſum eſſe: eſt verò naturæ noſtræ conditio in partes maximè laborantes ſpiritum & ſanguinem detrudere, ut ei ſuppetias ferat: nullum verò aliud inſtrumentum niſi ſpiritū & ſanguinem habet, quo medio partibus offenſis, & laborantibus auxiliari poſsit. Hinc verecundans in primo apprehenſionis inſultu vividum colorem amittit, quòd intrò ſanguis ob triſtitiam fugiat, pòſt verò quia facies in prçſentia alterius laborat, ei ſuccurrens natura ſanguine, & ſpiritu eam ſuffundit, & naturalem colorem, & vigorem reſtaurat.

16 Ira tunc excitatur, quando aliquis offenſus eſt, & ad vindictam movetur, ob quod *Ariſtoteles* dixit, eſſe appetitum vindictæ: hinc ad offenſum & odium alterius inclinat, & cùm iræ promotor ab irato ſit ſuperandus, neceſſe eſt ut iraſcens calore vitali ſe muniat, ut robuſtior effectus contumeliantem queat ſuperare; ob quod in ira ſanguis circa cor efferveſcit, ut incremento caloris iracundior fiat, & fortior, & victor evadat. Calorem non eſſe principalius inſtrumentum naturæ, & ad vigorem & furorem exponere paſsim docet *Galen.* præſertim *lib. artis medicinalis cap. 29.* ubi audaciam & actionum promptitudinem ad cordis calorem reducit; & inferiùs ſic loquitur: *Quod ſi multum in caliditate exceſſerit, tunc furibunda quædam iracundia & temeritas adſunt, quia verò ſanguis & ſpirituoſa ſubſtantia tam evidenti agitatione, & fervore inquietari non poſſunt, quin foras calor prorumpat, totū corpus incenditur, ut nulli membro ad vindictam ſervienti robur per vitalem calorem deficiat: conſtat enim varia eſſe animalium inſtrumenta, quibus animalia diverſa vindictam ſumunt, ut homines manibus, pedibus, ore, ac lingua; equi pedibus & manibus, & interim morſu; boves cornibus, quæ velùt incenſa ſentiri (dum tauri agitantur) experimento conſtat, ut aprum adunci dentes. Eſt tamen in ira, ut in omni alio opere, tam ſagax natura, ut vitalem calorem tam proporcionatè moveat, ut illum non diſſipet; quin potiùs ita tueatur, ut corpus maneat robuſtum;* quod reſpiciēs *Galenus* dixit, *Ab ira nemo interijt.*

17 Audacia ex rerum & periculorū contemptu naſcitur, ſed præcipuè ex eo, quòd quis ſe ipſum ſentiat ſatis robuſtū & fortem ad debellandum & pugnandum egregiè; omnis enim virium collapſio & animi iactura audaciæ adverſatur: nemo enim in alium irruere poteſt, ſi priùs ſe debilem & effœminatum percipiat; ſit ergo audacia ob periculorum contemptum impetuoſa quædam invaſio, in qua nullus determinatus ſanguinis & caloris vitalis motus agnoſcitur, ſed cor unà cum membris, quibus invaſio illa temeraria celebranda eſt, firmum ſatis percipitur; tendit ſemper in magna, nullus enim ob levia audax vocatur. Differt tamen à temeritate, quòd victoria periculi probabiliſsima ſit in audacia, in temeritate verò deficiat, aut ſit ſaltim periculi certitudo maior. Vnde audaces raro vincūtur, temerarij verò ſemper ferè, & quamvis audaces difficilia, & ſatis periculoſa perpetuò aggrediantur, tale experiri periculum ex alio imminente ſæpè coguntur.

18 Triſtitia eſt animi paſsio ex recepta ſpecie mali præſentis emanans, in quo à timore diſtinguitur; timor enim eſt

eſt triſtitia quædam ex mali futuri, ſeu imminentis creata quælibet paſsio, ut in triſtitia convenit, ſic in revocatione caloris vitalis, & ſanguinis verſus cor. Timor, dicit *Galen. loco citato*, intro, & ad principium tum ſpiritum, tum ſanguinem unà cum refrigeratione eorum quę in ſummo corpore ſunt, abducit, ac contrahit: eſt tamen magnum diſcrimẽ in celeritate motus, & retroceſſus; triſtitia enim lentâ motione contrahit, timor verò celerrimè, & impetuosè, & per conſequens in copia maiore; inde fit, quòd triſtitia inopinatè, & ſubitò nunquam interimat. Timor verò ſubitò ſuffocat, & animum extinguit, calor quippè vitalis à nimia ſanguinis copia intrò impetuosè revocata obrutus ſuffocatur, ut ignis externus à multitudine lignorum confertim iniectorum ſubitò extinguitur; hinc dicebat *Galen.* ... quod paulatim fit in triſtitia, in timore ſubitò celebratur.

19 Ex quo diſcrimine naſcitur, quòd triſtantes nunquam tremant, timidi verò maximè: ob nimium enim & ſubitum caloris retroceſſum ad cor algida manent extrema, & totus corporis ambitus refrigeratur, facultas verò motiva vitalis caloris auxilio deſtituta pondus membrorum ſuſtinere commodè nõ poteſt, & ſic ab eo vincitur; quod cùm videat animal, conatur rurſus novum vigorem apponere, ut membra non tremant, nec decidãt. Eſtque mutua pugna inter gravitatem naturalem membrorum, & facultatem motivam, ſicque ut ſenes tremunt, qui vehementer triſtantur, perinde non eſt ob paſsionem magnam grandem languorem, ac per ętatem contrahere ad tremulos motus.

20 Hinc fit, quòd timentes, ſi magnus ſit timor, rectum iudiciũ de rebus elicere nequeant, cerebrum enim æſtimativæ, & rationis ſedes vitali calore depauperatum rerum propoſitarum differentias & circunſtantias, aut non aſſequitur, aut ſatis diminutè; & inde in ſe timens admittit, quod ſine timore te fugeret. Tunc præcipuè quando quis graviter ab alio interimatur; perterritus enim paſsione damni venturi integritas æſtimativæ, & recti iudicij ob minas iactatas minuitur, aut omnino tollitur. Nihil quippè cõmunius, quàm ſi animus noſter vehemẽti paſsione ſollicitetur omnium aliorum obiectorum ignavum ignorantemque fieri; quod vel ipſe doloris defectus oſtendit palã, quando aliud obiectum attentè contẽplatur; fuitq; expreſſa *Hippocratis* magni doctrina *lib. 2. Aphoriſm. text. 60.* dicentis: *Quicunque dolentes parte aliqua corporis dolorem non ſentiunt, ÿs mens ægrotat, unde ſi obiectum tam moleſtum ut eſt dolorificum; quando delirat aliquis, animus non percipitur, quòd obiecta circa quæ delirat, attentè contemplatur; quod rectum iudicium expectandum? ubi gravi timore perterritus, nec ipſas res ſatis percipere poteſt.* Eſt circa hoc elegans eiuſdem *Hippocratis* ſententia *2. lib. Aphoriſm. text. 46.* in quo ſic reliquit ſcriptum: *Duobus doloribus ſimul non eundẽ locum infeſtantibus vehementior alterum obſcurat*; cuius dicti rem ad animi paſſiones *Galen.* tranſtulit in eius expoſitione dicendo: *Nam & hoc nobis in mœroribus ſolet accidere, qui ſunt & ipſi velut dolores quidam ſolùm animi ſine corpore; nam & horum, qui ſunt vehementiores, occultant minores, &c.* Quibus clarè docemur cõtemplationẽ intenſam alicuius obiecti alterius ſimul propoſiti perceptionẽ auferre; & per conſequens rectũ & perfectũ iudiciũ impeditur efficacius, cùm indubitatũ ſit maiorẽ vim & perfectionẽ ad diſcurſum, quã ad ſimplicẽ obiectorũ cognitionem requiri; unde ſi ſimplex cognitio ob animi paſſionem aufertur, tolletur multò magis perfectũ, & rectum de rebus iudicium.

21 Gaudium & deſiderium comparantur inter ſe, ut timor & triſtitia; timor enim deſiderio aſsimilatur, ut gaudium triſtitiæ, ut enim timẽtes de malo futuro triſtantur, ſic deſiderium boni

appetitus eſt, quod ſperatur, & ut triſtitia ob malũ iã excrucians & affligẽs inſurgit, ſic gaudiũ ob bonũ actu adficiẽs, & poſſeſſum creatur, gaudiũ ergo cũ rei iã poſſeſſæ fruitionẽ includat, animũ ſatiat, & implet iuxta ſui menſuram, & ſic inquiete animũ tenet, niſi fortaſsis ut amittatur periculum ſit, tũc enim animã nõ leviter ſollicitare ſolet ad mediorũ applicationẽ, quibus bonũ adeptũ ſtabile, & in concurſu ſit, appetitus verò, ſeu deſideriũ animũ ſemper fatigat, quoniã ſine applicatione mediorũ rarò cõſequitur, illa verò ſępè phãtaſiam illudũt, & torquent circũſtantijs quibuſdã; ut cũ ſine aſſequendo proporcionata ſint, & ſi tota ſpes boni ſub alterius libertate cõtineatur, animum crudeliùs excruciat; quòd rarò detur mediũ tam efficax, ut alterius libertas certò, & ſecurè poſsit alios, ob hoc rarò deſideriũ datur ſine triſtitię conſortio, & animi angore, aut ſine metu; quo multi permoti dixerũt, inter quos fuit *Fracaſtoreus*, deſiderium & appetitũ rei eſſe paſsionẽ ex gaudio & triſtitia conſtantem, quod non poteſt eſſe perpetuò verum, cũ multa deſiderentur, quorũ conſecutio tam certa eſt, ut nullus metus, nullave triſtitia animũ moleſtet ob incertitudinẽ conſecutionis, quòd media ſint in poteſtate deſiderãtis, aut infallibilia; & inde fit, quòd cor nõ ſemper in deſiderio ſuo motibus diverſis agitetur, ſed id ſolum præſtat quando rei concupitæ aſſecutio dubia & ardua videtur; quãdo verò & media conſtat, & certa ſunt ſpe non dubia, & ſine timore aut triſtitia per conſequens bonum ſpectatur, & deſideratur: in gaudio, & appetitu cor dilatatur, ut in timore, & triſtitia conſtringitur: eſt tamẽ diſcrimen, quòd in gaudio plùs dilatatur, ut bono actuali fruatur; expanditur enim, & ſe explicat, ut ſic ad bonum recipiendum capaciùs fiat, & totum recipiatur: eſt verò dilatatio, & expanſio maior, ut obiectũ in bonitate excellit, & ut grãde bonum percipitur per phãtaſiam, & inde plus ſub grãdioribus bonis gaudẽtes periclitãtur, quia cor plùs dilatatur, in appetitu, & deſiderio moderatior fit: dilatatio, quia nondum eſt bonum, quod recipiendum ſit; hinc fit quòd gaudium ſubitum, ſi magnum ſit, occidat, ut timor; deſiderium verò ſubitò occidere nequeat, ut nequit triſtitia, quia minus dilatatur in deſiderio, à cõſtrictione nõ ceſſat, ut ceſſat in gaudio vehemẽti ob boni fruitionẽ maiorẽ, & ſic perijt animal. Deficerẽt dies priùs quã exempla interfectorũ diverſis paſsionibus animi, de quo legatur *Ioã. Raviſ. Textor. to. 1.* nullũ tamẽ mirabilius quàm quod pudor *Diodori* interfecerit; quòd quis luſorię ſolutionẽ nõ dederit.

22 Ex dictis conſtat, paſsiones animi lædere, quòd habeant adiunctum motum ſpirituum, & ſanguinis intùs, aut extrà, aut quia fervor in eis excitetur; omnes tamẽ paſsiones, ſi diutiùs moleſtẽt, perniciem tandem afferũt; ſolus timor, aut gaudium inopinatè interimũt; quòd intrepidè, & ſine moderamine ſpiritus, & ſanguinem moveant; timor verſus cor gaudium ad ambitionem corporis, unde cor ſpiritu deſtitutum alget, & à motione ceſſat; dolor verò eodẽ modo quo timor necat, revocando nimirum totum calorem & ſanguinẽ intrò, quod ijs verbis docuit *Galen. loco citato.* Dolor autem cũ animũ cõtra cogat moveri ſimilia maximo timori affert ſymptomata, quippè ſub eo, & color abijt & perfrigerãtur, tremuntque, & pulſu ſunt parvo, demum moriuntur. Similiter & conſternati, refugit enim in ijs quoque ad principium innatus calor, reſolviturque pariter & extinguitur.

23 Notat tamen *Galen.* quòd relatis paſsionibus non niſi debiles animo pereãt, ſic loquitur. Itaq; ex ſubito timore nõnulli iã perierũt, cùm ſcilicet animulus eorũ naturaliter imbecillus forti affectu occupatus ſemel, & cõfertim extinctus eſt, & ſuffocatus: & inferiùs ita ſcripſit. Ex gaudio tamẽ ingẽti nõnulli puſillanimes perierũt æquè atq; ex timore; ratio à priori eſt, quòd puſillanimes nunquam multo calido conſtãt; eſt verò facillimũ moderatum & puſillum calorem extin-

guore,ſed præcipuè evenit quòd magnanimi paſsiónibus magnis ferè nunquã moleſtantur,puſillanimes verò è cõtra, & quia magnas paſsiones magna etiam cõmotio ſpiritus & ſanguinis comitatur; inde duplici cauſa pereunt,& quia calor exiguus facilè evolat, & quia vehementibus paſsionibus animus totũ obſidetur ocyſsimè ſpiritum ſuffocãtibus, aut extrà impetuosè reijciẽtibus.

24 Odium eſt abominatio cauſæ damnũ aliquod nobis inferentis, ea enim odio perſequimur,quæ nocẽt nobis,& triſtitiæ ſunt cauſa, ut loquẽdo in rigore triſtitia oriatur in appetitu ob damnũ incuſſum, odium verò tendat directè in cauſam,& authorẽ moleſtiam aliquam inferentẽ, durat verò odiũ quando triſtitia non eſt; ſæpè enim mala nobis illata abſentia ſunt,quãdo odium in illũ, qui damna intulit,vivũ & efficax eſt,& inde odium ſine triſtitia dari poteſt, ut conſtat,quia triſtitia non eſt,niſi quãdo actu moleſtè immutamur; conſtat verò quòd odiũ non requirat,quòd cauſa mali per realem immutationẽ nos lædat, ſæpè enim abominamur,quos per relationẽ ſolam fugiẽdos agnovimus,quod damnum inferre poſsint, aut ſint depravatæ naturæ, ut in rigore odiũ ſit averſio cauſæ per ſuos affectus inferẽtis diſplicentiã:ſic enim comprehẽditur omnis abominationis & odij motivum,cũ non ſolũ abominemur, quæ nobis damnũ intulerunt, ſed etiã quę pravæ ſunt naturæ, & à recta ratione deviant; præcipuè tamẽ odio proſequimur, quę nobis noxia fuere. Inde duo ſequuntur, & quòd minus pœniteat de malo eiusquẽ abominamur,& interdũ bona eius, non ſolùm gaudium in odientibus nõ creẽt, verùm & triſtentur de illis,cùm evenerint illi,cui adverſa ferè ſemper deſiderant. In odio nullus manifeſtus ſanguinis,& ſpirituum motus percipitur,quia verò eſt paſsio ad iram concitans,facilè enim contra abominatos iraſcimur ad fervorem ſanguinis ſtimulat, & inde facilè in iram permutatur.

25 Conſternatio eſt paſsio animi orta ex terribili obiecto inopinatè percepto, unde timorẽ inducit,quia à terribili aliquo omnes timemus. Differt in rigore à timore: quòd timor non prę ſupponit aliquã ſenſationẽ inopinatã;quæ ſit velut imminẽs, aut præſaga maioris periculi; cõſternatio verò præſupponit aliquid terribile perceptũ, quod in ſe moleſtiſsimum ſit,& ſit ſimul maioris mali præſagium,ut veſtens tonitruũ, aut fulgur conſternationem cauſat, quia momoleſtum eſt, & timemus de fulmine, quod inopinatè occidere ſolet, & illud portendit. Vnde conſternati Hiſpanicè propriè dicuntur, *Aſſombrados,ò eſpãtados*: in qua paſsione calor vitalis verſus cor percipiatur ſubitò,& necat nõ minus,quã timor,quia illũ habet adiunctũ neceſſariò,ut dictum eſt,& citiùs vitam cum morte commutat,quam timor abſolutè,quia iſte ſine obiecto moleſto nos alterante creatur,cõſternatio verò minimè, & ita quia iã incipit corpus violenter immutari ab obiecto priùs percepto, & terribili, ideò periculum futurum proximiùs, & velut iam immutare incipiens oſtentat,& ſic crudeliùs necat ob maiorem timorem.

SVMMARIVM.

1 DOlus deducitur à verbo Deo.
2 Et à verbo Delo.
3 Capiũtur,qui dolo decipiũtur.
4 Et à verbo Delos.
5 Et à dolando.
Dolare eſt diminuere.
6 Dolones ſunt virgæ, ſive cõti, in quibus tanquã invaginis latẽt pugiones. & 7.
8 Dolus definitur.
Vocula doli *ſine adiecto poſita de malo carpitur.*
9 Alius eſt bonus dolus, alius malus. & 10.11.
12 Fraudare vectigalia iniuſta licet.
Fallere cuſtodes carceris iniuſti licitum eſt,& vitare damnum.
13 In cauſa iniuſta cavillationibus uti,
Vel ad alium à malo revocandum,
Aut ſalutis illius procurandum.

Li-

14 Licet cõtrahẽtibus ſe circũſcribere. & 15.
16 Dolo & fraude plures ad dignitatẽ pervenerunt.
17 Dolus annullat contractus.
18 Ita annullat metus. & 19.51.
In metu dolus eſt.
Dolus & metus æquiparantur.
21 Actiò metus eſt Prætoria.
22 Actio doli & metus eſt arbitraria.
23 Eſt ſtricti iuris.
24 Eſt perſecutoria. & 25.
26 Vtraque datur in ſimplum.
27 Vtraque datur heredibus.
28 Et in heredes.
29 Vtraque reſtituit.
30 Reſtituere eſt lapſos reponere in ſuũ ſtatũ.
31 Actio doli & metus non continet propriam ſpeciem reſtitutionis. & 32.
33 Aliæ reſtitutiones competunt officio iudicis, iſtæ verò duæ iure actionis.
34 Reſtitutio ſolùm conceditur propter læſionem.
In contractibus conſenſus eſt neceſſarius.
35 Noſtra ſentẽtia oppugnatur ab Bargalio.
36 Sed defenditur. vſque 42.
43 Actio doli eſt famoſa, & non actio metus.
44 Actio doli non proponitur contra parentes, & actio metus ſic. & 45.
46 Actio doli eſt temporalis.
47 Actio metus eſt perpetua.
Eſt in rem ſcripta.
Et excedit ſuos terminos.
48 Actio metus duplex eſt, actio verò doli nõ.
49 Actio doli eſt ſubſidiaria, & non actio metus.
50 Actio doli oritur ex delicto, actio metus non. & 51.
52 In actione de dolo & metu iuratur in litem. vſque ad 62.68.
Explicatur l. in arbitrio, de dolo.
63 Adſtruitur ſententia negans. cum ſeq.

CAPVT VI.

Quid diſtet à dolo.

1 DOLVS Græca vox eſt deducta à verbo DEO, quod ſignificat ligare, proptereà quòd homines dolo inducti ſæpè ligantur obligationem aliquam ſuſcipientes, unde facilè non poſsint explicari.
Derivatur etiam ab alio verbo Græcè
2 *Delo*, quod ſignificat allicere, & veluti
eſca quadam capere; capiuntur enim,
qui dolo decipiuntur, quare capti dicun-
3 tur, qui dolo circumveniuntur, *l. 3. §. ergo, l. verum, §. ſciendũ, D. de minor. l. quæro,* ibi: *Alioquin emptor capiatur, D. de act. empt. Virgil. 2. Æneid.*

Talibus inſidijs, periurique arte Sinonis
Credita res, captique dolis, lacrymiſque coactis.

Et Cydippe Acontio apud Ovidium.

Verba quid exultas; tua ſi mihi verba dederunt,
Sumque parum prudens capta puella dolis.

Marc. lib. 3. Epigr. 19.

Vipera ſed cæco ſcelerata latebat in ore
Vivebatque anima deterior fera.
Non ſenſit puer eſſe dolos, niſi dente recepto,
Dũ perit, ò facinus, auſa quod urſa fuit.

Et Epigr. 49.

— Sed tacitos ſenſit & ille dolos.

A verbo itaque *Delos* dictus eſt Lati-
4 nè *Dolus*, & hoc verbo utuntur Græci ad
ſignificandam omnem ſpeciem decep-
tionis, vel fraudis tam in rebus gravibus,
quàm in levibus omnem fallaciã, lenoci-
niũ utcunq; ſit seriò adhibitũ vel ioco.
Dolum proptereà ſunt, qui à *dolãdo* di-
5 ctũ aſſeverent, id eſt, diminuendo, quippè
dolare eſt diminuere, ut apud *Fabros*, cũ
materiæ complanatur aſperitas, hinc do-
latus, id eſt, levigatus, *Iuven.*

Dolatus confixus ligno. —

Et Geneſ. 6. Dixit Dominus ad Noë: Fac tibi arcam de lignis levigatis: quaſi quòd dolus diminuat eum, qui decipitur.

Inde *Dolones*, id eſt Virgæ, ſive Conti,
6 in quibus tanquam in vaginis latent pu-
giones, dicti à fallendo, quòd decipiant
ferro, cùm ipſe ferant ſpeciẽ ligni, *Sueton. in Claud. cap. 13. Reperti ſunt Equeſtris ordinis duo cum dolone, ac venatorio cultro: Et Virgil. 7. Æneid.*

Tela manu, ſævoſque gerũt in bello dolones.

Sili. lib. 3.

Nec tereti dextras in pugnã armata dolone.

Solorçan. de parric. lib. 1. c. 11. fol. 47. l. 53. §. poſt, D. ad l. Aquil. ibi: *Illi flagello, quod*

in manu habebat, in quo dolcn inerat, Tabernarium cœperat. Budæus eo loco expo-
nit; Dolon eſt flagellum intra cuius virgã
latet pugio, quidquid *Accurſ.* dicat.
Certè ab natura huius teli ſcribit *Ar-*
7 *temidor. lib. 2. c. 14. Qui dicitur dolones, ſig-*
nificant dolos, & inſidias. Ideò *dolus* defini-
tur *à Conſult. in l. 1. D. de dolo; quòd ſit ma-*
chinatio, ſeu calliditas, ad circumveniendũ,
fallendumque alterũ adhibita: ſequitur *Re-*
buf. in l. lata culpa 223. fol. 705. col. 1. D. de
verb. ſign. quæ definitio clariſsimè de do-
8 lo malo eſt intelligẽda. Nam vocula *doli*
ſine adiecto poſita de malo carpitur, ita
obſervat *Delrio in l. 23. cap. 1. D. de reg.*
iur. Cæſar. Bargal. de dolo, lib. 1. cap. 9.
Eſt & alius bonus dolus, qui ſolertia &
9 induſtria appellatur, *l. 1. §. 3. D. de dolo;*
tendens vel ad fraudes, malaſque artes
repellẽdas, uti enim vis vi oppoſita iuſtè
arcetur, ita *fraus eſt conceſſa repellere frau-*
dẽ, Ovid. 2. de Arte. l. 77. §. 31. de leg. 1. Ti-
raq. de retract. lignag. in præfat. n. 70. &
10 *ſeq.* & ut malus iuſtitiæ ſatelles, ita bonus
prudentiæ comes iuſtitiã ſequitur, *Ioan.*
Boter. lib. 2. de Polit. illuſt. cap. 6. pag. 242.
Vvanem. de Erẽb. Meditam. pro Feder. lib.
11 *1. c. 2. n. 69.* ſicuti & vis iuſta, rationis, &
iuris miniſtra illius imperijs morem ge-
rens, *Antimachian. lib. Theorem. 12.*
12 Hinc licitum tradũt fraudare vectiga-
lia iniuſta, & illicita, *Decian. lib. 1. tract.*
crimin. cap. 5. n. 15. fallere cuſtodes carce-
ris, cui iniuſtè quis mãcipatur fallaciter
ex hoſtium poteſtate evadere, *l. 26. D. de*
capt. Hotom. 4. obſ. 4. vel ad ſua tutandum
damnumve evitandũ, *l. 19. §. 3. de neg. geſt.*
Hinc iniuſta cauſa cavillationibus &
13 fraudibus uti licere, volunt *Oſuald. ad*
Don. lib. 18. comm. cap. 4. vel ad aliũ à ma-
lo revocandum, ſic *Paul. 2. Cor. 12. verſ.*
16. Ego vos non gravavi, ſed cùm eſſem
aſtutus, dolo vos cepi. Petr. Greg. lib 21. ſyn-
tagm. cap. 13. n. 2. Decian. lib. 1. tract. crim.
cap. 4. num. 13. aut ſalutem illius procu-
randũ, qui prodeſt ei ipſi, qui decipitur,
ut ſi medicus imponat ęgroto, *Muret.*
18. variar. lect. cap. 4. Bargal. de dol. lib. 1.
cap. 3. cum ſeqq. qui mirè agit.
14 Alius eſt dolus bonus re ipſa contin-
gens abſque fraudulenta machinatione,
& citra ſimulationem, quem negotialem
vocat *Iacob. Gurre. in l. 2. de reſc. vẽd. cap.*
88. & ſeqq. quã contrahentibus ſe circũ-
ſcribere conceſſum eſt, *l. 16. §. pen. de mi-*
nor. l. 22. §. ult. locati naturaliter, dictis lo-
cis, id eſt, ex natura contractus negotia-
tivè, ut eſt *in Novell. 97. cap. 1. Cuiac. ad*
d. l. 16. Vultei. ad princ. Inſt. de cõtrah. empt.
n. 2. Forner. 6. rer. quot. 20. propter ſubſtã-
tiam, & votum contrahentiũ; *Petr. Fab.*
ad l. 206. pag. 986. D. de reg. iur. per natu-
rales regulas contractus, *Caſtill. controv.*
quotid. c. 8. n. 14. vel re ipſa, ac facto citra
perſonalem circumſcriptionem, ut *Ant.*
Fab. 8. coniect. 5. quin dolus minùs rectè
ſtatuitur à *Robert. 3. ſent. cap. 2. & Petr.*
15 *Greg. lib. 21. ſyntag. c. 13. n. 2.* Sed nec do-
li mali ſpecies, ut *Zaſ. in Paratitl. ad tit.*
D. de dolo. Verùm vocatur ita ob ſimili-
tudinẽ, verè nõ eſt, *Decian. lib. 1. c. 4. n. 15.*
& cũ dolo bono, malove convenit gene-
re nõ ſynonymo, ſed homonymo; ſanè in-
valuit in malis potiſsimum dolum uſur-
pari, *Oſuald. in Don. lib. 15. comm. 40.*
16 Dolo & fraude plures ad dignitatem
Principatus pervenerũt, ad quam legiti-
mè pervenire non potuiſſent; & quibuſ-
dam aliquandiu Fortuna arriſit, aliqui-
bus detrimento ſummo fuit, ut detectis
etiam dolis unà cum Principatu vitam
depoſuerint, ut cum Hiſtoricis comme-
morat *Petr. Greg. de Repub. lib. 7. cap. 18.*
17 Adverti oportet omnes contractus do-
lo geſtos nullius eſſe momenti, ut probãt
l. & eleganter 7, D. de dol. l. 3. §. ult. pro ſoc.
l. in cauſa 17. de minorib. Graſſ. except. 22.
totá. Ant. Fab. de error. pragm. dec. 1. error.
7. n. 16. Baſil. de matrim. lib. 4. cap. 20. à n.
18. Matienço Iun. in l. cõtractus 23. n. 267.
D. de reg. iur. Arellano de Imper. rat. lib. 2.
cap. 7. num. 30. qui infinitos laudant.
18 Sic ſimiliter dictitatur in contractibus
metu geſtis, *Don. lib. 12. comm. c. 7. Cuiac.*
ad l. 21. §. 3. hoc tit. & ad l. 36. de verb. obl.
& 3. Not. Mercat. 3. Gad. de contrah. ſtipul.
cap. 3. n. 156. cũ ſeq. etſi *Bargal. de dol. lib. 3.*
c. 14. n. 13. contrariũ minùs rectè intẽdat.
19 Ratio patet; ſi enim ob dolũ bonæ fidei
cõtractus nullus eſt, magis ob metũ, *arg.*

l. 116.

l.116.de reg. iur. Nã & metũ inferẽs dolo facit, *l.14.§.13.D.hoc tit. Sarmiento lib.2. ſelect. cap.11.* quare reſpui debet *Oſuald. lib.15.cõm.c.40 lit. M.* qui in metu dolum non adeſſe contẽdit: & præcipuè propter paritatẽ, & convenientiã, eò quòd dolus & metus æquiparentur in iure, *l.interpoſitas*, ibi: *Ad vim tamẽ vel dolũ arguendum, C.de tranſact. c.dilectus, ubi Abb. & Innoc. extra hoc tit. l.dolo vel metu 5. C.de inutil. ſtipul. Cæſar Bargal. de dol. lib.4. cap. 1. à num.3. Caſtil. lib.3. var. cap.1. num.62.*

20 Quo prælibato & conſtituto, quærendum eſt de ſimilitudine actionis doli, vel metus, & ſanè conveniunt, & diſcrepant etiam in multis.

21 Conſentiunt primò, quia vtraque eſt Prætoria, *l.1.D.hoc tit. l.1.D.de dol.*

22 Secundò, utraque eſt arbitraria, *§. præterea quaſdã, Inſt.de act. l.in arbitrio, D.de dol. l.ſi cum exceptione, §.hæc autem, D.hoc tit. Vbeſemb. in paratitl. D.eod. num.6.*

23 Tertiò, utraque ſtricti iuris, propterea quòd nulla earum ponitur *in §.actionum, Inſt. de act.*

24 Quartò, utraque poteſt dici perſecutoria. Nã actio metus eſt in rem ſcripta, *l.3. & 4.C.hoc tit.* Ita actio doli, quia datur in id, quod ad aliquem pervenit, *l.ſed ſi ex dolo, §. idem ſi quid, l.ſi plures, §. hæc actio, D.de dol.*

25 Quintò, utraque pœnæ perſecutoria; una enim agit ad quadruplum infra annũ utilẽ, ſi arbitrio iudicis nõ fuerit res reſtituta, *l.4. l.ſi eſt exceptione, §.1. & ſeq. §.in hac, & §.hæc autem actio, D.hoc tit.* Altera, quia reus ex contumacia, ſi actori ad arbitrium iudicis non ſatisfecerit, iuxta *§. Præterea, Inſt. de act.* condemnatur, quanti iuraverit actor ſua intereſſe, quod verã excedit æſtimationem, *dict. l.ſi arbitrio.*

26 Sextò, utraque datur in ſimplũ ab initio, *d.l.4. & d.l.ſi plures, §.hæc actio.*

27 Septimò, utraq; datur hæredibus, *l.quod diximus, D.hoc tit. l.hæredibus, D.de dol.*

28 Octavò, datur in hæredes utraque de eo, quod ad eos pervenit, *d. l. quod diximus, d.l. hæred. d.l.ſi plures.*

29 Nonò, demum inter alias ſimilitudines iſta quoque eſſe videtur, quòd utraq; dicitur reſtituere in integrũ, *gloſſ. in Rubr. D. de dol. & in tit. de reſt.* ubi pro metu, & dolo cõpetit reſtitutio. Deinde quia inter reſtitutionũ titulos ponuntur *tit. de dolo, & quod met. cauſa.* Item quia cõvenit de-
30 finitio reſtitutionis. Nam reſtituere eſt lapſos, & deceptos in priſtinum ſtatũ reponere, *text. in l.1.C.de ſentent. paſſ. Ioan. Gribel. deciſ. Dolan. 7. num 7.*

31 Non inopportunè, haud inelegãter indagandũ eſt, ex eo quòd actio doli, & metus contineant reſtitutionẽ, an ſit propria ſpecies illius? Et negativè reſolvendum exiſtit cum *Caſtr. in Rubr. C. de reſtit. in integ.* dicente, quòd verbum reſtitutionis non continet iſtas actiones.

32 Suffragatur ſecũdò, quia iſti tituli ponuntur in C. ante titulos *de reſtit.*

33 Tertiò probatur, quia aliæ reſtitutiones competunt officio iudicis, iſtæ verò duæ iure actionis, *gloſ. in Rubr. D. de minor. Bapt. à S. Blaſio in tract. de act. n. 3.* atque ita ſentit *Odd. de reſtit. in integ. q.1. art.16.*

34 Cui adſtipulatur, quòd reſtitutio ſolũ conceditur propter læſionẽ, *l. ait Prætor, §. non ſolũ, el 1 l. verum, §. ſciendũ, l. quòd ſi minor, §. reſtitutio, D. de minor. Farin. 1. p. prax. crim. q.15. n.29.* cũ pluribus. Sed ſic eſt, quòd plerumq; in contractibus dolo, vel metu geſtis illa non intervenit, igitur ex eo capite reſtitutio non procedit.

Rurſus ſolũ actio metus vel doli intenditur, ut contractus ab initio nullos fuiſſe declaretur, cùm deficiat in eorũ geſtione voluntas & conſenſus, qui neceſſarius & præcipuus eſt, *l. in omnibus, D. de act. & oblig.* ideò tantùm competit reſtitutio, ut res in priſtinũ reponãtur ſtatũ, ut extorſio locum nõ habeat. Ergo reſtitutio ex hac actione derivatur, & originẽ ſumit; non autem ex alia, imò nec ex officio iudicis.

35 Quã ſentẽtiã oppugnat *Bargal. de dol. lib.4. c.1. n.130.* & ſic reſpondet. Primò, quòd *Caſt.* nulla ratione dictum ſuum cõmuniat, & defendat. Secundò, quòd licet cõpetant iure actionis, nõ ſequitur nõ eſſe propriè reſtitutiones, ſed quòd ſpecie differunt ab illis, quæ competunt officio iudicis. Tertiò, quòd in cõpilatione *Cod.* poſiti ſunt tituli particulares reſtitutio-

nis,nõ tituli generales de reſtitutionibus.

36 Quæ reſponſio evidenrer refellitur. Nam non fuit neceſſe tantum virũ ſicut *Caſtr*.dicterium ratione fulcire, cũ eius authoritas apud omnes magni habeatur,ſufficit enim apud eũ hoc evidẽs extitiſſe, ut ita pro cõperto apud nos ſit.

37 Secũdò, negari nequit actionis doli, vel metus reſtitutionẽ parere, ſed dicẽdũ eſt diſcerni ab ea,quę procedit iure Prętoris, ſeu officio iudicis, nã quis non advertet,differentiã verſari inter utraſque, cũ una ortũ habeat ab actione (ſine ea enim nullatenus intẽderetur)altera verò à læſione dimanet, quæ neceſſaria adſtat.

38 Non obſtat *text. in l. 1. D.de reſt.in integr*.ibi:*Nã ſub hoc titulo plurifariã Prætor hominibus,vel lapſis,vel circumſcriptis ſubvenit,ſive metu,ſive calliditate, ſive ætate, ſive abſentia inciderunt in captionem.*

39 Nam reſpondetur, quia nõ ex eo quod Prętor ita generaliter ſubventionẽ impertiat, ſequitur reſtitutionẽ,quæ provenit ex noſtra actione,eſſe ex titulo generali,ſed ideò in *d.l.1*.relata fuit,ut cognoſceretur etiam ex metu reſtitutionẽ cõpetere particulariter. Alioqui oriretur abſurdũ haud exiguũ, cùm referret quod titulo generali comprehẽdebatur.

40 Tertiò,eodẽ modo ratiocinandũ eſt ad compilationẽ Cod. nam ſi Imperatores faterentur reſtitutionẽ ex dolo, vel metu provenientẽ eſſe ex titulo generali derivandam,nullatenus in ſpecialibus titulis collocarẽt,cùm ſub generalitate cõprehenderetur, qua de cauſà ſuperfluitatem vitarent,& ordinẽ non perverterent, ad quẽ ſcopum animum, mentẽq; fixerunt.

41 Cæterùm ſi unus eſt *Bargalius*, qui oppugnat,alius eſt *Oddus*,qui confirmat, & in noſtram ſententiam manibus it, quem quendum duximus.

42 Deniq; adſtat in confirmationẽ *text.in l. Divus,D.de reſt.in integ*.ubi oſtẽdit diverſã eſſe reſtitutionẽ,quæ pro actione cõceditur,abſq; ea quæ officio iudicis datur.

43 Diſſentiunt autem in pluribus. Primò, quia actio doli eſt famoſa, *l.1.§.meritò,l. non debet, D.de dol.Ant. Fab. lib.4. coni. cap.2.* Non ita actio metus, *gloſſ. in l.ſi cũ exceptione,§.cùm,D.hoc tit.Angel. in §.ſequitur, num.41.Inſtit.de except.*

44 Secundò,actio doli nõ proponitur cõtra parẽtes,nec cõtra patronos, nec alias perſonas,de quibus in *d.l.non debet*, Actio metus adverſus eas perſonas intenditur, *Angel.in d.§.ſequitur,n.41.per text. in l. apud Celſum, §.fin. de except.* ubi pulchrà declarat. Ratio in prõptu eſt,quia ceſſat ratio infamię,*Zãger.de except.p.3.c.13.n.72*

45 Nõ impedir ſiquis dixerit,quòd ſit famoſa ex eo quòd continet dolũ,*d.l.ſi cum exceptione,§.hæc etiam,D.hoc tit.* & quòd deſcẽdat ex cauſa famoſa. Nam hæc ratio viget in alijs interdictis,& non vidẽtur infamare, *l. neque, D.de vi & vi arm.* item & in cõdictionibus,*l.ceſſet,D.de act. & ob.*& declarat *Bart.in d.l.ſi cum exceptione,§.cum qui,D.hoc tit.*

46 Tertiò, actio doli eſt temporalis quoad doloſum,*l.fin. C.de dol.* cùm biennio extinguatur quoad hæredes & cæteros, ad quos aliquid ex dolo pervenit, eſt perpetua,*dict.l.ſi plures.*

47 Actio metus ſemper eſt perpetua quoad ſimplũ, nã reſpectu quadrupli,ut dictũ eſt,durat anno; eſt autem perpetua, quia perſonalis, nã perſonales actiones ad triginta annos extenduntur,*l.pecunia, C.de conſt. pecun.l.ſicut,C.de præſcript. 30. ann.* ut cæteræ perſonales,ſed rantũ durat per 20.annos,*gloſſ.in l.3.verb.Munitus, C.hoc tit.* quam *Bart.* dicit notandã, & ratio eſt ſecundũ *Gloſſ. & Bart.* quia cùm hæc actio ſit in rẽ ſcripta,*Ant.Fab.1. dec. err. 8.n.6.*& ſic excedat ſuos terminos, cùm detur contra quemlibet poſsidentem,exceditur à ſuis terminis, *argum.l. fin. C.de edict. D. Hadrian. toll.* & per conſequens non durat ſicut actiones perſonales.

48 Quartò,actio metus duplex utilis in rẽ,quæ datur metũ paſſo, quando metus interceſsit ſuper incorporalibus, *l.metũ, §.volenti ſecundum primã lecturã,D.hoc tit.* &actio metus cauſa perſonalis,quãdo ſuper corporalibus eſt metus illatus: & iſte perſonalis ſuper corporalibus videtur directa,ſed & datur alia utilis in perſonã pro rebus incorporalibus. Actio verò doli nõ ita diſtinguitur. Nã alia eſt,ut cõtra dolo

ſum

ſum duret biennio, vel contra hæredes
de eo, quod pervenit perpetuò, vel eſt
in factũ contra doloſum tranſacto biẽ-
nio, *l. itaque, in fin. D. de dol.* ut in factum
cõtra parẽtes, vel patronos, *d. l. nõ debet.*

49 Quintò, actio doli ſubſidiaria eſt, *l.
Divus, de reſt. in integ. l. 1. §. meritò Pra-
tor, D. de dol. cũ vulg.* eſt actio metus nõ
ita. Sed declara, ut *in l. ſi per vim, C. hoc
tit.* videlicet nõ eſſe ſubſidiariam, quã-
do agitur intra annum ad quadruplum,
ſed quando poſt annum ad ſimplum, ut
ibi in fine *legis.*

50 Sextò, actio doli oritur ex delicto,
*Bargal. de dol. lib. 2. cap. 2. in prima divi-
ſione, à n. 3. cum ſeq.* ſed actio quod metus
cauſa naſcitur ex varijs figuris cauſarũ,
ut dixit *Bart. in l. 3. verſ. Circa hoc quæ-
ritur, & verſ. Sed ego, poſt gloſſ. magnã, D.
hoc tit.* quaſi cõtrahatur quædã obliga-
tio ex ſola pervẽtione rei, & propterea
51 hæc actio ſit in rem ſcripta. Sed cùm in
metu ſemper ſit dolus coniunctus, *l. ſi
cum exceptione 14. §. cũ qui, D. hoc tit.* vi-
detur & ipſa ex delicto originẽ ſumere.

52 Hinc quæri debet, an in iſtis actioni-
bus de *metu & dolo* in litem iuretur? In
tot iuris noſtri locis, quæ extant de
actione, quæ competit ex capite edicti
noſtri, & de dolo nullibi reperitur iu-
rari in litẽ adverſus eũ, qui arbitrio iu-
dicis non paret, id eſt, qui rẽ per vim &
metũ, aut per dolum extortã reſtituere
juſſus, non vult reſtituere; ſed ſiquidem
de eo, quod vi, metusve cauſa geſtũ eſt,
agatur, pœna quadrupli edicto ipſo Præ-
toris conſtituta eſt adverſus cõtumacẽ,
& reſtituere nolentẽ, *l. ſi cum exceptione
14. §. 1. D. hoc tit.* Si verò de dolo, con-
dẽnatur reus quanti res eſt, id eſt, quan-
ti revera intereſt actoris, *l. in arbitrio 18.
53 D. de dolo.* Nam hæc verba: *Quãti ea res
erit,* vel *quanti eam rẽ eſſe apparet*, nihil
enim intereſt; nunc referuntur ad verã
rei æſtimationẽ, *l. inter hæc verba 179.
l. hæc verba 193. D. de verb. ſignif.* nunc
etiam ad id quod intereſt, ut in *l. 1. §.
hæc verba, D. ne vis fiat ei, qui in poſſ. miſſ.
eſt, l. 3. §. ult. D. uti poſſidet.*

54 Vnus tantùm locus eſt, qui admittit
in utraque actione in litem iurari poſſe.
Is eſt in *l. in arbitrio, in princip.* ubi poſt-
quàm Paulus ſcripſit, in ea actione de
dolo arbitrio iudicis reſtitutionẽ com-
prehendi, & niſi reſtitutio fiat, ſequi cõ-
demnationẽ, *Quanti ea res eſt*, ſubijcitur
in hæc verba: *Ideò autem hic, & in metus
cauſa actione certa quantitas nõ adijcitur,
ut poſſit per contumaciam ſuam tanti reus
condemnari, quãti actor in litẽ iuraverit,
ſed officio iudicis debet in utraque actione
taxatione iusiurandum refrænari.*

55 Facit in terminis his *Ioã. Bapt. Plotus
de in lit. iurãdo § 25. n. 1. 2. 3. & 4.* ubi di-
cit, quòd in actione de dolo, & actione
quod metus cauſa, & in alia ſimili, in
qua dolus cõmiſſus fuerit à principio o-
bligationis cõtractæ, poteſt iurari in li-
tem non ſolùm veritatis, verumetiã ad-
fectionis. Nã in iſtis ratione doli com-
miſsi à principio cõtractæ obligationis
actio *de dolo*, & actio *quod metus cauſa*,
& ſimiles licèt ſint ſtricti iuris, efficiun-
tur arbitrariæ.

56 Vnde ſi *per dolum & metũ* induxiſti me
ad tradendum rem valentem decem, &
illã non reſtituis, iudex ratione doli po-
terit te cõdemnare non ſolũ in ipſis de-
cẽ, verumetiã in plus, videlicet quantũ
in litem iuravero, *d. l. in arbitrio, § 1. D.
de dol. & in l. ſi cũ exceptione, §. in hac, D.
quod met. cauſ. Caſt. in leg. in actionibus,
col. 1. n. 2. & ibi Iaſ. D. de in lit. iur.* & idẽ
erit, ſi rem ipſam (puta ſervũ vel equũ)
dolo, aut *per metũ* à me habitam, dolo-
sè alienaſti, vel rem à me *dolo*, aut *per
metum* habitã dolo deſijſti poſsidere; &
res extat, quia potero contra te iurare
in litẽ non ſolùm veritatis, verumetiã
adfectionis, & hoc procedit propter do-
lũ ſolum cõmiſſum à principio, licèt nõ
fuerit cõtumacia quoad iudicem, quia
non potuit recuperare, & ſic non reſti-
tuit *gloſſ. verb. Deſ. nctus, in fin. in d. l. in
arbitrio; Caſt. in d. l. in actionibus, num. 5.
verſ. Sed interdum.* Si autem non fue-
rit commiſſus dolus in non parendo
iudici, nec in deſinendo poſsidere,

tunc licèt dolus fuerit cõmiſſus à principio tempore contractæ obligationis in actionibus ſtricti iuris, ſive res extat ſive non, ut in actione de dolo, vel metus causâ, propter talem dolum nõ devenitur ad iuramentum in litem, quod eſt adfectionis: puta ſi ſervus aut equus, quem dolo à me habuiſti, ſit defunctus, aut ſine dolo alienatus, tunc enim fit condemnatio in id, quod actoris intereſt, ſed non iuratur in litem adfectionis, *text. & gloſſ. in dict. l. in arbitrio, verſ. Si tamen, Angel. in §. præterea quaſdã, col. antep. verſ. Sed tunc inſurgit*, ibi: *Aut fuit dolo in tempore, Inſt. de action.* Sed iuramentum in litẽ veritatis concurrẽte difficultate probationis credo poſſe præſtari ſuper vero intereſſe, & rei æſtimatione, *d. l. in actionibus, verſ. Planè, ubi gloſſ. & DD. D. de in litem iurando.*

57 Re autem peremptâ diſtingue, quòd aut ſumus in actionibus bonæ fidei, & tunc non pervenitur ad iuramentum in litẽ, quod eſt adfectionis, ſed veritatis ſuper vero pretio rei, ex quo in re non extante non poteſt cadere probabilis adfectio, *text. in l. ſi poſſeſſor, §. fin. D. de petit. hæred.* & hoc propter æquitatem, quæ in actione bonæ fidei verſatur, ſi res erat eodem modo peritura penes actorem, *Caſt. in dict. l. in actionibus, col. 2. verſ. Sed quartò oppono, & verſ. Si au-*

58 *tem eſſe perempta.* Aut actio erat ſtricti iuris, & tunc etiam ſi res ſit perempta, & ſic impoſsibilis eſt recuperatio, propter dolum tamen commiſſum in deſinendo poſsidere, defertur hoc iuramẽtum adfectionis, *gloſſ. in d. l. in arbitrio, in princ. D. de dolo, Caſt. in dict. l. in actionibus, col. 2. in dict. verſ. Si autem eſſet perempta, in fin.* ibi: *Aut erat actio ſtricti iuris, Angel. in §. præterea quaſdam, col. antepenult. verſ. Sed tunc inſurgit, Inſtit. de action.*

59 Et teſte *Paul. Caſtr. in d. l. in actionibus, col. 2. in fin. verſ. Recolligere, & ſequitur Angel. in d. §. præterea.* Sũt recolligendi tres caſus, quòd aut fuit commiſſus dolus in nõ parẽdo iudici, cùm poſſet, & in omnibus actionibus defertur hoc iuramentum adfectionis, & ſic omnes actiones poſſunt dici arbitrariæ, *l. qui reſtituere, D. de reivind.* Aut dolus non fuit commiſſus in non parendo iudici, ſed in alio; & tunc aut fuit commiſſus dolus in deſinendo poſsidere, & tunc defertur iuramentum in litem, ne dum veritatis, verumetiam adfectionis in actione bonæ fidei, & in actione in

60 rem, vel in rem ſcripta, & in actionibus arbitrarijs ratione doli præcedentis, non in alijs: ita debet intelligi *dict. l. in actionibus*, & hoc dummodo res extat in rerum natura; aliàs diſtinguitur inter bonæ fidei, & ſtricti iuris actiones. Aut in neutro iſtorum fuit cõmiſſus dolus, ſed ſolùm à principio obligationis contractæ, & propter illum non defertur iuramentum in litem adfectionis, *dict. l. in arbitrio, §. 1. D. de dolo*: ſed iuramentum in litem ſuper vera æſtimatione poterit præſtari, *l. ſi quando, C. unde vi. & arg. dict. l. in actionibus, verſ. Planè*, ubi defertur ipſum iuramentum propter dolum commiſſum pòſt; puta propter moram, fortiùs ſi à principio; quia ſemper eſt in mora, *l. 1. C. quod met. cauſ. l. 1. §. rectiſſimi, D. de vi arm. gloſſ. fin. in l. nummus, D. de in lit. iuran.* Hoc tamen verum, ſi res non extat, vel non apparet, & ſic eſt difficilis probatio, aliàs ſecus, ut eſt *text. in d. l. in actionibus, verſ. Planè.*

61 Item quod dixit *Paul. de Caſtr. in dict. l. in actionibus*, propter dolum commiſſum dumtaxat à principio contractæ obligationis, ſi non committatur poſteà in deſinendo poſsidere, vel non parendo iudici, non deferri iuramentum in litem: intelligo adfectionis, & in ſtricti iuris iudicijs, *l. in arbitrio, §. 1. D. de dolo.*

62 Verùm his non obſtantibus dicendũ exiſtit in iſtis actionibus nunquam in litem iurari; ſic haud impedit *dict. l. in arbitrio*, ex ſeqq.

63 Primò, ex eo quòd falſum eſt, quod di-

dicitur in actione quod metus cauſa, certam quantitatem non comprehendi verbis edicti: nam è contrario certa quantitas, & certa pœna conſtituta eſt, ſcilicet quadrupli, *d. l. ſi cum exceptione 14. §. 1. D. hoc tit.*

64 Secundò, nunquam defertur iuſiurandum in litem niſi ex neceſsitate iuris, *l. ult. D. de in litem iurando*, id eſt, cùm aliter indemnitati actoris conſultum eſſe non poteſt.

Tertiò, non eſt audiendus *Cuiac.* qui poſt *Accurſ.* tentat quadrupli pœnam certam eſſe, & conſtitutam, ſed ſimplum, quod quadruplatur ex iuramento in litem æſtimari debere, atque ita utrumque verum eſſe, & in litem iurari, & quadruplum præſtari. *Vlpian.* enim *in dict. l. 14. §. quadruplatur*, differtè ſcribit, quadruplati quanti res eſt cum fructibus, & omni cauſa; quibus verbis, etſi nō verum pretium, ſed id quod intereſt, hac edicti parte continetur, ut idē quoque *Vlp. in dict. l. 14. §. penult.* non tamen, quod ſua intereſſe actor ex adfectione iuret; ſed id tantum quod revera intereſſe conſtet, ſignificatur, cùm ſint iſta ex diametro contraria, quanti res erit, & quanti actor iuraverit in litē, *l. qui reſtituere 68. D. de reivindic. l. tutor 8. D. de in litem iurando, l. ſemper 15. §. hoc interdicto, D. quod vi aut clàm, l. non à iudice 64. D. de iudic.*

65 Quartò, in *dict. l. 14.* §. 1. ſcriptum eſt, id demum quadruplari, quod reſtitui oportuit; atqui nemo dixerit reſtitui debere quanti actor in litem iuraverit. Nam non poteſt quis admitti ad iurandum in litem, niſi eo demum caſu, quo non reſtituatur id, quod ex arbitrio iudicis reſtitui debuit; priuſque eſt ut quid reſtitui debeat, quàm ut ob id non reſtitutum in litem iuretur: non igitur fieri quit, ut iureiurando in litem æſtimetur, quod quadruplandum eſt.

66 Quintò, multò minus defendi poteſt *Bart.* aliam *Accurſij* interpretationem ſequutus, putans eſſe in electione eius, qui vim aut metum paſſus eſt, ut vel quadruplum petat, vel quanti iurare paratus ſit: cùm enim verbis ipſis edicti certa pœna, eáque graviſsima, ſcilicet quadrupli, conſtituta ſit (nullam namque graviorem pœnam Ius Civile agnoſcit, quæ quadruplum egrediatur, §. *omnes autem, Inſtit. de act.*) cur iudici permittamus de actione, quæ ex Prætoris edicto competit cognoſcenti, ut aliam pœnā pro arbitrio irroget? Adeòque eam, quę nunquam irrogari ſoleat, aut poſsit, niſi urgente, aut potiùs omninò cogente iuris neceſsitate.

67 Sextò, nec ſanè probabile eſt iuris noſtri Authores, qui non ſolùm *in tit. de eo quod metus cauſ.* ſed tot alijs etiam *locis* tractant de actione quod metus cauſa, prætermiſſuros fuiſſe pœnam illam iuriſiurandi in litem ex ea cauſa deferendi, ſi locum ei aliquem dandum eſſe exiſtimaſſent.

68 Vt tamen *text. in d. l. in arbitrio*, explicemus, advertendum eſt, quòd in eo differt actio quod metus cauſa ab actione de dolo, quòd per actionē quod metus cauſa petitur certa quantitas, id eſt pœna quadrupli, ſi res non reſtituatur; in actione verò de dolo certa quātitas non adijcitur, ſed ſi reſtitutio non fiat, reus quanti res eſt, id eſt, quanti actoris intereſt, condemnatur; quia mitiùs agendum eſſe viſum eſt cum eo, qui dolum dumtaxat admiſit, quàm cum eo qui pręter dolum vim quoque, aut metum intulit. Igitur falſum eſt, quod ait *d. l. in arbitrio*, in actione quod metus cauſa nullam adijci certam quantitatem, non magis quàm in actione de dolo: illud autē falſius eſt, quod ſequitur, ideò factum hoc eſſe, ut poſsit reus per contumaciam ſuam tanti condemnari quanti actor in litem iuraverit.

69 Vera enim ratio propter quam certa quantitas in actione de dolo nō adijcitur, nec adijci poteſt, alia non eſt; quā quia eius quod intereſt quantitas ſemper eſt incerta; quatenus enim cuiuſque intereſt, in facto, non in iure conſiſtit, *l. quatenus 24. D. de reg. iur.* In eamque

querem neceſſariæ ſunt probationes, quarum difficultate, & inopiâ plerumque fit; ut quamvis multum interſit, tamen condemnatio ad exiguam ſummam deducatur, *l. ult. D. de Prætorijs ſtipul.*

70 Ex quibus facilè percipitur, rectè ſenſiſſe *Ant. Fab. lib. 16. coniect. cap. 18.* quatenus dictat, *dict. l. in arbitrio* à Triboniano compilatam fuiſſe, ut ſic talis error, & falſitas reperiatur. *& de error. pragm. decad. 18. err. 6. Gaſp. Schifordeg. lib. 1. ad Ant. Fabr. tract. 25. quæſt. 65.*

71 Vnde damnari debent *Phanuc. de iuram. in lit. par. 2. cap. 3. num. 21. Setſer. de iuram. lib. 5. cap. 5. num. 22. cum ſeq. Farin. 2. par. Fragm. crimin. verb. Iuramentum in litem, num. 996.* contrarium ſentientes, *Oſſuald. in Don. lib. 26. comm. cap. 8. litt. K. Vveſembec. ad tit. D. de in lit. iur. num. 6.*

SVMMARIVM.

1 *Omnes gentes primùm Regibus paruerunt, & pòſt, & tempore Noë.*
2 *Reges debent cuncta facere in utilitate ſubditorum, & 13. 14.*
3 *Ij igni aſſimilantur.*
4 *Et Soli comparantur.*
5 *Lucerna ſymbolum eſt Principatus.*
6 *Reges debent honorari.*
7 *Onera muneris Regij remiſſivè.*
8 *Amor præcipuus eſt ad regimen, & 9. 10. 17. 18.*
11 *In ſocietate coniugali amor eſt neceſſarius.*
15 *Princeps Parens publicus dicitur.*
16 *Reges Hiſpaniæ amore potiùs, quàm timore regnant.*

CAPVT VII.

An metus ſit potior amore ad regimen.

1 OMNES gẽtes antiquæ primùm Regibus paruerunt, *Cic. lib. 3. de legib. Iuſtin. lib. 1. Senec. 1. de clement. cap. 19. Arellan. lib. ſing. lect. iur. cap. 2. quæſt. 4. fol. 75. à tergo*: & poſtquàm viventibus adhuc Noë, eiuſque filijs linguarũ confuſionem inſanæ turris machinario induxit, ſingulæ familię Reges habere cœperunt, *Adam Contzen lib. 1. Polit. cap. 21. §. 10.* quibus obedientiam & ſubiectionem pręſtiterunt, eorumque regimini ſe dederunt, ut omnia tranquillè conſtituerentur, ſeditiones ceſſarent, tumultus ſedarentur, & quieta vita perageretur.

2 Quiquidẽ Reges cuncta in ſubditorum utilitatem molliri tenebantur, *Xenoph. in memor. Socrat. lib. 3. Adrian. apud Spartian. Caſſiod. lib. 1. epiſt. 17. Fr. Ant. Per. in Reg. D. Bened. cap. 64. num. 10. & 12. P. Ioan. Ant. Velazq. in epiſt. ad Philipp. c. 1. verſ. 23. & 24. annot. 2. fol. 359.* ne tyranni efficerentur in voluptatibus proprijs detenti, elegãter *D. Iſidor. Peluſiot. lib. 3. epiſt. 74.* ibi: *Imperij regula, ô ſcientiæ implorãdi explorator accuratiſſime! Hæc demum eſt, qua ad ſubditorũ utilitatem omnia mollitur. Nam qui imperij diſciplinam, compoſitumque ordinẽ in tyrannidem, & perturbationem immutat, atque labores quidem ſubditis comparat, voluptates autem ſibi aucupatur, hic non imperij, ſed tyrannidis regulam, ac legem deſcribit.*

3 Ij tamen igni aſſimilantur, qui ſicut paulatim à ſe remora illuminat, ita ſatis admora ſibi comburit, *Petr. Greg. de Republ. lib. 6. cap. 20. num. 15. Carol. Scri-*
4 *ban. lib. 1. Pol. cap. 7. fol. 125.* Et Soli cõparantur, *Petr. Greg. lib. 3. de Repub. cap. 10.* qui in omnes beneficè influit, fovet, & alit, *Senec. de clem. 1. cap. 3. Illius Principis magnitudo ſtabilis, fundataque eſt; quem omnes tam ſupra ſe eſſe, quàm pro ſe ſciunt. Quo procedente non tanquam malũ aliquod, aut noxium animal è cubili proſiliret, diffugiunt, ſed tanquam ad clarum, ac beneficum ſidus certatim advolant*: eloquentiſsimè *Nicol. Cauſin. in parallelis eloquentiæ ſacra & humana, lib. 11. fol. 444.* dum ita fatur: *Hoc veri Principis,*

ac

ac etiam Conſulis reconciliare æmulas civitates, tumenteſque populos non imperio magis, quàm ratione compeſcere, intercedere iniquitatibus Magiſtratuum, infectumq; credere, quidquid fieri nõ oportuit: poſtremò velociſſimi ſideris inſtar omnia inviſere, omnia audire, & undecunque invocatum ſtatim numen adeſſe.

5 Hinc lucernam in arcano ſermone ſymbolum eſſe, ſive ſacri, ſive profani Principatus res eſt, non uno, aut altero, ſed multis, ijſque graviſsimis firmata teſtimonijs, 3. Reg. 11. verſ. 35. 4. Reg. 8. verſ. 19. Pſalm. 132. verſ. 16. Pſalm. 17. verſ. 19. Matth. 5. verſ. 15. Apocal. 21. verſ. 23. Ioan. 5. verſ. 35. Proverb. 6. verſ. 23. Pſalm. 118. verſ. 104. Iob 29. verſ. 3.

6 Summoperè Reges debẽt honorari, Adam Contz. lib. 7. Polit. cap. 4. & commendari Deo, ut in columes ſint Tertul. in Apolog. cap. 38. Cerda adverſ. ſacror. cap. 105. num. 12. & cap. 146. num. 1.

7 Onera muneris Regij doctè proponit Leon. Leſſ. lib. 1. de ſummo bono cap. 5. toto.

8 Præcipuus ad regimen rectum conſtituendum amor, quàm timor, Democrit. apud Anton. Melliſ. ibi: Amabilis eſſe eligas potiùs, quàm terribilis; qui enim ab omnibus timetur, omnes timeat neceſſe eſt. Stob. ſermone de Republ. ibi: Magiſtratus, quidem dicebat non oportere tantùm prudentes eſſe, verumetiam benignos: ſubditos verò non morigeratos tãtùm, ſed amantes quoque Magiſtratuum. Simãc. de Repub. lib. 3. cap. 12. pag. 142. tot. ibi: Nulla melior Principis cuſtodia, quàm vera, & firma eorum, quibus præeſt benevolentia: cùm enim aſſuefacti fuerint multi, & potentes cives non Principem formidare, ſed pro illo timere, ac ſolicitos eſſe, multis oculis videt, multis auribus audit, ac præſentit, quæ adverſus illum aguntur.

9 Nam ut dicebat Nazianz. orat. 5. Nihil eſt utilius, & ſecurius, quàm cùm volentes præſunt volentibus: nã quod violentum eſt nec ſecularem Principatum ſtabilire: quod enim vi ſubigitur, id ſe oblato tempore in libertatem vendicare ſolet. Iſidor. Peluſ. lib. 2. epiſt. 72. ibi: Qui volentibus imperant, ij demum verè imperare mihi videntur, qui autem invitis imperant, eos potiùs ſimiles eſſe dueo, qui cruciatu adficiuntur, quàm qui imperium adminiſtrant. Cicer. 1. offic. Malus eſt cuſtos diuturnitatis metus: contrà benevolentia fidelis ad perpetuitatem. Sineſ. ad Arcad. Quæ enim poteſtas valentior ea, quæ benevolentia fulcitur? quis autem è privatis ſecurior agit eo Rege, non quem metuunt cives, ſed pro quo metuunt? Plat. epiſt. 4. Neceſſaria eſt ad res gerendas hominum benevolentia: hanc Præfectus urbi iuſtitia, prudentia, cæteriſque virtutibus facilè conciliabit. Ferus in Num. cap. 12. Nec populo regendo aptior quiſpiam, quàm is, in quo benignitas eſt, & manſuetudo, quæ tamen careat animi fortitudine, & zelo iuſtitiæ: alioqui qui omnia diſſimulat, non mitis,
10 ſed puſillanimus cenſendus eſt. Metus malus ille diuturnitatis eſt Magiſter. Cicer. Philipp. 2. Plin. in Paneg. ad Trajan. Infidelis recti magiſter eſt metus. Cic. 4 de offic. Nulla vis imperij tanta eſt, quæ premẽte metu poſſit eſſe diuturna. Iuſt. Lipſ. lib. 4. civil. doct. cap. 11.

11 Quoniam naturale eſt, & odiſſe, quem times, & quem metueris infeſtare, ſi poſſis. Arnob. lib. 8. adv. Gent. Ennius, Quem metuunt oderunt, quem quiſque odijt, perijſſe cupit.

12 Quod confirmatur ex eo quòd prima ſocietas, id eſt, coniugalis Principatum dedit, deditque urbes, regna & orbem, nam ut dixit Homer. Odiſſ. 19.

—— Ius quiſque miniſtrat
Progenitis, atque uxoribus.

Arellan. de Imperat. lib. 4. cap. 1. num. 4. in fin. & cap. 5. num. 2. & in ea amor & dilectio ſit neceſſaria, ut probat Petr. Gregor. de Repub. lib. 1. cap. 3. num. 12. ſequitur evidentiſsimè in omni Principatum amorem, & dilectionem tam Regum, quàm ſubditorum intervenire debere.

13 Præterea cùm Principes non tam propter ſuam, quàm ob publicam ſubditorum utilitatem creati, & electi fuerint,

rint, teſte *Platon. libro civili, ſeu de Regno, & in Dialogo Critias, Ariſtot. lib. 3. Pol. cap. 4. & 5. & lib. 5. cap. 10.* Poteſtatem quã habenr ad populos regendos, ad nullum alium ſcopum referre debent, quàm ad civium iuſtum incrementum, & obſervationem. Illud enim inter Principem, & tyrannum intereſſe conſtat, *Petr. Gregor. de Repub. lib. 6. cap. 18. num. 19. & 20. Ioan.* Kochier *Thiſau. Aphoriſm. Polit. lib. 3. cap. 5. & lib. 6. cap. 12. Petr. Fab. lib. 3. ſem. cap. 16.*

14 Vnde *Senec. lib. 1. de clem. cap. 14.* ibi: *Hoc quod parenti etiam Principi faciendum eſt, quem appellavimus Patrem patriæ, non vana adulatione adducti, cætera enim cognomina honori data ſunt, magnos, & felices, & Auguſtos diximus, & ambitioſæ maieſtati quidquid potuimus titulorum congeſſimus: Patrem quidem patriæ appellamus, ut ſciret datam ſibi poteſtatem patriam, quæ eſt temperatiſſima liberis conſulens, l. 2. tit. 10. par. 2.*

15 Hinc Princeps Parens publicus dicitur, *Caſſiod. lib. 4. epiſt. 42. Claud. 4. Conſul. Honor. V. 294. Paul. in l. 3. in princip. D. de offic. Præfect. vigil. Amat. lib. 1. obſerv. cap. 1. num. 5.* & ſicut parentes filios amore proſequuntur, ita ſimiliter Principes Rempublicam amare tenebuntur obnoxij.

16 Denique Reges Hiſpaniæ potius amore, quàm timore regnaſſe author eſt *Claudian.*

Dives opum lætare tuis ſpecioſa metallis
Principibus fœcunda pijs Hiſpania.

Paul. Iovius lib. 42. ſuæ hiſtor. pag. 555. ibi: *Mos enim erat Hiſpaniæ Regibus eos indulgenter obſervare, à quibus ſoli, quàm metui mallent, ita fiebat, ut nobili pudore, potius quàm terrore Regiæ poteſtatis adducti imperijs, & legibus parerent.*

17 Amari ergo volet, qui imperare tutò volet, & verum vetus illud eſt amor populi munimentum inexpugnabile. Eſt hinc illud vnius,

Non ſic excubiæ, nec circunſtantia tela
Quam tutatur amor, ----

18 Neque certior alia gubernandi ratio, quàm dum patris perſonam Princeps, filiorum induunt ſubditi. Mutuò hæc ſe provocant. Patrem Princeps ſe oſtẽdit; ſubditos ſentiet filios, nec validius quidquam amore ad amorem ſuorum parandum.

19 Quare hanc ſentẽtiã tuentur *Bobad. lib. 3. Polit. cap. 12. num. 6. 10. 12. & ſeq. Navarret. diſcurſ. 22. Carol. Scribanius lib. 2. Polit. cap. 12. toto.* eleganter *Alciat. Emblem. 107. ubi Claud. Minois in Comm.* multa cumulavit;

Aligerum fulmen fregit Deus aliger igne,
Dum demonſtrat uti eſt fortior ignis amor.

Graphicè & graviter *S. Petr. Damian. epiſt. 16.* ibi: *Ille ergo condicti certaminis promeruit palmam, qui leniter egit, non qui vincere furendo, & violentiam irrogando tentavit. Sed ut ex Scripturis ſacris honeſtius proferatur exemplum, ſi Roboã Senum conſilijs acquieſcẽs populo intra reſponderet, totum Iſrael ſui iuris imperio ſubdidiſſet, ſed quia coævorum ſuorum ſuperbiæ credidit diviſis à ſe decem Tribubus ſublimem Regni potentiam humilem fecit. Heliod. lib. 10. Æthiopic. fol. 470.* ibi: *Vt in ſalute Hydaſpis acquieſcentes, quòd is vir æquitate ſimul, & clementia in ſubditos, ac lenitate eum affectum animis populi, ut illum in patris loco deligerent, inſtillaverat.* Comprè *Epiphan. lib. 5. Polit. cap. 10. fol. 673. Delrius ad Senec. in Octav. verſ. 182. fol. 349. Tacit. lib. 11. Annal. Livi. lib. 8. Perez. in reg. D. Ben. cap. 64. n. 25. S. Petr. Chryſol. ſerm. 108.* explicãs illud *Paul. Obſecro,* inquit, *vos per miſericordiã Dei:* Sic fatur: *Rogat Paulus, imò per Paulum rogat Deus, quia plus amari vult, quã timeri; rogat Deus, quia non tam Dominus eſſe vult, quàm Pater.*

SVMMARIVM.

1 *Metus dividitur in ſex ſpecies.*
2 *Et in quinque.*
3 *Metus concuſſivus cauſatur per minas.*

Iu-

4 Impreſſivus eſt, cùm in actu interveniunt verbera.

5 Concuſſivus dicitur, qui incutitur à potenti.

6 Reverentialis eſt erga patrem, & alias perſonas. & 71.

7 Perfidiæ exiſtit, quando ob eius timorem aliquid datur.

8 In noſtra materia dupliciter metus apparet.

9 Iudicis arbitrio relinquitur, an ſit iuſtus metus.

10 Metus cadens in conſtantem virum ad hoc edictum pertinet. & 11. 12.

13 Malum, quod timetur, grave debet eſſe, & ſufficit quòd in perſona conſanguineorum timeatur. & 14.

15 Metum incutiens potens debet eſſe, & ſolitus minas executioni mandare. & 16.

17 Vt metus gravis ſit, neceſſe eſt quòd timens nequeat occurrere malis, quæ timet.

18 Præceptum tyranni inducit iuſtũ metũ.

19 Iuſſus & Præceptum Principis, quando ſævire ſolet contra inobedientes.

Metus ceſſat in eius minis, & coactionibus adfectatis.

20 Metus mortis, cruciatus, verbera, terror armorum. uſque ad 27.

Metus infamiæ, præcepta pœnalia, periculum amittendæ libertatis, & amiſſio bonorum, aut maioris partis inducũt iuſtum metum.

28 Statuti metus dicitur iuſtus.

29 Ad inducendum iuſtum metum ſufficit probabiliter dubitare de offenſione.

30 Viſus armorum, amiſſio membri, locus non tutus, amiſſio inſtrumentorum, timor lucri amittendi, eſſe in hoſtium poteſtate, iuſſus iudicis inducunt iuſtum metum.

37 Vultus iratus ſuperioris, vociferatio, & preces inducunt iuſtum metum. & 38. 39.

40 Importunitas, catenæ, denudatio, peſtis, metus ſtatus, & amiſſionis officiorum, & periurij inducunt iuſtum metum. & 41. 42. 43. 44. 45.

46 Iuſtus metus eſt in vaſſallo alterum dominum recognoſcere vaſſallus invitus alienari nequit.

47 Incendium, vis ventorum inducunt iuſtum metum. & 48.

Et periculum ſuarum mercium, ibi.

49 Minæ & comminatio ſtupri inducunt iuſtum metum. & 50.

51 Minæ ex calore iracundiæ non attenduntur. & 52.

53 Minæ indicium faciunt ad torturam.

54 In perſona mulieris, & minoris minor metus requiritur.

55 Et in ligato, & ſimilibus.

56 Plurimum poteſt in hac materia arbitrium iudicis. & 58. uſque ad 71.

57 Plures ſunt homines qui levi metu terrentur.

72 Metus reverentialis ſufficiens ad invalidationem contractus.

73 Huic ſententiæ opponitur alia.

74 Si intenditur annullatio per hãc actionem, metus reverentialis ſufficit, ſecus ſi officio iudicis. & 80.

75 Filius aut filia contractum in ſui favorem faciens reverentia patris obligatur.

76 Secus tamen ſi ad utilitatem patris cõtrahat, & pater nimis ſeverus ſit. & 77

78 In filio, aut filia, & huiuſmodi alijs qualiſqualis metus cum reverẽtia ſufficit ad reſciſſionem.

79 Filius aut uxor contractum faciens, ne incurrat patris, aut mariti indignationem ſunt obnoxij.

81 Actio metus, & officium iudicis datur ad idem.

82 Metus verſatur reſpectu filij in contractu geſto cum tertio.

83 Filius (etſi pater commodum non ſentiat) reverentia patris contrahit.

84 In reverentia qualiſqualis metus ineſt. & 90.

85 Adſtruitur noſtra ſententia. & 89.

87 Metus & reverẽtia parificãtur. & 88.

89 Diſſentit, qui per metum vult.

91 Idem operatur metus, quàm timor ipſius.

92 Nullus maior metus, quàm indignatio ſuperioris, & 93.

94 In nimia reverentia, nimia perſuaſio eſt.

Velle

95 *Velle non creditur, qui obſequitur imperio patris, dominique.*
96 *Legitimus eſt metus, cùm quis irati patris offenſam metuit. & 97.*
98 *Metus reverentialis diuturnus ſufficit, non autem ſi non perſeveret. uſque 101.*
102 *Verba obiurgatoria inducunt iuſtum metum.*
103 *Quando metus reverentialis anſam contractui dat, operatur, ſecus autem ſi non.*
104 *Indignatio in patre moleſtiſſimè fertur.*
105 *Metus reverentialis ſufficit, non ſola reverentia. & 106.107.*
108 *Reſpondetur text. contrarijs. uſque 112.*
113 *Preces importunæ inducunt iuſtũ metum.*
114 *Metus levis non irritat contractus.*
115 *Mater an incutiat metum, cum ſeqq.*
128 *Tutor & curator incutiunt metum.*
131 *Mulieribus legibus Romanis poſt mariti mortẽ tutor vel curator dabatur.*
135 *An ſi filius taceat conſenſiſſe videatur actui geſto per patrem. cum ſeq.*
136 *Qui tacet, conſentire videtur.*
137 *Negatur. & 138.139.*
140 *Concordantur ſententiæ. uſque 146.*
147 *Filius tacens ob metum reverentialem non conſentit.*
148 *Propter reverentiã non creditur quis conſentire.*
149 *Explicatur cap. 1. §. porrò, de deſpõſ. impub. & 151.*
150 *Legitimatio & adoptio, ſi filius ſit præſens & taceat, valet.*
152 *Subſcribens ſimpliciter inſtrumento, videtur id approbare. uſque 161.*
162 *Limitatur. & 163.*
166 *Reſpondetur contrarijs. & 167.*
164 *Sigilli appoſitio in chartis vacuis non operatur.*
165 *Sigillum Principis probat.*
An adverſus clericos virtute obligationis receptæ ſub ſigillo executio fieri poſſit, ibi.
168 *Subſcribẽs falsò litteras alterius nomine, nec extraordinariè punitur.*
169 *Subſcriptio in accuſatione. & 170.171.*
172 *Subſcribere quid.*
173 *Quæſtores ſubſcribentes non ſubſcribenda puniendi ſunt.*

CAPVT VIII.

De quotuplicitate & diviſione.

1 IOan. Damaſc. lib. 2. de orthod. Fid. cap. 15. in ſex ſpecies dividit timorem; in cunctationem, verecundiam, erubeſcentiam; ſtuporem, terrorem, & agoniã. Cunctatio eſt timor futuræ operationis: verecundia eſt timor ex expectatione elvitij (affectus optimus hic): erubeſcentia eſt timor ex re turpi perpetrata, & hic affectus habet ſpem ſalutis: ſtupor timor ex magna imaginatione: terror eſt timor ex imaginatione non conſueti mali: agonia eſt timor caſus qui venire debet, & infortunij: timentes enim in operatione infortunari agoniamus: hæc omnia tranſcripſit *Nemeſ. in lib. de nat. hom. cap. 20.*

Franc. Burſat. in conſ. 72. num. 10. vol. 1.
2 ad quinque ſpecies reducit; in concuſſivum, impreſſivum, timorẽ ſuſpicionis temerariæ, ſeu violentæ, vel compulſivum, & tacitum, aut reverentialem, & perfidiæ.

3 Concuſſivus cauſatur per minas alicuius illas ſoliti exequi, *cap. dilectus 2. ubi gloſſ. hoc tit. l. metum 3. hoc tit.*

4 Impreſſivus metus facti dicitur, cùm in actu interveniunt verbera & carcer, *l. metus la 2. & §. ſed licèt. & l. qui carcerem, D. hoc tit.*

5 Compulſivus, quia incutiens metum eſt vir potens in Republica, *gloſſ. in Clement. 1. verb. Rogamur, de teſt.*

6 Reverentialis ut filij erga patrem, uxoris erga virum, *l. penult. D. de furt. l. 1. §. quæ onerandæ, D. quar. rer. act. non det.*

Perfidiæ, quando ſcilicet perfidiæ ti-

nore

more aliquid datur, *l. ſi Medicus*, *D. de var. & extraord. cognit.*

8 Proprius tamen ad noſtram materiã dupliciter metus apparet: alius iuſtus eſt, & cadens in conſtantem virum, alius levis eſt, non cadens in eum, ita adnotat *Sanch. dict. diſp. 1. num. 9. Franc. Molin. de rit. nuptiar. lib. 1. cap. 3. num. 38. cum ſeqq.*

9 Etſi communiter *DD.* velint, iudicis arbitrio relinqui, qui metus ſit iuſtus, & cadat in conſtantem virum, *gloſ. verb. Cruciatum, in l. interpoſitas*, *C. de tranſact. Menoch. de arbitr. caſ. 135. n. 3. Caſtill. lib. 3. variar. cap. 1. num. 143. Alexand. Ludov. deciſ. 374. num. 2. Hippolyt. Montan. cum alijs in addit. ad Ant. Olivan. de act. par. 2. lib. 1. cap. 9. num. 11.* tamen quis ſit, à nobis explicandum eſt.

10 *Gaius in l. 6. D. hoc tit.* ait: *Metum autem non vani hominis, ſed qui meritò in homine conſtantiſſimo cadat, ad hoc edictũ pertinere dicemus*, qui licèt in ſuperlativo loquatur, in poſitivo eſt intelligendus, eruditè *Camill. Borrell. tom. 3. ſumm. deciſ. tit. 1. num. 587. Flamin. Pariſ. de reſignat. benef. lib. 13. quæſt. 1. n. 53. & 54.*

11 Ad cuius textus elucidationem advertendum eſt, metum cadentem in cõſtantem virum dici illum, qui in definitione proponitur, ſic *Farin.* ubi ſupr. *lit. M. num. 66.* quia non quilibet metus, ſed qui mentem trepidare facit, in conſideratione eſt.

12 Sed ad hoc, ut cadat in conſtantem virum, quinque requirit, *Sanch. d. diſp. 1. à num. 10. Conditiones.*

13 *Prima*, quòd malum, quod timetur, grave ſit, *l. metum 5.* ibi: *Non quemlibet timorem, ſed maioris malitatis, D. hoc tit.* dixit *Ariſt. 3. Ethicor. 1. Senec. de benef. lib. 2. cap. 8.* quod ſufficit quòd in perſona conſanguineorum, adfinium, & amicorum timeatur, *Sanch. dict. lib. 4. diſp. 4.*

14 *Secunda*, ut æſtimatio mali, quod timetur, ſit fortis, *l. metum, la 2. D. hoc tit. metum autem non vani hominis.*

15 *Tertia*, ut metum incutiens potens ſit minas executioni mandare, *l. famoſi, D. ad leg. Iul. maieſt. Nam & perſona ſpectãda eſt, an potuerit facere, gloſſ. in l. metum, verb. Iactionibus, C. hoc tit.*

16 *Quarta*, ut metum inferẽs minas exequi ſolitus ſit, *d. l. famoſi, & d. l. metum.*

17 *Quinta*, ne poſsit timens occurrere malis, quæ timentur implorando alicuius auxilium, & conſulendo ſuperiorem, *Alex. Ludoviſ. deciſ. 326. num. 34.*

18 Ex quibus inferas. Primò, iuſtum timorem & cadentem in conſtantem virum exiſtere præceptum Tyranni, *Ancharr. conſ. 299. Gemin. conſ. 15. Grãmat. deciſ. 103. num. 52.*

19 Inferas ſecundò, iuſſum & præceptũ Principis eſſe iuſtam cauſam timoris, *gloſſ. in cap. convenior, verb. Monere, 23. quæſt. 8. Bald. conſ. 142. num. 2. lib. 1. Ang. conſ. 215. Fulgoſ. conſ. 191.* quando ſevire ſolet contra inobedientes, *Decian. conſ. 18. num. 127. lib. 1. Capic. deciſ. 159. num. 33. Maſcard. concl. 1051. num. 6. & 7. lib. 3. præſumpt. 4. num. 19. & 126. num. 13. Auguſt. Barboſ. cum multis in dict. cap. convenior, num. 2.* Qui metus ceſſat in eius minis, & coactionibus adfectatis, *Iaſ. conſ. 26. num. 12.*

20 Inferas tertiò, iuſtum eſſe metum mortis periculum, aut mortis cruciatum, *d. l. interpoſitas, C. de tranſact. Decian. conſ. 96. S. Ioan. Chryſoſt. tom. 5. ſuor. op. homil. de conſubſtantiali, fol. 197. circa fin.* ibi: *Quando ergo dicit, Si poſſibile eſt, tranſeat à me calix iſte, & non ſicut ego volo, ſed ſicut tu, nihil aliud præfefert niſi ſe verè carne circumdatum eſſe, quæ mortẽ reformidet: illius enim eſt mortem timere, & recuſare, & mœrore adfici*; eleganter *Quintil. declam. 276.* ibi: *Credibile non eſt quempiam perire mortis metu. Quid enim timuit ulteriùs?*

21 Inferas quartò, verbera, quæ corpus cruciãt, inducere iuſtum metum, pluribus probat *Barbat. conſ. 60. num. 2. verſ. Capio nunc ſecundum, & num 3. vol. 1.*

22 Inferas quintò, iuſtum metum inducere terrorem armorum, *Alex. conſ. 156. num. 4. verſ. Tertiò præſuppono, lib. 5.*

23 Inferas ſextò, ex amiſsione bonorum,

aut

aut maioris partis induci, *cap. cùm dilectus, hoc tit. Pariſ. conſ. 10. num. 28. & 38. lib. 1. l. 7. tit. 33. par. 7. Menoch. conſil. 1. num. 186. vol. 1. Valaſc. de privil. pauper. quæſt. 51. num. 23. par. 1.*

24 Inferas ſeptimò, iuſtum eſſe metum periculum & timorem verecundiæ, & amiſsionis honoris, *Seraph. de iuram. privil. 29. num. 2. Decian. conſ. 1. num. 134. & ſeqq. verſ. Non obſtat, lib. 3.*

25 Inferas octavò, metum infamiæ eſſe iuſtum metũ, *l. iuſta, D. de manum. vind. Curt. iun. in l. interpoſitas, num. 17. C. de tranſact.*

26 Inferas nonò, metum dici iuſtum ex præceptis pœnalibus, præſertim à Dominis, & Principibus factis, *Natt. conſ. 106. num. 11. vol. 1.*

27 Inferas decimò, metum iuſtum dici illum, qui naſcitur ex periculo amittendi libertatem; *Sebaſt. Medic. de fortuitis caſ. 1. par. q. 7. n. 7. verſ. 19. metus.*

28 Inferas 11. metum ſtatuti dici iuſtũ timorem, ad hoc ut quis dicatur invitus facere, etiam ſi ab eo non petatur, *Grat. cap. 227. num. 15. tom. 2.*

29 Inferas 12. quòd ad inducendum iuſtum metum ſufficit probabiliter dubitare de offenſione, *l. ſi quis fumo, D. ad leg. Aquil. l. habitatores, §. iterum, D. loc. l. hac ſtipulatione, D. de damn. infect. Burgos de Paz conſ. 25. in fin.* etiã ſi effectus non ſit ſecutus, *gloſſ. in cap. bonæ, el 1. verb. Metuebat, de elect. & gloſſ. in cap. ad Audientiam, verb. Cauſa, hoc tit.* & ſic ſufficit evaginatio ipſa gladij ad feriendum, licèt ictus non ſequatur, *cap. 1. hoc tit. l. ſed & ſi quãcunque, D. ad leg. Aquil. gloſſ. in l. 1. C. unde vi, in fin. l. 2. tit. 8. par. 7. Gail. de pac. public. lib. 1. cap. 2. num. 3. & 6. Suar. alleg. 23. num. 3. & 4.*

30 Ex quo provenit, ſufficere viſum armorum, licèt eis non utatur, *l. 3. §. qui armati, D. de vi & vi arm. Mantic. de cõiect. lib. 2. tit. 7. num. 6.*

31 Inferas 13. amiſsionem membri eſſe iuſtum metum, *text. in l. 2. tit. 8. par. 7. ubi Greg.*

32 Inferas 14. locum non tutum ob inimicos inducere iuſtum metum, *cap. accedens, el 1. ut lit. non conteſt. Roiz in deciſ. Lituan. 4. num. 539. cum ſeqq. Fuſc de viſit. lib. 2. cap. 28. num 8. Flamin. de reſign. lib. 5. quæſt. 3. num. 255. Camil. Borrell. ſumm. dec. tit. 44. num. 47. & tit. 49. num. 188.*

33 Inferas 15. amiſsionem inſtrumentorum, bonorum omnium, vel maioris partis, inferre iuſtum metum, *l. iſti quidem, §. ſi ijs, & ibi Bald. num. 1. D. hoc tit. Palac. Rub. de retent. Regn. Navarr. 3. par. §. 1.*

34 Inferas 16. timorem lucri amittendi inducere iuſtum metum, *Ruin. conſ. 121. num. 10. Cephal. conſ. 295. num. 17. vol. 2.*

35 Inferas 17. eſſe in hoſtium poteſtate inducere iuſtum metum, *Clem. Paſtoralis, de re iud. Bald. conſ. 364. num. 5. vol. 3.*

36 Inferas 18. iudicis iuſſum inducere iuſtum metum, *l. quamquã de aqua pluv. arcend. l. ſi ſtipulatus, §. ſi lancem, D. de ſolut. l. ſi pecunia, §. 1. D. de reb. cer. l. non videntur, §. qui iuſſu, D. de reg. iur. Gail. lib. 2. obſerv. 102. num. 11.*

37 Inferas 19. vultum terribilem & iratum cuiuslibet ſuperioris inducere iuſtum metum, *Cravet. conſ. 49. num. 3. vol. 1. Alciat. in dict. l. interpoſitas, num. 19. Paul. Staiban. conſ. 7. num. 7.*

38 Inferas 20. vociferationem ſuperioris inducere iuſtum metũ, *l. 3.* ibi: *Aut verborum terrore, l. fin. §. ſi iuſto metu, D. hoc tit.*

39 Inferas 21. preces cuiuslibet ſuperioris inducere iuſtum metũ, *l. fin. C. iſt. tit. l. 1. in princip. verb. Quemadmodum, D. quod iuſſ. gloſſ. in l. 1. C. ſi rector Provinc. verb. Pignore,* ibi: *Blanditiam, gloſſ. in Clem. 1. verb. Optimum, de reſtit. in integr. Cald. Pereir. in l. ſi curatorem habẽs, C. de in integ. reſt. verb. Læſis, num. 42. ad finem, verſ. Quinimò & iuſtum*: licèt aliqui DD. voluerint hoc eſſe intelligendum, quando is qui cogat, ſævire ſolet in eos, quos exoravit, *Maſc. cum multis, concl. 193.* Similiter preces, aut mãdata Regis habentur pro vi, *cap. cùm inter R. ſeniorem, de elect. cap. beatus 7. quæſt.*

q.1. cap.rego 11. q.3. cap. nullus 36. q.2. Cic.lib.9.epiſt.ad Attic.epiſ.9. Eraſm.chilia.5.cent.1.adag.46.Valēç. conſ.4. n.87. aut Papæ, Barboſ.in cap.perículoſo, § porrò, num.39.de ſtat.regul.

Vnde contrahēs cum ſuo Principe, ſi reperitur læſus, dicitur per metum contraxiſſe, & non valet contractus, latè Roland. conſ. ult. num. 112.& 143. cum ſeq.vol.4. Bart.in l. prohibere, §.fin.n.3. D.quod vi,aut clàm, Petra de poteſt.Princip.cap.15.num.5.fol.208.col.2.

40 Inferas 22.importunitatem inducere iuſtum metum, Cravet.conſ.10.n.17.vol.1.l.16.tit.10.lib.5.Recop.ibi: E importunacid, ubi Matien.gloſſ.6.per tot. faciunt noviter ponderati, text.in l.1.C.de rapt. virgin.& in cap.importuna mulier, de pœnit.diſt.1.& perſuaſionē, l.1.§.perſuadere, D. de ſervo.corr.l.cū 5.C.de apoſtat.ibi: Qui ſervū, ſive ingenuū invitum, ſeu ſuaſione, l.1.tit.19.par.7.Sanch.lib.4.diſp.7.n.4.Horat.lib.1.epiſt.ad Claud.Neron.

Nam me rogat, & prece cogit.

Et de Art.Poet.

Vt præco ad merces turbam qui cogit emendas.

Carroc. except.46.num.2. Sueton.in Tiber.cap.24.

41 Inferas 23. catenas inducere iuſtum metum, l.quæ neque ſequantur, D.deverb. ſignif.l.1.C.de cuſt.reor.

42 Inferas 24. denudationem inducere iuſtū metum, tā in viro honeſto, quàm in fœmina, Sarmiēt. lib.2.ſelect.cap.11. num.6.Tiraquel.l.conn.4.num.11.

Inferas 25.locum peſtis inducere iuſtum metum, & in omnibus excuſare, Peguera deciſ.8.num.5.

43 Inferas 26.metū ſtatus eſſe iuſtū, l.ego puto, l.iſti quidem, verſ.Si ÿs, D.hoc tit.

44 Inferas 27. metū amiſsionis officiorum, & tabellionatuum eſſe iuſtū, Cephal.conſ.295.vol.2.

45 Inferas 28. metum periurij eſſe iuſtum, cap. debitores, de iur.iur. verb.Cogendi ſunt.

46 Inferas 29.iuſtum metum eſſe in vaſſallo alterum dominum recognoſcere, Grat.conſ.51.num.17. vol.1. & ideò invitus alienari nequit, Maſtril.conſ.unic. num. 3. poſt deciſ. 1.part. & Blaſc. Ioppul.in conſilio poſito poſt dict.conſil.à n.31. Franch.deciſ.17.Bobad.lib.2.Pol.cap.16. num. 6. Larat. conſ. 86.Valaſc. de privil. paup.1.par.q.22.num.81.Valenç.conſ.59. à num.27.

Inferas 30.iuſtum eſſe metum ab incendio provenientem, ut media domus deſtrui poſsit, l.ſi quis fumo, §.1. D. ad leg. Aquil.l.12.tit.15.par.7.

47 Inferas 31. vim ventorum eſſe iuſtā cauſam alterius navis funes rumpendi ad ſuam conſervandam, l. quemadmodum, §.item Labeo, D.ad leg.Aquil.

48 Inferas 32. periculum ſuarum mercium eſſe iuſtum metum, ut quis alienas in mare proijciat, l.ſi quis ſervandarum, D.de præſcript.verb.

Inferas etiam, metum concuſsionis eſſe iuſtum, l.illicitas 6.§.illicita, cum ſeq. de offic. Præſid. ubi licitâ negotiatione prohiberi, tributi erogatione vexari, ad hoſpitis receptionem compelli ſufficientem terrori cauſam præbet, ut Prætor ſe interponat, Vbeſemb. in paratitl. ad tit.de cōcuſſ. Don.lib.15.comm.cap.39. Baſil.lib 4.cap.4.num.11.

49 Inferas 33. minas inducere iuſtum metum, DD.in cap.1.de offic.deleg. Barbat.dict.conſ.60.in 2.dub. poſt num. 2. & 3.lib.1.Sebaſt. Med.de fortuit. caſib.q. 7. par.1.

50 Cui accedit, quòd ſimiliter inducitur ex comminatione ſtupri, tā in viro quàm uxore, l.iſti quidem 8.ad fin.D.hoc tit.ibi: Quòd ſi dederit, ne ſtuprum patiatur vir ſeu mulier, hoc edictum locum habet, cùm viris bonis iſte metus maior debeat eſſe, quàm mortis, l.15.tit. 2.par. 4. Sanch.dict.lib.4. diſp.5. num. 12. & 17. ubi ait, idem procedere in comminata excommunicatione iniuſta.

51 Adverti tamen debet, minas ex calore iracundiæ provenientes non eſſe attendendas, Marſ.conſ.72.num.6. Camil.Larat. conſil. 19. num. 3. quia tales videntur prolatę ex lubrico linguæ,

quod nemini imputatur, Natt.cũ alijs,
conſ.42.num.2.vol.1.
52 Sed prædicta inlatio intelligenda eſt
tribus concurrẽtibus. Primò,quòd per-
ſonã,vel bona reſpiciant. Secũdò,quòd
minans ſit perſona potẽs. Tertiò, quòd
ſit ſolitus minas exequi,Aim.Cravet.d.
conſ.49.n.20.Sãcb.d.diſp.1.n.21.& ſeqq.
Farin.ubi ſup.n.94. Mõt.à Cueva in reſp.
pro uxor.amit.num.62.par.1. Alex. Lu-
doviſ.deciſ.326.à num.18.
53 Vnde provenit,minas indiciũ facere
ad torturam,ubi minans eſſet homo po-
tens,qui de facili potuiſſet, vel erat ſo-
litus minas exequi,& vir malæ famæ in
eodẽ genere mali; tunc enim ſi poſt mi-
nas fuerit factum damnũ, vel delictum,
erunt minę ipſæ indicium ad torturam,
Plot.in repet.l.ſi quãdo,§.53.n.10. C.un-
de vi, Gom.de delict.c.13.n.11.circa fin.
Theſaur.deciſ.24.num.3.Peguer.deciſ.17.
num.11.
54 Quod tamẽ limitandũ eſt in perſona
mulieris & minoris, in quibus minor
metus ſufficit,Sanch.d.lib.4.diſp.3.n.2.
Surd.deciſ.194. num.24. Riec. deciſ.129.
num.10.par.1.& ſic licèt in muliere nõ
requiratur metus cadens in conſtantẽ
virũ, requiritur tamen metus cadens in
conſtantem mulierem, Sanch.d. diſp.3.
n.3.Alex.Ludov.dict.deciſ.374.num.8.
55 Limita etiam in ligato,vel aliter im-
pedito,infirmo,ſene,in fragili ex quacũ-
que cauſa,vel accidenti: veluti in clau-
do, & alijs mutilatis, valetudinario,ru-
ſtico, prout obſervat cum aliquibus
Mogoll.cap.2.§.5.
56 Venire debet in obſervationẽ,quòd
in hac materia plurimũ poteſt arbitriũ
iudicis, qui pẽſatis qualitatibus rerũ &
perſonarum iudiciũ proferet, an metus
cadat in virum conſtantẽ, Mandel.conſ.
57 72.n.2.lib.1.Farin. ubi ſup.n.69. Nam
plures homines ſunt, qui levi metu ter-
rẽtur, eò quòd à natura timidiores exi-
ſtant, l. unius facinoris, D. de quæſtion.
ibi: Vnius facinoris plurimi rei ita ſunt
audiendi, ut ab eo incipiatur, qui timidior
eſt;& præter modum timidi, l. 1. D.de
ædilit.edict.ibi:Etiã in his,qui prætèr mo-
dum timidi;l.quæ ſub conditione,D.de cõd.
inſtit.ibi:Alij perquàm timidi.
58 Obſervandum eſt, iudicem ex loco,
tempore,causâ,modo metum arbitrari
valêre, cap. cùm locum, de ſponſ. Berous
quæſt.54.num.2. cap. baptizari, 5. diſt.l.
Divus Pius,& l.ſi homini, D. de pet.he-
red.l.1.in fin.D.de ferijs, l.omnes iudices,
C.eod.l.ubi adhuc,C.de iur.dot.cap.ſi qui-
bus, de ſim. cap ſolicitæ, de reſtit ſpoliat.
59 Cravet.dict. conſ.49. num.4. vol.1.Item
60 ex abſentia conſanguineorũ. Ex inſoli-
tis pactionibus,ſeu iuramẽtis, Everard.
61 conſ.19.n.17.Ex præſtatione ſervitiorũ
indebitorum,Mier.par.4.quæſt.20.n.10.
62 Garc.de expenſ.cap.9.num.3.Ex præſum-
pta ſtultitia, Ancbar.conſ.299.n.1. & 3.
63 Ex prę cedentibus ad præſens, nam ſuf-
ficit,quòd ex cauſa præcedenti timue-
rit verè & nõ fictè, Gramm.voto 10.n.5.
64 Aug. Bero.dict.q.54. n.3. A præterito ad
præſens; præſumitur enim à præterito
circa præſens,Clem.exivi de paradiſo, §.
rurſus,de verbor.ſignif.Ever. cap.de tem-
65 pore ad tempus,n.4. A ſolito,& ex modo
inſolito,& nimiâ feſtinatione,Alex.Lud.
d.deciſ.326.n.29.& 36.ex ſequẽtibus ad
præcedẽtia,Bero.d.q.54.n.3.ex præſen-
ti ad præteritũ, Alciat.lib.5.Parerg.iur.
cap.21.A veriſimili,Maſcard. cõcl.1055.
66 num.41.Ab evẽtu ſequuto, Cravet.dict.
conſ.49. in fin. Ex facto, Boſſ. de plurib.
67 viol.num.77. & 83. Ex perſona, utputà
ſi ſit tyrannus, Mantica de coniect. lib.
2.tit.7.num.3.l.qui potentiam, C.de omn.
ag.deſert. lib.11. l.2. C.ne ruſt.ad ull. ob-
68 ſeq.dev.lib.11. Et ex erepta alicui facul
tate utendi liberè iuribus ſuis, Maſcard.
dict. concl.1055. num. 43. tradit Mogoll.
69 cap.2.§.7.Qui cap.7.aſſeverat, lemures,
exercitum, bellum, domum minantem
70 ruinam inducere iuſtum metum. Iam
ex his infertur, metum annullantem &
invalidantem actum, ſeu contractũ de-
bêre eſſe iuſtũ, cadentem in conſtantẽ
virũ,Sãcb.d.lib.4.d.diſp.1.n.9.Farin.lit.
M.n.63.Aliusdicitur metus levisqui nõ
irritat actus, Sanch.lib. 4. diſp.17. tota.
Hic

71 Hic contiguũ eſt diſputare, an ut metus reverẽtialis annullet contractũ; (qui datur in eo, qui iure aliquo ſubiectionis alteri ſubeſt, ut in clerico reſpectu Epiſcopi, ſeculari reſpectu Magiſtratus, uxore reſpectu viri, filio reſpectu patris, genero reſpectu ſoceri, nepote reſpectu avi, impubere reſpectu curatoris, & filio reſpectu matris; *Sanch. lib. 4. diſp. 6. tota*, & nepote reſpectu patrui, & in ſorore reſpectu fratris maioris natu, in ſervo reſpectu domini, liberto reſpectu patroni, *Carol. de Graſſ. except. 11. à n. 24. uſque ad n. 31. Caſtill. lib. 3 variar. c. 1. tot.*) ſufficiat præſentia cum taciturnitate, nõ intercedẽtibus minis, & verberibus.

72 Metus reverentialis ſufficiens eſt ad invalidationem contractus, *l. 1. §. quæ onerãdæ, D. quar. rer. act. non det. l. penult. D. de furt.* Fulvius *Pacian. conſ. 54. toto*; noviſſimè *Anton. Dian. tract. 5. miſc. reſol. 20. p. 3. Honded. conſ. 29. n. 17. vol. 1.*

73 Huic ſentẽtiæ opponitur & alia negans, ut tradit *Boer. deciſ. 100.* & *Cephal. conſ. 91. num. 45. vol. 1. Caſtill. lib. 3. var. cap. 1. à n. 14. & tom. 6. cap. 168. §. unic. à num. 41. Marc. Maur. alleg. 47. num. 3. Franc. Ant. Coſta conſ. 44. à num. 2. Petr. Barboſ. in l. 2. §. fin. à num. 7. cum ſeq. D. ſolut. matr. Graſſ. except. 11. à num 26. cum ſeq. Mendez de Caſtro in prax. Luſit. lib. 3. cap. 22. num. 25.*

74 Quę quidẽ ſententia procedit, quãdo quis vult agere ad annullationẽ contractus per actionẽ quod metus causâ; ſed ſecus ſi quis ageret officio iudicis; nã tunc ſola reverentia ſufficit; ita diſtinguit *Bart. in l. metũ la 1. D. hoc tit. & in l. ſi nõ veriſimile, §. ſi fœnerator, D. eod.* ubi ait, quòd ſi filius ob reverentiã patris, vel uxor ob metũ viri, vel clericus ob reverentiã Epiſcopi aliquid fecerit, poterit illud per officiũ iudicis reſcindi, licèt nõ poſſit per actionem metus, quæ requirit metũ mortis, vel cruciatũ corporis: & idẽ tenet ibi *Bald. & Ang. in d. l. metum, & in d. l. nõ eſt, §. ſi iuſto, D. eod.* & optimè *Cuman. in d. §. ſi fœnerator*, & meliùs *Bald. in d. l. interpoſitas, ſub n. 7. verſ. Oppono, dicitur ſic, C. de tranſ. Graſſ.* cum multis, *except. 11. num. 26. Cephal. conſ. 295. num. 12. in fin. & num. 13. lib. 2. Surd. conſ. 480. num. 9.*

75 Secundò, dicta opinio locum tenet, quando filius, aut uxor contractũ fecerunt cum tertio, ita mandãte patre, vel marito, abſque tamen utilitate, vel cõmodo patris, vel mariti, & tunc ſola reverentia patris, vel mariti non ſufficit, niſi metus alio modo probetur, ut apertè conſtat *in l. ſi patre cogẽte*, & ibi *gloſſ. D. de ritu nuptiar.*

76 Sed ſecus tamen, quãdo prędictę perſonæ contractũ fecerunt cum patre, vel matre, vel marito ad utilitatẽ patris, vel mariti; nã tunc ſola reverẽtia ſufficit ad reſcindendũ contractum officio iudicis abſque eo quòd minæ, aut verbera præcedant, & ita procedit altera opinio, quam tenuit *gloſſ. in l. 1. §. quæ onerandæ, D. quar. rer. act. non det.* Et hanc diſtinctionẽ, quę multũ probabilis, & multum æqua videtur, fecit *Roman. in l. ſi cũ dotem, §. eo autem tempore, n. 11. verſ. Nunc verò ſubtiliùs, D. ſolut. matr. Sarm. ſelect. lib. 2. cap. 11. n. 10.* & licèt non deſint, qui reprehendãt *Ludovic.* inter quos eſt *Barbat. & Felin.* ut refert eum *in cap. cauſam matrimonij, ſub num. 2. extr. de offic. del.* & *Georg. Natta in cap. quamvis, n. 67. verſ. Sed hanc communem, de pact. in 6. Seſſ. deciſ. 60. num. 11. cum ſeq.*

77 Attamen prædictam diſtinctionẽ cõcurrente in patre ſeveritate naturæ approbavit *Roder. Suar. in alleg. 24. in fin. ſub verſ. Nec tamen tacebo*, ubi ait, quòd quãdo filii, vel uxor contraxerũt ad utilitatẽ, & commodum mariti, vel patris, aut mandaverunt contractũ fieri, vel eſt talis cõtractus, in quo aliquid intereſſe patris vel mariti verſatur, & tunc ſi pater eſt homo crudelis, & auſterus adverſus filios, & filius eſt multũ obediens patri, vel eſt mulier, quæ naturâ eſt imbecillis, in qua minor metus ſufficit, tunc metus reverentialis ſufficit ſaltẽ ad reſcindendũ contractũ per officiũ iudicis.

78 Sed utcunque ſit certè illud veriſſimum,

mum eſt,quòd in huiuſmodi perſonis nõ
perfectus metus,ſed qualisqualis metus
unà cum reverẽtia ſufficit ad reſciſsio-
nem contractus,ut ſapienter adnotavit
Roman.in l. ſi ob turpem,col. fin.verſ.Pro
concordia tamen ſoleo, *D.de cond.ob turp.*
cauſ. ubi diſtinguendo tradit , quòd aut
79 filius, vel uxor contractũ fecit ex eo ſo-
lo, ne incurrat indignationẽ patris , vel
mariti, & tũc iſta ſola ac ſimplex reve-
rentia non reſcindit contractũ:aut cum
ipſa reverentia concurrit aliqualis me-
tus illatio , & tunc hæc duo coniuncta
reſciſsionem contractus operantur. Et
licèt alibi dixerit *Bald.* nõ ſufficere quẽ-
libet metũ,ſed eſſe neceſſe,ut probetur
in ſpecie metus periculi vitæ , vel cru-
ciatus corporis,ut hoc tradit *in l. inter-*
80 *poſitas,n.2. C.de tranſ.* Attamen hoc de-
bet intelligi eſſe verũ,quando quis vult
agere per actionem directã quod metus
causâ;ſed ſecùs quãdo agitur officio iu-
dicis,in quo levior metus ſufficit , ut iã
dictum eſt, & etiam notaverũt *Roman.*
& Bald.in dict.l.interpoſitas.

81 Sed nullatenus verũ eſt , quod primò
dicitur , nam certum adeſt actionẽ no-
ſtrã ſolummodò impertiri ad actus an-
nullationem,& ad reſtitutionẽ rei, quæ
metu fuit extorta, & officiũ iudicis ad
idem cõcedi , cùm nuſquam prębeatur
niſi cùm metus operatur, iſque conſtãs,
iuſtuſque apparet ; igitur neutiquã po-
teſt ſubſiſtere concordia, nẽpè ut actus
metu reverentiali geſtus actione noſtrâ
reſcindi nequeat; etſi officio iudicis in
firmari queat : nam officium iudicis ex
actione dimanat, quæ ſi abſit, illud ha-
bèri,& intendi haud valebit.

82 Deficit etiam ſecundum fœdus,quia
idẽ metus reverentialis verſatur reſpe-
ctu filij in contractu geſto cum patre,
quàm adeſt in contractu cõſtituto cum
tertio ob reverentiam patris, & ideò ſi
intuitu patris contrahit cũ eo,& cũ ter-
tio , ſequitur apertè eandem reverentiã
exiſtere ; ergo per conſequens ſicut cõ-
tractus cum patre non tenet , eodem
modo celebratus cum tertio non ſub-
ſiſtet,cùm nullum detur diſcrimen.

83 Nec oberit,ſi replicetur, nullã utili-
tatem,ſeu commodum habère patrem,
quando filius contrahit cũ tertio,ideò-
que contractum tenère. Reſpondetur e-
nim,quòd etſi poſsit accidere,quòd pa-
ter nullum percipiat emolumentum ex
eo contractu;tamen filius nullatenus il-
lũ celebraret niſi patris reverentiâ;igi-
tur ne filius damnum ex ea capiat, cùm
conſenſum non adhibuerit (*Tiraq. poſt*
leges conn. gloſſ.5.num.38. Roſent.de feud.
cap.9.membr.2.concl.77.num.24.) iuſtiſ-
ſimè contractus deficiet.

84 Demũ tertia conciliatio ridicula eſt,
nam quis ſanæ mentis audebit inficiari
in reverentia patris qualemqualẽ me-
tum non intervenire, cùm patris indig-
natio timeatur,ſi cõtrahere filius nolit;
igitur ex omni capite,quidquid à prę ci-
tatis *DD.* aſſertũ eſt, nullo modo tenet.

85 Quare primam ſententiam tenendã
duximus ex ſequẽtibus. Primò,*ex text.*
in l ſi cùm dotẽ,§.eo autem tempore, D.ſo-
lut. matr. ubi ille, qui non contradicit
propter reverẽtiã,nõ videtur cõſentire.

86 Secundò,*ex text. in l. ſi quis cùm ſciret*
*91. D.de furt.*ibi : *Si quis cùm ſciret quid*
ſibi ſubripi, non prohibuit , non poteſt furti
agere. Paulus imò contrà. Nam ſi quis ſeit
ſibi rapi,& quia non poteſt prohibere, quie-
vit; furti agere poteſt. At ſi potuit prohibe-
re, nec prohibuit , nihilominus furti aget:
& hoc modo patronus quoque liberto,& is
cuius magna verecũdia ei quem in præſen-
tia pudor ad reſiſtendum impedit ,furtum
facere ſolet.

87 Tertiò,*ex text.in l.1.§.quæ onerandæ,*
*D.quar.rer.act.non det.*ibi : *Tamen cauſa*
cognita ſi liquidò appareat libertum metu
ſolo, vel nimia patrono reverentia , ita ſe
ſubieciſſe , ut vel pœnali quadam ſtipula-
tione ſe ſubÿceret : ubi probatur metum
& reverentiam parificari.

88 Quod quidem eleganter confirmat
Ioã.Barclai.lib.4. Arg fol.533.in parvis,
ibi: *Nemo eunti obſtabat diuturna tyran-*
nide non in odium magis , quàm reveren-
tiam,& metum creſcente.

Quar-

89 Quartò, qui metu reverentiali con-
trahit, non facit ſponte, cùm ſaltem co-
gatur ob reverentiam ſuperioris: igitur
nō vult, imò diſſentit, ſicut qui per me-
tū efficit, & aſſentitur, *Bald. in l. penult.
num. 3. C. quomod. & quand. iud.*

90 Quintò, nullo modo dici quit, con-
trahentem ob nimiam reverentiā me-
tu omnino carère; ita quidem *apud Dio-
geneanum cent. 5. adag. 30. Vbi metus, ubi
pudor celebratur. Suidas apud Epicarmū,
Virg. in Apocalypſ. cap. 12 comm. 2. ſect. 8.
n 3. fol. 585.* ergo contractus nullus erit,
cùm metus ſimul interveniat, elegāter
Cic. 5. Tuſc. ibi: *Vt innocens is dicitur, non
qui nocet leviter, ſed qui nihilum noceat;
ſic ſine metu is habendus eſt, non qui parum
metuit, ſed qui omnino metu vacat.* Quid
enim intereſt, quo metu quis impulſus
ſit, dum patet compulſum eſſe, *Dec. in l.
in omnibus 39. num. 3. D. de reg. iur.* no-
viſsimè in terminis *Ioan. Deckherius lib.
2. diſſer. decis. diſſert. 2. num. 38.*

91 Sextò, idem eſt, quòd quis in effectu
compellatur, quàm quòd poſsit cōpelli,
imò timeâtur, cōpulſio, *l. noviſſimè, D.
quod falſ. tut. auth. Salgad.* cum plurib. *de
Reg. protect. 1. par. cap. 4. n. 8. & 9.* igitur
etſi ſubditus non compellatur ad actum
niſi nimiâ reverentiâ, ſufficit quòd me-
tus timeâtur, ad hoc ut actus nō teneat:
& communior *Philoſophorum & Theo-
logorum* conſenſus docet, timorē ad ma-
lum futurū, aut imminens terminari; ſic
*Plat. 1. de legib. Ariſt. 2. Ethic. & Rhet.
S. Thom. 1. 2. quaeſt. 25. art. 4.*

92 Septimò, nullus maior metus poteſt
inveniri, quā indignatio ſuperioris, quę
accidet, quoties eius volūtati nō ſit ſa-
tis: ergo ſi inferior cōtrahat, obnoxius
obligationi non erit, nā id facit, ne ira-
tum vultū potentis quotidie proſpiciat,
& creſcat odium, iraque; ſicque com-
pulſus operatur, ut eſt cuique obvium.
Indignatio enim (*authore Baſil hom. 11.*)
eſt acutus paſſionis vapor.

93 Caeterùm etſi quiſque ſuperior benè
morigerâtus ſit, & circumſpectus, tamē,
ſi videt eius voluntatē deſeri & reijci,
ex eo iraſcitur, & ſemper terribilis eſt,
quod ut ſubditus effugiat, non ſolū con-
trahet, ſed ſe ſpoliabit, ut libitum ſupe-
rioris adimpleat, ne ab eius gratiâ de-
flectat, quam pluris habet, ne quotidie
illum (ſub cuius ditione & imperio eſt)
iratum inſpiciat, & indignatū habeat,
& ab eo oculos avertat, quę ſumma in-
dignationis nota exiſtit. *Pſalm. 103.* ibi:
*Avertente autem te faciem turbabuntur.
Virg. 1. Æneid. verſ. 485.*

Diva ſolo fixos oculos averſa tenebat.

Vnde ingēs & magna eſt indignationis
pœna, de qua in *Auth. ut iud. ſine quoquo
ſuffr. §. ult. & novell 77. Scort. cū plurib.
in Conſt. SS. PP. ep. 89. theor. 204. fol. 306.*

94 Octavò, in nimia reverentia, etiā ni-
mia perſuaſio intercedit; igitur metus
ex ijs dimanat, *l. 1. § fin. D. de ſerv. corr.
Valençuela conſ. 29. num. 30.*

95 Facit elegans *text. in l. velle 4. D. de
regulis iuris*: ibi: *Velle non creditur, qui
obſequitur imperio patris, vel domini. Se-
nec. lib. 1. de clement. Non eſt unum impe-
rādi genus, imperat Princeps civibus ſuis,
pater liberis, praeceptor diſcipulis, Tribu-*
96 *nus, vel Cēturio militibus.* Vnde quis ne-
gavit legitimum eſſe timorē, dum pa-
tris irati filius offenſam metuit? *l. iuſta,
D. de man. vind. cap. Abbas, hoc tit.* ſola pa-
terni reſpectus, debitaeque obſervantiae
97 cōſideratio ſatis eſſe debet. Nō eſt alie-
nū, quod *Livius 1. de Tarquinio Superbo*
refert, qui cū abſentiae, & morae ſuae ex-
cuſationes allegās diſceret diſceptato-
rem ſe ſumptum inter patrē & filiū; huic
Turnus Herdonius nullā breviorē eſſe
cognitionē ait, quā inter patrē & filiū,
paucisque tranſigi verbis poſſe: *Ni pa-
reat patri habiturum infortunium eſſe.*

98 Nonò, qui operatur ex metu reve-
rentię, planè agit aliquid, ut evitet a-
liud maius malū, quod ſequi exiſtimat,
ex eo quòd non adimpleat voluntatem
patris, vel ſuperioris. Hoc autem ma-
lum, quod vitare contendit, non eſt pec-
catū aliquod, quod ſit in non obediēdo
& implendo patris voluntatem, ſaepè e-
99 nim in eo nullū peccatū cōmittitur. Eſt

ergo patris ita & indignatio,quam evi-
tare procurat. Indignationis autem no-
mine intelligitur *torvus aſpectus, vultus*
inſenſus, exprobratio verbis durioribus.
100 Hæc autem ſi citò tranſeant, & placi-
dus ſtatim vultus, & dulcia verba re-
deant, grave malum non eſt, ut fatentur
omnes, qui reverentiæ metũ gravẽ pu-
tant. Si verò perſeverent, is metus cen-
ſetur iuſtus: qui enim metũ reverentia-
101 lem gravem dicimus, non intelligimus
de indignatione patris, quæ citò trãſit,
id enim nulli unquam in mentẽ venit,
ſed de indignatione diuturnâ etiam ſe-
motis minis, atque verberibus, quod fa-
tetur expreſsè *Sanchez*, contrariæ ſen-
tentiæ adſertor, *lib.4.diſp.6.n.14. Baſil.*
lib.4.cap.5. num.7. Leſſ.lib.2.cap.17. du-
bit.6.num.35.

102 Decimò, verba obiurgatoria eius in
cuius domo depoſita fœmina nobilis
cõtinebatur, iudicavit inijcere metum
gravẽ, *Rota apud Seraph. deciſ. 859.n.3.*
quanto magis patres, & ſuperiores in-
ferre valebunt metum gravem?

103 Igitur, ut quæ ſentio, dicam inſpectis
omnibus, & cõſideratis limitationibus,
quas *DD.* qui à nobis diſsidẽt, adijciũt
ſuæ ſentẽtiæ, mihi videtur facilè in cõ-
cordiam redigi poſſe uno è duobus mo-
dis. Nam vel loquuntur, quando metus
reverentialis dedit anſam, & occaſionẽ
contractui, nõ verò cauſam; poteſt enim
contingere, ut quis eo metu induci in-
cipiat, & tamen poſteà iam lubens ope-
retur. Vel dicamus, eos de metu indig-
nationis levis ſuperioris, & quæ facilè
tranſeat, cùm apertè *Sanch. & Leſ.* do-
ceant, ſi indignatio patris eſt diuturna
incutere metum gravem.

104 Quam indignationem licèt in alijs
hominibus, qui ad nos non attinẽt, par-
vi faciamus, attamen in patre, & ſupe-
riori moleſtiſsimè ferimus, & graviſsi-
mum malũ iudicant prudentiſsimi qui-
que. Id quod, & acutiores alij, qui no-
ſtram ſententiam impugnãt, noſtrâ ipsâ
veritate compulſi conſitẽtur, hoc eſt, in
noſtrã ſententiã incidũt, velint nolint.

105 Quare ſæpiùs, dico ſi ſemel conſtet,
quid intelligatur nomine reverentialis
metus, nullus poteſt à noſtra ſententiã
diſſentire, niſi verbo tenus, ut ex his
quæ protulimus, propalatur.

106 Vnde clariſsimè venit intelligendus
Franc. Steph. deciſ. 5. Provinc. ubi nõ di-
cit ſicut alij ſolùm metum reverentialẽ
non ſufficere, ſed ſolam reverentiam.

107 Confirmãr noſtram ſententiã *Men.*
conſ.1.num.491. Navarr.conſ.36. de ſpõ-
ſal.lib.4. Robert.lib.1.rer.iud.cap.15.fol.
267. Ioan.Garc.de nobil.gloſſ.17. à num.
19. Cevall. quæſt. 727. ex num. 20. cum
ſeq. Grat.cap.108. num.14. & 52. Sarm.
dict.lib.2. cap.11. n.10. Amat. deciſ.129.
num.10. Chriſtoph. Torniol.conſ.72.num.
7. Phœb.deciſ.121.n.19.tom.2. Pet.Greg.
lib.41. ſyntagm. cap.14.n.8. Molin.to.1.
tract.2.diſp.135.in verſ. Quod dictum eſt,
fol.733. Vinc. Honded.conſ.29. n. 33. vol.
1. Mogollon, ijs non laudatis, *cap.4.§.1. à*
num.5. etſi diſtinctio, quam facit, nõ ſit
tenenda, cùm non detur, nec in patre,
nec in ſuperiori reverentia, quam nõ ſit
nimia, ut ſatis cuique obviũ eſt, *Neviz.*
conſ.22.num.20. Socin.iun.conſ.47.n.32.
vol.2. Men.caſ.136. num. 6. Cacb.deciſ.
179.num.3. Curt.iun conſ.141. num.11.
Surd.conſ.313. num.27. Noviſsimè *Ant.*
Diana tract.5.miſcell.reſol.20. par.3. ubi
dicit, quòd contractus per metum reve-
rentialem facti irritantur & annullãtur.

108 Sed videamus, quæ pro ſua ſententia
adducunt *Thom. Sanch. & alij.* Primò,
text.in cap. ex litteris, de deſponſ. impub.
ibi: *Nolente, & invita nimis parentũ im-*
pulſa. Non videò tamen, quâ ratione ex
iſto textu oppoſita ſententia compro-
betur. Interveniſſe quidem in eo caſu
minas fateor, & ideò irritum declara-
uit, quod ex illis celebratum eſt: inde
autem non colligitur, ſi minę nõ inter-
veniſſent, ſed ſolùm reverẽtialis metus,
non fore declarandum irritum, quod ex
eo metu geſtum eſſet.

109 Secũdò, *text.in c.2.de pact.in 6.* ubi di
citur valêre renũtiationẽ filij in favorẽ
patris niſi vis aut dolus interveniſſet; ſed
non

nõ aſſequor, in quo iſte textus oppoſitæ
ſententiæ faveat, aut quid in eo textu
probet ex metu reverentiali factam do-
nationem valère. Dixit textus, nullam
fore, ſi vis intercedat. Verùm ſanè. At
ego dico, ibi nomine *vis* intelligi me-
tum gravem, atque adeò reverentialẽ
etiam comprehendi.

110 Tertiò, *text. in l. ſi patre cogente, D. de
ritu nupt.* qui matrimonium iuſto metu
cogente factum nullum eſſe, ut cætera
metu facta affirmat; tamen contractum
reverentiæ metu firmum eſſe proponit,
ibi *Quarea.* qui verbum, *cogẽte*, explicat
imperante. Sed textus iſte non eſt ad rẽ,
quia in eo de matrimonio filijfamilias
ſermo eſt, in quo filius Iure Civili inſpe-
cto liberum arbitrium non habet, cùm
illud ſine conſenſu patris contrahere
non poſsit, ut probat eleganter *Baſilius*
111 *lib. 2. de matrim. cap. 1.* Quare meritò
matrimonium patre cogente, id eſt im-
perante, celebratũ valet, neque id no-
ſtræ ſententiæ adverſatur, cùm in ſpecie
eius textus militet peculiaris ratio.

112 Vltimò, *text. in l. ſi fideiuſſor, §. 1. D. de
pign.* ubi pater obligat prædium filij ſui,
& filius ſcribit inſtrumentũ obligatio-
nis, re enim oppignoratâ metu reſtitue-
retur filius, verùm quia metu reverẽtiæ
tantũ coactus eſt, ſcribit *I. C.* rectè con-
tractum eſſe pignus, & ſilentium eius
loco cõſenſus haberi. Sed iſte textus nõ
urget, quia non conſtat in ea ſpecie filiũ
fuiſſe læſum eo charitatis officio, quod
patri impendit, dum paſſus eſt bona ſua
obligari, neque conſtat ibi reverentiæ
causâ factũ fuiſſe, eò quòd pater maxi-
mè id urgêret, ac imperaret, in quibus
terminis noſtra ſentẽtia eſt intelligẽda.

113 De precibus importunis, quòd indu-
cant metum gravẽ, agunt *Baſil. de matr.
lib. 4. cap. 5. à num. 13. Garc. de nobil. gloſſ.
17. num. 22. verſ. Accedit, fol. 143. cap. 16.
Iud. cap. 11. & 18. Luc. cap. cùm in iuven-
tute, de purg. vulg. & can. cap. importuna,
de pœnit. diſt. 1. cap. tua, de preb. §. novi-
mus, in Auth. de nupt. l. 1. C. de fund. lib.
§. quia verò, in Auth. de teſtib. Franc. Ant.
Coſt. conſ. 38. num. 18. Ramõ conſ. 96.* qui
de minis loquitur, *Caſtill. lib. 3. var. cap.
1. à n. 180. cũ ſeq.* ubi de precibus, *Graſſ.
except. 11. n. 79. Baſil. lib. 4. cap. 5. num.
17. cum ſeq. Dian. ubi ſuprà.*

114 Quæſtionis eſt, utrũ mater poſsit in-
cutere metum? Ad quam ſic accingor.

115 Æqualis matri & patri pietas debe-
tur, *l. furioſæ 4. D. de curat. furioſ. Al-
ciat. Embl. 30.* ubi *Minois, & Embl. 193.*
eleganter *Caſſiod. lib. 2 epiſt. 14.* ibi: Sed
*ubi eſt illa naturæ vis, quæ amplexu copula
deſtinatur ad poſteros? Ferarum catuli ſe-
quuntur parentes: à cæſpite ſuo virgulta
non diſcrepant: propago vitis propria ſer-
vit origini, & diſcrepat homo à ſuo fiſus
initio.* Et infrà: *Ideòque non immeritò vi-
ta longa ſervantur, qui pietatis officia nõ
relinquunt. Senec. de benef. lib. 3. cap. 26.
& 27. Luc. de Penna in l. 2. num. 9. C. de
Annon. civil. lib. 11.* Iuſtumque eſt æ-
qualiter parentũ obedire pręceptis, &
116 eorũ audire imperium, *Deut. 21.* Idque
ipſo iure naturali, eiuſque rationibus
inſitum exiſtit, *l. veluti 2. D. de inſtit. &
iur.* Vnde in *4. Decal. precepto* ita diſpo-
nitur: *Honora patrem tuum, & matrẽ tuã:*
ubi honor debitus in quattuor pręcipuè
conſiſtere ſuadetur, in reverentiâ, amo-
re, obedientiâ, & ſuſtentatione, *Sair. in
Clau. Reg. lib. 7. cap. 5. Acuña in cap. cæte-
rum 20. num. 1. diſt. 86.* Quare fœminæ
cum maſculis pari iure cenſentur, *Dian.
lib. 3. comm. cap. 24.*

117 His iactis dicendum eſt utrique pa-
renti ſubditum eſſe filium, & utrumque
tenèri revereri, & utriq; ratione huius
reverẽtiæ debitæ diſplicere timère, id-
que meritò, ac iure optimo naturâ hoc
dictante; inde mater metũ incutere va-
let, *Aretin. conſ. 24. num. 6. Caſtill. lib. 3.
contr. cap. 1. num. 156. & 170.*

118 Hæc ſentẽtia corroboratur ex ſeqq.
Primò, ex eo quòd mulier poterit eſſe
ſevera, & crudelis, & ſic filius iuſtè ti-
mebit eam, *Gutierr. conſ. 16. num. 16. &
19. & de matrim. cap. 77. num. 15. Sanch.
lib. 4. diſp. 6. n. 30. Mogoll. cap. 5. Narbon.
in l. 20. gloſſ. 12. n. 96. tit. 1. lib. 4. Recop.*

119 Secundò, mulier ſæpè fortis, & valida, ut probat eleganter *Simon Maiol. tom.1.dier.Canic.coll.3.* ſicque coget filium, ut velit, nolit, efficiat, & adimpleat eius voluntatem.

120 Tertiò, certum adeſt, filium honorẽ & reverentiam matri exhibere tenêri, ſed ex honoris & reverentiæ coniugio oritur maieſtas, *Ovid. 5. Faſt. Plin. lib. 35.cap.10.Aug.4.de Civit.cap.21.* & *24. Minois ad Alciat.Embl.9.* ergo filius iuſtè metuet imperium matris.

121 Quartò, *paret potiùs, quã aſſentitur, qui alieno ſubeſt imperio, nec tam illum ex animo, quàm quia neceſſe eſt, ſequitur, Senec.epiſt.97.* Vnde etſi filius ſatisfaciat matris voluntati ex paritione, quamdebet, facit potius propter metum, quàm propter aſſenſum.

122 Quintò adſtipulatur, quòd multæ fœminæ ſunt rigidę & fortiſsimę, ut dictat *Valer. Maxim. lib. 3. cap.3.* & filius iuſtiſsimè timebit matrem rigidã & fortem.

123 Sextò, multi filij propter obedientiã facient, quod nolint, aut ſit iniquum, teſte *Senec.de benef. lib.3.cap. ultim.* ibi: *Nulla vi verborum, nulla ingenij facultate exprimi poteſt, quantum opus ſit, quàm laudabile, quàmque nunquam à memoria hominum exiturum poſſe hoc dicere. Parentibus meis parui, ceſſi imperio eorum, ſive æquum, ſive iniquum fuit.*

124 Septimò, quoties mater rogat filiũ, ut efficiat talem actum, cogit, eleganter *Quintil.declam.181.* ibi: *Rogo, dicit, imò iubet, non ſunt enim preces, ubi negandi libertas non eſt. Tacit.lib.14. ann.* ibi: *Suaſio ab eo, qui iubere poteſt, vim neceſſitatis affert.*

125 Octavò, ſi filius tenuit adimplere voluntatem matris, ſuccedet eius indignatio, quam filius ingenter timebit, cùm moleſtiſsima res ſit.

126 Rurſus nullus ſanæ mentis audebit affirmare, filium poſſe opponi voluntati matris, ut non adimpleat eam: ergo cũ non habeat libertatem, apertè ſequitur matrem filio metũ incutere quire.

127 Nec obſtat, quòd fœmina imperium non habeat, *§.fœmina, Inſt. de adopt.* comptè & eruditè *Petr. Gregor. de Repub.lib.7.cap.11.toto, Adam Contzen lib. 1.Polit.cap.26.*

128 Nam ſatisfit, quòd non ex eo ſequitur metum incutere non poſſe, cùm nõ ratione poteſtatis, ſed obedientiæ fiat: & ſic videtur in curatore, quia loco parentis habetur, ita *Navarr. conſ.36. hoc tit.* & in tutore, *Henric. lib. 11. de matrim. cap.9. num. 5. Sanch. lib.4. diſp.6. num.28.* & in alijs ſimilibus perſonis, ut advertit *Caſtill.lib.3.variar.cap.1.à numer.1.cum ſeq.*

129 Vnde convincuntur *Hippolyt. conſil. 124.num.13.* ubi dicit, nõ præſumi metum ſi filia contrahat in præſentia matris, & *Burg.de Paz conſ.3. num.55.*

130 Haud faceſsit & impedit, quòd fœminæ minus timentur, cùm minus audaces ſint, & imbecilliores, *l.quiſquis, verſ.Ad filias, C.ad leg. Iul. Maieſt.* ibi: *Quas pro infirmitate ſexus minùs auſuras confidimus, l.2.tit.2.par.7.ad fin.* eleganter *Tiraq.in l.9.conn. num.158.* & *159.* comptè *Virgil.6.Æneid.*

Tum pavidæ tectis matres ingentibus errant.

131 Sanè legibus Romanis tutor & curator illis datur, quamvis valdè adultis, imò poſt mariti mortem, *Cicer. pro Flacco*, non licere *mulieribus ſine tutorũ & curatorum conſilio quidquam agere. Et pro A. Cæcinna. Quod ſine tutore authore promiſerit non deberi. Et pro L. Murena: Mulieres omnes propter infirmitatem conſilij Maiores in tutorũ eſſe poteſtate voluerunt. Alciat. lib.9. Parerg. cap.19. Cuiac. lib.7. obſ.cap.11. Herin.de fideiuſſ. cap.7. num.93.*

132 Athenis negotiationis illis modus lege præſcribebatur, is autem ſex hordei modijs definiebatur. Hoc quoque ad Romanos translatum videtur. *Maiores noſtri* (inquit *Cato lib.4.bell. Macedon.*) *ne privatam quidem rem agere fœminas ſine authore voluerunt.*

133 Cui obiectioni facillimo negotio fit

ſa-

ſatis. Nam hoc verum fatemur in quibuſdam mulieribus ita imbecillioribus & fragilibus, ut timeri ſe non faciant. Imò eæ in ignopere timeant; non verò in ijs quæ robuſtioris naturæ ſubſiſtũt, (ut in quadam muliere relatum extat, quòd nullis tormentis ſit domita, ut dictant *Tertul. in Apolog. & ad Martyres, Gell. 9. noct. Attic, 2. Lactãt. lib. 1. cap. 20. Alciat. Emblem. 13. ubi Minois*) & quę auſteræ, & nimis crudeles ſint, & terreant, & timeri ſe faciant. Vnde ſolùm in ijs noſtra ſententia eſt intelligẽda & ſervanda.

134 Denique non ſolùm in matre, ſed in qualibet muliere hoc procedit, dummodò metum iuſtum incutiat. Nam *magnum, ac vehemens animi vinculum eſt timor. Plato in Cratyl.*

135 Dubium nunc exiſtit, an ſi filius taceat in cõtractu, qui facit pater per eũ, conſenſiſſe videatur. In qua quæſtione varia, & pugnãtia ſunt iura. Sed ex omnibus veriorem expromam reſolutionem.

136 In primis adſtat *regul. Qui tacet conſentire videtur, de reg. iur. in 6. l. 1. §. voluntatem, D. ſolut. matrim. l. 2. C. de acq. poſſeſſ. l. ſi ſine, C. ad Velleı. l. ſi hypothecas, C. de remiſſ. pignor. cap. nonne, de præſumpt.*

137 Verùm obſtat, quòd aut conſenſus collectus ex taciturnitate eſt expreſſus, vel præſumptus. Primum non dabis, quia legi vel ſimili diſpoſitioni, in qua expreſſus conſenſus requiritur, nõ ſatiſfit per illum, qui ex taciturnitate colligitur, *cap. ſtatutum 11. §. in nullo, de reſcript. lib. 6. iuncta gloſſ. verb. Expreſſus, & verb. Probare, in l. 3. D. de auth. tut. cap. penult. de re iud. lib. 6. & ibi gloſſ.*

138 *verb. Mandantibus*. Secundum ſi intelligas de conſenſu præſumpto, videtur falſum, quia præſumptio fundatur in ſignis veroſimilibus; planè in dubio non eſt veriſimile, quòd tacens in ſibi præiudicialibus conſentiat, *argum. l. cùm de indebito 25. verſ. Qui enim, D. de probat. cap. ſuper hoc 5. de renuntiat.*

139 Rurſus ex ſola taciturnitate niſi aliud addatur, non præſumitur conſenſus, *l. 3. C. ſi res alien. l. filiusfamilias 8. §. invitum, D. de procurat. l. ſi filiusfam. abſente 18. D. ad Maced. Clement. 1. ubi gloſſ. ult. de procur. l. fideiuſſor 26. §. pater, D. de pign. l. qui vas 49. verſ. Vetare, D. de furt. l. in eo 45. verſ. Invitum, D. de rit. nupt. l. invitum 4. D. de ſervit. urb. præd. Delrius ad Senec. in Hercul. fur. verſ. 119. fol. 42.*

140 Quas diſsidentium Conſultorũ pugnas varij variè conciliant, & ſedant: alij dicunt, quòd ſi agatur de amittendo rei dominio, tacens regulariter non cõſentiat, ſed tunc opponitur *text. in l. ſi ſervus communis 39. ad fin. de don. int.* ubi ex præſentia & taciturnitate inducitur donatio pro parte dominij, quod dominus habet in ſervo, & per *text. in cap. ſi ſervus ſciente, 54. diſt.* ubi agitur inter extraneos de dominio ſervi amittendo, & tamẽ tacens habetur pro cõſentiẽte.

141 Alij diſtinguunt inter actus, quos tacens poterat contradicendo impedire, & inter illos, qui eo invito & contradicente validè celebrantur, ut in prioribus tacens conſentire pręſumatur, non ſic in poſterioribus.

142 Alij aiunt, primam ſententiã in favorabilibus procedere, & ſecundã in præiudicialibus.

143 Sed hæc ſententia confunditur ex *text. in cap. nonne, de præſumpt. ubi D. Gregor.* regulam ſtatuit adfirmativam; ibi: *Tacendo conſenſit*: neque diſtinguit inter favorabile, & pręiudiciale, quinimò ſi ad originale recurratur, ſaltem ad nefandam & impiam *Phariſæorum* intentionem ſecundum ſenſum litteralem deprehendetur agi ibidem de præiudicialibus.

144 Deinde *dict. reg. Qui tacet*, non diſtinguit, ſed generaliter ſtatuit adfirmativè, unde ſub diſtinctione non eſt capienda.

145 Cæterùm confutatur ex pleriſque iuribus, in quibus agitur de materia pręiudiciali, & tamen tacens præſumitur conſentire, bonus *text. in l. 4. §. ult. D. de fide-*

fidei. tut. & in dict. cap. ſi ſervus, & in dict. cap. 2.

146 Alij dicunt, quòd ſi tacens ignoret actum fieri, nunquam cenſebitur cōſentire, ſecus autem ſi ſciat.

147 Verùm utcunque hæ ſentētiæ ſe habeant, nō eſt dicendum, imò credendū, quòd filius (qui metu reverentiali cogitur) tacens conſentire videatur, cùm taceat propter metum, *l. penult. D. de furt.* & impedire actum nequeat, nec contradicere propter patrem. Vnde cū detur legitima coniectura in contrariū, *argum. cap. ult. 23 quæſt. 3.* conſenſus per taciturnitatem non colligitur, & prȩcipuè quandò filius prȩiudicium ſentit, *Petr. Barboſ. in l. 2. §. voluntatem, num. 7. circa med. D. ſolut. matr.*

148 Cui expreſsè favet regula illa notabilis, quòd propter reverentiam non creditur quis conſentire etiàm illis caſibus, in quibus aliàs tacens, & præſens præſumitur conſentire, *gloſſ. in cap. unuſquiſque, verb. Saltantium, in fin. 22. quæſt. 4. gloſſ. 1. in cap. plerumque 2. quæſt. 7. Campeg. de dot. par. 3. quæſt. 88. in fin. Peralta in l. Titia cum teſtamento, §. qui invita, num. 1. D. de legat. 2. Covarr. de ſponſ. par. 2. cap. 3. §. 6. num. 5. Menoch. illuſt. lib. 1. cap. 35. num. 21. Ant. Cuch. lib. 5. inſtit. mai. tit. 12 nu. 131. Mati. in dialog. Relat. par. 3. cap. 20. num. 5. Azeved. in l. 9 tit. 1. num. 28. lib. 5. Recop. Alex. in l. ſi cùm dotem, §. eo autem, num. 12. D. ſolut. matr. Felin. in cap. cauſam matrimonij, num. 4. de off. deleg. & in cap. nonne, numer. 22. de præſumpt.*

149 Neque prædictæ reſolutioni repugnat *cap. 1. §. porrò, de deſp. impub. lib. 6.* Nam loquitur in ſponſalibus contractis per patrem pro filijs præſentibus, & tacentibus, qui actus non cenſetur prȩiudicialis, imò utilis, & proficuus, ut agnoſcit *Alex. in l. quæ dotis, num. 27. D. ſolut. matr. & in l. interpoſitas, num. 5. C. de tranſ. Crot. in l. 2. §. voluntatem, num. 14. D. ſolut. matrim:* cùm igitur videtur agi de actu favorabili, meritò tacēs videtur conſentire, *l. qui patitur 18. D. mand.*

150 Quâ etiam ratione valet legitimatio & adoptio, ſi filius ſit prȩſens & taceat, nam hi actus ex ſe cenſentur favorabiles filio, *gloſſ. in l. adoptionibus, D. de adopt.* tradunt *Tell. Fernand. in l. Taur. 15. num. 15. Eges de pactis num. 17.* & ante eos *Felin. in cap. nune, num. 19. de præſumption.*

151 Ex prædictis ergo caſibus malè infertur ad caſum præiudicialem, in quo tacens ſemper videtur diſſentire, maximè quandò debet reverentiam illi, qui actum facit. Quare & in terminis *dict. §. porrò*, ſi illa ſponſalia eſſent indigna filio, & ei præiudicialia, propter taciturnitatem non præſumeretur conſenſus, ſed magis diſſenſus, quod admittit *Alexand. in l. quæ dotis, num. 27. ad fin. D. ſolut. matrim. & in l. interpoſitas, num. 5. in fin. C. de tranſact.* eleganter *Sanch. de matrim. lib. 1. diſp. 23. num. 4. & lib. 4. diſp. 9. num. 12. Auguſt. Barboſ. in dict. cap. 1. §. porrò, num. 10. de deſp. impub. lib. 6. Petr. Barboſ. in l. 2. §. voluntatem, num. 9. D. ſolut. matr.*

152 Quibus ſuccedit indagare & diſputare, an ſubſcribēs filius ſimpliciter inſtrumento patris, videatur id approbare?

153 Et pro parte affirmativa urget. Primò, *text. in l. 1. §. ſed & ſi, D. quod iuſſu*, ibi: *Sed & ſi ſervi chirographo ſubſcripſerit, dominus tenetur quod iuſſu*, in quo adnotat *Gothofr. litt. G.* ſubſcribentem iubêre videri, *ex l. 3. C. quod cum eo*, ubi *Accurſ. in ſcholijs litt. M. Cuiac. in notis ad l. mutuæ 14. C. ſi cert. petat. Alvar. Valaſc. conſ. 67. l. 9. & 10. C. de diverſ. offic. lib. 12.*

154 Secundò, *text. in l. fideiuſſor 26. §. pater 1. D. de pignorib.* ubi pater emancipato filio ut mutuam quantitatē à creditore Septitio acciperet, perſuaſit; & quòd ſubſcriberet chirographum, quia ipſe impeditus non poterat, & domum, quæ ipſi attinebat, pignori daret. Quȩrebat Conſultus, an filius inter cætera bona domum iure optimo poſsideret, cùm à patris ſe abſtinuerit hæreditate,

nec

nec debeat metuere ex hoc, quòd iuſſu patris ſubſcriptionem chirographi effecerit, cùm ſola reverentia firmaverit: cui quęſito *Modeſtin.* reſpondit, filium ſcribentem inſtrumentum obligationis rei ſuæ, obligationi eius conſentire videri, ibi: *Cùm ſua manu pignori domum ſuam futuram Seius ſcripſerat; conſenſum ei obligationi dediſſe manifeſtum eſt.*

155 Tertiò, *text. in l. ſicut 8. §. nō videtur 15. D. quib. mod. pign. vel hypoth. ſolv.* ibi: *Sed ſi ſubſcripſerit in tabulis emptionis, cōſenſiſſe videtur.*

156 Quartò, *text. in l. ſi ego Seia, §. dotis, D. de iur. dot.* ubi maritus per ſubſcriptionem libelli rerū, quas uxor in eius domum introduxit, manet obligatus, ut negare nequeat, ſi ſeparatio contingat, ibi: *Planè ſi rerum libellus marito detur, ut Romæ volgò fieri videmus; nā mulier res, quas ſolet in uſu habere in domo mariti, neque in dotem dat, in libellum ſolet conferre, eumque libellum marito offerre, ut is ſubſcribat, quaſi res acceperit, & velut chirographum eius uxor retinet; res quæ libello continentur in domum eius ſe intuliſſe, hæ igitur res an mariti fiant, videamus. Et non puto: non quòd non ei tradantur (quid enim intereſt, inferantur volente eo in domum eius, an ei tradantur?) Sed quia non puto hoc agi inter virum & uxorem, ut dominium ad eum transferatur: ſed magis ut certum ſit in domum eius illatas: nè ſi quando ſeparatio fiat, negetur. Iacob. Gall. cum alijs conſ. 60. num. 12.*

157 Ratio eſt, quia ſola ſubſcriptio ad probationē prodeſt adverſus eum, qui ſubſcripſit, *l. ſi quis ex argentarijs 6. §. 1.* ibi: *Nam etſi plures tutores tutelam adminiſtraverunt ſimul, aut omnes edere debent, aut unius editioni ſubſcribere,* ubi *Dionyſ. Gothofr. litt. I. D. de edend. l. ſi ita ſtipulatus 126. §. Chryſogonus 2.* ibi: *Chryſogonus Flavij Candidi ſervus actor ſcripſit, coram ſubſcribente & adſignante domino, D. de verb. oblig.* ſicut ſi ſigillaſſet: ſignū
158 enim habet vim ſubſcriptionis; *Roman. conſ. 204. & 205. & 303. num. 2. Hippolyt. in repet. Rubr. C. de probat. num. 300. & ſingul. 436. Ioſeph. Maſcar. de probat. to. 1. concl. 285. num. 7. Monter à Cueva deciſ. 12. à num. 1.* noſtram materiam latè pertractans. Hinc *Cornut. apud Perſium:*

----- *Adſigna Maree tabellas.*

159 Quintò, *text. in l. emptor, §. Lucius Titius, D. de pact.* in cuius ſerie Lucius Gaiū debitorē ſibi cōſtituit; à quo epiſtolam accepit, quâ talem eſſe dictabat; & ſolutionem ſtipulabatur, dummodò inſtrumentum (ſi adeſſet) pro cācelato Lucius haberet, cuiuſcunque ſummę, & quantitatis exiſteret. Reſpōdit Scævola cæteras obligationes in ſua cauſa manêre, ſi tantùm ratio accepti & expenſi (propter quam tenebatur Gaius) eſſet computata, ibi: *Quæſitū eſt, cùm Lucius Titius ante hoc chirographum Seio nummulario mandaverat, uti patrono eius trecenta redderet; an propter illa verba epiſtolæ, quibus omnes cautiones ex quocunque contractu vanæ, & pro cancelato ut haberentur cautum eſt, neque ipſe, neque filij eius nomine conveniri poſſint? Reſpondi, ſi tantùm ratio accepti, atque expenſi eſſet computata, cæteras obligationes manere in ſua cauſa.*

160 Sextò, confirmatur hæc ſententia ex ijs quæ poſt *Ang.* dicit *Alexand. in d. l. ſi ita ſtipulatus, §. Chryſogon. col. 2.* ibique *Iaſ. & Alciat. Domin. in cap. ſi propter, de reſcript. in 6. Natt. in Auth. quod ſine, q. 24. C. de teſtam. & conſ. 287. num. 4. Cephal. conſ. 272. num. 8. Port. Imol. conſ. 66. num. 16. Cacheran. deciſ. 37. n. 3. Eman. à Coſta in l. ex cautione, in verſ. Tua, C. de nō numer. pecun. Surd. conſ. 61. numer. 31. Borgnin. Burſ. Decian. Caſtr. Felin. Roman. Mancin. quos probat Gen. de ſcript. priv. lib. 1. quæſt. 4. num. 150. Barc. deciſ. 21. num. 7.* cum alijs, *Ioan. Domin. Gait. de cred. cap. 2. tit. 8. num. 2623. Alex. Ludoviſ. deciſ. 454. num. 5. Paul. Chriſtin. deciſ. Belg. 278. vol. 1. Fulv. Pac. de probat. lib. 1. cap. 29. nu. 10. verſ. Vnde, Maſcard. concl. 113. num. 16.* noviſſimè *Frāc. Ant. Coſta conſ. 19. num. 50. & 51. Ioan. Anton. Bellon. conſ. 28. num. 21. Herc. Mareſc. lib. 2. variar. cap. 79. num. 10. Ioan. Petr.*

Fon-

Fontan. de pact. nuptial. tom. 2. clauſ.6. gloſſ.3. par.7.num.2.& 3.

161 In dubio etiam ſubſcribens alicui ſcripturæ, cenſetur habuiſſe notitiam contentorum in eâ, ita Bart. in l. 1. §. ſi quis neget, num. 11. D.quemadm.teſt. aperiant. quem refert & ſequitur Iaſ.in dict. l. ſi ita ſtipulatus, §.2.num.14.D.de verb. oblig. Horat. Carp. ad ſtat. Med. tom. 1. cap.42. num.77. & cap. 45. num.32. Iacob. Menoch. conſ.123. num.9. tom.1. & conſ.450. num.1. tom.5. & 260. num.31. & 639. num. 10. Simon de Pratis conſ.26. num.8. cent.1.vol.1. Mart. in ſumm. ſucc. leg. tom. 2. par. 4. quæſt.7. art.3.num.5. & 6. Anton. Gabriel, poſt multos, de præſumpt. concl.3.n.29.& 30. Riminald. conſ. 598 num.62. Cãc.lib.1.variar.c.22.n 2. & 3. quod tamẽ in aliquibus caſibus fallit, ut latè per Menoch. de præſumpt. lib. 3. præſumpt.66. num.23. cum ſeqq. Maſcard. concl.1348. noviſsimè Card. Tuſch. concluſ.761. litt.S. Gait. ſup. dict. cap.2. tit. 8. num. 2628. Cancer eruditè lib. 3. variar. cap.4. à num.262. cum ſeqq.

162 Quod licèt verum ſit, & certum, l. pluribus, D. de verbor. obligat. tamen ſecùs eſt in ſubſcribente ſchedulæ vacuæ, Felin. in cap. quoniam contra, num. 48. de probat. poſt Bald. in l. ult. in princ. C. plus val. quod agit. & in cap.2.num.15. verſ. Quæro notarium, & num.18. verſ. Nota ex prædictis, de fide inſtrum. Rebuf. de chirog. & ſchedular. recogn. in præfat. num. 101. cum ſeqq. Suar. in l. poſt rem iudicatã, ampliat 2. in fine, Azev. in l. 5. tit. 21. n. 8. & 9. lib.5. Recop. Ioan. Domin. Gait. de cred. cap.2. tit. 6. num.1156. Ratio eſt, quia non præſumitur quis velle ius ſuũ iactare, l. cùm de indebito, in princ. D. de probat. Et enim ignorãs ſubſcripſit, quo caſu dici nequit, quòd conſentiat, l. ſi per errorem, D. de iur. omn. iud. Corn. conſ. 165. col. 6. ad fin. lib. 2. Grat. cap. 162. num.2. tom.1.

163 Quamobrem dixit Azeved. in l. 16. tit. 10. num. 1. 2. lib. 5. Recop. ad hoc ut teneatur ſubſcribens debere eſſe certioratum de ijs, quæ in tali ſchedula eſſẽt ſcribenda, cum alijs quos allegat, & hâc ratione, in l.13. tit.25. lib.4. Recop. fuit iuſſum; quòd tabelliones priùs partibus ſcripturam legant, quàm partes eam firment, faciunt Oldrad. conſil.329. col. ultim. Aim. Cravet. conſ 197.n.14.

164 Quę ſententia procedit, etiam ſi in chartis vacuis ſigilli adpoſitio fiat, Bald in l.2. per illum text. in princ. C. de reb. alien. non alien. Purpurat. in l. admonendi, num.177. uſque ad num.180. de iur. iur. Menoch. de arbitr. caſ.113. num.4. & 5. Maſcard. concl.1302.num.49.

165 Advertendum eſt, ſigillum Principis (de quo comptè Iul. Caſ. Buleng. lib.2. de Imp. cap. 10.) probare abſque alijs probationibus, Maſtrill. de Magiſtrat. lib.3. cap. 4. num. 266. Ioan. Domin. Gait. de cred. cap.4. tit.6. num.1159. Alciat. conſ. 97. num.13. cum ſeqq. An autem adverſus clericos virtute obligationis receptæ ſub ſigillo executio fieri poſsit, latè agit Rebuf. tom.1. ad conſt. Franc. de litt. obligat art.2. gloſſ. unica, num.8. uſque ad 15. & fuſiùs num. 106. uſque ad 126. Ioan. Gri lell. deciſ.30.num.19.

166 Nec affirmativæ ſententię reſiſtit, Primò, text. in l. Titius Seij 8. D. de reſc. vend. ubi ſervus hæreditarius fundum vendidit, & Titius quaſi Seij procurator ſubſcripſit ignorans; quæſijt Scævola, an reſcindi à Titio venditio poſſit, cùm ipſe contractum nõ peregerit? Et reſpondit, quòd ſic, licèt ſubſcripſerit, quia ſervi contractu dominus tenetur Prætoriâ actione, nõ civili, §. in perſonam, Inſt. de act. Qui textus nullo modo pugnat: nam loquitur de ſubſcriptione per errorem factâ, ibi: Cùm ignoraret: & ſic errans in ſubſcribendo ſibi præiudicium non gignit, doctè Dionyſ. Gothofr. in ſcholijs, lit. H. Bart. in l. quæ dotis, num.26. D. ſolut. matrim. vel ſi probet ſe deceptũ, Iacob. Canc. cum alijs, dict. cap. 22. num. 1. circa fin.

167 Secundò, non impediunt text. in l. Gaius Seius 39. D. de pignor. act. l. Titia 35. §. Lucia, D. de leg. 2. Bart. & utrobique per DD. communiter, Tiraq. de retract.

tract.tit. 1. § 1. gloſſ. 9. num. 142. Satiſfit enim, intelligendos eſſe de illo, qui ut teſtis ſubſcribit. Ideò non mirum eſt, ſi ſibi non præiudicat, *l. mutua 14. C. ſi cert. petat. l. ſi pater 6. C. de fideiuſſ.* ita tradunt *Linglois deciſ. 47. quæſt. 1. num. 4. Dionyſ. Gotbofr. in dict. l. Gaius, litt. Z. Pariſ. conſ. 101. n. 75. & 76. vol. 1. Fulv. Pac dict. cap. 29. num. 10. Grat. cap. 769. num. 15. tom. 4.* noviſsimè *Auguſt. Barboſ. in reg. qui tacet 43. num. 19. verſus fin. de regul. iur. in 6.*

168 Ex quo fluit, ſubſcribentem falsò litteras alterius nomine ne extraordinariè quidem puniendum eſſe, doctè & latè *Marta conſ. 51.* Quod locum nō habet, quoties quis ex certa ſcientia, & verbis generalibus ſubſcripſit, ex quo voluit *Caſtr. conſ. 216. num. 3. vol. 1.* obligari quoad incognita & ignorata; & ſubiungit, hunc non poſſe conqueri, quòd ignoraverit qualis eſſet ille actus à ſe ſubſcriptus, quia hæc dicitur ignorantia affectata neminem excuſans, *l. qui contra, ubi gloſſ. Bald. & reliqui, C. de inceſt. nupt. Iacob. Menoch. conſ. 561. num. 38. tom. 6.*

169 Ut recordemur, oportet, ſubſcriptionē non ſolùm in ſchedulis (quæ latè patent, ut advertit eleganter *Alex. ab Alex. lib. 2. dier. Genial. cap. 30.* ubi eruditiſsimus *Scholiaſtes*) intervenire, ſed etiam in accuſatione adeſſe; (cui qui ſe ſubſcribebant, ſubſcriptores vocabātur, *Alexand. ab Alex. lib. 3. dier. Genial. cap. 5.* ibique *Tiraq.* cum pluribus adnotans *Roſin. lib. 9. Antiq. Rom. cap. 19. litt. A. fol. 1480.*)

170 Iam luce donatur *Seneca de benef. lib. 3. cap. 26.* in illis verbis: *Etiam ſubſcriptionem componeret*, quæ non eo ſenſu ſunt capienda (animadvertit Bonarum litterarum Coriphæus *Iuſt. Lipſ. in notis ad eundem*) quo *Aſcon. in divin.* notat. Subſcriptores ſecūdarios quoſdam accuſatores, & ſocios præcipui illius eſſe, ſed de ipſa accuſatione, quia qui deferebant libello, id faciebant, atque ei ſubſcribebant. Ita ſimiliter percipiendus *Senec. in lud. de morte Claudij Cæſar.* ibi: *Poſtulat nomen eius recipi. Adit ſubſcriptionē. Briſſon. in lexic verb. Subſcribere, Eſdr. lib. 1. cap. 4. verſ. 6.* ibi: *In Regno autem Aſſueri in principio regni ſeripſerūt accuſationē adverſus habitatores Iudæ & Ieruſalem: & verſ. 7.* ibi: *Epiſtola autē accuſationis ſcripta erat Syriacè.*

171 Per accuſatoris libelli ſubſcriptionē ſubſcribens ſe obligare creditur ad probanda illata crimina. *Exiſtimo enim* (inquit *Demoſthen. adverſus Midiam*) *tantum eſſe accuſatoris, ut crimen probet, rei ut etiam deprecetur.* Idem *in app. contra Eubulidem in princip. Cùm nemini liceat, etiam ſi obnoxium quoque conſtit erit, per ea nocere cuiquā, quæ ſe audiſſe dicit, qui convenit vos habere fidem, qui nullo ſuo periculo nos criminatur. Petr. Gregor. in ſyntagm. iuris civil. lib. 32. cap. 11. num. 2. Roſin lib. 9. Ant. Rom. fol. 1518. litt. C. cum ſeq. Delrio ad Senec. in Herc fur. verſ. 226. fol. 11.*

172 Tandem ut verbi ſubſcribere calleas ſignificatum, *Budæus* aſſeverans docet *in l. minor, de minor. in prioribus adnotat.* eſſe *ſubſignare*, idem ſentire, ratum habere, confirmare quod geſtum eſt; ita ut obligatio naſcatur, *l. qui ſervo 7. §. alioquin, C. quod cum eo, Gratian.* multos probans, *cap 964. num. 11.*

173 Hinc dixit *Camill. Larat. conſ. 5. numer. 94.* Quæſtores ſubſcribentes non ſubſcribenda puniri debēre, cùm eorū facto Princeps ſubſcriptione lædatur, *l. 2. C. de petit. bonor. ſublat. lib. 10. ibique DD.*

SUMMARIUM.

1 *Metus ex varijs cauſis præſumitur.*
Nemo contrahēs præſumitur metu compulſus.

2 *Metus validiſſimis probationibus gaudet: qui illum allegat, probare debet.*

3 *Metus eſt difficilis probationis tam ex parte patientis, quàm inferentis.*

Con-

4 *Coniecturis probatur.*
5 *Quæ relinquuntur arbitrio iudicis, ſicut probatio.*
6 *Magis creditur deponentibus de metu, quàm de ſpontanea voluntate. & 8.*
7 *Niſi pro deponentibus de ſpontanea voluntate adeſſent præſumptiones.*
9 *Teſtes ſingulares metum probant. & 10.*
11 *Metus per unum teſtem de viſu, & plures de auditu probatur.*
12 *Teſtes inhabiles iuvantur alijs. Leviores probationes ſufficiunt.*
13 *Probatur iuramento.*
14 *In paritate probationum præfertur illa, quæ eſt de ſpontanea voluntate.*
15 *Metus in ſpecie probandus eſt. Iuſto metu probato, nõ admittitur probatio contraria.*
16 *Metus ad probationem non eſt neceſſaria proteſtatio.*
17 *Metus præſumptio excluditur, ſi contractui fuerunt præſentes conſanguinei.*
18 *Perſonæ qualitas non facit induci metus præſumptionem, niſi id aliàs plenè comprobetur.*

CAPVT IX.

De præſumptione & probatione.

1 ETsi metus ex varijs cauſis præſumatur, quas congeſſit & limitavit *Maſcard. concl. 1054.* tamẽ (cùm nemo contrahens præſumatur metu compulſus, *l. 2. C. de ijs, quæ vi, gloſſ. Bald. & reliqui*, cùm delinquere ſit, metum incutere, & delictum non præſumatur, *l. meritò, D. pro ſoc. Alciat. de præſumpt. reg. 3. præſumpt. 7. num. 1. Menoch. lib. 3. præſumpt. 126. num. 2. & 3.*) validiſsimis probationibus gaudère
2 debet, & qui illum allegat probare, *Farin.* cum multis, *dict. 2. par. fragm. lit. M. num. 167. Surd. conſ. 429. num. 47. Verall. deciſ. 221. num. 1. par. 2. Mant. deciſ. 142. num. 2.* nam, ut inquit *Heliodor. lib. 10. Æthiop. fol. 486. Omnis cauſa, quæ in iudicium venit, duobus maximis & præcipuis argumentis niti cõſuevit; ſcilicet probationibus, quæ ſcriptis continentur, & teſtium confirmationibus.*

3 Pro cuius rei reſolutione præmittendum eſt, metum eſſe difficilis probationis, *Pariſ. conſ. 53. num. 63. lib. 4. Menoc. de arbitrar. caſ. 116. num. 17. Mogoll. cap. 10. §. 3. num. 10.* tam ex parte illum patientis, cùm in eius animo ſit reconditus, *D. hoc tit. l. 1. Anchar. conſ. 289. num. 1. Alciat. conſ. 5. num. 25. lib. 1.* quàm ex parte inferentis, cùm ſecretò & clàm inferatur, *Gail. obſerv. 93. num. 19. lib. 2. Alex. Lud. dict. deciſ. 326. num. 2. & 3.* &
4 ob id coniecturis & indicijs poſſe probari credidère *gloſſ.* & cęteri *DD. in l. metũ, C. hoc tit. gloſſ. in cap. cùm dilectus, in verſ. Metũ, circa med. extra hoc tit. cap. conſultationi, in verb. Conſtanti, de ſponſ.* Probant penè infiniti conglutinati à *Maſcard. concluſ. 1055. num. 3. Mogoll. d. cap. 10. §. 3. à num. 12.* cum ſeqq. *Monter à Cueva deciſ. 32. num. 38. & 39. Surd. deciſ. 194. num. 23. Ioan. Petr. Font. de pact. nupt. clauſ. 7. gloſſ. 2. par. 5. num. 39. tom. 2. Alex. Trent. conſ. 14. num. 12. Gut. conſ. 16. num. 4.*

5 Sed quę & quales huiuſmodi coniecturæ & indicia eſſe debent, plerique iudicis arbitrio relinquunt, *Menoch. de arbitr. caſ. 136. num. 2.* optimè *Gaſp. Ant. Theſaur. lib. 1. quæſt. 51. per totam, Caſtill. dict. cap. 1. num. 166. Farin. deciſ. 643. Gab. Pereir. deciſ. Portug. 30. num. 8.* quod ita verum eſt, ut probationis qualitas ei relinquatur, *Pariſ. conſ. 60. num. 25. vol. 4. Mandoſ. in reg. Cancel. 34. de ann. q. 71. num. 9. & 10.*

6 Hoc præmiſſo aſſerendum eſt, magis credendum eſſe duobus teſtibus deponentibus de metu, quàm mille negãtibus, vel aſſerentibus de ſpõtanea voluntate unus pro cunctis, *Maſcard. concl. 1056. Sanch. dict. lib. 4. diſp. 27. Alex. Ludoviſ. dict. deciſ. 326. num. 45. Hippolyt. Mont. d. c. 9. n. 8. Gut. d. conſ. 16. num. 14.*

Hoc

7 Hoc tamen intelligendū eſt, niſi pro deponētibus de ſpontanea volūtate adeſſent præſumptiones & cõiecturæ. Sic *Dec.in cap.fin.num.25.& 26.de appel.& in reg. in omnibus 39. num.8. & 9. D.de regul.iur.Burſ.dict. conſ.72.num.48.*

8 Quod etiam procedit ſine ſcrupulo, quando teſtes non ſolùm deponunt de metu, ſed de minis, & alijs actibus eum inferentibus, *Alciat. poſt Imol.conſ. 55 num.22.Gabriel.de teſt. concluſ.4.numer.16.*

9 Et quod plus eſt, teſtes ſingulares metum probant, *Crot.conſ.106. in 2.dubio, Surd.conſ.395. num.26. Gramm. deciſ.5.*
10 *num.15.*prout etiam minæ, *Gabriel. ubi ſup.num.56.Alex. Ludov.dict.deciſ.326. num.47.& 48.*

11 Et metus plenè probatur per unum teſtem de viſu, & plures de auditu, licèt non dicant, à quo audierūt, *Maſcar. dict. concl. 1056. num. 5. & 7. Honded. conſ.29.num.35. Mont. à Cueva in reſp. pro uxor. amit.1. par.num.108.* & teſtes inhabiles in hac materia iuvātur alijs teſtibus *Seſſe deciſ. Reg. Arag.60. num.7. par.1.cum ſeqq. Farin. deciſ.702. num.6.*
12 *Font.ſupr.num.82.* Et ſic leviores probationes ſufficiunt, *Alciat. conſ.3. num. 22.lib.3.* ſignanter in metu clàm illato, *Morot.conſ.75.num.5.*

13 Et quit probari iuramento, *cap. ſtatutum,§.cùm verò eiuſdem,de reſcript.lib. 6.Boer. deciſ. 101. num.2. Maſcard. dict. concl.1055.num.8. Auguſt.Barb. in d.cap. ſtatutum,num.45.*

14 Teſtes tamen deponentes de metu præferendi ſunt, *Angel. in l.fin. n.2. D. hoc tit.* ſed probationibus exiſtentibus paribus plus credendū eſt teſtibus deponentibus de ſpontanea voluntate, quā de coacta, *Fulv.Pacian. de probat. lib.1. cap.50.num.32.* qui rationem ſuggerit.

15 Animadvertendum eſt, metum non ſufficere probari in genere, niſi in ſpecie, ſecundùm *gloſſ.in l. interpoſitas, verb. Nec tamen, C.de tranſact. Farin. n.168.* qui latè de probatione diſcuſſit videndus, *num.ſeqq.& à num.190.* pertractans de proteſtatione metum paſſi, ad eius probationem, *Mogollon. cap. 10. cum §§. 6.ſeqq. Ariſmin.Tepat.to.1.var.tit. 153. cap.3.* & iuſto metu probato non admittitur probatio contraria, *Alex.conſ.99. num.8.& ſeq.lib.3. Tuſch. pract. litt.M. concl.224.num.13.& ſeq.*

16 Quærendum eſt, an ad probationem metus ſit neceſſaria proteſtatio? Et reſolvi debet, quòd non, *Mandel. conſ.77. num.15.Conan.de pact. lib. 1. cap.6. num. 149.* quia ſi proteſtatio requiritur ad declarandum animum, non videtur præcisè neceſſaria, cùm etiam alio modo animus declarari poſſit, & niſi aliter animus probetur, ſola proteſtatio nō ſufficit, *l.metum, D.hoc tit.Honded.conſ.29. num.54. lib.1. Anguiſol.conſ.48. num.20.* quidquid tenuerit *Surd. conſ.395. num. 28.lib.3. Covarr. de mat. 2. par.cap.3.§. 5.in fin. Fab.Turret.conſ.28.num.27.*

17 Metus præſumptio excluditur, ſi cōtractui fuerunt præſentes conſanguinei, *Bart.& Padill.in l.tranſactionem,C. de tranſact. Graſſ.except.11. num.89.cum ſequentibus.*

18 Denique perſonæ qualitas non facit induci metus præſumptionem, niſi id aliàs plenè comprobetur, *l. ad invidiam 6.C.hoc tit.l.unica, C.ſi rector Prov. Sāchez de matrim. lib. 4. quæſt. 7. Mier. de maior.2.par.quæſt.20.num.8.Coſta de facti ſcient. & ignor. cent. 1. diſt. 90. num. 65.& 66.*

SUMMARIUM.

1 Ratificatione interveniente, ſuſpicio metus ceſſat.
2 Metus per actus cōtrarios ſubſequentes purgatur.
3 Vis non attenditur, ſi poſt eam ſequitur actus voluntarius.
4 Metus ceſſat ex actu, qui fit ex intervallo. & 5.
6 Spontanea ſolutione purgatur.
7 Ceſſat in Curia Principis.
8 Purgatur præſcriptione.

Pra-

9 *Præſcribitur de iure Prætorio anno utili.*
10 *De iure civili durat triginta annis cōtra inferentem, & contra tertium, decē inter præſentes, & viginti inter abſentes.*
11 *Reſpuitur Ruin. contrarium propalās.*
12 *Si intentatur metus officio iudicis, durat triginta annis.*
13 *Contra heredem durat perpetuò.*
14 *Per viam exceptionis durat iiſdem annis, quibus per viam actionis.*
15 *Reg. l. purè, §. fin. de doli except. non militat in metu.*
16 *Quandò propter metum quis non appellat, tenetur proteſtari.*
17 *Fallit tamen, quando non audet proteſtari, ne reveletur proteſtatio clandeſtina.*
18 *Multi DD. tenent, non eſſe neceſſariam proteſtationem.*
19 *In ſpiritualibus, in quibus expreſſè tēpus non eſt definitum, relinquitur arbitrio iudicis.*
20 *Referuntur caſus, in quibus eſt præfinitio temporis. & 21. 22.*
23 *Ex conſuetudine immemoriali metus non excuſatur.*
24 *Contrarium ſtatuitur.*
25 *Eadem cauſa metus durante, ſemper adeſſe præſumitur.*
26 *De purgatione metus remiſſivè.*

CAPVT X.
De purgatione & ceſſatione.

1 SVSPICIO metus ceſſat, & tollitur, ſi cōſenſus, ſeu ratificatio poſt eum ſuperveniat, *cap. 1.* ibi: *Aut quod fecit poſtmodum, ratū habuit, hoc tit. cap. cùm virum, cap. ſignificatum, de reg. Menoch. de arbitr. caſ. 231. num. 14. & 15. & conſ. 401. num. 211. & præſumpt. 4. lib. 3. num. 23. Flam. Pariſ. lib. 13. de reſignat. benefic. quæſt. 1. num. 121. cum ſeqq. Farin. in dict. litt. M. num. 137. Ant. Gam. deciſ. 346. nu. 4. Auguſt. Barb. in d. cap. 1. num. 10. & d. cap. cùm virum, num. 2.*

2 Ex hoc inferas. Primò, metum purgari per actus contrarios ſubſequētes, *l. ſi mulier, iuncta gloſſ. verb. Ratum, D. hoc tit. argum. l. fin. D. de lib. exhib. & cap. ad id quod, de ſponſ. Alciat.* pulchrè *conſ. 5. num. 14. Afflict. deciſ. 220. num. 7. & 8. Caeheran. deciſ. 142. num. 9. Ricc. deciſ. 15. num. 11. par. 2. Baſil. de matrimon. lib. 4. cap. 17. Ioan. Maria Novar. collect. 34. num. 7.*

3 Inferas ſecundò, vim quę præceſſit non attendi, quando poſt vim ſequitur actus voluntarius adprobans actum, in quo vis intervenit, magiſtraliter *Bart. in repet. l. Cæſar. num. 9. D. de public. & vectig. Ioann. Aloiſ. Ricc. collect. 878. verſ. Infertur 3. par. 4.*

4 Inferas tertiò, metū ceſſare ex actu qui fit ex intervallo, *l. 1. §. quæ onerandæ, D. quar. rer. act. Cravet. conſ. 119. num. 5. Roland. conſ. 83. num. 42. vol. 2.* facit etiam, quod dixit *Alexand. conſ. 140. col. fin. in princ. vol. 6.* ubi inquit, quòd quis non poteſt dicere per metum feciſſe cautionem, quandò ex intervallo ſe cōcordavit, & ſolvit *Auguſt. Berous conſ. 195. num. 11. & 59. num. 17. vol. 3. Stephan. Bertrand. conſ. 262. num. 23. vol. 7.*

5 Inferas quartò, quòd qui promiſit centum per metum, ſi poſteà ex intervallo ſolvit partem, purgatur pro reſiduo metus per illam ſolutionem particularem, *Iaſ. in l. ſi ob turpem, num. 2. poſt princip. de condict. ob turp. cauſam,* & quāvis ibidem contrà arguat, tamen poſteà in finē reſolutionis dicit, ita magis inclinare pro iſta opinione; quod etiam voluit *Aloiſ. de Leo in l. 1. in fine, C. de nō numer. pecun. Grat. cap. 524. num. 38. & 39. tom. 3.*

6 Inferas quintò, metum ſpontaneâ ſolutione purgari, *l. 2. C. hoc tit. l. fin. § fin. C. eod. l. penult. D. de condict. ob turp. cauſam, l. 49. tit. 14. par. 5. ubi Gregor. gl. ff. 2. Bart. in l. de quibus, num. 17. D. de legib. Pa-*

Padill.in d.l.interpoſitas,n.22.C.de trãſ. Azev.in l 1.tit.21.n.194.lib.4.Rec.Gutier.in l.nemo poteſt, n. 231. D. de leg. 1. Hond.cõſ.23.n.5.& 6.Tuſc.pract.lit. M. concl.220.n.25.Donel.lib. 15. cõm. c. 38. Baſil.de matrim.lib.4.c.9.n.12.Ceſ. Manent.cõſ.27.n.27.Ricc.collect.921.par.4.

7 Inferas ſextò, metum & dolũ ceſſare in Curia Principis, *Grat.cap.421.n.18.to.3. Honded.conſ.100.num.70. vol.1. Maſcard.concl.146.num.8.* & in loco ubi viget iuſtitia, *Iaſ.conſ.164.num.16.*

8 Præſcriptione purgatur metus ſinendo labi tempus intra quod agi, ſeu excipi poteſt, *l. 3.C. hoc tit.* ubi benè *Bart. Mogoll. cap. 12. num. 17. Farin. 2. part. fragm.crim.verb.Metus,num.146.*

9 Pro huius rei explicatione eſt inveſtigãdũ, intra quòd tẽpus præſcribãtur facta metu, & pro omnimoda explicatione diſtinguo inter profana & ſpiritualia.

In profanis ſit prima cõcluſio, quòd metus de iure Prẹt. prẹſcribitur anno utili, *tx.in l.in honorariis,D.de act.& obl.*

10 Sit ſecunda concluſio, quòd de iure civili metus durat triginta annis ſicut aliæ actiones perſonales; hoc, ſcilicet, quandò proponitur cõtra eum, qui metum intulit, vel participem. At contra tertium ſolùm durat decem annis inter præſentes, & viginti inter abſentes, *text.in l. ſi vi,vel metu, C. hoc tit. iuncta gloſſ.verb. Longæ, & verb. Munitus,Tiraq. de utroq. retr.1.par. §.1.gloſſ.10. n. 14.Sarmient.lib.2.ſelect.cap.11.n.8.*

11 Vnde cavendũ eſt à *Ruin. cõſ.105.n.6.* qui dicit cõmuniter tenẽri per *DD, in d. l. ſi vi,vel metu,* quòd tam perſonalis, quàm realis tollitur ſpatio decẽ annorũ.

12 Sit tertia cõcluſio, quòd ſi intentatur officiũ iudicis, durat etiã triginta annis, quia officiũ iudicis ita ſe habet, *gloſſ.notab.in l.ſicut,in princ. C.de præſc.trig.vel quadrag.ann. verb. Perſecutione, Balb.de præſcript. 4.par. 4.par.princip. q.30.tot.*

12 Sit quarta cõcluſio, quòd cõtra heredẽ ad quẽ res ſeu pretiũ pervênit, durat perpetuò, *l.quod diximus,§.fin.l.quod autem D.hoc,tit.*

13 Sit quinta concluſio, quòd per viã exceptionis (nã metũ paſſo non ſolũ datur actio, ſed exceptio, *l.metũ la 3.§.ſed quod Prætor,D.hoc tit.*) durabit iiſdem annis, quibus per viã actionis, & nõ ampliùs.

15 Quia regula *l.purè, §.fin.D.de dol. except.* (quæ dicit, quòd quẹ ſunt tẽporalia ad agendũ, ſunt perpetua ad excipiẽdũ, de qua *Balb.ubi ſup.q.37.tota*) in metu nõ militat, quia metus poteſt proponi agẽdo, & illa lex loquitur (ut in ea patet) quãdo quis non poteſt ius ſuũ proponere agendo, ſed tantũ excipiendo; ſed quãdo ius ſuũ proponere agendo, tunc tenetur excipere intra illud tempus, quod eſt ei limitatum à iure ad agendũ, & ita probatur expreſsè *in l. Papinianus, §.ſi filius,D.de inoff.teſt.& ibi Caſt.Gomez lib. 2.variar.cap.14.num.8.*

16 Sit ſexta concluſio, quòd qui propter metũ non appellat, tenetur id proteſtari intra tempus datum ad appellandũ, *text. expreſſus in cap.fin.de app.l.fin.C.de his qui propter met.iud.non appell.*

17 Quæ quidẽ fallit, quando non audet proteſtari, ne talis proteſtatio clãdeſtina reveletur, *ut gloſſ. in c.1. iſto tit.verb. Propoſuit,* quã ibi ſequitur *Abb.n.6.& Bald.in d.cap.fin.n.5.Franc.n fin.Præpoſ. num.19.Iaſ.in l.qui in aliena,§.Celſus,n. 46.D.de acquir.hered.*

18 Eſt tamen advertendum ad iſtã concluſionẽ, quòd multi *DD.* quos refert & ſequitur *Dec.in d.cap.fin.n.21.* tenent nõ eſſe neceſſariã proteſtationẽ, ſed quòd ſufficiat ſubeſſe iuſtum metũ, quare nõ appellaverit, idem *in l.in omnibus cauſis,num.12.D.de regul.iur.*

19 In ſpiritualibus autẽ eſt ſciendũ, quòd in caſibus, in quibus tẽpus nõ eſt expreſsè definitũ, relinquitur arbitrio iudicis, ut dicit *Hoſtienſ.in c.1. hoc tit.ad fin. & ibi Innoc.n.2. & Card. n.3. q.2.* & dicit cõmunẽ ibi *Abb.n.23.* quẽ ſequitur *Menoch.de arbitr.lib.2.cent.3. caſ.231. n.15. & Boſ.de plurib.viol.num.103.*

20 Et caſus, in quibus tempus eſt expreſsè definitũ, ſunt ſequentes. Primus eſt in profeſsione, in qua eſt determinatũ quòd profeſſus ante 14. annũ à die profeſsionis poſsit reſilire, *c.ſi quis ante,de regul.*

& ibi gloſ.verb.Permaneant; quod hodie eſt extẽſum uſque ad quinquenniũ à die emiſſæ profeſsionis, *Trid. cap.19.ſeſſ.25.*

21 Secũdus caſus eſt in matrimonio carnali, in quo per annum & dimidium cohabitationis præſcribitur, *c.ad id, de ſpõſ.*

22 Tertius caſus eſt in voto caſtitatis ſolenniter emiſſo, quod biennio præſcribitur, *cap.fin.qui cler.vel vov.*

23 Dubiũ eſt, utrùm ex cõſuetudine immemoriali metus excuſetur? Et negativè reſpondent *Innoc.Hoſt. & alÿ in cap. quod latẽter extr.de reg.iur. Gre.Lop.in l. 6.tit.25.p.4.gloſ.magna*, dicẽs eſſe benè advertendum, quòd ſi domini non probẽt, quòd ſervitia volũtatiè, & ſine coactione præſtita fuerũt à ſubditis per tẽpus immemoriale, non obtinebunt, quia ſubditi præſumuntur inviti præſtitiſſe, *dict. cap.quod latenter.*

24 Tamen contrariũ ex *l.3.tit.15.lib.5. Recop.* (quę impoſitionibus, & exactionibus vaſſallorum de dominis querelas ſuper exactionibus excludit) tenent *Aved.de exeq.2.p.c.4.n.10. verſ.Et hoc caſu, Burg.de Paz conſ.15.n.33. Ioan. Garc.de expenſ.c.9.n.23. Rodrig.de ann. redd.lib. 1. q. 15. n.67. & 68. Eſcob. de ratiocin. cap.25.n.10.Gutier.lib.4.q.34.num.28.*

25 Quod tamẽ limitationem recipit, ſi metus duraverit, quia tũc ſemper adeſſe præſumitur, ita *Bart.in l. penult. D.de cõd.ob turp.cauſ. Angel.Areti.cõſ.96.Ann. alleg. 114. n.4. Ioan. Aloſ.Ricc. in prax. Eccl.deciſ. 657. n.3. Manent. d. conſ.87. n.28.Boer.deciſ.100.n.13.Covar.de ſponſ. par.2.§.6.n.1.Menoc.de præſumpt. lib.3. præſumpt.126.Maſcard.concl.1051.n.34. Flamin.d.q.1. n.201. cum ſeqq. Gutier.d. cõſ.16.n.15.Bernar.Græv.ad prax.Cam. Imp.lib.2.concl.93.n.11.Rot.Aven.deciſ. 113.diverſ. Ioſe. Ludov.deciſ.Luc.18. Ioſeph.Seſſe d.deciſ.60.lib.1.Alex.Ludov.deciſ. 392. ubi Beltram. in addition. Iacob. Thom.conſ.44.à num.68.cũ ſeq.*

26 De purgatione metus fusè pertractat *Farin.d.2.p.frag.crim.lit.M.à n.136.* cũ plurib.ſeqq. *Mogoll.c.12.cũ §§ ſeqq. Paul. Chriſt.deciſ.Belg.114.n.13.& 15.vol.2.*

SVMMARIVM.

1 Voluntas eſt liber animi motus.
2 Captatoriæ inſtitutiones nullæ sũt.
Officia vacatura cõcedi prohibētur, ibi.
3 Mulier auxilians marito non punitur.
Quæ fiunt contra facientis voluntatem, non imputantur facienti.
4 Qui iuſſu Tyranni aliquem occidit, excuſatur à pœna.
5 Coactus magis patitur, quàm agit.
Facienti aliquid coactè ſibi non imputatur. ibi.
6 Voluntas coacti voluntas eſt, ſed qualificata. & 7.
Voluntas meticuloſa habet in ſuperficie volitionem, & in medullam nolitionẽ.
8 Ad pœnã volũtas coacti volũtas nõ eſt.
9 Cõpulſus delinquere plectendus nõ eſt.
10 Coactus recipere particulares ſolutiones ſibi non præiudicat.
11 Productio facta per compulſum nullũ generat præiudicium.
12 Coactione ad compromittendum facta permiſſa eſt à laudo appellatio.
13 Advocatus invitus patrocinari cogitur, non tamen in cauſa in qua habet intereſſe.
Excuſatur tamen ſi in illa advocaverit iuſtè.
14 Coactè vel metu coactionis facere idẽ eſt.
15 Coactio obligationem impedit.
16 Aliquibus cauſis accedit coactio.

CAPVT XI.

De volũtate inductâ per metum.

1 I*Oan.Damaſc.de duab. Chriſti volunt.* ait: *Voluntatẽ eſſe liberũ, & mentis imperantis motum*; & ſic cùm ea, quę ex libero hominis arbitrio pendent, non procedãt à natura, nec caſu, nec à Deo, oportet ea ex voluntate libera naſci, ut idem probat *lib.2.de Orthod. Fid.cap.25. & Nemeſ. de nat. hom.*

cap.

cap.39. & 40. Ant. Fab. de error. pragm. dec.39.error.2. num.4. tom.2.

2 Hinc dimanat captatorias inſtitutiones nullas eſſe, & pro non ſcriptis reputari, *l.captatoria 64. D. de leg.1. l. illa inſtitutio 32. l. captatorias 70. D. de hered. inſt. l. captatorias 10. C. de teſt. milit. l.1. in fin. C. de ijs quæ pro non ſcriptis habent.* latè *Covar. in cap. cùm tibi, n.1. de teſtam. Mēcha. de ſucceſſ. creat. lib.2. §. 17. requiſit. 27. n.79. & ſeqq. Gom. to.1. var. cap.4. n.7. verſ. Tertiò quia, Surd. deciſ.68. num.4. & ſeqq. & 98. n.6. Menoc. conſ.408. n.15. & ſeq. Vincent. Fuſar. q.503. n.4. & ſeqq. Oſſuald. Hilliger. in Donell. lib.6. comm. cap. 19. à litt. E. Ant. Fab. in ſuo Cod. lib.6. tit. 6. defin.* 11. quia conferūtur in expreſſam alterius voluntatem.

Hinc officia niſi vacata fuerint per mortē, vel alium caſum, alteri concedi prohibētur propter votū captādæ mortis, ad *text. in l. fin. C. de pact. Socin. conſil. 53. n.4. Petr. Greg. de cōceſſ. feud. q.3. n.9. & 10. Imol. poſt Ancharr. in cap.2. de conceſſ. præbend.* ubi extendit, etiā ſi perſona eſſet incerta, *Cabed. deciſ.20. num.1. Maſtrill. de magiſtr. lib.1. c.25. n.10. & 11.*

3 Rurſus mulier, quæ in fabricāda falſa moneta, ſeu ea tondenda auxiliū marito ſuo præſtitit metus causâ, à pœna excuſatur, *Mar. Giurb. conſ.85. Maſtrill. deciſ.246.* Quæ enim fiunt cōtra facientis voluntatē, non imputantur facienti, *l. curæ, § nec ſi per vim, D. de mun. & hon.* metuſq; inſtantis periculi delinquentē excuſat ab homicidio, *Pet. & Cyn. in l. ſcientiā, §. qui cùm aliter, D. ad l. Aquil. ex gloſſ. l. ſi familia cōmunis, D. ſi famil. furt. feciſſ. dic. Novel. defenſ. reor. p.1. c.1. n.67.*
4 Ponens exemplum in eo, qui iuſſu tyrāni, vel alterius poteſtatem habentis aliquē occîdit, *gloſ.3. in l.8. tit.8. p.7. Theſaur. lib.3. q.46. n.5. Carrer. in pract. §. circa ſextum, verſ. Octavò excuſat. n.1.*

Quod quidem intelligendum eſt quoad pœnam, ſecus quoad culpā, ut omnes Theologi fatentur de tortoribus, & carnificibus, qui iuſſu Tyranni Imperatoris interfecerunt Martyres, *D. Thom. 2.2. quæſt. 64. artic. 6. ad 3.*

Ad quam rē ſolet adduci *Dan.3. verſ. 46.* ubi dicitur internecuiſſe ignē illos, qui eiecerūt tres infantes in fornacem Babylonis, ibi: *Et non ceſſabant, qui miſerāt eos miniſtri Regis ſuccendere fornacē, naphtha, & ſtuppa & pice, & malleolis, & effundebatur flamma ſuper fornacē cubitis quadraginta novē, & erupuit, & incēdit, quos reperit iuxta fornacē de Chaldæis.*

Et cōmuniter notarunt *S. DD. Exod. 1. verſ.7.* ubi obſtetrices Ægypti timētes Deū plus quàm Regē Pharaonē, non audiverunt eius mandato, ut infantes maſculos populi Hebræi interficerent.

Et coactus dicitur, nedum is, qui miniſtrorū poteſtate ad aliquid faciendum cogitur, ſed ſi civiliter, & ordinario iure cogatur, *l.1. §. neceſſariò, D. ſi mul. vent. nomin. in poſſeſſ. Socin. conſ.151. num.3. vol.1. Sola ad Decret. Sabaud. tit. de accuſ. gloſſ.1. num.5.*

5 Coactū enim magis pati quàm agere dicimus, *cap. in ſacris, hoc tit.* & ubi deſideratur voluntas, non admittitur coacti, *Cordub. in l. ſi quis à liberis, §. etſi impubes, ad fin. D. de lib. agn. Theſaur. lib.1. q.51. num.13.* etiā in ſtatuto, *Cagnol. in l. ſi quis maior, num.3. C. de trāſact. Sola ad Decret. Sabaud. dict. tit. de accuſ. gloſſ.3. par.2. num.6.*

Hinc eſt, quòd faciēti aliquid coactè, & contra ſuam voluntatem, ſibi nō imputatur, *cap.1.2.3. & cap. itanè 32. q. 5. l. cura, D. de muner. & honor. Salgad. de Reg. protect.1. par. cap.4 num.10.* cū infinitis, *Valenç. conſ.79. num.133.*

6 Licèt voluntas coacti voluntas ſit, *l. ſi mulier 21. §. ſi metu, D. hoc tit. l. qui ita, in princ. D. ad Trebel. l. ſi patre cogente, D. de rit. nupt. l. ſi privatus, D. quî & à quibus, cap. meritò 15. q. 1. Ariſtot. 3. Ethic. 1. D. Thom. 2.2. q.6. art.8. Thom. de Thomaſſert. reg.76. Molin. de ritu nuptiar. lib.3. q.98. n.6. Tuſch. to.8. lit. V. concl.280. cum ſeq. Seraph. deciſ.1350. n.9. Morl. in Empor.1. par. tit.2. in prælud. num.112.*

7 Talis tamen voluntas coacti abſolutè voluntas dici nequit, ſed qualifica-

ta; quæ propriè voluntas non eſt, ſed ſecundùm quid, *Dec. in l. velle nõ creditur, num. 3. & 6. verſ. 1. 4 & ult. D. de reg. iur. Mãtic. de coniect. ult. vol. lib. 1. tit. 3. n. 10. verſ. Unde etiam, Butigel. in l. ſciendũ, n. 48. de verb. obl.* ubi alia in id pulchra *ex Bald. in cap. quiſquis, n. 1. de elect. ubi n. 11.* dicit, quòd volũtas meticuloſa habet in ſuperficie volitionẽ, & in medulla nolitionem, *ex Iaſ. in l. rem quæ nobis, n. 2. D. de acquir. poſſ. Oſſuald. Hillig. in Donel. lib. 15. cap. 38. litt. A.* & ſic imperfecta, *Bart. in extravag. ad reprim. verb. Videbitur, num. 2. Roman. conſ. 197. num 5. Theſaur. d. quæſt. 51. n. 13. Tuſch. d. concl. 280. n. 3. & 281 n. 7. Menoch. conſ. 912. n. 9. Surd. conſ. 414. num. 55. Viv. deciſ. 150. num. 3. Iacob. Thoming. conſ. 44. à num. 164.*

8 Ideòque ad pœnam voluntas coacti voluntas non eſt, *l. velle, & ibi gloſſ. in fin. ubi Dec. & Cagn. uterque n. 1. D. de reg. iur. l. ſcientiã, §. qui cùm aliter, D. de lib. cauſ. Menoc. de arbitr. caſ. 354. num. 8. & ſeq. Farin. q. 97. n. 16. Theſaur. dict. quæſt. 46. num. 4. Maſtril. deciſ. 246. num. 16.*

9 Imò addit *Marſil. conſ. 25. num. 29.* compulſum delinquere plectendum nõ eſſe, *Dec. conſ. 336. Viv. deciſ. 394. num. 9. Bertaz. crim. conſ. 266. num. 4.*

10 Et coactus recipere particulares ſolutiones ſibi non præiudicat, *Surd. deciſ. 345. num. 12.*

11 Et productio facta per cõpulſum nullum generat præiudicium, *Caput. deciſ. 193. n. 5. p. 1. Alex. Lud. deciſ. 270. n. 7. & 432. n. 5. & 467. n. 9.* cũ voluntas coacti non ſit voluntas, *Franc. Hieron. Leo deciſ. Valent. 14. n. 15. tom. 1.* libera nec ſpontanea, *Abb. per ill. text. in cap. 1. de reg. & in cap. cùm locum, de ſponſ. Marta to. 2. ſumm. ſucceſſ. leg. par. 4. q. 2. art. 5. n. 31. Amat. deciſ. 24. à n 41.* Nam illa non dicitur coactio & neceſsitas, quæ habet principium liberum & voluntarium, ſicuti poſt alios *Menoch. de arbitrar. caſ. 182. num. 52. & conſ. 136. num. 26. vol. 2.*

12 Coactione ad compromittẽdum factâ permiſſa eſt à laudo appellatio, ſeu reductio, ita poſt *Ioã. Andr.* docuit *Ang. Aret. in l. ex conſenſu, n. 2 de app. Barb. cõſ. 40. col. 14. vol. 4. Blanc. de cõpromiſſ. q. 10. num. 5. Menoch. conſ. 406. num. 36. vol 5.*

13 Et Advocatus, qui invitus patrocinari cogitur, *l. providendũ, §. 1. C. de poſt. l. 1. §. ait Prætor, D. eod. Dec. in l. invitus nemo, n. 2. & ibi Cagnol. D. de reg. iur.* non tamẽ tenetur in cauſa, in qua habet intereſſe, *Cravet. de indemnit. mul.* ſi in illa à iudice coactus patrocinetur, excuſatur, nec ſibi prę iudicat, *Alber. in l. poſt legatũ, §. Advocatũ, D. de his quib. ut indig. Viglius §. ſi tutor, Inſt. de inoff. teſtam. Tiraq. de retract. lignag. §. 1. gloſſ. 9. n. 271. Vinc. Carroc. deciſ. 123. num. 14. Menoch. conſ. 58. num. 62. vol. 1. Petr. Greg. lib. 6. ſyntagm. cap. 19. num. 16.*

14 Et paria ſunt coactè, vel metu coactionis facere, *l. noviſſimè, D. quod falſo tut. auth. Suar. alleg. 23. num. 3. Pinell. in l. 2. cap. 3 num. 16. C. de reſcind. vend. Aldovin. conſ. 15. num. 8. Grat. cap. 227. n. 13. Mar. Giurb. conſ. 69. num. 6. Amat. deciſ. 24. num. 30. & 31.* cum infinitis novè *Ant. Amat. reſol. 22. num. 7.*

15 Abſolutaque coactio obligationẽ impedit, *cap. ſicut 20. q. 1. Ant. Fab. in ſuo Codic. lib. 1. tit. 2. defin. 32. in alleg. num. 9.*

16 Aliquibus tamẽ caſibus accedere poteſt coactio, ut videre eſt in percuſſo, qui cõpelli valet per pœnas ſpirituales ad faciendam pacem, *Icã. Aloiſ. Ricc. deciſ. 86. n. 1. p. 1.* & etiam aliquis cogi poteſt in communione ſtare, quia contra eum iuri diviſioni eſt prę ſcriptũ, id eſt actioni, per quam peti diviſio quit, *Olivan. de act. p. 2. lib. 1. c. 38. n. 14.* & ſic fallit *reg. l. fin. C. commun. divid. Cevall. q. fin. num. 220. to. 4. Cenc. de cenſib. p. 3. c. 1. q. 3. art. 8. num. 15. Giurb. deciſ. 52. num. 6.* & alijs quoque caſibus, quos congerit *Accurſ. in d. l. fin.* & latiùs poſt alios *Gomez. in §. quædam, n. 15. uſque ad 28. poſt Angel. n. 2. gloſſ. famil. erciſcund. Inſt. de act.*

SUMMARIUM.

1 A*ctio metus eſt perſonalis, & in rẽ ſcripta, & datur in ſimplũ. & 14.*

In

2 *In quadruplum præſtatur adverſus non reſtituentem.*
3 *Quam pœnam evitat reſtituens.*
4 *Ad hoc ut actio metus competat, quæ requirantur.*
Actor priùs debet petere annullationem geſtorum,& rem ſibi reſtitui.
5 *In quadruplo ſimplum continetur.& 6.*
7 *Praxis huius actionis remiſſivè.*
8 *Hæc actio eſt arbitraria.*
Datur contra rem poſſidentem ex metu etiam alterius.
9 *Præſtatur contra metum inferentem.*
10 *Et adverſus eũ ad quẽ res pervenit,tã in heredes,quã in heredes heredis.& 11.12.*
13 *Et in emptorem. & 14.*
15 *Competit de eo,quod abeſt. & 16.*
Datur heredibus metum paſſi.
17 *Perſecutoria rei eſt.*
Datur contra tertium in ſubſidium.
18 *Durat contra metum inferentem triginta annis.*
Si res fuerit alteri vendita, extinguitur ſpatio decem annorum inter præſentes, & viginti inter abſentes.
19 *Regulariter non datur contra non inferentem.& 20.*
21 *Negat Vrſil.*
22 *Intelligitur Aim. Cravet.& 23.24.*
Heredes mulieris metũ paſſæ in vita nõ conqueſtæ poſſunt petere reſciſſionem.
25 *Hæc actio ſemel ad heredes tranſmiſſa efficitur perpetuò tranſmiſſibilis.*
Præſcribitur triginta annis.

CAPVT XII.
De actione metus.

1 ACTIO quod metus cauſâ perſonalis eſt,& in rẽ ſcripta, ut advertit eleganter *Duaren.ad hunc tit.c.3.Iul. Pac.leg. conc. cent.2.* cõpetitq́; ei,qui per metũ cadentem in conſtantem virũ compulſus eſt ad aliquid gerẽdum,ad hoc ut ſibi res reſtituatur, & datâ contumaciâ intra annũ in quadruplũ condẽnetur, & poſt annũ in ſimplum,ut probatur in *§.quadrupli,iũcto §.item actio,Inſt.de act.& in l.item ſi cũ exceptione 14.§.1.§.poſt annũ,§.in hac actione,in fin.& §.hæc autẽ,D.hoc tit.Vveſemb. in paratitl.ad hunc tit.à n.6.cum ſeq. Linglois deciſ.44.quæſt.3.num.10.*

2 Ex quibus conſtat hãc actionẽ in quadruplum dari adverſus eum,qui iudicis iuſſu rem ipſam actori nõ reſtituit,eamque pœnã reſtituentem evitare, ut latè explicant *Iaſ.in §.quadrupli, à n.47. ubi Myſing. 1. Inſt.de act* ibiq́; eruditè *Anton.Piehard.in comm. Mogoll.cap.13.toto.*

3 Ad hocque ut iſta actio competat,requiritur. Primò,quòd actus fuerit geſtus per metum cadentẽ in conſtantẽ virum. Secundo, quòd reſtituere debens ſit in cõtumacia, utputà quia iuſſus à iudice tẽ reſtituere illã non reſtituit, ut dictis iuribus.Nam ex prima parte edicti noſtri datur actio ad annullationẽ geſtorũ, & ad reſtituendã rem metu alienatã,ut 4 in *l.1.D. hoc tit.*Er ita actor priùs debet petere actum metu geſtum annullari,& rem ſibi reſtitui: & ſi intra tempus à iudice datum res non fuerit actori reſtituta,tunc ex ſecũda parte edicti datur intra annum actio in quadruplum, & poſt annũ in ſimplũ, *Quintil.Mãdoſ.in annal. n.194.Petr.Greg.lib.36 ſyntag.c.25.n.9.*

5 Obiter notandũ eſt in quadruplo ſimplũ contineri,ut teſtatur *Vlp.in d.l.item ſi cum exceptione 14.§.quatenus 10. D.hoc tit.Pich.in §.quadrupli 25.à n.10.Inſt.de act.Caldera de erroribus pragm. lib.4. c.1. n.1.* etſi renuat *Anton.Fab.lib.16.coniect. cap.19.& de error.pragm.decad.72.error. 9.* quatenus dictat pœnam quadrupli in hac actione nõ propter vim factam, aut illatum metũ irrogari, ſed ob ſolam cõtumaciã ſequtã in non parẽdo arbitrio iudicis, & ob nõ factam reſtitutionẽ rei petitę. Proinde mirum non eſſe poſt exactum quadruplum nullam ſimpli perſecutionem ſupereſſe, non quaſi ſimplum inſit quadruplo, ſed quia quadruplum exactum eſt pro ſimplo.

6 Quod evidenter convincitur ex eo quod viſum eſt Conſilio durum ſic qua-

druplum interpretari, ut totũ pœnæ inſit, cùm pœnæ ſint potius molliendæ, quàm exaſperandæ, *l.pen.D.de pœn.*

Vnde inferas, quòd condẽnario facta in triplum, vel quadruplũ continet ſimplũ, *gloſ.in l.ab ijs, & ibi Bart.C.de navic. ſeu naucl.lib.12.text. in l.hoc edicto, D.de public.l.itẽ ſi eũ exceptione, §.ſed & ſi quis, D.eod.* niſi duplũ, triplum, vel quadruplũ ſit mera & principalis pœna, & ſeparata à ſimplo; ut ſi iudex mandet rẽ reſtitui, & ulteriùs in duplũ, triplum, ſeu quadruplũ condemnet, poſt alios declarat *Caval.de brach. Reg. fragm. 115.* ubi in fin. dicit, quòd in dubio ſemper res, vel rei æſtimatio contineatur in duplo, triplo, vel quadruplo: & de iſta materia plenè tractat *Iaſ.in §.omnes autẽ, n.10. & in §. duplũ, & in §.ſeq. Inſt.de act. & ibi Gom. & in §.utique & ex maleficijs ſub n.14. & 15. Caball. caſ.56.num.130.131. cum ſeq. Guacc.defenſ.33.c.14.in fin. Horat.Carp. ad ſtat. Med.in præl.n.730. Olivan.de act. in §.quadrupli 25.n.3.fol.292. Affl ict. in conſtit. Sicil. rubr. 15. ut lite non conteſt. num. 7. ad fin. lib. 2. Iaſ. in §.ſic itaque diſcretis, num.7. Inſtit.de act.*

7 Tota verò praxis huius actionis, & libelli peti poteſt ex his, quæ ſcripſit *Specul.hoc tit. cum ibi additis, Rofred. in libell. 1. par. in hac rubr. Nicol. Carb. in pract. pract.lib.1.cap.2. num. 14. 15. 20. 26.66.75. Paz in prax.tom.3.cap.9.*

8 Hæc actio arbitraria eſt, *Menoc. 1.de arbitr.q.5.n.2.* & datur contra eos, qui
cunque rem poſſident ex metu etiã alterius, *l.item ſi cum exceptione, §.in hac, §.Pedius, & §.aliquãdo, hoc tit.gloſ.in c. dilectus, extr.eod. Cravet. conſ.461.n.35.*
9 *Ruin. conſ.112.n.9. vol.5.* Et eſt notatu dignum in hac actione, quæ regulariter
nõ datur, neque cõpetit niſi contra metum inferentẽ, & tamen plerumque notiſsimos ipſius actionis terminos egredi
tur, ut detur etiã contra eum, ad quẽ res
10 pervênit, *l.3.C.hoc tit.* Quo fit, ut excedatur etiam à ſuis terminis, & hoc eſt quidẽ notabilius; quoniã perſonalis eſt, & longo tẽpore præſcribi non debêret, & tamen præſcribitur, ut ibi *Marc. Mant.ſing.422.*

11 Similiter datur cõtra heredes, quatenus ad eos pervênit, licèt deſierit apud
12 eos eſſe. Itẽ contra heredes heredis, nõ inſpectu quoad ultimum, ſed quoad primũ heredem pervenerit, *l.quod diximus, §.in heredem, D.hoc tit. Bart. ſing.114.*

13 Quæ quidem actio contra emptorẽ, licèt metum non adhibuerit, conceditur, *Ruin. conſ.113.num.2. & 4.vol.5.*

14 Licèt hæc actio ſit in perſonã quatenus ex maleficio deſcendẽs, *§.omniũ, & §.præterea, Inſt.de act.* tamẽ in rẽ dicitur ſcripta, quia competit nõ ſolùm contra eũ, qui metum incuſsit, ſed etiã contra alios, ad quos res per vim & metũ extorta pervènit, nõ propterea eſt actio in rẽ, quatenus opponitur actioni in perſonã, ſic explicat *Cuiac. l.metũ 9.§.fin.D.hoc tit. Ant.Fab.in ration. ad eund. Iul. Pac. leg. conc.cent.2.concl.72.*

15 Hęc tamen actio cõpetit de eo, quod abeſt, *l.ſed & partus 12.§ ult.l.itẽ ſi cum exceptione 14. §. ult. D. hoc tit. Pieb. in §.itẽ hæc actio 27.num.32. Inſt. de act.* & cùm rei habeat perſecutionẽ non ſolũ metum paſſo, verũ heredi eius, cæteriſque ſucceſſoribus datur, *l.quod diximus 16.§.hæc actio, hoc tit.* in heredes autem, & cæteros, qui metũ non intulerunt, datur in id, quod ad eos pervênit, ne alieno ſcelere ditẽtur, *d.§.hæc actio, l.metũ 9. §.fin.l.illud 10.l.itẽ 14.§.in hac actione, D. eod.* quod ſi nõ reſtituãt, cùm habeãt reſtituẽdi facultatẽ, quadrupli pœna etiã in eos ſtatuta eſt, *d. l.itẽ, §.in hac actione.*

16 Diximus, ſi habeant reſtituẽdi facultatẽ, ut intelligatur ſi res metu extorta ad aliquẽ bonã fide pervenerit, & hęc in rebus humanis ſine dolo malo eius eſſe deſierit eum abſolvi debêre, *d.l.itẽ 14. §.aliquando,* in quo differt maximè hic ab eo qui metũ intulit, qui ſemper tenetur, etſi res ablata caſu interciderit, *l.1. C.hoc tit.gloſ.3. in l.ſi res 14.§.1.D.depoſ.*

17 Perſecutoria rei eſt hæc actio, *l.metum, §. animadvertendum, D. hoc tit.* & quod detur adverſus eum, ad quem res per-

pervenit, eſt *text. in l. item 14. §. ali-*
quando, & §. Pædius, D. eod. Morot. reſp.
75. à num. 3. quæ tunc demum datur cõ-
tra tertium in ſubſidium, quando nõ po-
teſt imputari aliquid metum patienti,
ſecus ſi poteſt aliquid imputari, ut quia
proteſtari potuit, *Cravet. conſ. 120. Af-*
18 *flict. deciſ. 263.* Et durat contra metũ in-
ferentem triginta annis, ſed ſi res fuerit
alteri vendita, extinguitur ſpatio decẽ
annorum inter præſentes, & viginti in-
ter abſentes, *Tiraq. de retract. lign. §. 1.*
gloſſ. 10. num. 41. Lanar. conſ. 43. num. 33.
Barboſ. in l. ſicut 3. num. 18. & 19. C. de
præſcript. triginta vel quadraginta ann.
Sarmient. lib. 2. ſelect. cap. 11. num. 8.

19 Nunc quærendum eſt, an ad hoc ut
vim, vel metum paſſus ab alio poſsit a-
gere contra tertium, qui cũ eo contra-
xit, ſit neceſſe probare illum fuiſſe con-
ſcium illius vis; aut metus per proteſta-
tionem, aut notificationẽ vim, aut me-
tum paſsi, vel aliàs, an ſufficiat ſola vis,
aut metus probatio, ſive ſciens ille ter-
tius fuerit, ſive ignorans?

20 Regulariter dicunt *Doctores*, quòd cõ-
tra eum, qui metum intulit, non datur
actio iſta, *l. metum, §. ſed licèt, D. hoc tit,*
maximè ſtante ignorantiâ contrahen-
tis, quæ ſemper præſumitur, ubi contra-
rium non probatur, *l. non intereſt, C. eod.*
Aim. conſ. 120. num. 1. & conſ. 114. 120. &
253. quibus videtur tenêre metum illa-
tũ, vel vim per aliũ non nocère tertio.

21 Sed dicit *Vrſil. ad Afflict. deciſ. 263. n.*
6. ſacrum Conſilium non fuiſſe ſecutum
hãc opinionẽ, quod ſimiliter dictat *Ant.*
Fab. in ſuo Cod. tit. 8. defin. 7. lib. 2. ubi n. 3.
ſic ait: *Intellige, ſi revera metus nullus il-*
latus ſit. Alioqui ſufficiet eſſe illatum à quo-
libet, ut noceat cuilibet etiam ignoranti,
quia verba edicti quod metus cauſa, in rem
concepta ſunt, nõ in perſonã, in hocque dif-
fert edictum hoc ab edicto de dolo, l. metũ 9.
§. 1. l. item 14 §. in hac actione, D. hoc tit.
ubi elegans ratio redditur, quia metus om-
nis habet in ſe ignorantiam, l. ſed & ſi is,
§. fin. de dolo, ſcripſi lib. 16. cõm. idẽ tenet
Gaſp. Ant. Theſaur. lib. 1. q. 51. n. 8. Sãch. de
matr. lib. 4. diſp. 8. n. 7. qui dicit rationẽ
eſſe, quia res illa metu acquiſita tranſit
eo vitio affecta in quẽcunque poſſeſſo-
rẽ, *ex text. in l. itẽ 14. §. in hac actione, D.*
hoc tit. Ioan. Pet. Fõtan. de pact. nupt. to. 2.
clauſ. 7. gloſſ. 2. p. 5. à n. 20. Franc. Ant. Coſ-
ta conſ. 38. à nu. 32. cum ſeq. Morot. reſp.
75 num. 22. lib. 4. Surd. conſ. 513. n. fin.
Feder. Schot. tom. 1. lib. 3. reſp. 10.

22 Nec arbitror hanc opinionẽ eſſe cõ-
trariam opinioni & ſententiæ *A. m.* quia
ipſe ſignanter *in conſ. 120. n. 6.* clarè di-
cit, quòd opinio contraria non eſt ſim-
pliciter vera, ſed ſolùm quãdo metũ pa-
tienti, & cũ tertio contrahenti, aut actũ
gerenti imputari poteſt; quia proteſtari
non audet propter metum potentis, vi-
detur ſubveniendum metum paſſo etiã
contra tertium ignorantem, de cuius
præiudicio agitur, quando etiam agi-
tur de præiudicio metum patientis.

23 Sic ſimiliter (addit) metus præiudica-
ret tertio, quãdo ipſe tertius veriſimili-
ter cogitare poterat de tali metu, ut
quia contraheret cum marito viro no-
toriè terribili, aut prodigo; nam tunc
factum tertij diceretur ordinatum ad
talem metum.

24 Ex quibus aſſeverandũ eſt, quòd ſem-
per debet dici etiam in doctrina *Aimo-*
nis, metum ab alio illatũ nocêre tertio,
quia nunquã ſumus in caſu, in quo poſ-
ſit imputari damnũ paſſo, cur de metu
non fuerit proteſtatus, nec in quo veriſi-
militer nõ poſſet tertius præſumere me-
ticuloſè contrahentẽ contrahere, cùm
ſemper iſti contractus meticuloſi fiant
per perſonas ſub imperio, ac poteſtate
alterius exiſtentes, & ad commodũ il-
lius, quibus propterea nõ eſt licitũ pro-
teſtari, nec aliud de eis cogitari debet,
quã quòd per vim vel metũ cõtrahunt.

Cùm mulier metum paſſa, vel aliquã
obligationem, vel actũ ſibi præiudicia-
lẽ feciſſet, & de eo in vita conqueſta nõ
fuerit, ut non poſsint heredes petere re-
ſciſsionẽ, & actione hâc in iudicio expe-
riri muliere iã vitâ functâ, & videtur ut
ius illud ad heredes trãſmiſsibile nõ ut

 (li-

(licèt ſecus eſſet, ſi mulier in vita iudicium inſtituerit, quia tunc ad heredes tranſire iudicij huiuſmodi, & actionis perſecutionem non dubitatur) tum quia perſonale videtur remedium huiuſmodi reſpectu actoris: tum etiam quia muliere in vita tacente cenſendũ ſit voluiſſe eam voluntatem, & obligationem continuare, & perſiſtere, quam pro firma exiſtimat, *Canc. variar. lib.3. cap.15.num.116.*

Contrarium tamen in hoc verius eſſe credo, ſecundùm quam opinionem Senatum Cathaloniç terminaſſe, dixit *Fontan. de pact. nuptial. clauſ. 7. gloſſ. 2. par.6.num.48.& ſeq.* cùm actiones omnes in heredem tranſeant, *l. pro herediarijs, C. de hered. act. Barc. deciſ. 51. num.11.& 65 num.3. Surd. conſ.268. numer.22.lib.2. Ant. Amat. reſol.43.n.32.*

25 Obſervandum eſt, quòd hæc actio ſemel ad heredes tranſmiſſa efficitur in perpetuum tranſmiſsibilis, *l. videamus, D. hoc tit. Mati. in l.7. gloſſ.8. num.3. tit. 11. lib.5 Recop.* Quç quidẽ ſpatio triginta annorũ præſcribitur, *Bald. conſ.189. toto lib.5. Hippolyt. Montan. in addit. ad Ant. Olivan. de act. tom.2. lib.1. cap.9. à num.16. cum ſeq. Ant. Fab. in l.21. §. penult. hoc tit. Oſſuald. ad Don. lib.15. comm. cap.38. lit.T. Dec. conſ.272. num.8. Anna ſingul.341. Sarmient. lib.2. ſelect. cap.11. num. 8. Mogoll. cap. 12. num.19. & 20. Graſſ. except.11. num.81.*

SVMMARIVM.

1 Reſtitutio ob metum iure actionis provenit.
2 Inferens metum tenetur reſtituere; ſecus autem ſi iuſtè incuſſit.
3 Acquiſita per metum etiam levem ſunt reſtituenda.
4 Mutuans ſub uſuris tenetur ad reſtitutionem. & 5.6.
7 In uſuris etiam Rex eſt capax coactionis. & 8.
9 Precibus acquiſita ſũt reſtituẽda. & 10.
11 Quod limitatur.
Pauper importunus non tenetur ad reſtitutionem.
12 Virginem deflorans ſuaſionibus importunis tenetur ad reſtitutionem damnorum datorum.
13 Tertio poſſeſſori eſt pretium reſtituendum. & 14.
15 Datur hæc actio contra quemlibet, quatenus factus eſt locupletior.
16 Interpretatio ad l. ſi ipſa 18. D. hoc tit. & 17.18.19.
20 In hac reſtitutione veniũt fructus percepti & percipiendi.
21 Et fructus fructuum, & partus partuũ.
22 Quando agitur contra inferentem, veniunt fructus percepti.
23 Et venit intereſſe intrinſecum, & extrinſecum.
Re perempta, perit periculo inferentis metum.
24 Quando contra participem, id eſt, cum principali.
25 Contra tertium poſtquàm eſt conſtitutus in mora.
26 Cuncta probantur iuramento metum paſſi.
27 An habeatur ratio fructuum in reſtitutione in integrum. ibi & uſque 45.
Explicatur cap. ad noſtrã, ibi, num.41. cum ſeqq.
46 Actiones, quæ dantur metum paſſo, referuntur.
47 Metus conſtans dat actionem, cæteri officium iudicis, vel condictionem.
48 Operatur metus iniuſtè illatus.
49 Præſtans cauſam metui nõ ſuccurritur.
50 Non ſemper eſt de ſubſtantia, quòd metũ inferens lucretur.
51 Interpretatur text. in l. ſi cum exceptione, §. in hac, D. hoc tit.

CAPVT XIII.

De reſtitutione ob metũ.

1 RESTITVTIO ob metum iure actionis provenit, & ideò non pertinet ad

ad *tit. de reſtit. in integr. Oſſuald. ad Don. lib. 21. comm. cap. 5. litt. B. Linglois deciſ. 2. q. 4. num. 6 & 7.*

2 Quo ſuppoſito dici debet, quòd is, qui adhibito iniuſto metu contraxit, ſeu donationẽ habuit, tenetur in utroque foro reſtituere, quia iniuſtus metus, ſeu qui in conſtantem virum cadit, excludit conſenſum, prout declarat *Navarr. in Manual. cap. 17. num. 15. Ioann. Azor. inſtit. moral. par. 3. lib. 4. tit. de reſtit. cap. 23. toto, col. 303. cum ſeq. & lib. 6. tit. de contract. cap. 7. toto, col. 510. & ſeq. Cardoſ. verb. Metus, num. 14.* ſecus autẽ ſi iuſtè metus fuit incuſſus, quia tunc reſtitutio ceſſat, *Bonac.* cũ pluribus, *tom. 2. de contr. diſp. 3. quæſt. 1. punct. 3. §. 3. propoſ. 4. num. 2.* contra:tus enim ita celebratus tenet, *Sylveſt. verb. Metus, q. 6. Sanch. lib. 4. diſp. 8. num. 8. Filliuc. tract. 38. cap. 2. num. 33.*

Cui rei mirè conducit *text. in l. 1. C. de ſtatu. & imagin.* ubi iudex, qui ſine imperiali beneficio ſtatuas æreas, argẽteas, vel marmoreas ſibi uſurpaverit, debet reſtituere emolumenta cum quadruplo, quæ extortis titulis accepit, ibi: *Si quis iudicum accepiſſe æneas, vel argenteas, vel marmoreas ſtatuas extra Imperiale beneficium, in adminiſtratione poſitus detegetur emolumenta, quæ accepit in ea poſitus dignitate, quam polluit cum extortis titulis, vel præſumptis, in quadruplum fiſco noſtro inferat:* eleganter *Bulẽger. de Imper. Rom. lib. 2. cap. 12. f. l. 120. lit. A. Guther. de offic. dom. Aug. lib. 1. cap. 38. fol. 189. Dempſt. ad Roſ. lib. 9. Antiq. Rom. fol. 1506. litt. B.*

Circa cuius *text.* explicationẽ pauliſper immorari oportet, & à principijs res hæc eruenda & evolvenda. Sciendum eſt, quòd primus ſtatuarũ uſus fuit, ut de Republica benemerentibus aliquod ab honore publico præmium peteretur, *Symmach. lib. 10. epiſt. 25. Caſſiod. lib. 8. epiſt. 2.* Bellica virtus ſecundum utrumque dedicandarum ſtatuarũ prima & præcipua cauſa, ſed in ſequentibus ſeculis eruditione doctrinâque præſtantibus idem honor decretus, *Sid:n. Apoll. lib. 5. epiſt. 5.* ibi: *Statuas Litteræ dederant, ſi Trabæ non dediſſent. Sueton. de clar. Grammat. cap. 17.* Decernebatur ſtante Republicâ ius illud ſtatuarum à Senatu, *L. Apul. lib. 3. Flor.* ibi: *Omnes qui in illa ſanctiſſima Curia aderant, tam libenter decreverunt locum ſtatuæ. l. 2. D. de loc. pub. fr.* ibi: *Imagines & ſtatuæ ornamenta Reipublicæ futuræ in publicum poni debent. Tertul. de anima, cap. 33.* ibi: *Ob merita vitæ imagines, ſtatuæ & tituli rependuntur.* Ereptâ libertate ab Imperatoribus ſine quorũ reſcripto ullam erigi non licebat, *Plin. Iun. lib. 1. epiſt. 17* ibi: *Ab Imperatore noſtro impetravit, ut ſibi liceret ſtatuam in foro L. Syllani ponere. Claud. in præf. ad Bell. Get.*

Annuit his Princeps titulum poſcente Senatu,

Aſpice iudiciũ quàm grave Muſa ſubis.

Hoc eſt, quod apud *L. Apul. lib. 3. Florid. dedicationem ſtatuæ nuncupant.* Vnde conſtat, quòd cùm quis ſine Imperiali reſcripto id facere non potuiſſet, iuſtè mulctatum fuiſſe iudicem ad reſtitutionem emolumentorum titulis extortis, ſeu violentis obtentorum cum quadruplo fiſco inferendorum.

3 Quod adeò verum eſt, ut acquiſita per metum etiam levem in foro interiori ſint reſtituenda, *Covarr. in reg. peccatum, 2. par. §. 3. num. 7. Sarmient. lib. 2. ſelect. cap. 11. num. 6. Iacob. de Graff. in deciſ. aur. 1. par. lib. 2. cap. 17. num. 11. Intrigliol. in tract. de caſ. conſ. cent. 1. caſ. 41. num. 28. Covarr. in reg. peccatum, 2. par. §. 3. num. 7. verſ. 3. fol. 515. Graff. except. 11. nu. 22.* (unde colligitur, quòd ut creditoris remiſsio liberet debitorem, debet eſſe libera ab metu, vel fraude, alioquin non excuſabit à reſtitutione, *Leſſ. de iuſtit. & iur. lib. 2. cap 16. dub. 2. num. 35 fol. 189.*) *Adrian. de reſtit. §. aggredior, verſ. Ex quibus omnibus, Sylveſt. verb. Reſtitutio 2. §. 7.* ubi dicit, acquiſitum per metum qualemcunque obligare primo accipientem ad eius reſtitutionem in foro conſcientiæ, quòd ſi metus fuit

iu-

iuſtus, obligare tranſireque obligationẽ in omnem alium, ad quem res pervenerit; quia hæc actio in rem ſctipta eſt, & tranſit res affecta, *ex l. metum, §. licèt, & §. cùm autẽ, D. hoc tit. Revell. de oblig. iuſt. 2. par. lib. 18. quæſt. 1. num. 7. Valer. in diff. utriuſque for. verb. Metus, diff. 1. num. 3.*

4 Vnde infertur, quòd mutuans ſub uſuris tenetur ad reſtitutionem, cùm voluntas mutuatarij uſuras ſolventis habeat involuntarium admixtum, quia non daret niſi quodammodo coactus, eò ſcilicet quòd non poteſt aliter mutuum recipere, *Medin. in ſuis tract. tom. 2. tit. de reb. per uſur. acq. quæſt. 4. in difficultate tertij argumenti, verſ. Alij verò, fol. 348.* & fructus quos Civitas, ſeu Rex ſolvit ſubditis, qui eis mutuant pecunias, & dicunt ſe eos ſolvere ex mera liberalitate, illicitè percipiuntur, quia Rex nõ eſſet aliàs donaturus, & ſic cùm iſta largitas incipiat à mutuo præcedẽti, debet reputari captioſa, *Bald. in l. ius iurandum, col. 33.* ibi: *Prætereà cùm Rex, & ibi non obſtat argumentum, D. de iur. iurand.*

5 Imò mutuatarij voluntas adeò cenſetur fuiſſe coacta, ut ſi uſuras ſolutas mutuatori remittat, remiſsio non teneat, niſi mutuator prius actualiter obtulerit reſtitutionem, *Seace. de iud. lib.*
6 *2. cap. 9. ſub num 348. & 349.* Ergo cùm mutuator uſurarius uſurpet rem alienam coacto & extorto domini conſenſu, dominium rerum, quas extorquet ex cauſa uſurarum, non tranſit in ipſum uſurarium; *Clar. lib. 5. §. uſura, verſ. Prætereà dominium, Mol. tom. 2. de iuſt. diſp. 326. verſ. Contraria ſententia, col. 304. cũ ſeq. Torres de iuſt. & iur. diſp. 62. dub. 2. Leſſ. lib. 2. cap. 20. dub. 18.* tenetur omninò reſtituere, quia ſicut conſenſus non eximeret raptorem ab obligatione reſtituendi, ita etiam non eximet uſurarium.

7 Ex hac ratione duo ſunt notanda. Primum, quòd in uſuris etiam Rex eſt capax coactionis paſsivę, quamvis ipſe & viribus, & potentiâ longè uſurarium cogentem excederet, & conſequenter in foro fori minus malum viſum eſſe, quòd uſurarius cogat Regem ad ſolvendum iniuſtas uſuras, quàm ut Rex iniuſtâ vi cogat uſurarium ad mutuandum
8 ſibi ſine uſuris. Secundùm quod ruit argumentum *Ioan. Andr. in cap. peccatum, in append. poſt cap. poſſeſſor, ſub num. 4. de regul. iur. in 6.* ad oſtendendum uſurarium contractum eſſe licitum. Argumentum eſt hoc: Vnuſquiſque poteſt licitè accipere, quod ſibi voluntariè donatur: ſed quod recipit fœnerator per contractum uſurarium ſibi voluntariè donatur, quia datur per pactum in contractu mutui. Ergo: refert *Scace. de comm. §. 1. quæſt. 7. ampl. 19. à num. 65. cum ſeq.*

9 Hinc precibus acquiſita importunis ſunt reſtituenda concedenti, *Navarr. in manual. cap. 16. num. 17. Sylveſt. verb. Reſtitutio 2. verſ. 9. Ludovic. Lop. 1. par. inſtruct. cap. 96. §. at quamvis, Leſſ. de iuſt. lib. 2. cap. 17. dub. 6. num. 48. Sanch. de matrim. lib. 4. diſp. 10. num 4. Bonac. to. 2. de cont. diſp. 3. q. 1. punct. 3. §. 3. prop. 4. num. 10.*

10 Fundamentum eſt, quia iniuriam facit, qui alterum tali modo affligit, & nullum ius rei ſibi acquiſivit precibus importunis acceptę, cùm potius extorſerit, quàm impetraverit, & per vim elicitur ille conſenſus à retinente, qui ut moleſtiam depellat, & vexandi finem faciat, conſentit.

11 Quod tamen limitandum eſt, niſi qui precibus urgetur importunis, poſsit eam importunitatem & fatigationem alio minore incommodo vitare; ſi enim poſſet, nec coactus, nec invitus diceretur, ut deinde putetur invitus cupere ſibi fieri reſtitutionem; nam multi donant inviti, & facillimè condonant, *ex Leſſio citato, Acuña in cap. 1. num. 6. diſtinct. 83.*

Ex quo fit, ut pauper, qui per preces importunas obtinuit eleemoſynam, non teneatur ad reſtitutionem, non ſolùm

quia

quia huiuſmodi importunitas parvipé-
ditur, verùm etiam quia qui tradidit, nõ
optat ſibi reſtitutionem fieri, ita *Saneb.
lib.4 diſp.10. Regin.lib.25.num.44.*

12 Similiter qui importunis precibus,
aut muneribus aſsiduis, & ſuaſionibus
vehementibus virginem cognoſcit, &
deflorat, tenetur in foro conſcientiæ
non quidem ad eam ducendam, ſi noliti
ſed tantùm ad reſtitutionem damnorũ
ei illatorum, quia tales preces & ſuaſio-
nes reſpectu levium puellarum habent
rationem coactionis, ita *Navar.cap.16.
num.17. Abulenſ.ſup.Exod.22 quæſt.12.
Nicol.de Lyra ibidem, Sylveſt. verb.Lu-
xuria, quæſt.5. Caiet.2.2. quæſt.54. art.6.
Angles in flor.ib.Theolog.4. Sent.quæſt.de
reſtit.bonor.corpor dubit.7.concl.4. Barth.
à Med.in ſumm.lib.1.cap.14 Cordub.lib.
1.quæſt.13.dict.4. & 7. Rebell.1.par. de
oblig.iuſt.lib.3 quæſt.1.Pet.Navarr.1.to.
lib.2.cap.3.num.443.ad fin. Valer.in diff.
utr.for.verb. Reſtitutio, diff 10. à num.
1.cum ſeq.* noviſsimè *Diana tract.2. miſ-
cell.reſol.50.fol.95.* qui benè hanc rem,
& doctè componit videndus.

13 Deinde quærendum eſt, cui in hac
actione ſit reſtituendum pretium metũ
inferenti, an tertio poſſeſſori?

14 Pro cuius reſolutione ac reſponſione
videndi *Bald.& Salicet.in l.1.C.hoc tit.*
ubi cenſent tertio poſſeſſori eſſe reſti-
tuendum; & *Bald. dict. loco*, ubi etiam
quærit, quod pretium erit reſtituendũ,
quandò dictus tertius poſſeſſor pluris,
vel minoris emerit, quàm metum infe-
rens, *Paul. Chriſtin. decis. Belg. 114.n.
18.vol.2.*

15 Animadvertendum eſt actionẽ quod
metus causâ dari in heredem, vel ſuc-
ceſſorẽ eius, qui vim intulit, quatenus
ex illâ re factus eſt locupletior, *l.videa-
mus 17. D. hoc tit. l. in heredem 5. D. de
calumn.ubi Ant.Fab. l.in heredem 27. cũ
l ſeq. D.de dol.* Quod intellige, ut ſi rem
conſumpſerit, videatur locupletior fa-
ctus, & ad reſtitutionem tenebitur: ut
in *dictis iurib.* iunctis *alijs*, quæ congerit
*Sebiſordeg. lib.1. tract.10. quæſt.1. & 4.
Pichard.in §.non autem, num.50. Inſt.de
perpet. & temp.act.*

16 Ex quibus infertur interpretatio ad
Iulianum *in l.ſi ipſa 18. D. hoc tit.* ubi
17 quis intelligitur locupletior, etſi res in
aliam converſa ſit; verùm ſi ipſa res na-
turaliter interierit, is, ad quem res per
metum extorta, iuſtâ ex causâ, & bonâ
fide pervênit, hâc actione nullatenus
tenetur: quoniam non intelligitur ad
eum perveniſſe, neque locupletior fa-
ctus, ex traditis à *Don.lib.16.comm.cap.
1.Duaren.in l.ſi ex legatis 23. D.de verb.
oblig.Anton.Fab.lib.26. coni.cap.19.verſ.
Sequitur ſed etſi nõ culpa, Morla in empor.
18 tit.de rebus cred.in præmiſſ.num.50.* Sed
etſi eam rem in pecuniam converterit,
tunc omnino locupletior dicetur, & te-
nebitur, licèt poſteà diſperdat.

19 Ratio eſt, nam pretium ſuccedit lo-
co rei, ſicut in petitione hereditatis,
ubi bonæ fidei poſſeſſor tenetur, licèt
res hereditarię apud eum non ſint, in
qua re æquiparantur actio quod me-
tus causâ, & alia quælibet particula-
ris cum petitione hereditatis, ut ſicut
in illa locupletior intelligitur, & adhuc
rem habet, qui vendidit vel permuta-
vit, ita & in hac: ita ratiocinatur *Ama-
ia lib.3.obſerv.cap.2.num.63.*

20 Denique in reſtitutione hâc veniunt
non ſolùm fructus, quos verè percepit
ille, qui metum intulit, ſed etiam illi,
quos percipere potuiſſet actor, & ſic
quamvis regulariter titulus excuſet à
percipiendis, *iuxta l. ſi fundum*, à con-
trario ſenſu, *C. de reivind. & l. qui ſcit,
& §. 1. cum ſeq. D. de uſur. l.fructus, &
ibi Bart.& l.ex diverſo, in princip.* ubi la-
tiſsimè *Bart. D.de reivind.* tamen hoc
caſu titulus non excuſaret à fructibus
percipiendis, ſicut nec excuſat in iſto,
& in alijs compluribus caſibus enume-
ratis *per gloſſ. notab. & ordin. in l.ſed &
partus, in princ. in gloſſ.1.verb. Potui, D.
hoc tit. Iaſ.in § quadrupli, n. 53. Inſtit.de
act.Tuſch.verb. Metus, concl.222.num.7.
Medic.de caſi.fortuit.1.par q.7.num 11.
Farin.2.p.fr.crim.verb. Metus, num.12.*

Pro

21 Pro colophone adverti debet in hâc reſtitutione fructus fructuum, & partus partuum contineri, ut exponit *Accurſ. in d.l. ſed & partus, verb. Cauſam, & in l. domum, C. de reivend. & l. quòd ſi oves, & l. ancillarum, D. de petit. her. & in l. videamus, D. de uſur. Tiber. Decian. reſp. 49. n. 50. vol. 2. Garc. de expenſ. cap. 23. num. 47. Azeved. conſ. 35. num. 40. Petr. Fab. in l. 78. D. de reg. iur. fol. 358.*

22 Hinc obſervari oportet, quòd quando agitur contra eum, qui metum intulit, tunc veniunt fructus percepti, & qui percipi potuiſſent, & omnia damna, *text. in cap. 2. iſto tit.* ibi: *Cùm integritate*, & ibi ex eo notant *Ant. de Butr. num. 5. & Abbas num. 3. text. in l. ſi quando, C. unde vi.*

23 Item venit intereſſe tam intrinſecũ, quàm extrinſecum extra rem, ut *gloſſ. unica in dict. cap. 2.* tradit optimè *Plotus de in litem iurando, §. 10. à num. 27. uſque ad 30.* & ſic re peremptâ perit periculo metum inferentis, *l. 1. C. hoc tit. ibique Bart. & DD.*

24 Quando agitur cõtra participem, idẽ eſt dicendum, quòd in ipſo principali, ut notat *gloſſ. & But. num. 4. in dict. cap. 2.* & ſentit *Sarmient. lib. 2. ſelect. cap. 11. num. 8.* ubi iungit participem cum eo, qui metum intulit, *& l. 30. tit. 2. p. 3.*

25 Quando agitur contra tertium ignorantem, quia contra eum poteſt agi, cùm ſit vitium reale, & ſequatur rem, *l. videamus, D. hoc tit. Molin. de primog. lib. 2. cap. 3. num. 12.* tunc tenetur, poſtquàm eſt conſtitutus in morâ.

26 Probato metu probabuntur prædicta omnia iuramẽto metum paſsi, *text. in cap. fin. iſto tit. Ioan. Plot. in tractat. de in lit. iur. §. 3. n. 17. Hippolyt. de Marſil. in rubr. C. de probat. num. 134. l. 5. tit. 11. par. 3. Peguer. dec. 23. Mogoll. cap. 11. num. 7.*

27 Iam quæri oportet, an habeatur ratio fructuum in reſtitutione in integrũ? & quòd habeatur, probatur ex ſequẽtibus. Primò, *ex text. in l. videamus 38. §. in Fabiana quoque actione, & Pauliana, per quam quæ in fraudem creditorum alienata ſunt, revocantur, fructus quoque reſtituuntur: nam Prætor id peragit, ut perinde ſint omnia, atque ſi nihil alienatum eſſet, nam & verbum, Reſtituas, quod in hac re Prætor dixit, plenam habet ſignificationem, ut fructus quoque reſtituantur, D. de uſur.*

28 Secundò, *ex l. in condemnatione 173. §. cùm verbũ Reſtituas, iure invenitur, etſi non ſpecialiter de fructibus additum eſt; tamen etiam fructus ſunt reſtituendi, D. de reg. iur. Ricc. col. 2749. par. 7.*

Tertiò *ex Bald. in rubr. C. de fruct. & lit. exp.* aſſerente, quòd ſententia condẽnans ad reſtitutionem rei includit etiã fructus: quod voluit *Roman. in l. ſed etſi poſſeſſori, num. 5. Iaſ. in l. ait Prætor. n. 10. verſ. Secundò, & notabiliùs, D. de iur. iur. Covarr. lib. 1. variar. cap. 3. num. 1. Giurb. deciſ. 39. num. 8.* Quod quomodo procedat, dictant *Men. in prælud. de recup. poſſ. num. 6.* cum alijs, *Surd. decĩſ. 212. n. 12. Theſaur. decĩſ. 135. in fin. Seſſe deciſ. 136. par. 2.*

29 Quartò, ex *l. quod ſi minor 24. §. reſtitutio,* ibi: *Itaque ſi in vendendo fundo circumſcriptus reſtituetur, iubeat Prætor emptorem fundum cum fructibus reddere, D. de minor.* Nam de natura verbi *Reſtitutio* eſt, quòd fructus reſtituantur, *l. ex diverſo, §. 1. l. qui reſtituere, l. prætereà, D. de reivind. Mieres de maiorat. 4. par. quæſt. 23. ex num. 34. Pich. in §. extraneis 6. num. 40. de hered. qual. Garc de expenſ. cap. 23. num. 55. Pet. Aug. Morl. in emp. 1. par. tit. 5. num. 31.*

30 Quintò, ex *l. necnon 28. §. in actione 6.* ibi: *In actione reſciſſoria, quæ adverſus militem competit, æquiſſimum eſſe Pomponius ait, eius quoque temporis, quo abſens defenſus nõ eſt, fructus eum præſtare. D. ex quibus cauſis mai.*

Sextò, *ex l. patri 27. §. ſi pecuniam, D. de minorib.* ibi; *Item ex diverſo, ſi minore pretio, quàm oportet, vendiderit adoleſcens, emptor quidem iuberi debebit prædium cum fructibus reſtituere.*

31 Septimò, in petitione hereditatis fru-

fructus veniunt:*l. item veniunt*, ibi: *Fru-
ctus autem omnes augent hereditatem. D.
de petit. heredit. Cardoſ. in prax. verb. Fru-
ctus, num. 5.*
32 Octavò conferr, quòd quando dona-
tio causâ mortis revocatur, reducitur
ad non cauſam, & res reſtituitur unà cũ
fructibus perceptis à tempore dona-
tionis, *gloſſ. Bart. & DD. in l. ſi mortis
cauſa, D. de donat. cauſa mort. Bald. conſil.
294. vol. 3. Aret. §. 1. col. penult. Inſtit. de
act. Riminald. in §. 1. num. 001. Inſtit. de
donat. Maſtrill. deciſ. 29. num. 9.*
33 Nonò facit, quòd quando ſententia
in iudicio reviſionis fuit revocata,
quòd poſſeſſor vigore ſententiæ revo-
catæ teneatur ad fructus, voluit *Af-
flict. deciſ. 188. Capic. deciſ. 102. num. 12.
Canc. lib. 3. variar. cap. 16. num. 100. &
101. Franc. Hieron. Leo deciſ. 89. num. 13.
tom. 1. Fontan. de pact. nuptial. clauſ. 4.
gloſſ. 18. par. 4. num. 72.*
34 Quam ſententiam expreſsè confir-
mat *text. in l. filio 16. §. contra tabulas,
D. de inofficioſo teſtam.* (ubi decreto vel
ſententiâ deductâ ad irritum, poſſeſſor
qui vigore dictæ ſententię poſsidebat,
tenetur ad reſtitutionem fructuum) ibi:
*Contra tabulas filij poſſeſſionem iure ma-
numiſſionis pater accepit, & bonorum poſ-
ſeſſionem adeptus eſt, poſteà filia defuncti,
quã ipſe exheredaverat, quæſtionẽ inofficio-
ſi teſtamẽti rectè protulit, poſſeſſio, quã pa-
ter accepit, ad irritum recidit: nam priori
iudicio de iure patris, non de iure teſtamen-
ti quæſitum eſt, & ideò univerſam heredi-
tatem filiæ cum fructibus reſtitui neceſſe
eſt.*
35 Ex quo textu, quem ſingularem ad
hoc dixit *Roman. conſ. 454. ſub num. 27.*
infert, quòd titulus redactus ad non ti-
tulum, vel habens ortum à causâ irritâ,
non operatur acquiſitionem fructuum,
ſequitur *Natta conſ. 535. num. 12 Hippo-
lyt. Montan. in addit. ad Ant. Olivan. de
act. par. 2. cap. 6. num. 14. Caeberan. deciſ.
160. num. 12.* ubi ampliat etiam in fru-
ctibus percipiendis, *Surd. deciſ. 25. num.
21. & 45. num. 11. & deciſ. 163. num. 16.
& conſ. 115.* quaſi per totum, *& 268. ſub
num. 29. 30. 31.* in quibus aſſeverat, quòd
non obſtat ſententia, quia illa impedi-
mentum non præſtat, cùm de iure non
ſortiatur effectum, *cap. non præſtat, ibi
Aug. Barboſ. de reg. iur. in 6. Surd. conſil.
372. num. 21. lib. 3. Fab. Turret. conſil. 13.
num. 24. & conſ. 23. num. 11. vol. 3. Rimi-
nald. Iun. conſ. 323. num. 21. & 31.*
36 Decimò, adſtipulatur *text. in cap.
gravis 11. de reſtitut. ſpoliat.* ubi ſpo-
liato fit cum fructibus reſtitutio, pro-
bant *Boer. deciſ. 18. Tiraquel. in l. ſi un-
quam, verb. Revertatur, num. 276. C.
de revocand. donat. Covarr. dict. cap. 3.
num. 1. Menoc. remed. 1. recup. num. 412.
Barboſ. in rubr. D. ſolut. matrim. par. 3. n.
73. Gutierr. pract. lib. 3. quæſt. 38. num. 30.
Ceval. commun. contra comm. quæſt. 762.
n. 69. Cabedo deciſ. 68. n. 3. par. 1.* dum-
modò priùs deducantur impenſę neceſ-
ſariæ, *gloſſ. & DD. in l. divortio, §. impe-*
37 *dia, D. ſolut. matr. Mex. in pragm. tax.
pan. concl. 2. à num. 88. Surd. de aliment.
tit. 9. quæſt. 12. num. 15. & quæſt. 41. n. 24.
& deciſ. 87. num. 11. & deciſ. 282. n. 31.
Ceval. quæſt. 897. nu. 516. Gonç. ad reg.
8. Cancell. §. 7. procem. num. 163. Cardoſ.
in prax. iudic. verb. Fructus, num. 7. Girõd.
de privil. num. 1210. Mon. de decim. cap.
6 num. 31. Montan. dict. cap. 6. num. 17.*
(qui copioſam fructuum remiſsionẽ ex-
hibuit) quæ regula etiã procedit in o-
neribus, quæ etiam ſunt de fructibus
deducẽda, *Cravet. conſ. 765. num. 4. Ca-
theran. deciſ. 83. num. 7. Eſcob. de ratiocin.
cap. 30. num. 15.*
38 Vndecimò favet, quòd venditione
reſciſsâ ex remedio *l. 2. C. de reſcind.
vend.* res venditori reſtituitur ſimul cũ
fructibus ab emptore perceptis ſecun-
dùm veriorem ſententiam, quam pro-
bat *Covarr. lib. 2. variar. cap 3. num. 9.
cum alijs, ibique Ioann. Vſel. in addit. Car-
doſ. in prax. iud. verb. Fructus, num. 10.
Vazquez controv. uſufr. cap. 71. n. 2. Ant.
Gom.* ſibi contrarius, *in l. 70. Taur. n. 29.*
(licèt *Facbin. lib. 2. controv. cap. 24. Gut.
pract. lib. 2. quæſt. 134.* contrariæ ſe ſub-
ſcri-

ſcribant) *Garc.de nobil.gloſſ.6.§.1.n.6.*

Cuius opinio probatur *ex l.1.C.ſi maior factus alien.rat.hab.* ubi in arbitrio eius ponitur, an velit poſſeſsionem cũ fructibus reſtituere, *& ex l.cùm autẽ, §.cùm redhiberetur, & l.quod ſi nolit, in fin.D.de ædilit.edict.* ubi reſciſsâ venditione per actionem redhibitoriam fit reſtitutio rei vnà cum fructibus: quod etiam patet ex *l.quod dictum, & l.Imperator, D.de in diem adiect. & l.5.D.de leg.commiſſor.*

39 Duodecimò adſtant in terminis non leves Authores, *Gramm.decis.102.num.129. Caeberan.decis.159.num.3. Octav. Simoncell.in tract.de decretis, lib.3.tit.7.num.14. Covarr.dict.lib.1.variar.cap.3.num.2.verſ. Erit igitur*, ubi noviſsimè *Ioann.Vſel.in addit.* eleganter & doctè *Sfortia Odd.in ſuo abſolutiſſimo tractatu de reſtit.1.par.q.45.art.2.toto.*

40 Nec remoratur prædictam ſententiã *text.in cap.ad noſtrã 11.de rebus Eccleſ.* (tot nodis & difficultatibus intricatus & involutus; ut ſummæ, & ingentis authoritatis & doctrinæ viri eius intricatione & pondere preſsi & torti innumeros affetant explicatus, ad colligendum & aſſequendum veram Innocentij III. mentem, ſed quis eorum feliciter ſe geſſerit, vix apparet) quo probatur reſtitutionem ſine fructibus eſſe faciendam.

41 Nam reſpondetur, ideò in eius ſpecie fructus non reſtitui propter æquitatem, ut inſinuare videtur *dict.cap.ad noſtram*, ibi: *Vt pecunia, quam pro exoneratione feudi, ſeu etiam pro utilitate ipſius monaſterij expendiſſe noſcitur ab eiſdẽ Abbate, & Conventu recepta, cùm ſibi fructus perceptos ſufficere debeant pro labore.* Iniquum enim, & crudele eſſet ad fructuũ reſtitutionẽ laicum compelli, cùm tantam utilitatem monaſterium acceperit, & ille tantam ſolertemque in villæ adminiſtratione curam impenderit. Comptè & eruditè *Caſſiodor.lib.4.epiſt.12. Grave nimis eſt, ut fructu laboris ſui fraudetur induſtrius. l.penult.§.illo videlicet, C.de neceſſ.hered.* ibi: *Non tam impij heredes exiſtant, ut liberalitatem teſtatoris, & ſerviles labores debita remuneratione defraudare conentur: l.3.ad l.Falcid.* ibi: *Ita ergo commodum debet eſſe heredis, ſi benè res adminiſtraverit. l.fin.C.de alluv.& palud.* Et ideò ſicut Scævola *I.C. in l.quod ſi minor, §.non ſemper, verſ.Scævola, D.de minorib.* ad partam pecuniã induſtriâ & laboribus ſubſtituti reſtitutionem denegavit, ibi: *Ad paratam pecuniam labore ſubſtituti veniat, repellendus eſt:* ita *text.dict.cap.ad noſtram:* idque propter feudatarij laborẽ, & exonerationem monaſterij ſic oppreſsi. Quam genuinam interpretationem olim excogitavit, & tradidit excellentis ingenij vir *D.Sahagun.in comment.ad d.cap.ad noſtram*, quem ſequitur *Caſtill.lib.3.quot.cont.cap.23.num.51.*

42 Quod præſenſit *Abb.in dict.cap.ad noſtram, num.8.* in hæc verba: *Vnde credo, quòd Eccleſia potuiſſet hic petere omnes fructus, & ſatisfacere iſti de ſumptibus & laboribus; ſed Papa, ut quidam dicunt, fecit iſtam proviſionem, de qua in textu, ex officio ſuo, ut evitaretur magnus circuitus;* (qui in feudi ſeu villę reſtitutione, laboris & induſtrię feudatarij æſtimatione, & fructuũ computatione exiſteret) hoc etiam ſentit *gloſſ.in ſeq.quæſt.* ubi dicit, quòd iſte laicus potuiſſet petere mercedem laboris, ſi voluiſſet reſtituere fructus. Finge enim, quòd laicus iſte expenderit mille, & non recepit ex fructibus niſi centum, iniquum eſſet dicere, quòd ex fructibus debeat eſſe contẽtus: nam ſicut Eccleſia reſtituitur in ſtatum priſtinum, ita & ſecũ contrahẽtes: & nota quòd habetur reſpectus etiã ad laborem proprium, putà quia erat ruſticus, & perſonaliter extirpavit terras.

43 In cuius comprobationem & elucidationem noviter animadverto, quòd etſi iuris ratio, & reſtitutionis natura & qualitas poſcãt, ut ſemper fructus veniant in reſtitutione, dictant *Iura ſuprà laudata*, & quæ congerunt *Garc.de exp.*

dict.

dict.cap.23.num.51. Caſtill. dict. cap.23.
*num.49.*tamen ęquitas ſuadet, ut bonæ
fidei poſſeſſor fructus induſtriales ſuos
faciat, *text. expreſſus in §. ſi quis à non.*
*domino,*ibi: *Naturali ratione placuit fru-*
ctus, quos percepit, eius eſſe pro cultura &
cura. Inſtit. de rer. diviſ. l. in bonæ fidei,
D. de acquir. rer. domin. l. 40. & clarius
l. 39. ibi: *Por el trabajo que llevò en ellos,*
44 *tit. 28. par. 3.* Ideòque ſi de rigore iuris
perſpectâ verâ & propriâ naturâ, & ra-
tione reſtitutionis, niſi æquitas (quæ cul
turam, operam, & diligentiam poſſeſ-
ſoris bonæ fidei dignam exiſtimavit
fructibus induſtrialibus) aliud expoſtu-
laret, ſemper fructus ei erant præſtandi,
ad quem res ipſa pertinebat. Sequitur
evidenter *Innocent. III.* iuſtâ de cauſâ
monaſterio fructus denegaſſe (qui aliàs
reſtitutioni erant obnoxij) propter la-
borem & curam feudatarij, quæ eum
illis condignum, & benemeritum con-
ſtituêre.
45 Quod communitur ex eo, quòd red-
ditus proveniens ex propriâ induſtriâ
non venit æſtimandus, ut in ſpecie te-
net *Bald. in l. penult. C. de ſolut.* ubi di-
cit, illam legem proficere feudatarijs,
& emphyteutis, qui ſi eorum ſolicitu-
dine, & curâ uberiores fundos reddide-
runt & chariores, non poſſit ob hoc ca-
non augeri, vel auferri feudũ, quia quod
contingit proſperitate fortunæ, aut in-
duſtriâ ipſorum, ad eorum commodum
cedere debet, *argum. à ſimili in l. ſi he-*
res, D. ad leg. Falcid. l. 2. C. de prædijs na-
vic. lib. 11. toto tit. *C. de allub. & Bald.*
ſequitur *Angel. in dict. l. penult.* & repe-
tit *idem Bald. in l. fin. C. de allubion.* tenẽt
Bart. in dict. l. 2. & Luc. de Penn. & alij,
eleganter *Ant. Gizarell. deciſ. 34. à num.*
24. ergo benè percipitur *in dict. cap. ad*
noſtram, fructus laico pertinêre debuiſ-
ſe, ut *Innocent.* aſſeruit & propoſuit.
46 *Rofred. Benevent. in tract. de ordin. iu-*
dic. 1. par. tit. de reivind. utili. quæ datur
metum paſſo, num. 1. dicit, quòd quinque
modis ſuccurritur metum paſſo.
Primò, per actionem directam, quæ
competit ob metum mortis.
Secundò, per actionem utilem, quæ
datur ob metum æquè ſimilem; *l. iſti*
quidem, D. hoc tit.
Tertiò, per conſtitutiones; *l. ſi per*
impreſſionem, C. eod.
Quartò, iudicis officio, *l. Medicus,*
D. de var. & ext. cogn.
Quintò, ex generali clauſula, ſi qua
mihi iuſta cauſa, *ex l. ſi mulier, §. fin.*
D. hoc tit. Bald. etiam aliter dicit *in l.*
interpoſitas, num. 7. C. de tranſ.
47 Hinc iam adnotare oportet; quòd
ſolùm metus conſtans dat actionẽ, cæ-
teri autem metus officio iudicis implo-
rato reparantur, vel per condictionem,
l. illicitas, in princip. D. de offic. Præſid. l.
fin. §. ſi fœnerator, D. hoc tit. Cephal. conſ.
395. num. 12. vol. 2. Rebuf. tom. 2. comm.
48 *tract. de reſc. contr. gloſſ. 12. num. 4.* Et
qui operatur, eſt is, qui iniuſtè infertur,
nam iuſtè illatus non operatur, *l. ſi mu-*
lier, in princip. D. hoc tit. Dec. in l. in om-
nibus cauſis, D. de reg. iur. num. 2. Socin.
iun. conſ. 77. num. 9. vol. 2. Rebuf. d. tractat.
gloſſ. 22. num. 4.
49 Secundò, quòd præſtans cauſam me-
tus nõ ſuccurritur; *gloſſ. verb. Quia hunc,*
in dict. l. ſi mulier, Ioan. de Amic. conſ. 34.
num. 5. eleganter *Senec. epiſt. 110.* ibi: *Sed*
& metum alter alteri tradidit.
50 Tertiò, quòd non ſemper eſt de ſub-
ſtantiâ, quòd metum inferens lucretur
aliquid, *cap. 1. ext. hoc tit.* ſufficit enim
quòd ſatisfaciat voluntati ſuæ; ſatis e-
nim lucratur, qui ſuę voluntati obſequi-
tur, *§. præterea, Inſtit. de act. Mant. ſing.*
327. num. 1. Baez. de decim. tut. cap. 2. nu-
mer. 40. Molina in prælud. num. 3. de pri-
mogen.
51 Haud obſtat textus *in l. ſi cum exce-*
ptione, §. in hac, D. hoc tit qui videtur in-
nuere, quòd ſit neceſſarium, quòd me-
tum inferens lucretur aliquid, quia *§. il-*
le loquitur reſpectu tertij, qui conveniri
non poteſt, niſi aliquid lucratus ſit,
Mogoll. in prælud. n. 20.

(***)

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Contractus metu geſti validi ſũt. uſque 10.*

11 *Niſi metũ paſſus inciderit culpa ſua in metum.*

12 *Per hos contractus dominium transfertur.*

13 *Contractus metu levi facti, dummodò is cauſam det, reſcinduntur.*

14 *Similiter contractus lucrativi. & 15.*

16 *Negativa ſentẽtia adſtruitur. vſque 26.*

27 *Reſpondetur legibus in contrarium adductis. uſque 70.*

71 *Contractus nominati validi ſunt, non autem innominati.*

72 *Convincuntur expreſsè Sarmient. & Felic. uſque 76.*

77 *Contractus ipſo iure nulli requirũt ſententiam declaratoriam.*

78 *Contrarium proponitur. uſque 85.*

CAPVT XIV.

An contractus metu geſti validi ſint, necne?

1 AIENTIVM, & negantium ſunt in hanc rem Iuriſcõſultorum dicteria authoritatibus quàm plurimis roborata & communita, quæ in mediũ proferemus, & ad amuſſim diſcutiemus, poſteàque ad reſolutionem accedemus.

2 Affirmatiua ſententia fomentum accipit ex ſeqq. Primò, *ex l. ſi mulier 21. §. ſi metu coactus, el 2. D. hoc tit.* ibi: *Si metu coactus adivi hereditatem, puto me heredem effici. Quia quamvis ſi liberum eſſet, noluiſſem, tamen coactus volui.*

3 Secundò, *ex l. ſi metus cauſa 84. D. de acquir. hered.* ibi: *Si metus cauſa adeat aliquis hereditatem, fiet, ut quia invitus heres exiſtat, detur abſtinendi facultas.*

4 Tertiò, *ex l. 1. D. hoc tit.* ibi: *Ait Prætor, quod metus cauſa geſtum erit, ratum nõ habebo.*

5 Quartò, *ex principio Inſtit. de except.* ibi: *Si metu coactus Titio ſtipulanti promiſiſti, quod non debueras promittere, palàm eſt iure civili te obligatum eſſe.*

6 Quintò, *ex l. fin. C. hoc tit.* ibi: *Venditiones, donationes, tranſactiones, quæ per potentiam extortæ ſunt, præcipimus infirmari.*

7 Sextò, *ex l. 56. tit. 5. par. 5.* ibi: *Por miedo, ò por fuerça, comprando, ò vendiendo debe valer; antes dezimos, que debe ſer desfecha la compra.*

8 Septimò, *ex cap. 2. hoc tit.* ibi: *Quæ metu & vi fiunt, de iure debent in irritum revocari.*

9 Octavò, ſubſtantia contractus conſiſtit in conſenſu & voluntate, *l. obligationum ſubſtantia, D. de action. & obligat.* ſed in conſenſu metu extorto eſt verus conſenſus, veraque volũtas, *l. ſi mulier, §. ſi metu coactus, el 2. D. hoc tit.* Ergo.

10 Quamobrem hanc ſententiam tuetur *Sanch. lib. 4. diſp. 8. num. 4. Gutierr. de matrim. cap. 76. à num. 2. Sair. in clav. Reg. lib. 2. cap. 2. num. 10. Barboſ. in cap. 2. num. 5. ext. hoc tit. Valer. in differ. utr. for. verb. Metus, diff. 3. à n. 1. Farin. 2. p. frag. crim. verb. Metus, n. 25. Villalob. 2. par. ſum. tract. 19. diffic. 5. à n. 5. Paul. Layman. tom. 1. ſect. 5. tract. 4. cap. 6. à num. 1. Martin. Bonac. de contract. tom. 2. diſp. 3. quæſt. 1. punct. 3. §. 3. propoſit. 1. 2. & 3. fol. 382. Leſſ. lib. 2. cap. 27. dub. 6. Torr. diſp. 55. dub. 5. Barboſ. in l. 2. à num. 90. C. de præſcript. trig. vel quadrag. ann. Dian. tract. 5. miſcell. reſol. 119. par. 3.*

11 Hæc ſententia temperanda eſt, ut cõtractus metu gravi geſti reſcindantur, niſi metum paſſus inciderit culpâ ſuâ in metum, *l. 3. §. ſi vim, l. ſi mulier 21. D. hoc tit. Sanch. d. lib. 4. diſp. 8. num. 8.*

12 Hinc infertur per contractus metu gravi celebratos dominium transferri, *gloſſ. in cap. unico, hoc tit. lib. 6. notab. 1. & cap. ſuper hoc, de renunt. Navarr. in cap. accepta, de reſt. ſpoliat. oppoſ. 5. num. 21. & 22. Olivan. de act. par. 2. lib. 2. cap. 9. n. 2.*

Ad

13 Advertendum eſt, quòd non ſolùm cõtractus oneroſi metu gravi facti ſunt reſcindendi, ut probat *Baſil. de matrim. lib.4.cap.9.* ſed etiã ſi metu levi fiant, dũ is metus cauſam contractui præbeat, taliter ut abſque eo nullatenus fieret, *Bart. in l. metum, C. hoc titul. Gam. decif. 250. num. 4. Rebell. de iuſt. 2. num. 3. Navarr. in man. cap. 22. num. 31.* nouiſsimè *Dian. tractat. 5. miſcellan. reſolut. 117. part. 3.*

14 Verùm contractus lucrativi, tam metu gravi, quàm levi facti irriti ſunt ipſo iure, *Sylv. verb. Reſtitutio 2. §. 7. & 8. D. Thom. 2. 2. quæſt. 89. art. 3. ad 3. ibique Caietan. l. 28. tit. 11. part. 5. Baſil. d. lib. 4. cap. 8. Arellan. de Imper. rat. lib. 2. cap. 10. à num. 10. cum ſeq. Dian. tract. 5. miſcell. re-*
15 *ſolut. 118. par. 3.* Et ratio eſt, quia in iſtis contractibus lucrativis magna libertas requiritur, cùm fiant ex ſola unius partis liberalitate, & munificentia ſine onere, & remuneratione alterius partis, ita ratiocinatur *Villalob. 2. part. ſumm. diffic. 5. num. 13. & 14.*

16 Negativa ſententia adſtruitur ex ſequent. Primò, *ex l. metum, §. licet, D. hoc titul.* ibi: *Quia in bonis eius res eſt, qui vim paſſus eſt*: igitur ſi non transfertur dominium, contractus nullus exiſtit.

17 Secundò, *ex l. qui in carcerem 22. D. hoc titul.* ibi: *Qui in carcerem quem detruſit, ut aliquid ei extorqueret, quidquid ob hanc cauſam factum eſt, nullius momenti eſt.*

18 Tertiò, *ex l. nihil 116. D. de reg. iur.* ibi: *Nihil conſenſui tam contrarium eſt, quàm vis, atque metus, & ex cap. cùm locũ, de ſponſ.* ibi: *Cùm locũ nõ habeat conſenſus, ubi metus, vel coactio intercedit.*

19 Quartò, *ex l. qui in aliena, §. Celſus, de acquir. hered.* ibi: *Qui metu verberum, vel aliquo timore coactus fallens adierit hereditatem, ſive liber ſit, heredem nõ fieri placet, ſive ſervus ſit dominum heredem non facere.*

20 Quintò, *ex l. 2. D. de iudic. verſ. Aut ſi cùm reſtitiſſet*, ibi: *Aut ſi cùm reſtitiſſet quis ex litigatoribus viribus Prætura compulſus eſt, nulla iuriſdictio eſt.*

21 Sextò, *ex l. 3. in princip. tit. 5. part. 5.* ibi: *Fuerça, nì premia no debe ſer fecha à ninguno de vender, è ſi alguno lo fizieſſe. à miedo, no valdria.*

22 Septimò, *ex l. 1. C. de reſcind. vendit.* ibi: *Irrita eſt*, & ex *text. in §. Vaſſalli, titul. de pac. Conſt. in uſib. feud.* ibi: *Pactiones timore noſtro vel quæ per impreſſionem nũtiorum facta cenſentur, pro infectis habentur, nec pro eis aliquid exigatur.*

23 Octavò, dolo dante cauſam contractui bonæ fidei eſt nullus ipſo iure contractus, *l. & eleganter, §. 1. D. de dolo, l. 57. tit. 5. par. 5.* at metui dolus ineſt, *l. item 14. §. cum qui, D. hoc tit. l. 2. §. doli mali, D. vi bonor. rapt.* Igitur contractus metu celebratus nullus eſt ipſo iure.

24 Nonò, metus in ſe habet ignorantiã, *l. item 14. §. in hac actione, D. hoc titul.* ſed ignorantia eſt conſenſui contraria, *l. ſi per errorem, D. de iuriſd.* Igitur nullitas ipſo iure procedit.

25 Decimò, ſubſtantia contractus in cõſenſu conſiſtit, *l. obligationum ſubſtantia, D. de act. & obl.* ſed ubi metus adeſt, deficit conſenſus, *l. nihil 116. D. de regul. iur.* Ergo.

26 Comprobant, & confirmant hanc ſententiam *Bart. in l. metum, §. volenti, n. 2. D. hoc tit. Fortun. de ult. fin. illat. 21. n. 387. & ſeq. Sot. lib. 3. de iuſt. q. 1. artic. 7. in ſolut. ad 3. verſ. Serioſius tamen argumentum, Palac. lib. 4. de contract. cap. 9. §. dixerim igitur, Molin. tom. 2. de iuſt. tractat. 2. diſput. 326. in ſolut. ad 2. Carb. de reſtit. q. 46. concl. 5. Rebell. de oblig. iuſt. lib. 1. de contract. q. 5. concl. 3. n. 15. Valençuel. conſ. 74. n. 43. Petr. Greg. lib. 21. cap. 2. n. 3. Graff. except. 11. n. 5.* cum pluribus.

27 Iam ergo ad contrariorum ſolutionẽ accingamur. Non obſtat primum & ſecundum argumentum, deſumptum ex *d. l. ſi mulier 21. §. ſi metu el 2. & in d. l. ſi metu 84.* quia fuit ſpecialis favor teſtatoris, argumento *§. licèt, quibus ex cauſis manumit. non licet*, ne herede careret, & ideò fatendum eſt, ibi intervenisse metum iuſtum, qui non annullat,

imò firmat contractus, *Sanch.lib.4 diſp. 8.num.8.Filliuc.tract.33. cap.2.num.33.*
28 nam evidenter colligitur Pretorē compuliſſe ad aditionē iuſtâ de causâ; & ſic
licèt ſi liberū eſſet, noluiſſet heres adire, tamen coactus iuſtè voluit.

29 Nec oberit ſcrupulus *ex dict. l. ſi metu 84.* ibi: *Vt quia invitus heres exiſtat, detur abſtinendi facultas.*

30 Nam reſpondetur, *dictam legem* eſſe intelligendam de filio, qui fuit coactus ad aditionem, & ideò non eſt mirum, ſi illi competat beneficium abſtentionis, ne ad obæroſam hereditatem admittatur.
31 Sicque etiam reſpectu illius verſatur favor, alioqui ex minori ætate damnum ſentiret, cùm abſtinendi facultatē non haberet, quod providit Conſultus, licèt iuſtè cōpulſus fuerit ad aditionē.

32 Haud impedit tertiū, *ex l.1.* ibi: *Ait Prætor, quod metus cauſa geſtum erit, ratum*
33 *non habebo.* Quoniam iſta verba nō denotant contrarium noſtri ſententiæ, cùm ſolùm proferant, quòd Prætor ratū non habebit, quod metu geſtum eſt: id eſt declarabit ratum non eſſe, quod anteà nullum erat; expediebat enim ita pronunciare.

34 Nullum negotium facit quartum, ex
35 *d. princ. Inſtit. de except.* ideò enim ibi tenuit obligatio, quia credidit obligatus ſe debêre, ſic interpretatur *Accurſ.in ſcholijs.*

36 Non contrariantur quintum, ſextum, & ſeptimum, *ex l. fin. C. hoc tit. ex l. 56.*
37 *tit.5.p.5. ex cap.2. hoc tit.* quia apertè patet haud aliter diſponere, quàm quod tenemus, cùm verba, *Præcipimus infirmari, debere in irritum revocari, è debe*
38 *ſer deſfecha la compra*, intelligenda ſint in hunc modum, nempè authoritate iudicis: cùm enim anteà nullus cōtractus exiſteret, opus erat Prætoris declara-
39 tione, ideò dicta iura ſtatuerunt infirmari, & in irritum declarari per Prætorem, *Rebell. de oblig. inſt. par.2. lib.1. q.5. n.10. Baſil. de matr. lib.4. cap.8. à n.8. cum ſeqq. Pich. in §. actionū 28. n.4. Inſt. de act.*

40 Quæ ſolutio confirmatur ex ſeqq. ex
41 *text. in l. ſi mulier, §. ſi dos, D. hoc tit.* ubi dotis promiſſio metu extorta nulla eſt
42 ipſo iure (de quo *Barboſ. 4. par. Rubr. ſolut. matr. num. 281*).

43 Secundò, *ex l.1. §. fin. D. de auth. tut.*
44 ubi authoritas tutoris metu extorta nulla eſt ipſo iure.

45 Tertiò, *ex l. qui teſtamentum, D. de teſtam.* ubi teſtamentorum teſtes vi adhibiti, vel detenti ipſo iure carent iure teſtificandi & authoritate, nullumque eſt eorum teſtimonium.

46 Quartò, *ex cap. ubi periculum, §. cæte-*
47 *rum, de elect. in 6.* ubi nulla decernitur electio per metum facta.

48 Quintò, *ex cap. 1. hoc tit. lib. 6.* ubi
49 abſolutio à cenſura per metum extorta nulla eſt ipſo iure, elegāter *Acuña in cap. de Iudæis 5. num. 5. diſt. 45.*

50 Minimè adverſatur octavum. Nam
51 fatemur cauſam efficientem contractuum eſſe conſenſum, concedimus cō-
52 ſenſum coactum qualemqualem cōſenſum eſſe, ſed negamus ſufficere conſenſum coactum ad contractus cum *Salas de empt. dub. 63.*

53 Ex dictis emânat per contractus metu geſtos dominium non transferri, cùm irriti ſint ipſo iure, quod quidem paten-
54 ter, & expreſsè probatur *ex l. metum, §. licèt, D. hoc tit.* ibi: *Quia in bonis eius res eſt, qui vim paſſus eſt.*

55 Ad quem textū hoc effugium accō-
56 modant. Nempè quòd rectè ibi reſpō-
57 det *gloſſa, verb. In bonis*, id accidere Prætorij iuris fictione, quod utilē reivindicationem concedendo integrè reſtituit vim paſſum, perinde ac ſi ab initio cō-
58 tractus irritus fuiſſet, *arg. l. qui actionem*
59 *habet 15. iuncta gloſſ.* ibi: *Qui actionē habet ad rem recuperandā, ipſam rem habere videtur, D. de reg. iur. & l. nemo, D. de reſtit.*
60 *in integ.* ibi: *Nō videtur re excluſus, quem Prætor in integrū ſe reſtituturū pollicetur:* quare retinet dominium fictū, ut ibidē *gloſſ.* adnotavit, cuius ratione præſcriptio procedit, *l. ſi vi vel metu 3. C. hoc tit.*

61 Quod quidem nullatenus convenit, nā ille qui vim paſſus eſt, duplici actione

poti-

potitur, tam actione in rem ad eius rei perſecutionem, quàm ad quadruplum, ſi illam non perſequatur, *dict. l. metum, §. licet, D. hoc tit.* ſicque evidenter fit dominium nullo modo amiſiſſe metum paſſum, cùm actio in rem conſequendā detur: alioqui res non perſequeretur, ſed eius æſtimatio peteretur, utpotè iā in bonis metum inferentis iaceret, & cōfeſſa eſſet, *arg. l. ſi alieni 76. D. de ſolut.*

62 Rurſus verba naturaliter, non civiliter, & per fictionem intelligenda ſunt, *l. ſi fideicōmiſſum 76. D. de cond. & demonſt. l. ex ea parte 121. §. inſulā, D. de verb. obl. l. fin. C. de his qui veniam ætat. impet.* Ergo dum Conſultus aſſerit; *Quia in bonis eius res eſt, qui vim paſſus eſt*, intelligi debet, quòd dominium naturaliter non fuit tranſlatum, ſed in bonis metum paſſi taliter remanſerit, ut nullo modo avelli potuerit, & verè dominus ſit.

63 Hoc confirmat eleganter *text. in cap. 2. extra hoc tit.* quatenus ſtabilit rem metu extortam cum integritate eſſe reſtituendam, ibi: *Vt cum integritate reſtituas univerſa.* Igitur nuſquam res deſijt eſſe in dominio metū paſſi, cùm integra reſtituatur.

64 Nec remoratur prædictam interpretationem *text. in d. l. nemo, D. de reſtit. in integr.* quia fictio in ea locum tenet, *Nā nemo videtur re excluſus, quem Prætor in integrum ſe reſtituturum pollicetur*: itáque cùm reſtitutio impertiatur, res ad priſtinum ſtatū devolvitur: quapropter non videtur excluſus, cui reſtitutionem Prætor promittit.

65 Simili pacto & fideliâ donandus eſt *text. in dict. l. qui actionem*, ut is demum rem habêre videatur, qui actionem habet non reverâ, ſed quadam improprietatis notâ, quæ deducitur ex *verb. Videtur*, ita ut ſenſus ſit non verè rem poſſidêre, qui per actionem poſſeſsionem eius nanciſci poteſt. Verèque minus eſſe actionem habêre, quàm rem, *l. minus 204. D. de reg. iur.* Quem interpretandi modum tetigiſſe videtur *Dec. & Petr. Fab. in dict. l. qui actionem, D. de reg. iur. Surd. de alim. tit. 7. quæſt. 17. n. 34. Azor inſtit. moral. par. 2. lib. 3. cap. 4. verſ. Sextò quæritur, Narbona in l. 35. gloſſ. 1. à numer. 52. tit. 3. lib. 1. Recop.*

66 Quare dici non debet *text. in dict. l. metū, §. licèt, D. hoc tit.* (de quo larè agit *Ant. Fab. de error. pragm. dec. 82. error. 10.*) intelligendum eſſe de dominio vero, non autem ficto; nam etſi per traditionem res acquiratur, *l. traditio, D. de acq. rer. dom.* tamen voluntas domini neceſſaria eſt, *§. per traditionē, Inſt. de rer. diviſ. l. niſi voluntate, D. de acq. rer. dom.* ſed cùm volūtas deſit, ubi metus verſatur, *cap. gemma, de ſponſ.* ſequitur traditionem nullatenus dominiū transferre. Ergo fatendum eſt illud penes metum paſſum remanſiſſe, & Conſultum loqui de dominio vero retento à metū paſſo.

67 His adſtipulatur, quod in *dict. §. per traditionem* rata habetur traditio, quæ voluntatem domini ſequuta fuerit: igitur à contrario rata non habebitur, quæ voluntaria nō adfuit, cùm quodcunque metu geſtum eſt, ratum Prætor non habeat, *l. 1. D. hoc tit.*

68 Cæterùm præſcriptio longi tēporis *in d. l. 3. C. hoc tit.* non procedit ratione ficti dominij, ſed ratione bonæ fidei, abſque quâ ullo tempore nō præſcribitur, *cap. poſſeſſor, de reg. iur. in 6. cū vulg.* quia licèt actio metus ſit in rem ſcripta, & ſequatur illam quocunque vadat, tamen propter bonam fidem præſcriptio admittitur. Sicut videmus in

69 rebus furtivis, quæ licèt uſucapi nequeant, *§ furtivæ, Inſt. de uſucap.* propter vitia poſſeſsionis, *l. vitia 11. C. de acquir. poſſ.* tamen ſi bonâ fide præſcriptio munita per longum tēpus proceſſerit, præſcribi poterunt, *l. ſicut 3. l. omnes 4. C. de præſcript. trig. vel quadr. ann.* eleganter *Amai. lib. 3. obſerv. cap. 1. §. 1. cum ſeq.*

70 Vnde negativam ſententiam ſequēdam duximus.

Hinc non ſunt audiendi *Sarmient. de reddit. Eccleſ. 1. par. cap. 4. n. 9. & Felician. de Solis lib. 1. de cenſ. cap. 2. num. 14.*

71 Quatenus inquiunt elegantem differẽtiam verſari inter contractus nominatos, & innominatos, ut nominati metu facti validi ſint ipſo iure, innominati verò nulli; quod comprobant ex eo, quòd in contractibus nominatis metu geſtis conſenſus adſit; innominatis autẽ non ſic, cùm pœnitentia (quæ in eis locum habet, ex *l. ſi pecuniam*, §. *1. D. de cond. cauſ. dat.*) non ſolùm ſequatur, ſed præveniat actum, & ita impediat conſenſum, & à principio contractum annullet.

72 Qui quidem convincuntur ex ſeqq. Primò, ex eo quòd in cõtractibus nominatis metus nõ inducit conſenſum, cùm ei repugnet, & cõtradicat, *cap. gemma, de ſponſ. l. nihil* 116. *D. de reg. iur.* ideò contrariatur aſſertio iuridicæ veritati, ſicque nullo iure ſubſiſtit, & contractus nulli exiſtunt propter defectum voluntatis, quę regit & gubernat actum, ut patet ex *iurib. vulg.*

73 Secundò, ſi ſola pœnitentia in contractibus innominatis facit conſenſum abeſſe, & annullat actum, quare non itẽ metus?

74 Rurſum in coacti voluntate pœnitẽtia ineſt, ergo contractus ab initio non ſubſiſtent, *argum. l. patre furioſo 8. D. de ijs qui ſunt ſui, l. pen.* ibi: *Quare non ab initio, C. per quas perſon. nob. acq.*

75 Tertiò, prædicta differentia locum non habet extante *l. 2. tit. 16. lib. 5. Recop.* cùm pœnitentia tam in cõtractibus nominatis, quàm innominatis omnino ceſſet, ut teſtatur cum pluribus *Gutier. de iuram. confirm. 1. par. cap. 35. num. 2.* in noſtris terminis *Narb. in l. 29. gloſſ. 3. tit. 7. lib. 1. Recop. num. 45.*

76 Vnde remanet noſtra ſententia libera ab omnibus impugnationibus contrarijs, & conſtanter aſſerendum omnes contractus, tam nominatos, quàm innominatos ab initio nullos eſſe, & nunquã valuiſſe ex carentia conſenſus, qui in omnibus diſpoſitionibus neceſſarius adeſt, *l. in omnibus, de action. & oblig. cum ſimilibus*, & per metum deficiat, *dict. cap. gemma, de ſponſal. dict. l. nihil* 116. *D de regul. iur.*

Hinc non eſt audiendus *Pichard. in* §. *actionum 28. num. 24. Inſt. de act.* qui ait noſtram ſententiam ſolùm procedere in contractibus bonæ fidei, & non ſtricti iuris, idem probat *Otber. diverſ. quæſt. iur. par. 2. q. 40. num.* 11.

77 Quæſtio eſt non contemnenda, an in cõtractibus, qui ſunt ipſo iure nulli propter metum, ſit neceſſaria ſentẽtia declaratoria prædictę nullitatis, vel poſsit quis eis contravenire propriâ authoritate? in quâ quæſtione *Ancharran. conſ. 382. num.* 2. per trãſennam dicit credere, quòd ſit neceſſaria ſententia declaratoria.

78 Contraria tamen ſententia ſuadetur ex ſeqq. Primò, *ex text. in cap. 1. extr. hoc tit.* in quo patet, quòd mulier (quæ coacta monaſterium intrârat, & profeſsionẽ emiſerat) mortuo marito propriâ authoritate, abſque lite, & ſententia declaratoria exivit monaſteriũ, & matrimonium de facto cũ quodam milite cõtraxit, & licèt Epiſcopus eam, & maritũ excommunicavit, donec ſepararentur, tamen Papa (ad quem appellavêre) iuſsit eos abſolvi, & non ſeparari pręſtitâ cautione de parendo mandatis Eccleſiæ in diffinitiva.

79 Secundò, *ex cap. ſignificavit, de eo qui dux. in mat. quam pol. per adult.* ubi valuit ſecundum matrimonium contractũ nullâ ſententiâ declaratoriâ nullitatis primi matrimonij metu contracti præcedente, & ibi notat *Abb. num. 2. & in cap. 2. extr. hoc tit. num. 8. & in cap. cùm locum, de ſponſal.* inducit ad hoc *text. in cap. veniens, eod. tit. num. 7. Mogoll. cap. 9. num. 13.*

80 Facit pro hac parte, quod *DD.* tradunt de matrimonio nulliter (ob aliam cauſam, quàm metus) contracto, quòd eo non obſtante abſque ſentẽtia declaratoria iudicis poterit aliud validè cõtrahi, quos refert & ſequitur *Matienſ. in Rubr. tit. 1. lib. 5. Recopilat. gloſſ. 1. num. 55.*

Quæ

81 Quæ ſententia cõprobatur ab *Seacc. de ſentent. & re iud. gloſſ. 13. num. 10.* quia quod eſt nullum ipſo iure, ulteriùs non annullatur, & ideò ſufficit, quòd cũ quis agendo, vel accipiẽdo utitur actu nullo, replicetur de illius nullitate, *Add. ad Felin. in cap. Eccleſia 10. ſub num. 15. in verb. Eſt nullum, de conſtit. Vantius de nullit. tit. quot & quibus mod. null. prop. in iud. num. 47.*

82 In terminis terminãtibus noſtri ſententiæ acquieſcit *Ioſeph. Ludov. deciſ. Lucenſ. 18. num. 12. & 13.*

83 Vnde ſi proceditur per Inquiſitores hæreticæ pravitatis contra Monachũ, Monialemve, ſeu Clericum in ſacris, quia matrimonium carnale poſt Monachatum, ſeu Ordinis ſacri ſusceptionẽ contraxerint, & oppoſitum & allegatũ fuerit ab eis, quòd talem monachatũ, ſeu ordinem ſacrum per metum ſuſceperunt, quòd debent remittere cauſam examinandã Ordinario ſuper exceptione dicta, ut ex eâ, quid faciendum ſit, intelligant. Nam ſi nullitas metus illati causâ conſtet, tunc liberè debent dimitti; ſi autem non conſtet, quòd tunc eos puniant, & ſic quòd ſervetur diſpoſitio *cap. 1. iſt. tit.*

84 Secundò, ſi procederetur contra binnubos, & oppoſuerint ſe primum matrimonium contraxiſſe, quod debẽt facere idem, quod in caſu præcedenti, & ſic quòd ſervetur diſpoſitio *cap. ſignificavit, de eo qui dux. in mat. quam poll. per adult. Mogoll. cap. 9. num. 15. & 16.*

85 Quod fallit, quando metus infertur ad contrahendum cum aliqua de certo genere, quia tunc valet matrimonium per iura, quæ adducit *Palac. Rub. in repet. cap. per veſtras 3. not. §. 11. num. 1.*

METHODICA
DELINEATIO
DE METV.
LIBER SECVNDVS.
SVMMARIVM.

1 *EMPTIONIS & venditionis contractus frequentiſſimus eſt.*
2 *Antiquitùs ſola permutatio erat in uſu.*
3 *Veteres fabricarunt monetam.*
4 *Emptio & venditio iuris Gentium eſt.*
5 *Pecuniam inſtituit Servius Tullius, ſignavitque ſigno pecudis.*
6 *Ante omnium Romanorum originem erat uſus pecuniæ.*
7 *Olim tota hominis ſubſtantia in pecoribus habebatur.*
8 *Ex ſacra Pagina probatur antiquitas pecuniæ. & 9.*
10 *Pecunia fuit inventa ad emptionem & venditionem.*
11 *Requiritur ad venditionem, ut ſit corpus certum. & 12.*
13 *Vutriuſque conſenſus.*
14 *Quod ſit pretium certum in pecunia numerata.*
15 *Moribus Græcorum emptio nō conſtituebat, niſi cōfeſtim pretiū exhiberetur.*
16 *Græca fide mercari proverbium.*
17 *Refelluntur Ioan. Fab. & alij.*
Solennitates ſubſtantiales ſemper adeſſe præſumuntur.
18 *Venditio uno nummo contrahi nequit.*
19 *Opponitur text. in l. ſi uſuſfructus 66. D. dot. in. & intelligitur.*
20 *Pater non poteſt filios ſuos per venditionem omnium bonorum legitima in totū privare, niſi conſtet de numeratione actuali.*
21 *Dominium rei venditæ nō transfertur, donec pretium ſolvitur.*
22 *Opponitur text. in l. ſed ſi quis ſtipuletur 25. §. 1. D. de uſufr.*
23 *Interpretatur.*
24 *Dominio non translato, id eſt pretio nō ſoluto, venditor in re vendita præfertur.*
25 *Habita fide venditori ſuccurritur in ſubſidium.*
26 *Conſenſus in venditione, ſicut in alijs contractibus neceſſarius eſt. & 27.*
28 *Conſenſus dicitur ſimul ſenſus, & copula quædam animorum.*
29 *Venditio metu facta nō tenet. uſque 38.*
39 *Quod procedit in rebus Eccleſiaſticis.*
Vendere coactus à Tyranno nullo emptori pretio refuſo prædium recuperat.
Mulier alienans præſumitur ſeducta.
Receptio pretij nō ratificat emptionem.
Vxor reſtituitur adverſus contractū metu verberum factum etiam ſi non probet adhibitum ad extorquendam venditionem, & per receptionem pretij emptionem non ratificat.

Ven-

Vendens per oppreſſionem iudici in Provincia exiſtenti, reſtituitur, & pecuniã retinet.
Mulier verberibus, & minis ſollicitans emptorem, iuvatur Velleiano.
40 *Nemo cogitur vendere res ſuas, nec etiã iuſto pretio. & 41.*
42 *Nec locare.*
43 *Inhumanum eſt, quòd quis invitus rem ſuam vendat.*
44 *In re ſua quilibet eſt moderator, & arbiter.*
45 *Emere, & vendere eſt actus naturalis libertatis.*
46 *Gravis eſt iniuria, ſi homines aliquid facere cogantur inviti.*
47 *Beneficium non confertur in invitum.*
48 *Limitatur, quãdo de publica ſalute tractatur.*
Excommunicatus invitus abſolvi poteſt.
Beneficia Principum in invitum dantur.
49 *Hereditas invito accreſcit.*
50 *Invito acquiritur per ſervum.*
Invitus fit iudex, & arbiter.
51 *Mulctati Senatores evocati in Curiam non venientes.*
52 *Commiſſarius invitus munus ſuſcipit.*
53 *Teſtimonium invitus dicit.*
54 *Bonorum poſſeſſio non quæritur invito.*
55 *Invito debitore ceduntur actiones.*
Debitor invitus non delegatur.
56 *Negotia inviti gerens non habet actionem, niſi pro medicina inviti expenderit.*
57 *Invito creditore, vel debitore ſolvi poteſt.*
Aliud pro alio invito creditore ſolvi nequit.
58 *Invitus poteſt ex cauſa transferri de una Eccleſia in aliam. & 59.*
60 *Ratione paupertatis, ſeu neceſſitatis quis compellitur vendere.*
61 *Et ſimiliter Clerici.*
62 *Et etiam viliori pretio.*
63 *Summa cura impendenda eſt ut Reſpublica comeſtibilibus abundet.*
64 *Præcipuè frumento.*
65 *Populo Romano frumentaria largitio in uſu fuit.*
66 *Deficiente frumento populus tumultuabat. & 67.*
68 *Exercitus Perſarum rei frumentariæ, & pecuariæ commeatu parabatur. & 69.*
70 *Defecta annona multæ expeditiones irritæ fiunt.*
71 *Præfectum annonæ conſtituerunt Antiqui.*
Annona penes Ædiles erat.
72 *Præfectus Annonæ, & Vigilum extraordinariè cognoſcebant.*
73 *Crimen fraudatæ annonæ extra ordinẽ puniebatur.*
74 *Pater in cauſa neceſſitatis poteſt filium vendere.*
75 *Nihil turpe eſt, quod neceſſitate fit.*
76 *Rès ſacra vendi nequit. & 77.*
78 *Pro miniſtri pauperis ſuſtentatione aliquid temporale pro ſpirituali dari poteſt.*
79 *Iudex cogit in neceſſitate divites ad mutuandum Univerſitati, & gratis.*
80 *Deficiente via publica cogitur vicinus illam præſtare.*
81 *Heres gravatus à teſtatore cogitur vẽdere.*
82 *Ratio communionis vendere cogit.*
83 *Ratione ſævitiæ filium pater, ſervum dominus manumittere cogitur.*
84 *Ad ornatum Civitatis cogitur quis vẽdere.*
85 *Item favore Eccleſiæ, ampliatione Capellæ & Seminarij. & 86.*
87 *Eccleſia cogitur vendere partem pro alia amplianda.*
88 *In coactis venditionibus debet intervenire iuſtum pretium.*
89 *Niſi adeſſet extrema, vel inevitabilis neceſſitas.*
90 *Coactus vendere non tenetur de evictione.*
91 *Ad emendum merces corruptas poteſt quis cogi.*
92 *Ex venditione metu facta gabella debetur.*
93 *Venditio coacta tenet.*
94 *Metus dans cauſam contractui non annullat, ſed reſcindit.*

95 *Quæ opinio refellitur.*
96 *Venditio ab infirmo facta Medico non tenet. uſque 102.*
103 *Tyro in favorem ſui magiſtri teſtari nequit.*
104 *Alienatio dotis à muliere facta ob redemptionem viri reſcinditur ob metū. uſque ad 112.*
113 *Alienatio facta in potentiorem nulla eſt. cum ſeqq.*

CAPVT I.

De Alienatione

1 EMPTIONIS & venditionis contractum frequentiſsimū eſſe quotidiana praxis edocet, ut referũt *Conan.lib.7.comm.cap.6. Charond.lib.1. veriſimil. cap.1.Duaren.lib.1. diſp. cap.6. Pinel. de reſcind.vend. 1.par.Rubr.*

2 Quamvis enim à principio ſcriptum reperiamus inter homines ſolā permutationem frequentatam fuiſſe, dum una rēs pro altera præſtaretur, *l. 1. de cont. empt.princip. Inſtit. eod.* (in qua multoties inæqualitas inter contrahētes reperiebatur) doctè *Molin.de iuſt.& iur.tract. 2.diſp.336. Ant.Fab.lib.6.coniect.cap.9.*

3 Inde Veteres huic inæqualitati providêre conati fuère excogitando monetæ facturam & fabricam, quæ cæterarum rerum in valore, & æſtimatione menſura eſſet, ut atteſtatur *dict. l.1.* illis verbis: *Electa materia eſt, cuius publica ac perpetua æſtimatio difficultatibus permutationum æqualitate quantitatis ſubveniret.*

4 Hinc communiter deducunt *DD.* emptionem & venditionem iure Gentium introductam eſſe, *l.ex hoc iure, D. de iuſt.& iur.Seraphin.de iuſt.Imper.cap. 14.num.4.& 5. Arias Pinell. in Rubr. C. de reſcind. vendit. 1. par. cap.1. à num.1. Scacc.de comm.§.1.quæſt.6.num.3.* cuius occaſione diſputant, quâ ratione iſte contractus ſit introductus iure Gentiū, cùm pecunia, quæ requiſita eſt ad illū,
5 poſt tale ius ſit inventa. Nam ut dixit
Plin.lib.7.Hiſtor.cap.56. Emptio dicitur inſtituta à Libero patre: & *lib.33. cap.3.* aſſeruit: *Pecuniā inſtitutam à Servio Tullio ſignatamque ſigno pecudis, & ideò dictā pecuniam: Alex. ab Alex.lib.4.Dier.Gen. cap.15.*

6 Falſò tamen ſupponunt nō Pauci pecuniam non fuiſſe ante *Servium Tulliū*, ut enim docuit *Covarr.de collat.vet.numiſm.in initio*, ante omnem Romanorū originem erat uſus pecuniæ, *Cæl.Rhodigin.lib.6. cap. 2. Forcat. in Necyom. iur. dialog.48.Fr. Hieron. Roman.de Republ. Gentil.lib.8.cap.5.Auguſt.Barboſ.de offic. & poteſt. Epiſcop. par. 3. alleg. 51. num. 53.Strab. lib.8. Eutropius*, qui *lib.2. cap. 3.* dixit à Romanis excogitatos argenteos *lib.1.* primâ facie docuerat Saturnum fuiſſe inventorem pecuniæ; quod etiam tradidit *Dambouder. in Enchir.*
7 *par. aut ſimil. verb. Pecuniam.* Qui notat peculium & pecuniam dictam eſſe, non tam propter ſignum pecudis, quàm quia olim tota hominis ſubſtantia in pecoribus habebatur, quod *Auguſtinus* notavit *in cap.totum 1.quæſt.3.Ovid.lib. 5. Faſtor.*

Aut pecus, aut latā dives habebat humū,
Hinc etiam locuples, hinc ipſa pecunia dicta eſt.

Valaſc. de privil. pauper. 1.par. q.4.num. 10. eleganter *Fr. Eman. de la Cerda in cōm.in Orat.Ierem.verſ.4.fol.60.Sixtin. de regalib. lib. 2. cap. 7. num. 9. cum ſeq. Paz in l.88. ſtyl.à n.1.cū ſeq.Goth.in l.1. lit.P. C.de Veteran.lib.11.*

8 Sed ex *ſacra Pagina* etiā facilè probare poſſumus antiquitatem pecuniæ, *Geneſ.cap.20.Ecce mille argēteos dedi fratri tuo;* & *cap.23. Appendit Abraham pecuniam, quam Ephron poſtulaverat quadraginta ſiclos argenti probatæ monetæ publicæ:* quem locum variè legunt Græca & Hebræa; ſenſus tamen idem eſt, ut *ibi* cum alijs notavit *Pereira.*

Et

9 Et idem uſus pecuniæ colligitur ex *cap.37.& 42.* unde Abrahæ tempore iã erat uſus emptionis & pecuniȩ (de qua cum multis *Ant. Theſ. in tract. de augm. monet. 1. par. à num. 2. Quiñon. in explic. mon. fol. 6. col. 1. cum ſeq.*) *& cap. 17.* fit emptionis mentio, quod de emptione propria poteſt intelligi, cùm eo tẽpore iã eſſet pecunia. *Ariſt.* verò *1. Politic. cap. 6.* edocuit, apud aliquas Gentes pecuniam primò pondere & menſurâ determinatam fuiſſe, deinde etiam ſigno peculiari ſignatam, & poſteriùs hoc *Plin. ſupr.* Servio Tullio tulit.

10 Neceſsitatem verò pecuniæ ad uſum emptionis & venditionis humanæ vitæ neceſsitas invenit, ut contemplatur *Ariſtot. dict. cap. 6. & dict. l. 1. D. de contrahend. emption.* eleganter *Ludov. Torr. de iuſtit. & iur. diſp. 56. dub. 3. num. 1. & 2. Ant. Pichard. in Rubr. de empt. & vendit. in Inſtit. à num. 18. cum ſeq. Oſſuald. Hillig. in Don. lib. 13. comm. cap. 1. toto, ſed præcipuè litt.* K.

11 Ad ſubſtantiam huius emptionis & venditionis contractus tria principaliter requiruntur, ut advertit noviſsimè *Acac. Anton. Ripol. variar. cap. 11. num. 7.*

12 Primum, quòd adſit corpus certum, & ſic venditio facta ad menſuram (ex quo eſt diſtributa in ſingula iugera) cẽſetur imperfecta, antequàm illa interveniat. Hanc ſententiam probarunt *Oldrad. Bald. Corn. Socin. Iaſ. Alex. Ruin. Pariſ.* & alij, quos refert *Becc. conſ. 13. num. 6. Neviz.* latè *conſ. 38. num. 24. Tiraq. de retract. lignag. §. 1. gloſſ. 2. num. 21. Covarr. pract. cap. 3. Surd. conſ. 38. num. 2. vol. 1. Menoch. conſ. 26. num. 29. vol. 1. Oſſuald. ad Don. lib. 15. c. 11. litt.* G. & de venditione, quãdo intelligatur factâ ad corpus, vel ad menſuram, cum pluribus *Paul. Chriſtin decíſ. Belgic. 59. vol. 3. Ioã. Aloiſ. Ricc. coll. 111. par. 1.*

13 Secundum, conſenſus utriuſque, *l. 1. & tot. tit. D. de contrahend. emption. l. 1. & tot. tit. C. eod. §. 1. Inſt. eod.* ut ſcientiſſimè probat *Aretin. in l. ſi fideiuſſor, §. meminiſſe, col. 2. verſ. Super 2. D. de leg. 1. Tiraq. lib. 1. de retract. §. 1. gloſſ. 2. n. 48. Matienço in l. 7. gloſſ. 6. num. 12. tit. 11. lib. 5. Recop.*

14 Tertium, quòd pretium ſit certũ & determinatum, & in hoc maior eſſentia & ſubſtantia totius contractus nititur, adeò, ut ſi pretium nõ interveniat certum & determinatum, contractus non dicetur emptionis, & venditionis, ſed permutationis; ita *Iuſtinian. in l. fin. C. de contrahend. empt. l. ſi merces, iuncta gloſſ. verb. Non videtur,* ibi: *Quia quantitatem certam non definierunt, D. locat. §. pretium, Inſtit. eod. Hippolyt. de Marſil. ſing. 38. ubi additio* cum infinitis, *Ludov. Roman. ſing. 749.* & ibi *Gabr. Sarai in addit.* quod in pecunia numerata debet conſiſtere, *dict. §. l. ult. C. de contrahend. emption. l. 2. l. hæc venditio 7. §. 1. l. in venditionibus 9. l. quod ſæpè 35. §. 1. & fin. & l. ſeq. l. pacta conventa 72. D. eod. l. empti fides 9. C. eod. l. 9. tit. 5. par. 5.* Conan. *lib. 7. cap. 6. nu. 7. Petr. Greg. lib. 25. ſyntagm. cap. 12. Gom. 2. tom. variar. cap. 2. num. 9. Pinell. in Rubr. C. de reſcind. vend. 2. par. cap. 1. ex num. 1. & cap. 3. ex num. 1. Paul. Chriſt. decíſ. Belg. 53. num. 3. vol. 3.*

15 Moribus Græcorum emptio niſi cõfeſtim pretium exhiberetur, non conſtituebat *Cuiac. lib. 11. obſervat. cap. 19. & Plato 11. de legib. iubet res vænum expoſitas ſtato loco vænire præſenti utrimque traditione.*

16 Hinc *Græca fide mercari, Fornel. 2. ſelect. 8.* id eſt, præſenti pecuniâ: quo ſenſu his verbis Græcâ mercamur fide, uſus *Plaut. in Aſin. act. 1. ſcen 3.* ubi aliter cõmodè accipi nõ poſſe apparet, quo modo interpretatur *Turneb. 4. adv. 13.* & alij, quos laudat *Taubm.* ibidem, quibus adde *Eraſm. chiliad. 1. cent. 8. adag. 97.*

17 Nec audiendi ſunt *Ioan. Fab. in d. §. pretium, Mudæus in l. 2. §. ſine pretio, n. 5. D. de contrahend. emption. Maſcard. concluſ. 617. num. 4.* exiſtimantes non probari emptionem ritè eſſe celebratam ex eo inſtrumẽto, in quo non eſt expreſſum fuiſſe certum pretium conſtitutũ. Nam cùm illud ſit de ſubſtantia venditio-

tionis, & ſolennitates ſubſtantiales ſemper intervenisſe præſumantur, §. *fin. de fideiuſſ.* ibi: *Videri omnia ſolenniter acta*, abſque dubio pretium interveniſſe, & ſic ritè fuiſſe celebratum contractum probabit inſtrumentum.

18 Vnde etiam fit, venditionem, cùm ſine pretio eſſe non poſsit, uno nummo contrahi nequiri, *l. imaginaria, D. de regulis iur. l. ſi quis conduxerit, D. locat.* Vnus enim nummus pretium non eſt; & ex pretij modicitate donatio præſumitur, venditio autem donationis causâ facta non valet, *l. nuda 55. D. de contrahend. emption. l. ſi donationis 3. l. ſi nō donationis 8. l. empti fides 9. C. eod. l. cùm in venditione 36. l. ſi quis donationis 38. D. eod. Oſſuald. Hilliger. in Don. lib. 13. comm. cap. 1. litt. I. Arias Pinel. in l. 2. 1. par. cap. 2. num. 29.* etſi contrariū proferat *Laſarte ad l. 1. tit. 17. lib. 9. Recop. num. 9.*

19 Nec obſtat *text. in l. ſi uſusfructus 66.* ibi: *Vel locet hunc uſumfructū mulieri maritus, vel vendat nummo uno, D. de iur. dot.* quoniam uti rectè interpretantur *Cuiac. in l. fin. D. pro donat. Revard. & Petr. Fab. in dict. l. imaginaria, Ant. de Queſad. quaeſt. iur. cap. 13. num. 8. Fopp. Ab Aezem. 2. diſſert. 1.* illa verba nō ſunt accipienda de uno nummo materialiter, ita quòd vno nummo uſusfructus ſit vendendus, ſed potiùs quòd parvi vendatur, ſeu vili pretio.

20 Ex hoc inferas, patrē non poſſe præiudicare, & privare filios legitimâ in totum per venditionem omnium bonorum; niſi appareat de vera & actuali numeratione pretij, & ideò non ſufficere in inſtrumento ſe confiteri pretiū recepiſſe, *Ioan. de Plat. in §. item ſi quis, ad fin. Inſtit. de inut. ſtipul. Cepol. caut. 36. Alex. Trent. lib. 1. variar. tit. de legitima, reſ. 2. num. 9. verſ. Declaratur*, poſt alios *Rauch. par. 1. q. 43. num. 46.* cum pluribus *Oſſuald. Hillig. in Donell. lib. 19. comm. cap. 11. litt. C.*

21 Huic accedit, quòd dominiū rei venditæ non transfertur, nec translatum cenſetur, donec pretium ſit ſolutum, *l. quod vendidi, D. de contrahend. emption. Surd. conſil. 101. num. 12.* cum alijs, vel habita fides de pretio, §. *vendita, Inſtit. de rer. diviſ. l. 46. tit. 28. par. 3. gloſſ. 2.* explicant *Revard. ad leg. duod. tabul. cap. 17. Fornel. lib. 2. ſelect. cap. 8. Ant. Amat. reſol. 3. num. 43.*

22 Iſti ſententiæ reſiſtit *text. in l. ſed ſi quis ſtipuletur 25. §. 1. D. de uſufr.* ibi: *Interdum tamen in pendenti eſt, cui acquirat iſte fructuarius ſervus, utputà ſi ſervum emit, & per traditionem accepit, necdum pretium numeravit, ſed tantummodò pro eo fecit ſatis interim, cuius ſit quaeritur? & Iulianus libro trigeſimoquinto Digeſtorum ſcripſit in pendenti eſſe dominiū eius, & numeratione pretij declaraturam cuius ſit. Nam ſi ex re fructuarij, retrò fructuarij fuiſſe; idemque eſt, & ſi fortè ſtipulatus ſit ſervus numeraturus pecuniam: nam numeratio declarabit, cui ſit acquiſita ſtipulatio. Ergo oſtendimus in pendenti eſſe dominium, donec pretium numeretur:* ubi clarè percipitur fide habitâ, nec tranſire dominium.

23 Sed ſatisfit illic dominium ſervi empti à ſervo fructuario in pendenti eſſe, quoad dominos ſervi ementis attinet, non autem quoad ſervum venditum & vendentem, à quo ſtatim dominium receſsit, *Cuiac. ad l. 29. D. de contrahend. emption. Oſſuald. Hilliger. in Donell. lib. 4. comm. cap. 16. litt. D.*

24 Animadvertendum eſt venditorem in re venditâ præferendum eſſe ſine dubio quibuſcunque creditoribus emptoris etiam anterioribus, cùm dominium non eſt translatum; (quod contingit pretio nondum ſoluto, & numerato) *Andr. Gail. obſerv. 15. num. 10. lib. 2. Ioan. Gribell. deciſ. 56. num. 9. Petr. Ioann. Fontan. de pact. nupt. clauſ. 7. gloſſ. 2. par. 9. num. 39. tom. 2.* nec habitâ fide de pretio, *Gizarell. deciſ. 40. Ioann. Domin. Gait. de cred. cap. 4. quaeſt. 11. à num. 1208.* ſed præcipuè *num. 1233.*

25 Imò etſi habita fuiſſet fides, adhuc venditori ſubveniendum in ſubſidium,

Mant.

Mantic. de tacit. & ambig. convent. lib. 11. tit. 12. num. 8. tom. 1.

26 His ita circa venditionem peroratis dicendum eſt, quòd cùm in illa requiratur conſenſus, & ſit de ſubſtantia,
27 *l. conſenſu, D. de action. & obligat.* Nam & in omnibus conventionibus eſt neceſſarius, *l. 1. paulò poſt princip. & §. 1. D. de pact. l. obligationum ſubſtantia, D. de oblig. & act. l. non omnis, in princ. D. ſi cert. petat.* Et in emptionibus & venditionibus conſenſum intervenire palàm eſt, *l. in emptionibus, in princip. D.*
28 *de contrahend. empt.* Et debêre eſſe ſimultaneum, quia conſenſus dicitur ſimul ſenſus, & copula quædam animorum, *Bald. in cap. conſuetudinis, num. 6. de conſuet. Mantic. de tacit. & ambig. lib. 3. tit. 4. num. 1. & 2.* clarum eſt venditionem vi & metu factam (qui conſenſum excludit, *l. nihil conſenſui, D. de reg. iur.*) non ſubſiſtere, quod ex ſequentibus fiet manifeſtum.

29 Primò, *ex l. ſi Medicus 3. D. de var. & extraord. cognit.* ibi: *Si Medicus, cui curandos ſuos oculos, qui eis laborabat, commiſerat, periculum amittendorum eorum per adverſa medicamenta inferendo compulit, ut ei poſſeſſiones ſuas contra fidem bonam æger venderet, incivile Præſes Provinciæ coërceat, remque reſtitui iubeat.*
30 Cui congruit *text. in l. Archiatri 9. C. de profeſſ. lib. 10.* ibi: *Archiatri ſcientes annonaria ſibi commoda à populi commodis miniſtrari, honeſtè obſequi tenuioribus malint, quàm turpiter ſervire divitibus, quos etiam ea patimur accipere, quæ ſani offerũt pro obſequijs, non ea, quæ periclitantes pro ſalute promittunt.*

31 Secundò, *ex text. in l. ſi vel metu 3. C. hoc tit.* ibi: *Si vi, vel metu fundũ avus tuus diſtrahere coactus eſt; etiam ſi maximè, emptor eum alij vendidit; ſi tamen ſi tu avo tuo heres extitiſti, ut tibi reddito à te pretio reſtituatur; poſtquàm placuit in rẽ quoque dari actionem ſecundùm formam perpetui edicti, adito Præſide Provinciæ poteris poſtulare: ſi modò qui ſecundo loco comparavit, longæ poſſeſſionis præſcriptione*
32 *non fuerit munitus.* Ex quo *gloſſ. ibi, & Sarmient. lib. 2. ſelect. cap. 11. num. 7.* colligunt actionem noſtri tituli eſſe in rem ſcriptam; ita ſentit *Gothofr. in ſcholijs lit. G. Morot. reſp. 75. à num. 3.*

33 Tertiò, *ex text. in l. ſi per vim 4. C. hoc tit.* ibi: *Si per vim, vel metum mortis, aut cruciatus corporis venditio à vobis extorta eſt;* (quæ videtur loqui in concuſſione, quę eſt terror iniectus pecuniæ, vel alterius rei extorquendæ causâ, *Cuiac. in paratit. ad tit. D. de conc. Menoc. de arbitrar. caſ. 341. num. 10. Dãboud. in prax. crimin. cap. 129. Farin. quæſt. crimin. 111. art. 3. Oſſuald. Hilliger. in Don. lib. 15. cõm. cap. 40. litt. A.*) *& nõ poſteà eam conſenſu corroboratis iuxta perpetuam formam edicti, intra annum quidem agentes (quo experiundi poteſtas eſt) ſi res non reſtituatur, quadrupli condemnationem refertis* (cõvenit *text. in l. ſi cum exceptione, §. in hac actione, D. eodem*) *ſcilicet reddito à vobis pretio; poſt annum verò cauſa cognita, eadẽ actio in ſimplum permittitur.*

34 Quartò, *ex textu in l. non intereſt 5. C. hoc tit.* ibi: *Nam ſi adhibita vi compulſi ſunt poſſeſſiones ſuas, quæ maiore valebant, minimo diſtrahere, iuriſdictionis tenore, ut id quod improbè factum eſt, in priorem ſtatum revolvatur, impetrabunt.*

35 Quintò, *ex l. fin. C. hoc tit.* ibi: *Venditiones, quæ per potentiã extortæ ſunt, præcipimus infirmari, l. 1. C. de reſcind. vend.* ibi: *Si pater tuus per vim coactus domum vendidit, ratum non habebitur: ubi Dionyſ. Gothofr. litt. H.*

36 Sextò, *ex text. in l. 56. tit. 5. par. 5.* ibi: *Por miedo, ò por fuerça, comprando, ò vendiendo algun ome alguna coſa, non debe valer; antes dezimos, que debe ſer desfecha la compra, ſi fuere probado que la fuerça, ò el miedo fue atal, que lo ovo de fazer, maguer le peſaſſe,* ubi Gregor. *Lop. gloſſ. 1. l. illicitas 6.* ibi: *Illicitas exactiones, & violentia factas, & extortas metu venditiones, vel ſine pretij numeratione prohibeat Præſes Provinciæ. D. offic. Præſid.*

37 Comprobant *in d. l. 3. C. hoc tit. Bart. Caſtr. Angel. Bald. & Salicet. num. 1. Pariſ.*

riſ.conſ.139. par.4.Cravet.conſ.989.numer.5.tom.5.Bertrand. conſ.126. num.7. vol.3. par. poſteriori, Iaſ. in l.qui in aliena,§.Celſus,à num.40.D.de acquir.hered. Rimin.conſ.404.num.59.vol.4. Mont.in addit.ad Ant.Olivan de act. par.2. lib.1. cap.9.num.17.verſ. Quæ cùm ſit, Fontan. de pact.nupt.tom.2.clauſ.7.par.5.gloſſ.2. num.19. eruditiſsimè *Arias Pinell. in l. 2.de reſcind.vendit. 3.par. cap.1.num.22. Sebaſt. Med. de caſib.fort.1.par.quæſt.7. num.20.& 32.Beninc. de pauper. quæſt. 8. in 7. ſpeciali,num.4. Iaſ.conſ.165. vol.2. Vinc. Carrot.deciſ.26.num.2. Ioan.Bapt. Coſt. de fact.ſcient. & ignorant. cent. 2. diſtinct.91.tota, Gabr.Pereir.deciſ.30.tota, Franc. Ant. Coſt. conſ. 38. à num.13. cum ſeq. Narbona per text. ibi in l. 18. gloſ.unic.à n.3.tit.1.lib.8.Recop.fol.894.*

38 Cuius ſententiæ ratio ea eſſe poteſt, ne metum paſſus invitus videat rem ſuam penes eum, qui vim intulit; & confirmatur ex *text. in l.fin. C.de pat. pot.* ubi etſi olim ius vitę neciſque poteſtas in liberos à patre habebatur, *l. in ſuis 11.D.de liber.& poſthum.Alex.ab Alex.lib.6. Dier.Genial.c.10. ubi Tiraq. Oſſuald. Hilliger. in Donell.cum pluribus, lib.2.comm. cap.25. à litt.A.* non tamen libertatem eripere valebat, ibi: *Libertati à maioribus tamen impenſum eſt, ut patribus, quibus ius vitæ in liberos, neciſque poteſtas olim erat permiſſa libertatem eripere non licere.* Nam minus inconveniens (etſi urgens) erat, ut pater filium enecaret, quàm ut filius in eius conſpectu liber non adeſſet.

39 Quod procedit in rebus Eccleſiæ per metum traditis, & alienatis, *Abb.in cap. 2. num. 10. hoc tit. Baſil. de matrim. lib.4.cap.9.num.2.* vidēdus *Dian.tract.5. miſcell.reſol.119.fol.225.*

Inferas primò, quòd vendere coactus alicui prędium à Tyranno, qui ipſe pretium receperit ab emptore ignaro, vis, aut metus adhibitі nullo pretio emptori refuſo, prædium recuperat, *Caſtr. & Alex.in l.intereſt, C.hoc tit. Feder.Scotb. tom.1.lib.3.reſponſ.11.num.11.*

Inferas ſecundò, quòd mulier alienans, vel aliter remittens ius ſuum, pręſumitur ſeducta, & per metum compulſa, *Abb. conſ.77. num.24. Surd.conſ.513. num.34.*

Inferas tertiò, quòd qui per metum vendidit, non cenſetur contractum ratificare per receptionem pretij, quia ſicut fuit coactus vendere, ita pretium recipere, *Ruin. conſ.121. num.28.vol.4. S.Ioan. Chryſoſt.in Matth.27. homil.87. fol.285.in fin.tom.2.*ibi: *Noli dicere, quid eſt ſi rem proximi deſiderabo: hoc enim Achab legem perdidit; nam quamvis pretiū dederit, verumtamen quia à nolente accepit, pœnas perluit. Emptor enim non cogere, ſed perſuadere debet.*

Inferas quartò, quòd uxor reſtituitur adverſus contractum metu verberum, vel minarum mariti initum, etiā ſi poſteà abſente marito, durante tamen matrimonio, talem contractum ratificaverit, & approbaverit, *Ioàn. Pap. lib. 16. tit.3. arreſt.5. Hippolyt. de Marſil.ſing. 225.Decian.conſ.219.Vrſil.ad Afflict.deciſ.246.num.6.& 7.*

Quod videtur procedere, etiam ſi mariti minas, & verbera, ac ſeveritatē, & aſperitatem uxor tantùm probet cōtra ſe, etiam ſi non probet hæc interpoſita, vel adhibita fuiſſe ad extorquendā venditionem, *Charond.lib. 1. reſp. 70. Rebuf. ad Conſt.Reg. tract. de reſciſſ. contract.num. 5. art. 7. gloſſ. 22.* licèt è contra *Afflict.teneat deciſ.246. num.20. verſ. Alibi ſcribit.*

Nec cenſetur hoc caſu mulier per receptionem pretij contractum meticuloſum approbaſſe, *iuxta Vrſil. ibi n.6. & deciſ. 336. num. 5. & 6. Charond.lib. 6.reſp.44. Chriſtin. deciſ.115.num.3.volum.2.*

Inferas quintò, quòd ſi quis per oppreſsionem vendiderit iudici in ea ipſa Provincia, aut loco, ubi officiū peragit, reſtituitur venditum, & nihilominus retinetur pecunia, *text.in l. penult, C.hoc tit.cap.ſuper hoc 5.de renunt.*

Idemque eſt, ſi hoc ipſum iudex per ſup-

ſuppoſitam perſonam, aut aliã machinationem tentaverit, eleganter *Linglois deciſ. 1. quæſt. 1. num. 20.*

Inferas ſextò, quòd mulier, quæ verberibus, & minis adacta ſollicitavit emptorem etiam ignorantem, non eo minus iuvatur Velleiano, eleganter *Ant. Fab. in ſuo Cod. lib. 4. tit. 21. defin. 23. pag. 371.*

40 Vnde provenit venditiones & emptiones debêre eſſe liberas ultrò citroque, ut omnino ſubſiſtant, & teneant. Nam ſi metus & coactio intercedant, effectu cadunt. Et ſic diverſis iuris locis conſtitutum eſt neminem invitum rem ſuam vẽdere cogi, aut alienam cõparare, *l. invitum 11. C. de contr. empt. l. nec emere 16. C. de iur. delib. l. poſſeſſores 12. C. de fund. patrim. lib. 11. l. nemo exterus 8. C. de iud. Boer. deciſ. 312. num. 2. Menoch. de arbitr. caſ. 462. num. 12. Surd. conſ. 2. num. 20. Mar. Giurb. deciſ. 86. à num. 1. Velaſc. in Axiomat. iur. litt. V. à num. 10.*

41 Imò, quod plus eſt, nec etiam iuſto pretio, *l. non enim 9. D. de act. rer. amot. l. 3. tit. 5. par. 5.* ubi latè exornat *Gregor. Lop. gloſſ. 1. Tuſch. pract. concl. litt. E. cõcl. 117. num. 1. & ſeqq. & lit. V. concluſ. 59. num. 1. & ſeq. Ant. Gom. 2. tom. variar. cap. 2. num. 51. in fin. Didac. Per. in l. 2. tit. 7. lib. 5. Ordin. verſ. Quæritur, utrum quis compellatur, fol. 117. & in l. 2. tit. 23. lib. 2. gloſſ. 1. verſ. Tandem quæro, fol. 433. Hieron. Bucaron. de differ. int. ius civil. & crimin. differ. 100. num. 18.* pulchre *Ioan. Mar. Novar. lib. 1. quæſt. 32. num. 5. 6. & 7. Oſſuald. in Donell. lib. 26. comm. cap. 9. litt. E.*

42 Nec locare quis invitus compellitur, *l. invitos 11. C. locati*, aut alios contractus facere, qui à principio liberi eſſe debent, latè *Cornel. Benincaſ. de paup. ſpecial. 7. in contractib. num. 3. & ſeqq.*

43 Inhumanum autem eſt ex *l. quamvis, C. de pignorat. act.* quòd quis invitus rẽ ſuam vendat, cùm illi à libera hominũ voluntate, non neceſsitate procedere debeant, notat eleganter *Covarr. lib. 3.*
44 *variar. cap. 14.* Ex eo, quòd in re ſua quilibet eſt moderator & arbiter, *l. in re mandata, C. mand.* & de re propria dominus ut liberè & abſolutè diſponat, *Vazquez. illuſt. q. 17. num. 2. quæſt. 8. nu. 8. Velaſc. in Axiomat. iur. litt. R. num. 49.*
45 Et emere & vendere eſt actus naturalis libertatis, *Menoch. lib. 3. præſumpt. 130. num. 54. Fab. de Ann. conſ. 47. num. 41.*

46 Graviſque eſt iniuria, ut homines de rebus ſuis aliquid cogantur inviti efficere, *l. dudum 14. C. de contrah. emption.* animadvertit *Gothofr. in dict. l. in re mãdata, litt. M. Cic. pro Balb. & Roſc. Amer. Velaſc. de privil. paup. & miſ. perſon. 1. p. quæſt. 24. num. 3.* eleganter *Quintil. declam. 7.* ibi: *Genus tormenti eſt coacta voluntas.*

47 Quod roboratur ex eo, quòd etiam beneficium non confertur in invitum, *l. fin. C. und. legit. l. hoc iure, §. nõ poteſt, D. de don. l. invito, l. invitus, §. cuique, D. de reg. iur. Tiraq. de nobil. cap. 6. n. 40. Surd. conſ. 167. num. 15. Cardoſ. in prax. verb. Beneficium, num. 65. Card. Tuſch. litt. B. concl. 52. Thom. de Thomaſ. in florib. leg. Reg. 60.*

48 Limita tamen hanc concluſionem, quando de publica ſalute & utilitate tractatur, *Thom. ſ. p. reg. 151.* vel etiam de ſalute privata, ut in caſu *l. non tantum 6. D. de app. l. addictos 6. in fin. C. de Epiſcop. Aud. l. addictos 29. C. de app. l. 3. de lib. cauſa*, latè *Velaſc. de privil. pauper. par. 1. quæſt. 51. num. 1.* & in excommunicato, qui invitus quoq; abſolvi poteſt, *Ant. Ricciul. de iur. perſon. extr. Eccleſ. grem. exiſt. lib. 4. cap. 69. à num. 2. cum ſeqq.* Et in beneficijs Principum, *Camill. Borr. de præſt. Reg. Cathol. cap. 46. n. 272. Senec. de benef. lib. 7. Non ſemper liquet mihi dicere, nolo; aliquando beneficium accipiendum eſt, & invito dat Tyrannus*, Et in beneficijs Eccleſiaſticis, *Hojeda de incompatibilitate benef. 2. p. cap. 9. num. 15. Gonç. in reg. 8. Cancell. gloſſ. 8. n. 45. Grat. cap. 865. num. 6. lib. 5.*

Et invito accreſcit hereditas, *Oſſual.*
49 *Hilliger. in Donell. lib. 7. comm. cap. 12. litt.*

litt. B.C.O. & P. acquiriturque per ſer-
vum, l.32. D.de acquir.rer. domin. l. ſer-
vus vetante, D.de verb. oblig. §. item vo-
bis, Inſt. per quas perſon. nob.acq.Oſſuald.
Hillig.in Donell.lib.9.comm.cap.6.litt.I.
50 Et invitus quoque fit iudex, l. penult.§.
2. D.de vacat. mun. l. 74. D.de iud. Don.
lib.26.cõm.cap.1. quod & Pollet.3.Hiſt.
51 for.cap.10.num.2. comprobat, quia pari-
ter mulctati Senatores, qui evocati in
Curiam non veniebant, Cicer.1.Philip.
idemque confirmat Broidæus in Corol.
ibid.ex Plutarch.in Catone min.& Livio
lib.3. & etiam in arbitrarijs, Menoch. de
arbitrar.quæſt.41.conferunt Vent.de Va-
lentijs Partheni.litig. lib.2. cap.10.n.15.
52 Simanc.2. de Repub.cap.8. Et commiſ-
ſarij munus invitus ſuſcipit, Rulant. de
53 commiſſ.par.1. cap.25.lib.2. Et teſtimo-
niũ invitus dicit, l.2. §.2.D. ſi quis caut.
l.26.§.ult.verſ.Idem puto, iuncto verſ.Vl-
timò, D.ex quib.cauſis maì.Donell.lib.25.
comm.cap.16.
54 At bonorum poſſeſsio non quæritur
invito, ne quidem neceſſarijs & ſuis, l.3.
§. 3. D. de bon. poſſ. Donell. lib. 7. comm.
55 cap.14.ubi Oſſuald.litt.M. Et invito de-
bitore actiones cedi poſſunt, Don. lib.
15.comm.cap.43.licèt invitus non dele-
getur, l.1. l.nec creditoris 6.C.de novat.
Donell.lib.16.cap.20.ubi Oſſuald.
56 Et qui negotia inviti geſsit, non ha-
bet actionem, Donell.lib.15. comm.cap.
16.ibique Hilliger. niſi pro medicina in-
viti expenderit, Thom.Act.de privil. in-
firm. par.2.litt.S.verb.Solvens, argum.l.
57 6.de appel. Et alius ſolvere invito credi-
tore & debitore poteſt, l.23.l.ſolvere 53.
D.de ſol.l.17.C.eod.tit.Donell.lib.16.c.
10. quamvis invito aliud ſolvi nequeat,
l.2. §. mutui datio, & ibi gloſſ. fin. D. ſi
cert. petat. l. promiſſor, §. fin. D.de conſt.
pecun. Velaſc.de privil. paup. 1.par.q.49.
per totam, Pet.Fab.ad l.95. D.de reg.iur.
Oſſuald.in Donell.lib.16.comm.cap.9. lit.
58 K. Et invitus poteſt quis ex cauſa tranſ-
ferri de una Eccleſia ad aliam, ut per
Rebuff.in prax.Rubr. de reſcript. verſ. Ità
data eſt poteſtas, Flamin. de reſign. benef.
lib.13.q.18.num.14. Aug.Barboſ.in cap.
1.num.3.de.Cleric.non reſid.
59 Et licèt invitus nemo compellatur
ad emendum, aut vendendum ex ſuprà
dictis, tamẽ aliquibus caſibus cogi po-
teſt, quos ſpeciatim expendemus, ut ſa-
tis ad oculos pateant.
60 Primus eſt, ratione neceſsitatis, ſeu
paupertatis coguntur divites frumen-
tum, & alia pauperibus vẽdere, text.op-
timus, ubi Bart.Bald.Iaſ. & alij in l.1. C.
de Epiſc.Audient. l.1. §.cura carnis, D.de
offic. Præfect.Vrb.DD.in cap.1.de empt.&
vend.Cornel.Beninc.de paupert.ſpecial.7.
in contractib.num.12. Ang.conſ. 351. Ca-
pell. Tholoſ. quæſt. 447. ubi additio num.
2.& 3.Covarr. lib.3.variar. cap.14.n.3.
Frãc.Viv.lib.1.opin.143.Mex.in pragm.
tax. pan. concl.1. num. 4. plenè Petr. Ca-
ball. reſol.crimin. cent.1.caſ.9.per totum,
Bobadill. in Polit. lib. 3. cap.3. num. 14.
text.expreſſus in l.1. tit.25. ubi Matienç.
gloſſ.9.num.6.& 21.lib.5.nov. Recopilat.
Valaſc. conſ. 22. num.2. Cardoſ. in prax.
Advoc.verb.Emptio, num.78.
61 Et tali caſu ſimiliter poterunt com-
pelli Clerici per iudices ſeculares, Gu-
tierr.lib.1.pract. q.13. & ſtare taxationi
factæ per Principem, Franc.deciſ.9. tot.
62 Adnotandum eſt propter neceſsita-
tem, vel paupertatem etiam viliori pre-
tio venditionem efficiendam eſſe. Ita
dixit notabiliter: Bald. in d. §. cura car-
nis, Caball.ſupr.num.5. Mex. num.5. A-
mendol.ad Franc.d.deciſ.9.num.7. Velaſc.
de privil. paup.1.par.q.24.num.7.
63 Hinc eſt, ſummam curam impendẽ-
dam eſſe, ut Reſpublica comeſtibili-
bus abundet, ut docet Ariſt.lib.6. Polit.
cap.8.& lib.7.cap.8. latè Bobadil. d. lib.
3.cap.3.à num.3.cum ſeqq. Et præcipuè
64 frumento & pane, ex quo reſultat cari-
tas, aut commoditas cæterarum rerũ,
l.1.in fin.C.de frum.urb.Conſtant.lib.10.
& ibi Bart. Ripa de peſt.tit.de rem. ad cõ-
ſerv.ubert. in princip. Mex. in prag. tax.
pan.concl.6.num.17.Mati.in l.1. tit.25.
gloſſ.9. num.3. lib. 5. Recop. Bobad.ſuprà
num.7.

Po-

65 Popolo itaque Romano frumentaria largitio antiquiſsima fuit, & ferè ſemper conciliandę plebis gratiâ, *Livius lib. 11. Plin. lib. 18. cap. 7. Iuſt. Lipſ. lib. 1. elect. cap. 8. & lib. 2. de magnitudine Rom. cap. 10. Caſaubon. ad Suet. in Auguſt. cap. 42. ubi Beroald. & Torrent. Bobadill. ſup. ex num. 10. Oſſuald Hilliger. in Donell. lib. 16. comm. cap. 15. litt. M. Adam Cõtz. lib. 8. Polit. cap. 21. §. 2. M. A. Petil. lib. 6. Exarch. cap. 2. cum ſeq. Garc. Barrionuevo in Panegyric fol. 50.*

66 Adeò frequens, & communis, ut plerumque deficiente frumento populus tumultuaret, quo morbo urbs illa plerumque vexata eſt; quemadmodum leginius apud *Sueton. in Claud. cap. 18. & Oroſ. lib. 7. In arctiore annona ob aſſiduas ſterilitates detentum fuiſſe Imperatorem in medio foro à turba, convitiiſque, ac ſimul fragminibus pannis ita inſtratum, ut agrè evadere valuerit*: quod etiã narrat *Tacit. lib. 12. Annal.* eleganter *S. Auguſt. lib. 3. de Civit. Dei, cap. 17. Vbi erant quando rurſum populus cùm fame laboraret, Præfectum annonæ primũ creavit, atque illa fame invaleſcente Sp. Æmilius, qui eſurienti multitudini frumenta largitus eſt, Regni affectati crimen incurrit, & eiuſdẽ Præfecti inſtantia per Dictatorem L. Quintium ætate decrepitum à Q. Servilio Magiſtro Equitum cum maximo & periculoſiſſimo tumultu civitatis occiſus eſt. Adam Contz. lib. 7. Pol. cap. 27. §. 8. & lib. 9. cap. 13. §. 2.* Nam ut ait *Lucan.*

67 *Neſcit plebs ieiuna timere.*

Mitè *Caſſiodorus lib. 4. epiſt. 5. Ex inopia ſolent populi conturbari: fames totum ſolet contemnere, ut ſuam neceſſitatem poſſit expellere: neceſſitas moderamen non diligit, neque ieiuni populi leges poſſunt obſervare.* Confert *Sueton. in Aug. cap. 25.* elegantiſsimè *Amai. obſerv. iur. lib. 3. cap. 4. à num. 27.* comptiſsimè *Dempſter. ad Roſin. lib. 7. Antiq. Rom. cap. 38. fol. mihi 1080.* cum multis.

68 Antequàm exercitus Perſarum itineri ſe committeret, ante omnia commeatus parabatur cõparatis omnibus, quæ rei militaris apparatus exigebat, & rei frumentariæ, & pecuariæ, *Xenoph. 4. Cyroped. Herod. lib. 1.* quod etiam legitur *Iudic. 20. verſ. 10.* ibi: *Decem viri eligantur è centum ex omnibus Tribubus Iſraël, & centum de mille, & mille de decem millibus, ut comportent exercitui cibaria, ut poſſimus pugnare. Iul. Cæſ. de bello Gallic. lib. 1.*

69 Quamobrem aſſeruit *Veget. lib. 3. de re militar. cap. 26. Frumentum, neceſſariumque commeatum non præparantem vinci ſine ferro; pabulatio enim, & annona in neceſſitate non habent remedium, niſi ante cõdita. Idem dict. lib. 3. cap. 3. Ad nutriendum exercitum, vel ad præſidium, & obſidionum moras ſuſtinendas; nec diſciplina militaris ibi ſervari commodè poteſt, ubi eſt victus penuria, & ieiunus eſt miles,* ut eſt apud *Caſſiod. lib. 4. epiſt. 13.*

70 Defectu annonæ multæ expeditiones irritæ fiunt, & magni exercitus ſolvuntur, ut accidit Cambyſi in expeditione inſtitutâ contra Æthiopes, in qua nihil invenientes milites quod ederent, & ad ſabulum pervenientes, ubi nullæ herbæ victui commodæ, ſortiti ex ſe ipſis decimum quemque comedebant, donec Cambyſes veritus ſuorum militum depaſtionem mutuam intermiſsâ adverſus Æthiopes expeditione retroceſsit, in Thebaſque pervenit multis de exercitu ſuo amiſsis, *Herodot. in Thalia ſeu in 3.* politicè & eruditè *Petr. Gregor. de Repabl. lib. 11. cap. 3. à num. 13. cum ſeqq.*

71 Sicque conſtituerunt Antiqui Præfectum Annonę, cuius munus erat, ut videret, ne plebs annonæ inopiâ, & caritate laboraret, utque panis copiâ redundaret, ponderéque iuſto, ac munditiâ debitâ panis væniret: & ſi quid ad annonam pertinens commiſſum erat, ipſe cognoſcebat, *Roſin. cum Lic. lib. 4. dict. lib. 7. Antiq. Roman. cap. 38. Adam Contzen lib. 7. Polit. cap. 27. §. 1.* quę annona penes Ædiles erat *l. 2. §. deinde Cornelius*, ibi: *Duo Ædiles, qui frumento præeſſent, D. de orig. iur. Tiraq. in Alex.*

lib.

lib.4.Dier. Gen.cap.4. qui ob id annonæ
Præfecti vocati, *dict.l.2.§. & hæc omnia*
72 *33.*Nam Præfectus annonæ & vigilum
non ſunt Magiſtratus, ſed extra ordinẽ
utilitatis cauſà conſtituti, *Bobad.d.lib.
3.cap.3.à num.2.cum ſeqq.* doctiſsimè
proſequens.
73 Ex quo fluit crimen fraudarę anno-
nę extra ordinem puniendum eſſe, ut
aſſerit *Vlpian.in l.2.D.ad leg. Iul. de an-
nona*, hâc lege eum tenêri, qui contra
annonam fecerit, ſocietatemve coie-
rit, quo carior fiat, *l.annonã 6. D. de va-
rijs & extraord.cognit.* de qua te latè *Ia-
cob.Ræoard.lib.3.variar.cap.17.Menoc.
de arbitr. caſ.384.Pichard.in §.fin.num.
8.de public.iudic. Theodor. Prateus concl.
delict.74.tota.* De annona latè. *Mendez
de Caſtr.in tract.de annon. civil. Buleng.
de Imper.Rom.lib.6.cap.1.cum ſeqq. Gu-
ther.de offic.dom.Auguſt.lib.2. cap.11. &
12.Garc.Barrionuevo fol.110.*
74 Adverti debet patrem in cauſa ne-
ceſsitatis filium vendere potuiſſe, *l.2.
& ibi gloſſ.C.de pat.qui filios ſuos diſtrax.
l.7.& 8.tit.17. par.4.Pinell.in Rubr. C.
de bon.mat.2.p.num.17.& ſeqq.Covarr.
lib.3.var.cap.14.num.3.in fin. Bobadilla
ſup.num.11.Oſſuald.in Donel. lib.2.cõm.
cap.25.litt. H. Paul. Chriſt.* doctè *deciſ.
Belgic.65.vol.3.* plures laudans, *Paſchal.
de virib.pat. poteſt.1.p.cap.1.* Et proba-
tur *Eſdræ 2.cap.5.* ibi: *Filij noſtri, & filiæ
noſtræ multæ ſunt nimis, accipiamus pro
pretio eorum frumentum; & comedamus,
& vivamus.Exod.21.verſ.7.Leſſ.de iuſti-
tia & iur.lib.2.cap.5.dub.4.num.17.*
75 Cùm & nihil turpe ſit, quod vi, aut
neceſsitate fit, ex ſentẽtia *Tarentini* cu-
iuſdam apud *Plutarch.* referente *Ioan.
Ferrara Montan. in l.quæ propter, D. de
regul.iur. Senec.in Troas, act.2.*

*Nec turpe puta
Quidquid miſeros Fortuna iubet.*

& ibi: *Neceſſitas plus poſſe quàm pietas
ſolet.*
76 Et licèt enim vendi, emi, aut cõmu-
tari res ſacra, aut miniſterium illius pro
temporali ſine vitio ſimoniæ nequeat,
ut tradit eruditiſsimus *P. Suarez de Re-
lig.p.1.lib.4.cap.1.& cap.17.num.2.lit.
G.verſ.At vendere miniſterium ſpirituale
77 ſimonia eſt.* Conſtat ex illius ab utriuſq;
cenſuræ viris tradita definitione, ſcili-
cet *eſt ſtudioſa voluntas emendi, vel ven-
dendi aliquid ſpirituale, vel ſpirituali an-
nexum, Leſſ.de iuſtit.& iur.lib. 2. cap.35.
dubit.1.num.3.cum ſeqq.*
78 Si tamen pro Miniſtri pauperis ſuſtẽ-
tatione aliquid temporale pro ſpiritua-
li, vel ſub ſpiritualis rei obligatione de-
tur, aut ſi Miniſter aliquid pro ſuſtenta-
tione exigat, neuter ſimoniam cõmit-
tet, *ex ſentẽtia gloſſæ in verb. Pro exequijs,
in cap.ſuam 29.de ſimon. D.Thom. 2.2.q.
100.art.3.& ibid.Caiet.& verb.Simonia,
reg.4.Leſſ.* communem dicens, *de iuſtit.
& iur.lib.2.cap 35.dubit. 8. n. 46. verſ.
Dico tertiò, Martin.Bonac.de ſimon. q. 6.
punct.2.Tiber.Decian.tract.crimin. lib.5.
cap.84.num.5.* plura cumulans *Velaſc.de
privileg. paup.2.p. quæſt.65. à num. 107.
cum ſeqq.*
79 Et iudex valet cogere tempore ne-
ceſsitatis divites ad mutuandum Vni-
verſitati, latè *Blaſc.in ſilv.memorab. cap.
5. num. 16. & 17.* & gratis, *Oſaſc.deciſ.
95.num.51.& ſeqq. Amendol. ad Franc.
d.deciſ.9.num.2.*
80 Secundus eſt ratione publicæ utili-
tatis. Nam ſi deficiat via publica, vel
iter ad aliquem locum publicum, vel
religioſum, cogitur dominus vicinus
illud præſtare, *l. ſi locus 14. §. fin.* ibi:
*Cùm via publica vel fluminis impetu, vel
ruina amiſſa, vicinus proximus viam præ-
ſtare debet, D.quemadmod. ſervit. amitt.
l. ſi quis ſepulchrum 12.* ibi: *Præſes etiam
compellere debet iuſto pretio iter ei præſta-
ri, D.de relig.& ſumpt.funer. Ant. Gom.
tom.2.variar.cap.2.n.51. Franc. Marc.
q.549.Ariſmin. Tepat.to.2.var. tit.572.
cap.9.in fin.* ſi nõ poteſt alibi illam ha-
bêre, *Boer.deciſ.322.Ioan.Papon.lib.14.
tit.1. arreſt.3.*
81 Tertiùs eſt, cùm teſtator gravat he-
redem, ut vendat, *l. & ſi æquo pretio 66.*
ibi: *Et ſi æquo pretio emere, vel vendere*

iuſſer

iuſſerit heredem ſuum teſtator, D. de leg.
1.Fabian.de empt.& vend.quaeſt.22.cum
alijs,Boer.deciſ.48.n.20. Dionyſ.Gothofr.
in dict.l.invitum, litt.A.
82 Quartus eſt ratione communionis,
l.Iulianus 13.§.idem Celſus 17. D.de act.
empti. l.communi dividundo 7. §.fin. D.
commun. divid.l.1.C.de ſerv. comun. ma-
numiſ.Hippolyt.ſing.341.Guzm.quaeſt.52.
num.59.
83 Quintus eſt ratione ſævitiæ; nã pa-
ter tali caſu filium emancipare cogitur,
l.ult.D.ſi à par.quis fuerit man. & domi-
nus ſervum libertate donare,aut dimit-
tere, *§.fin. Inſtit. de ijs qui ſunt ſui , l.2.*
D.eod.Socin.reg.435.num.27. Boſſius tit.
de Princ.n.57.Vrſil.ad Afflict.deciſ.265,
n.17.Maſtrill.conſ.unico,n.18.19.& 21.
pleniſsimè probavit *Camill. Borrell.conſ.*
30.num.34.uſque ad num.62.cent.2.
84 Sextus eſt,quòd ad ornatum Civita-
tis quis cogitur vendere domũ , *Caſtill.*
deciſ.134.tom.2.Ioan. Aloiſ.Ricc. collect.
2511. dummodò parva ſit.
85 Septimus eſt favore Eccleſiæ;nã vi-
cinus vendere compellitur pro ſui com-
moditate , *Gramm. deciſ.75. Gaſp. Ant.*
Theſaur. lib. 1. q. 63. Franch. deciſ.223.
Muta deciſ.8. Valaſc. conſ.22. Ioan. Ma-
ria Novar. collect. 28. Ant. Merend.lib.
86 *1.contr.cap.30.* & pro ampliatione Ca-
pellæ, *Ricc. deciſ. 147. par.1.* licèt aliter
per eandem Curiam deciſum dicat;pro
ampliatione hoſpitij religioſorum. Sic
etiam pro ampliatione Seminarij cogi-
tur quis vendere, *Carrot. deciſ.26.* latiſ-
ſimè,innumeros congerens, *Guzm.d.q.*
65.à num. 19. cum ſeqq. Ariſmin. Tepat.
alias cumulans reſtrictiones, tom. variar.
2. tit.393. cap.1. circa fin. Linglois deciſ.
15.quaeſt.9. eleganter *Valenc.cõſ.18.toto.*
87 Et,quod plus eſt,Eccleſia poteſt co-
gi vendere partem pretij pro conſtruẽ-
da,vel amplianda alia Eccleſia , firmat
Maſtrill. deciſ.180. Ioan. Maria Novar.
collect.138.num.10.
88 Quotiens tamen ex coactæ vendi-
tiones celebrantur , debet intervenire
iuſtum pretium,*dict.l.1. verb.Neceſſita-*
tem, C.de ſerv. commun. manum.Valaſc.
conſ.22. & alij plures,quos laudat *Guzm.*
d.q.52.num.57.Natta conſ.554. Roland.
conſ.71. Linglois d. deciſ.15.q.9. num.2.
verſ. Declara tamen. Nec debet habêri
fides de pretio , *Valaſc.dict.conſ.22. à n.*
3. cum ſeqq. Ioann. Petr. Fontan. de pact.
89 *napt.tom.1.clauſ.4.gloſſ.12.num.30.* Niſi
adeſſet extrema , vel inevitabilis ne-
ceſsitas, iuxta *text. in cap. ſi quis propter*
neceſſitatem,de furtis , ubi DD. & præci-
puè *Aug.Barboſ.Guzm.dict.q.52.à num.*
90 *63.* Et quoties quis cogitur vendere,nõ
tenetur ſe obligare de evictione , *l. qui*
heres 50. D.famil. erciſc. gloſſ. 1. in l.em-
ptori duplam 37. D. de evict. Caeſ. Man.
deciſ. Mant.13. Guzm.de evict.q.53.n.6.
91 Et non ſolùm ad vendendum quis cõ-
pellitur; ſed etiam ad emendum : mer-
ces enim corruptas emere quis cogitur
ratione publicæ utilitatis,*Petr. Gerard.*
ſingul.79. Ant. Corſet.litt.F.ſing. fiſcus,
Ariſmin. Tepat. dict. tit.393.cap.1.verſ.
Corruptas.
92 Huic accedit diſputare; an ex vẽdi-
tione, vel permutatione metu factâ de-
beatur gabella? Et tenet *Gutier.in tract.*
de gabell.q.14.num.2. gabellam debêri.
93 Quod ſuadet ex eo , quòd venditio
coacta teneat, *gloſſ. verb. Irrita eſt, in l.*
1.C.de reſcind.vendit. Gregor.in l.56.tit.
5.par.5.in gloſſ.1.
94 Quia metus dans cauſam contractui
non reddit illum ipſo iure nullum ; ſed
miniſterio iudicis reſcindendũ , probat
text. in cap. ſuper hoc, cũ ibi notatis per
DD.de renunt.Thom.Sanch. lib.4. diſp.8.
num.2. 4. & 10. Farin. in 2. par. fragm.
crim.litt.M.num.25.Torr.de iuſt. & iur.
diſp.55.dub.5.& 13.
95 Tamen hęc ſentẽtia nullatenus ſuſti-
nêri debet,cùm ſub diſtinctionis appa-
ratu dicat procedere *Marc. Burg. de*
laudim. 2. par. inſp.47. nempè, quòd aut
venditio declarata fuit nulla,aut nõ. Et
tunc primo caſu ait, gabellam non de-
bêri, & ſecundo autẽ ſic. Sed cõtractus
venditionis nullus eſt,ut iam plenè pro-
bavimus. Ergo in primo caſu locum ha-

bet noſtra ſententia, & tenendum eſt ex contractu ita nullo non deberi gabellã, *Parlad. lib. 1. quot. cap. 3. §. 5. num. 12. Cabed. deciſ. 18. n. 4. par. 1. Arias Pinel. in l. 2. cap. 3. num. 35. C. de reſcind. vend.* in terminis *Fulv. Conſtant. in l. 1. à num. 79. C. de vend. rer. fiſc. lib. 10.*

96 Venditio, quam æger Medico facit durante ęgritudine, non valet, *l. ſi Medicus, D. de var. & extraord. cognit. gloſſ. in l. 1. §. ſi cui, verb. Suſpenſa, D. eod. gloſſ.* clarior *in l. quiſquis*, *§. præterea*, *verb. Contractũ, C. de poſt.* plures laudati *à Pinel. in l. 2. cap. 2. num. 32. C. de reſcind. vẽd. Gerard. Mainard. deciſ. Tholoſan. 73. lib. 3. Grat. 439. num. 18. Alciat. lib. 2. părerg. cap. 39. Ceſ. Bargal. de dol. lib. 4. cap. 1. n. 10. Scacc. de commerc. §. 1. q. 7. p. 2. ampl. 19. n. 124. Dion. Gothofr. in l. Archiatri, C. de profeſſ. & Med. lib. 10. Carroc.* elegãtiſsimè *in tract. de locato, q. 4. fol. 118. cum ſeqq. Robert. lib. 1. cap. 2. fol. 16. Pet. Fab. in l. 116. D. de regul. iur. Pet. Pech. de teſtam. coniug. lib. 1. cap. 9. num. 6.* & alij iam à Nobis congeſti (prout caſus tulit) in hoc Tractatu.

97 Sed contrarium regulariter apertè ſentit *Bald. in l. interpoſitas, num. 5. ad fin. C. de tranſ.* ex verbis eiuſdem *l. Medicus*, ibi: *Medicus, cui curandos ſuos oculos, qui eis laborabat, commiſerat, periculũ amittendorum eorum per adverſa medicamina inferendo compulit, ut ei poſſeſſiones ſuas contra bonam fidem æger venderet: incivile factum Præſes Provinciæ coërceat, remque reſtitui iubeat.* Quæ verba *l. C.* verè nõ præſtant generalem concluſionem, quam *DD.* colligunt, ſed magis onerare videntur improbum Medicum, qui malignè curationem differt malis utens medicamentis, ut maiorẽ impreſſionem ęgro faciat. Ita cum *Bald.* ſentit *Alciat. ibi n. 20. Iaſ. in §. quadrupli, n. 37. Inſt. de act. Cagnol. in l. 2. num. 192. C. de reſcind. vend.* magis contendens *textum illum* regulariter admittere pactionem Medici cum ægroto, ut etiam iudicavit *Conſ. Neapol. ſecundum Matth. de Afflict. deciſ. 129. ubi Addit.*

98 Ego priorem ſententiam receptiorẽ, verioremque arbitror, & generaliter ſtatuendum eſt, nullam conventionem valère inter Medicum, & infirmum durante ægritudine, ad exemplũ clientuli & Advocati, inter quos durante lite cõventio non admittitur, *iuxta text. notab. in l. quiſquis, §. præterea. C. de poſtul.* quaſi valeat argumentum de Advocato ad Medicum, *argum. cap. cæterùm, de iuram. calumn. ubi Panorm.*

99 Imò maior prohibendi ratio videtur in Medico cum ęgro, quàm in Advocato cum clientulo, ut conſtat ad ſenſum, & ita ex vi rationis *dict. l. Medicus* extendi debet, licèt eius verba reſtrictiora ſint.

100 Advertendum eſt etiam, quòd *d. l. Medicus* loquitur in venditione, & ſic in cauſa oneroſa: unde multò magis procedet in promiſsione lucrativa, & ſic intelligi debet *l. Archiatri, C. de profeſſ. & Med. lib. 10.* quę malè *ab Afflict. & alijs* reſtringitur ad Medicum habentẽ ſalarium publicum, cùm verba eius legis generalẽ ſenſum magis exprimant, ibi: *Quos etiam patimur accipere, quæ ſani offerunt, non quæ periclitantes pro ſalute promittunt.* Itaque ea lex manifeſtè ex verbis, & ratione omnem Medicum cõprehendit; aliter enim tempus non diſtingueret, quod ſuadet ratio publicæ utilitatis, ne aliàs fiant iniquæ extorſiones, *l. ſi per impreſſionẽ, C. hoc noſt. tit.* Nõ negamus hìc poſſe Medicum ab ægro donata licitè accipere, nec eũ adſtringimus, ut gratis curet, *iuxta tradita per Annan. Felin. in cap. tua nos, de homic. Rip. de peſte, ad fin.*

101 Ex *gloſſ. autem*, *in d. loco*, ex profeſſo irritante conventionem inter Medicũ & ægrum novè ad vertas contra eandẽ *gloſſ. & DD. in l. Martius, D. locat.* in quæſtione promiſsionis Medico factæ ad curationẽ ægri, qui ſanatus ad infirmitatẽ redijt: præſupponere enim videtur gloſſa indiſtinctè inter eos valère conventionem, & ita *Specul. in tit. de ſalar. Medic. num. 1. in fin. tom. 1.*

102 Pro mantiſsâ, & ornatu dictorum de damno, ſive utilitate Medicorum latè agunt *Robert. lib. 1. rer. iudic. cap. 5. toto, Lucas de Penn. in Rubr. C. de profeſſ. & Medic. d. n. 1. cum ſeqq. lib. 10. Ioan. Garc. de nobilit. gloſſ. 48. §. 4. num. 12. Leſſ. in opuſcul. tract. de vitæ ſobriæ cōmod. num. 14. Ioan. Barcl. lib. 1. Arg. fol. 8. in parvis. Hilar. Drudo. fol. 152. ſui oper.*

103 Denique advertas, quòd tyro in favorem magiſtri ſui teſtari, aut aliquam diſpoſitionem facere nequit, *Gerard. Mainard. deciſ. Tholoſ. 97. tota, lib. 2.* ubi mirificè agit; nec tutoribus, aut curatoribus donare minor, idem *Main. deciſ. 95. lib. 2.*

104 Quæſtionis eſt, an mulier alienans dotem ad redemptionem mariti captivi ob metum compulſa, alienationem reſcindere queat?

Adeo à iure pia, honeſta, & favorabilis cauſa reputatur redemptio captivorum, ut permittat, & honeſtum iudicet, mulierem pro redemptione faciendâ alienare dotes, *l. quamvis 20. D. ſolut. matrim. Barboſ. in l. 2. p. 2. num. 7. in fin. D. ſolut. matr. Vinc. de Franch. deciſ. 237. num. 4. Marc. Ant. Amatis deciſ. 62. num. 1. 7. & 28. Theſaur. deciſ. 223. num. 7. Surd. deciſ. 86. n. 4. Petr. Greg. lib. 25. ſyntagm. cap. 5. num. 7.*

105 Nec iuvatur Velleiano, per rationē, quam tradit *I. C. in d. l. quāvis*, ibi: *Quia iuſta & honeſta cauſa eſt*: ad eundem modum ſi mulier obligetur pro debitis viri defuncti ad exonerationem eius conſcientiæ, non iuvatur Velleiano; in terminis *Petr. Cabal. conſ. 2. num. 2. & 3. Tap. in conſtit. ſtatuimus, num. 24. & in pragm. 1. de S. C. Vell.* quam exornat ibi *Novar. Paſchal. in tract. de viribus patr. poteſt. par. 3. cap. 5. num. 18. Theſaur. lib. 2. quaeſt. forenſ. quaeſt. 76. num. 10. Thor. in Comp. Dec. verb. Mulier, verſ. Secundò, fol. 344. Add. ad Franc. dict. deciſ. 237.* & in omni pia cauſa. *Roman. in Authent. ſimiliter, num. 20. C. ad leg. Falcid. & in l. ſciendum, num. 30. in fin. Socin. regul. 310. verſ. Privilegium piæ cauſæ, in tertio privilegio, Calcan. conſil. 13. num. 4. verſ. Prima, quia videtur, Tiraq. de privil. piæ cauſæ, privil. 113.* quemadmodum mulier non iuvatur Velleiano obligans ſe pro dote & libertate, ut in *l. ſi dotare, l. penult. l. final. C. ad Velleianum.*

106 Et quod magis eſt, quòd ſi mulier cōpulſa fuerit alienare dotem pro redimēdo viro ab hoſtibus, non poterit reſcindere contractum. Nam qui per metum facit id, quod tenetur, non poteſt allegare metum, *l. ſed & partus, § quæri poterit, D. hoc tit. Lara de Capellan. lib. 1. cap. 22. num. 7.*

107 Verùm hæc ſententia facillimè corruit ex eo, quòd non ſequatur ex dictis, quòd mulier compellenda ſit ad alienationem dotis, ut redimat maritum; ſed tamen, ſi velit, poterit id facere; cùm hoc opus ſit præclarum & inſigne: nam (ut dixit *Cic. 2. Rhet. vet. lib. 2.*) *nulla de virtutibus admirabilior, & gratior miſericordia; homines enim ad Deos nulla re proprius accedunt, quàm ſalutem hominibus dando.* Eleganter *Claudian.*

------ Cùm vincamur in omni
Munere; ſola Deos æquat clementia nobis.

Ambroſ. ad Timothæum 4. Omnis ſumma diſciplinæ Chriſtianæ in miſericordia eſt.

108 Secundò, redemptio captivi opus eſt charitatis præciſum in Principibus & Regibus; unde Princeps, vel Rex, qui vaſſallum captivum non redimit, amittit ius vaſſallagij, *l. 3. tit. 29. par. 2. ubi Gregor.* Nam ut myſteriosè ponderavit *S. Ambroſ. ſerm. 17. in Pſal. 118. Omnibus quidem miſericordia Inopibus iure debetur, ſed maior quædam, cùm in ultimum ſtatum, atque egeſtatis neceſſitatem aliquos ærumna deiecit, miſerationis pulſat affectus.* Sed non ex hoc colligitur, quòd particulares teneantur id facere, & per conſequens mulier ad alienationem dotis, ne remaneat pauperrima, & indotata, contra *l. 1. & ibi not. D. ſolut. matrim.*

109 Tertiò, ratio ob quam alienatio dotis à muliere volente facta tenet, eſt, quia honeſtas verſatur in redemptione viri, ſed nullam honeſtatem præſefert metus, cùm cogat alienantem id conſtituere, quod nolebat, *cap. præſens 4. 20. quæſt. 3. cap. non eſt 10. 15. quæſt. 1. cap. 1. de decim. lib. 6. Senec. lib. 9. epiſt. 68. Iuſtin. Martyr. in Apolog. 2. pro Chriſtianis ad Anton. Pium.* Ergo mulier talem alienationem poterit reſcindere, *ex l. 1. D. hoc tit.*

110 Nec obſtabit, quòd vaſa aurea Eccleſiæ poſſunt alienari ad redemptionẽ captivorum, ex *Nicephor. lib. 14. Hiſt. Eccleſ. cap. 22. S. Ambroſ. lib. 2. offic. cap. 28. Auguſt. Barboſ. per text. ibi in cap. aurum Eccleſiæ, num. 4. 12. quæſt. 2.* ubi plurimos laudat; quia id eſt intelligendum; quando nullà alia bona ſuperſint ad redemptionem; quoniam maior ornatus Eccleſiæ verſatur in ea; ut dictat *Ambroſ. ibi.*

111 Vnde cùm ex publico redẽptio certis temporibus conſtituatur, hincque ſpiritualẽ eſſe redemptionis captivorũ materiam, apud omnes in confeſſo eſt, & aſſerit *Imp. in l. ſi quis ad declinandã*, ibi: *Pietatis intuitu*; & ibi, *Quod in ſacrum venerit*, *C. de Epiſc. & Cleric. Ramon conſ. 34. num. 25.* quà de causâ mulier ad ſuæ dotis alienationem tenebitur? *gloſſ. in cap. conſideranda, 86. diſt.* ubi tenet, quòd privatus non obſtringitur ad redemptionem; facit elegans *text. in l. fin. C. de captiv. & ibi gloſſ.* ubi privatus poteſt repetere à captivo redempto, quod impendit in eius redemptionem, ſequitur *Redoan. de rebus Eccleſ. alien. vel non, quæſt. 21. num. 56.*

112 Iam non impedit *text. in d. l. quamvis 11. D. ſolut. matrim. & in l mutus, §. 1. D. de iur. dot.* nam ex eis non percipitur, quòd mulier teneatur ex neceſsitate dotem alienare pro redemptione viri, ſed quòd ſi velit facere, id poſsit, & ob hanc cauſam ſimiliter dotem petere, & ſic ſolutam liberationem inducere reſpectu ſolventis. Quamobrem non facit ad propoſitum *text. in dict. l. ſed & partus, §. quæri poterit, D. hoc tit.* & per conſequens animadverſio *Laræ* alioquin *doctiſſimi.*

113 Quæri nunc oportet, an alienatio facta in potentiorem valida ſit? Et reſolutivè dicendum exiſtit, quòd non valet, & alienans ius ſuum amiſit, *l. fin. C. ne liceat potent. & ibi not. & fin. extra de alienat. iudic. mut. cauſ. facta*: quoniam pœna cedentis, ſeu transferentis in potentiorem habet locum tunc demum, quando quis eſt potẽtior ratione officij & dignitatis, & poteſt terrorem inferre adverſario, *gloſſ. in d. l. fin. & in l. 1. verſ. Potentiorem, C. eod. & in d. cap. fin. verſ. Afficiantur, Specul. in tit. de ceſſ. actionib. §. 1. verſ. Cæterum, Bart. Bald. Angel. Alexand. & Iaſ. in dict. l. fin. Innocent. Hoſtienſ. Abbas, & alij in dict. cap. final.* nec ſufficit, quòd ſit potentior ratione officij, ſed requiritur, quòd habeat poteſtatem, & iuriſdictionem in eũ, contra quem fit alienatio, *Menoch. conſ. 38. num. 47. & ſeq. Auguſt. Barboſ. in dict. cap. final. Mon. de conſerv. cap. 10. num. 322. Scip. Rovit. conſil. 11. & Panciról. conſ. 28.*

114 Nec eſt neceſſe, quòd potentior habeat poteſtatem, vel iuriſdictionem cõtra illum, in quem fit alienatio de iure; ſed ſufficit, quòd de facto ſit potentior, dignior, & nobilior, & facultatem habeat terrendi adverſarium, & vultum minantem ei oſtendendi, *Natta conſil. 480. num. 4. Bald. conſ. 151. vol. 1. Cravet. conſ. 206. num. 43.* quia lex ideò punit cedentem in potentiorẽ iuris amiſsione; nam ſuſpicatur ceſsionem fieri ad inferendum timorem adverſario, *Angel. Bart. & Iaſ. in d. l. 1. Alex. in dict. l. fin. Natta conſ. 481. num. 11.*

115 Quinimò dicunt *DD.* quòd pœna *dict. l. 1. C. ne lic. potent.* habet locum contra familiares potentiorum, ut per *Bart. Angel. Salic. & Alex. ibi. Petra de poteſt. Princip. cap. 14. num. 7. & 17. cum ſeqq. Trentacinq. lib. 2. reſol. 2. de poſtul. num. 4.*

Am-

116 Ampliatur noſtra concluſio, ut non ſolùm procedat in actore, ſed etiam in reo, *Cynus, Bartolus, Angelus, Alex. & Iaſ. in dict. l. 1. Deci. in cap. 1. num. 6. de offic. deleg. Oſuald. in Donell. lib. 18. comm. cap. 11. litt. L.*

Primò, propter generalitatem *Regulæ* quæ dicit patrocinium litigantibus dare: & ex eo quòd dicit litigantibus, loquitur tam de actore, quàm de reo: apparet etiam ex principio huius legis, quæ loquitur generaliter: facit etiam ſecundùm *Iaſonem*: quia licèt *dict. l. 1.* loquatur in actore, tamen habet locum etiam in reo, cùm ſit correlativa, & lex etiam correctoria loquens in uno ex correlativis, intelligitur etiam loqui in alio, *l. fin. & ibi Bart. & DD. ad hoc notant, C. de indict. viduit. tollend.* & lex pœnalis loquens in actore, habet locum in reo, *gloſſ. in l. per intervallum, D. de iudicijs, gloſſ. in cap. 1. de confeſſ. in 6.*

117 Ex quo cõvictus manet *Iacob. Cuiac. lib. 8. obſerv. 31.*

118 Obſervandum eſt, quòd pœna *dict. l. 1.* procedit etiam per viam procurationis, tenet expreſsè *gloſſ. in l. iuris gentili, §. Prætor, de pact.*

119 Dubium nunc ſuccedit, an quando lis eſt contra æquè potentiorem, admittatur procurator, licèt ſit ex potentibus, qui aliàs procuratores eſſe nequirent? Et tunc procuratorem potentiorem conſtitui poſſe in lite contra potentiorem, firmat *Paulus in dict. l. 1. C. ne lic. potent.* Ceſſant enim prædictę rationes ſuſpicionis, cùm hoc caſu non videatur procurator officium ſumere, ut metum inferat potentiori, ſed potius ut metum tollat, *iuxta text. in l. cùm pater, §. Titio, de leg. 2.* ibi: *Nec videtur dolo feciſſe, cùm fraudem excluſerit. Paz in l. 17. ſtyl. num. 10.*

SVMMARIVM.

1 *Confiteri eſt verum agnoſcere.*
2 *Confiteri eſt per vim fateri.*
3 *Profiteri eſt voluntatis.*
4 *Imperatores priùs quàm coronabantur, Fidem Catholicam profitebantur.*
5 *Ethnici priùs quàm ſacra facerent, fatebantur.*
6 *Verbum profiteri ſignificat nomen dare.*
7 *Intelligitur cap. 2. Luc. & 8. 17. 18.*
9 *Profiteri as alienum eſt ſua debita teſtari.*
10 *Lucę donatur I. C. Marcian.*
Commiſſi pœna an locum habeat inſcio domino, ibi.
11 *Profiteri profeſſiones ſuas eſt modũ curare.*
12 *Fateri rei eſt, non teſtis.*
13 *Cui ei pœna non niſi confeſſo proprio ore imponebatur.*
14 *Contrarium proponitur.*
15 *Apud Romanos plures fuerunt profeſſiones.*
Alia pertinet ad tributum reale, alia ad perſonale.
16 *Capitatio perſonæ magis, quàm facultatibus imponebatur.*
19 *Tributum à Chriſto ob vitandum ſcandalum fuit exſolutum.*
20 *Capitatio ſemper uniformis fuit.*
21 *Taxatur Iuſt. Lipſius.*
22 *Profeſsio ætatis nativitatis ſcriptura erat.*
Quæ fiebat in plurimum à parentibus, & aliquando ab obſtetricibus.
23 *Profeſsio ſtatus ſtatum & conditionem cuiuſque continebat.*
24 *Confeſsio ſpontanea nullo cogente fit.*
Confeſsione partis probatur.
25 *Ex ſpontanea confeſsione pœna minuitur.*
26 *Spontanea confeſsio non nocet reo, niſi pluries in ea perſeveraverit.*
Extorta confeſsio originem habet coactã.

27 Tormenta duas partes habent.
28 Interpretatur Vlpian.
29 Confeſſio metu extorta non præiudicat confitenti. & 35.
30 Nec prodeſt.
31 Coacta fidei confeſſio non facit Catholicum.
32 Confeſſio facta à patre timore torturæ filij non nocet.
33 Confeſſio extorta pendente appellatione nulla eſt.
34 Creditur iudici aſſerenti reum ſpontè fuiſſe confeſſum.
36 Vt confeſſio ſufficiat, neceſſaria eſt ratificatio extra torturam. & 37.
38 Confeſſio perſeverata habetur pro ſpontanea.
39 Confeſſio in tortura per nobilem facta nulla eſt.
40 Confeſſio minoris in tortura valet in caſibus permiſſis.
Confeſſio minoris metu, vel vi extorta non valet, ibi.
41 Confeſſarij verba amatoria ad fœminas dirigentes incidunt in Bull. Pij V.
42 Confeſſarius actui impudico conſentiens propter metum excuſatur.
43 Metus excuſat ab integritate confeſſionis.
44 Quando dicatur confeſſio metu extorta remiſſivè. & 45.
46 An ſit licita revelatio cōfeſſionis ob periculum vitæ. uſque ad 51.

CAPVT II.

De Confeſsione.

1 CONFITERI *eſt, ut Varr. 5. de Ling. Latin.* aſſerit, fateri, quod à nobis quæſitum eſt, ſeu verum agnoſcere, quòd obijcitur, vel intenditur, & ſi qui fatetur, id falſum ſciat. *Terent. in Andria confirmat, Ego me amare hanc fateor; ſi id peccare eſt, fateor id quoque.* Comprè *Martial. lib. 5. Epigram. 28.*

Ingenium, ſtudiumque tibi; moreſque, genuſque
Sunt Equitis, fateor: cætera plebis habes.

Virgil. 11. Æneid.

O bone Rex, cuncti ſe ſcire fatentur.

Eleganter *Cornel. Tacit. lib. 21. Annal. Longam olim famem crebris adhuc ieiunijs fatentur.*

2 Sicque *confiteri eſt per vim fateri*; tradunt *Lactantius lib. 5. Vt doceret, quibus pœnis affici oporteret, qui ſe cultores Dei confiterentur. Plaut. in Capt. Hæc tu eadem ſi confiteri vis, ex re tua feceris. Terent. in Heautontimorum. Ego ne confitear, meum non eſſe filium, qui ſit meus?* adnotat *Servius* confiteri eſſe coactorum, & culpabilium, in *Virgil. 4. Æneid.*

Anna (fatebor enim) miſeri poſt fata Sichæi.

3 Et ideò *Nonius* aſsignat, & conſtituit diſcrimen inter confiteri, & profiteri, quòd illud neceſsitatis, hoc voluntatis ſit. Ita animadvertit Romani eloquij tuba *Cicer. pro lege Manil. Hoc ego non ſolùm confiteor, verùm etiam profiteor. Oſſuald. in Donell. lib. 22. comm. cap. 4. litt. L.*

4 Et veteri conſuetudine iam inde ab Anaſtaſio receptum erat, ut Imperatores priùs quàm coronarentur, Fidem Catholicam profiterentur, tradit cum alijs *Iul. Cæſar. Buleng. lib. 2. de Imper. Roman. cap. 1. litt. C.*

5 Quin etiam obſervatum invenimus, ut qui rē divinam facturus eſſet, ad ſuam levandam culpam ſe in primis reum dicere deberet, & noxæ pænitēre, ac fatēri admiſſum, vultumque ſummittere, & ad omnem modeſtiam fingere, *Alex. ab Alex. lib. 4. Dier. Genial. cap. 17. fol. mihi 398.*

6 Sciendum eſt, verbum *profiteri* ſimiliter ſignificare nomina, ſive cenſum apud Prætorem propalare, ſive (ut

Li-

Livius uſurpat,) nomen dari. Sentit *Cicero pro Archia Poëta*, ibi: *Cùm hic domicilium Romæ multos iam annos haberet, profeſſus eſt apud Prætorem Qn. Metellum familiariſſimum ſuum. Livius lib. 6. bell. Punic.* ibi: *Primò expectaverant, ut qui ſe tanto Imperio dignos crederent, nomina profiterentur. Et ab Vrb. cond. 2. Hoc præpoſito edicto; & qui aderant nexi profiteri extemplò nomina.*

7 Quibus fax accenditur *Luc. 2. cap.* ubi legimus, Ioſephum MARIAE coniugem Bethlehem ſe contuliſſe, ut profiteretur in civitate ſuâ, ibi: *Exijt Edictum à Cæſare Auguſto, ut deſcriberetur univerſus Orbis. Hæc deſcriptio prima facta eſt à Præſide Syriæ Cyrino: & ibant omnes, ut profiterentur ſinguli in ſuam Civitatem. Aſcendit autem & Ioſeph à Galilæa de civitate Nazareth in Iudæam Civitatem David, quæ vocatur Bethlehem, & quòd eſſet de domo & familia David, ut profiteretur cum* MARIA *deſponſata ſibi uxore prægnante.* Vbi
8 *Ambroſ. Stella. & Hugo.* explicant, dictantque hoc Edictum *Ab Auguſto 2.* fuiſſe indictum; ut omnes illum dominum, ſibique ſubditos profiterentur, & in recognitionem tributa penderent, nomenque in ſcriptis darent, ſicque deſcriberent: quod fecit Ioſeph. Sicut IESVS Salvator noſter, *Matth. 17. Iulius Cæſar Bulenger. de Imper. lib. 9. capit. 17. litt. E. Iſidorus lib. 5. Etymolog. cap. 36.*

9 Sed ut omnem verbi *profiteri* ſignificatum calleamus, & ad amuſsim exprimamus, notandum exiſtit alio potiri & perfrui. Nam profiteri æs alienum eſt ſua debita teſtari, *Curtius lib. 10.* ibi: *Alexander priùs quàm ſecerneret, quos erat retenturus, edixit, ut omnes milites æs alienum profiterentur.*

10 Exhinc luce donatur *Marcian. in l. interdum 16. §. ſi quis profeſſa, 12. D. de public. & vectigal.* profitebantur igitur merces, ne in vectigali pendendo Reipublicæ fraus fieret, *Guther. de offic. dom. Aug. cap. 16. fol. 550. verb. Profeſſio, Budæ. in l. cùm de ætate, de probat. fol. 755. Quintil. declamat. 341. Quod quis profeſſus non eſt apud publicanos, pro commiſſo tenetur:* & *declamat. 349. Publicano ſcrutari liceat, quod quis profeſſus non fuerit, perdat:* & *Marcian. Merces improfeſſas appellat. Tertullian. in Apologet. Quantum vectigalibus pereat fraude, & mendacio veſtrarum profeſſionum; Marc. Varr. lib. 2. de re ruſt. cap. 2. Iul. Cæſar. Bulenger. lib. 9. de vectig. pop. Roman. cap. 3. à litt. D. fol. 695.* Copioſè *Proſper. Farin. in tract. de furt. quæſt. 173. part. 1. num. 2. Maſcard. de probat. concl. 834. num. 2.*

Vnde dimanat enucleanda non facilis quęſtio, an commiſsi pœna locum habeat adverſus inſcium dominum.

Commiſſum fraudatione iuriũ cauſatur, merceſque amittitur, quamvis à lege pœna non exponatur, *l. commiſſa, ubi gloſſa verb. Commiſſa, D. de public. & vectigal. & ibi Bart. num. 1.* ubi dicit, quod cùm non expeditur merces, nec exſolvuntur iura, committitur ipſo iure; *gloſſ. verb. Si iure, in l. 1. C. de vectigal. l. 5. tit. 7. par. 5. Bertach. de gabel. par. 9. num. 7. Franc. Marc. deciſ. Delph. 428. num. 2. par. 1. Aim. conſ. 115. num. 1. Roland. conſ. 80. num. 48. & 49. volum. 3. Proſper. Farin. dict. quæſt. 173. par. 1. nume. 2. Maſcard. de probat. dict. concl. 834. num. 2.*

Quæ pœna Fiſco, aut habentibus ius ab eo, applicari debet, ut tradunt *Salic. cum Bald. in dict. l. 1. & 2. C. de vectig. Iul. Ferret. in tractat. de gabell. numer. 161. Menoch. de arbitrar. lib. 2. caſ. 397. poſt num. 6. Peregrin. de iur. Fiſc. lib. 6. titul. 5. num. 42. cum Bald. in l. 1. num. 16. C. de fruct. & litis expenſ. Papon. lib. 12. tit. 9. arreſt. 4. Ferrer. in addit. ad Guid. Pap. deciſ. 288. Paul. Chriſtin. deciſ. Belgic 101. numer. 16. volum. 3.* Sed tamen Fiſcus, ſeu habentes ius ab eo, debent probare rem eſſe commiſſam, expreſſa, & à paucis animadverſa, *l. final. §. 1.* ibi: *Et probabitur in commiſſum incidiſſe,*

D.de publican.& vectigal. Berous in ſpecie privilegij,*conſ.146. num. 35. vol.3. Honded.conſ.105.num.28.vol.1. Trentacinq.lib.1.var.tit.de fiſc.reſol.7.num.14.* in his terminis *Caball.centur.3. caſ.254. Valenc.conſ.52.num.81.tom.1:*

His ita habitis, affirmandum eſt, pœnam non habêre locum adverſus inſcium dominum ex multis.

Primò, nō poteſt agi pœnâ amiſsionis contra eum, qui non deliquit, *ut ex gloſ.in l.obſervare,§.proficiſci*,& ibi *Baldus, D.de offic.Proconſ. Berous in cap.1. à num.41.& 42.de reſtit.ſpoliat. Felin. in cap.P.num.13.de homicid. Iaſ.in l.nō impoſſibile, num.2. D.de pact. Roman. conſ. 11.num.3. conſ. 15. in princip. ſing. 127. Marſil.conſ.16. num. 27. & in praxi, §. examinanda, num.12. Theſaur. lib. 1. q. 83.num.10.Guazin.reor.defenſ.33. cap.2. num.2.Maur.allegat.93. num.17.par.1. Tuſch.lit.O.cōcl.99.num.18. Rovit.conſ. 87.num.4.Decian.conſ.25.num.14.vol.2. conſ.4.num.62.vol.3.Honded.conſ.97. n. 35.vol.2.*

Secundò, pœna delicti authorem egredi non debet,*l. ſancimus,C.de pœnis; l. ſi quis in ſuo,§.legis, C.de inoffic. teſtam. l.reſcriptum,D.de his,qui notan. infam.§. omnes,Inſtit.de noxal.Valenç. Velazquez conſ.91.num.38.Ant. Fab.in ſuo Cod.lib. 4.tit.9.definit.2.num.4.Magon.deciſ.Luc. 27.num.1.Gutier.pract quæſt.canon. lib. 2.q.30.num.15.Giurb.conſ. 36. num.36. Velaſc.in axiom.iur.lit.P.num.43.Ovid. lib.1.Triſt.eleg.2.*

Fingite me dignum tali nece,non ego ſolus
Hic vehor; immeritos cur mea pœna trahit?

Et ſi dominum mercis tenêret, inferretur per vectorem illi iniqua conditio, quia poſſet efficere proprio libito, ſeu commodo, quod nociturum domino erat,quod non eſt admittendum, *l.nō debet,D.de regul.iur.l. debitorum pactionibus, C. de pact. cap. ſi compromiſſarius, §. porrò,de elect.lib.6.l.crimen 26.D.de pœnis,l.emancipatum 7.§.fin. in fin.l.filiam 9.D.de Senator.cap.1.de iniur. in 6. Authent.ut nō fiant pignorat.collat.3. Velaſc. in axiom.lit. A.num.233.*

Tertiò, in delictis conſenſus domini non præſumitur,*Cavalcan.de brach.Reg. par.5.num.154.Tuſch.pract.lit.O.d.cōcl. 99. n. 39.* licèt diſſentiat & malè *Menoch.de arbitrar.caſu 345.num. 6.* prout dicit *Giurb.conſ.36.num.34.*

Quartò,clariſsimè conſtat *ex l. cotè ferro,§.dominus,*ibi:*Commiſſis mercibus, navis autem domino reſtituitur: & ibi glo. verb.Cōmiſſis:& in l.interdum, §. Marc. Anton.*ibi: *Ignorante domino nulla pœna dominum teneri,D.de publican.& vectig. §.ſi quis in ſua domo,in Authent.de Eccleſ. tit.collat.9.*ibi; *Si verùm neſciente locorū domino eius curatores,aut conductores,aut emphyteutæ contrarium aliquid exerceri permiſerunt,dominum quidem loci nullum præiudicium,aùt diſpendium ſuſtinere.*

Et aliàs generale eſt, ut procurator non poſsit facere dominum incidere in delictum,aut eum obligare ad pœnam, *ex l.ſi pater,D.quæ in fraud. cred. l.3. D. ad Maced. l.ſi procurator,ubi Iaſ.num. 4. & 5.D.de condict.indeb.*& ratio eſt,quia in dubio nunquam præſumitur dominus illicita mandare procuratori,ut patet *in l. ſi procurator,*ibi: *Ideò exigi ratihabitionem, quoniam nihil de hoc nomine exigendo mandaſſe videtur: Panormit. & Felin.num.8. in cap.1. ut lite non conteſt. Avend. in tract. de ſecund.ſupplicat. num. 14.Paz in prax. tom.1.cap. unic. num.4.* facit *tex.in l.creditor 60.§.Lucius,D.mādat.& in l.non eſt ignotum 6.C.de admin. tut. & in l. cùm non poteſt, de procurator. Gratian.reg.388.præcipuè num. 2. Villalob.inter commun. litt. P.n.479. Oſſuald. Hilliger.in Donel.lib.15.cap.40. litt. SS. Menoch.conſ.127.num.8.Guid.Pap.ſing. 21.*ibi: *Si famulus tranſit mercātias meas abſque ſolvendo pedagio, non propter hoc mercantiæ meæ debent dici cōfiſcatæ. Aim. conſ.696. per tot.Peregrin.de iure fiſc.lib. 6.tit.5.num.35.verſ.Limita 4.* ibi : *Non in præiudicium veri domini,cùm dominus argui non poteſt, conſenſiſſe in conductorē. Bald.ſingul.34.*ibi:*Quòd merces non ſunt publi-*

publicata, niſi probetur dominum duxiſſe. Gomez de Leon deciſ.30.num 7. Bart.in l. fin.C.de naut.fœnor. Præpoſit. in tit. quæ ſint Reg. col. 3. in princip.verſ. Si tamen mulier, & ibidem Afflict.ſuper verb.Vectigalia,num.171. Angel.in l.iubemus,C. de navib. non excuſ. lib.11. Ferret. de gabel.num.243. Bertach.eod.tract.par.9. Cuman. conſ.5. per tot. Abiles in cap. Prat. cap.52.num.3. Valenç. conſ.52. num. 85. Anton.Theſaur.lib.1.q.52. Cravet. conſ. 796.vol.4. Riminald.Iun.conſ.613.n.19. & alijs ſeqq.vol. 6. Coſta de fact. ſcient. & ignor.diſtinct.46.num.8. Bobadil.in Polit. lib.4.cap.5.num.31. And. Gail. obſervat. 48.num.26.lib.2. Ariſmin. Tepat. tit. de comm.& pœn. fraud. pedag. & dat. lib.2. Camill.Borrell. de præſtant. Reg. Cathol. cap.11.num.97.

Nec refragatur aſſerere, merces amiſſas eſſe, quãvis alterius domini ſint, per *l.2.§. fin.tit.32.lib.9.Recop.* Nã diſpoſitio præſumitur perſonalis, & non realis, *l.quia tale, D. ſolut. matrim. l. pater, D.de ſervit.leg. l. fin. D. de conſtitut. Princip. l. forma, D.de cenſib. & utrobique per DD.* Sed ſic eſt, quòd factum perſonatum, quod conſiſtit in regiſtrando, fuit cauſa diſpoſitionis legis. Ergo diſpoſitio perſonalis eſt, non realis, quamvis in conſequentiam huius facti & delicti imponatur pœna realis, hoc eſt, bonorũ amiſsio, quapropter alterius odio prægravati, neque alterius culpâ puniri: & in terminis tenet *Bald. in l. cùm proponas, num.5. C.de nautic.fœnor. relatus à Mario Giurb.conſ.16.num.23. Gandin. in tract. maleficiorum, Rubr. de non exportand. reb. cont. debit.num.2. Franc. Lucan. in tract de fiſc. 4.par. num. 11. & ſeq. Mexia in pragm.tax.pan.concl. 1.n.15.*

Cæterùm *d.l.2. §. fin.* loquitur limitatè, & ſtrictè. Ideòque eius diſpoſitio non eſt extendenda, *l.in agris 16. D. de acquir.rer.domin. l. age cum Geminiano, l. ſi de certa, C.de tranſact. l. cancellaverat, D. de his, qui in teſtamen. delent. l. 1. ubi Bart. D.de ſerv. export. Velaſc. in axiom. iur. lit.C.num.48. Argel. de acquir. poſſeſ. q.8.num.770. & 778.* Igitur dicendum eſt in hoc caſu commiſſum ceſſare, ex traditis ſuperiùs.

11 Et profiteri poſſeſsiones ſuas, vel pecunias, eſt modum poſſeſsionum, ſive pecuniæ præſcribendum curare, *Cicer. 5. in Verrem*, ibi: *Edixerat, ut aratores iugera ſationum ſuarum profiterētur, Livius ab Vrbe condita profiteri cogendo frumentum, & vendere quod uſui menſtruo ſuperesset: & de bell. Punic. Vt qui ſocij civibus Romanis credidiſſent, pecunias profiterentur.*

12 Cęterùm apud Romanos plures fuerũt profeſsiones. Quædã, & forſan antiquior, ea fuit; quæ pro vectigalibus fiebat, *Tertull. in Apolog. cap.42. & lib.5. adverſus Marcionē, in initio:* & hæc vel ad tributum reale (*l. 2. de cenſib. l. fin. C. ſine cenſ. vel reliq. fund. comp. non poſſe, l. cenſualis 7. C.de donat. l. fin. C. ne rei domin. vel templ. vend. temp. præſ. ſubmoveatur*) vel perſonale exſolvendum fiebat, *l.3. & 4.§. in ſervis, D.de cenſ. l.unica, C.de cap.civil.lib.11. l. unica, C.de Colon. Thraecenſib. eod.lib. l.1. C. ne ruſticani ad ullum obſequium devot. eod.lib. Camil. Borrel. tom. 3. ſumm. dec. tit.15. num.6. 7. & 8.*

13 Quæ ultima capitatio dicebatur, quia capiti ſive perſonæ magis, quàm rebus, aut facultatibus imponebatur, *l. fin. §. ſive autē, D.de mun. & bon. Bodin. lib.6.c.2. Montan. de tut. cap.3. ex n.14. Iuſt. Lipſ. lib.2.de magnit. Rom. cap.3. Iacob. Bornitius poſt Briſſon lib.6. de ærarij redit. cap.2. Buleng. lib.9. de vectig. popul. Rom. cap.17. Garc. Barrionuevo in Panegyr. fol. 60.* conferunt, quæ in propoſito adnotavit *Prado in teſſera legum, fol.19. Gothofr. in l. cùm ſatis 23.§.2. litt. B. C.de colon. & agricol. lib.11.*

14 Et ad hanc deſcriptionem mavis profeſsionem referri debet illud *Lucæ cap.2. verſ.3. Et ibant omnes, ut profiterētur ſinguli in ſuam civitatem*; quam feciſſe Augustum ut aptiùs & faciliùs tributum inditum, vel proximè indicendum exigeretur, certum eſt: nam profiteri ſe ali-

aliquem & libêrós, nihil aliud erat, quã ſe, & familiam nuntiare, & teſtari ad tributum capitis pendendum.

15 Dum autem doctiſsimus *Franc. Lucas in d. verſ. 3.* (ut hæc obiter dicam) exiſtimat, tributum, de quo ibi, pro familijs, & earum facultate pendendum, ei non aſſentior: nam contrarium Iudæorum lege ſtatutum erat, *Exod. cap. 30. verſ. 12. & lib. 2. Reg. cap. 15.* Sed & cùm tributũ illud ab eis ex Impp. Roman. edictis exigebatur, uniforme erat, ut colligitur *ex Appiano in Syriacos, & ex Dione in Veſpaſiano lib. 66. in princ. & Ioſeph. lib. 7. de bello Iudaic. cap. 28. in princip.* Sed & rationem reddit *Appian. ſup.* dicens, Iudæis gravius capitis tributum impoſitum à Romanis, quia ſæpiùs rebelles fuêre.

Et hoc ſanè tributum, ut disertè notat *Bulenger. de Imper. Rom. lib. 9. c. 17.* à CHRISTO Rege Regum, & Domino Deo noſtro ob vitandum ſcãdalum exſolutum videmus, *Matth. cap. 17. ad fin.*

16 Apud Romanos itidem capitatio ex præcedentibus legibus ſemper uniformis fuit, & ab omnibus viritim exſoluta: à viris ab anno 14. à fœminis ab 12. uſque ad 65. *ex Vlpiano in l. 3. de cenſib.*

17 Ex quibus iſta dignoſces, vel diſtingues, quæ nutans & hæſitans tractavit *Iuſt. Lipſ. lib. 2. de Magnit. Roman. cap. 3.* ubi optimè notat, capitationis uniformitatem manifeſtam iniuſtitiam continuiſſe.

18 Alia fuit profeſsio ætatis, quæ nativitatis ſcriptura dicebatur, *l. cùm de ætate 13. l. etiam 16. D. de probat. l. 2. §. 1. D. de excuſat. tutor. Alexand. in l. 1. C. ſi minor. ſe mai. dix. Ælius Lamprid. in Antonin. paulò poſt principium.* Et hæc in plurimum à parentibus fiebat, *ex dict. iuribus*; aliquãdo verò ab obſtetricibus, *l. 3. §. quæ autem, D. de Carbon. edict.* &
19 notus eſt *Apul. locus Apolog. 2.* Nec quẽquam latet profeſsionem iſtam ætatis cauſam etiam fiſci reſpicere, & eâ mediâ notum fuiſſe à quo tempore quiſq; cenſum eſſet penſurus, *d. l. 3. de cenſ. Budæus in l. cùm de ætate, D. de probat. fol. 755. Iuven. ſat. 9.*

20 Alia demùm fuit profeſsio ſtatus ab Imperio M. Antonini (qui primus eam Romanis cõſtituit, *ex Iul. Capitolino relato ſuprà*) quæ ſtatum & conditionem cuiuſque civis continebat, *l. Imperatores 29. §. 1. D. de probat. l. ſtatum, C. de fide inſtrum. l. nec natales 10. l. nõ epiſtolis 13. l. non nudis, C. de probation. l. nec probatio 6. C. de teſtam.* & profeſsio iſta apud Præfectos Ærarij ad normam præcedentium fiebant, *ex Capitolino ſuprà,* & notavit *Duaren. ad tit. de probat. poſt med. Carrança de partu, cap. 5. ſect. 3. num. 102.*

21 *Donatus* adſeverat fateri rei eſſe nõ teſtis, graphicè *Terẽt. in Eunuch. Vidiſtin fratrẽ Chæream? P. Non poteſt ſine malo fateri, Video. Cicer. 3. Tuſc. Vt victum quãdoque ſe fateretur. Senec. lib. 3. controv. 23.* ibi: *Confitendum eſt vitium noſtrum. Cornel. Tacit. lib. 1. Annal.* ibi: *Rurſum Gellius etenim vultu offenſionem coniectaverat, non idcircò interrogatum ait, ut divideret, quæ ſeparari nequeunt, ſed ut ſua confeſſione argueretur.*

22 Ex quo dimanat, culei pœnam non niſi in eos dari ſolitam veteribus temporibus, qui proprio ore parricidium confeſsi fuiſſent, quod *Sueton. in Auguſto cap. 33.* in vſu fuiſſe demonſtrat, dum eius lenitatem commendans, inquit: *Manifeſti parricidij reum ne culeo inſueretur, quòd non niſi confeſſi afficiebantur hac pœna, ita interrogaſſe: Certè patrem tuum non occidiſti? Covar. in Clem. ſi furioſus, in initio 2. p. num. 12. Cuiac. in paratitl. C. de ijs, qui par. Petr. Gregor. lib. 36. ſyntagmat. cap. 24. num. 6.*

23 Contrarium & verius profitetur *Solorean. de parricid. lib. 2. cap. 17. fol. 188.*

24 His ſic notatis dici debet, quòd cõfeſsio aut ſpotanea eſt, aut extorta: ſpõtanea dicitur, quæ ſpontè, nulloque cogente fit, & appellatur voluntaria, quãvis facta in iudicio, cùm nullo procedẽte iuſſu, aut mandato procedat, *Menoc. conſ. 32. num. 40. Alex. Ludoviſ. deciſ. 360.*

nium.

num 4. quæ etſi difficilis, cōfeſsione tamen partis probatur, *cap. 2. de ord. cognit. Mogoll. cap. 10. §. 6. num. 7.*

25 Hinc advertas, quòd ex ſpontanea confeſsione pœna minuitur, *Marc. Ant. var. lib. 3. reſol. 35. num. 2. Barboſa in cap. innotuit, num. 4. de elect.* & ſpontè confeſſo non eſt defenſio deneganda, *Pedroch. conſ. 36. num. 336.*

26 Vnde ſpontanea confeſsio non nocet reo, niſi pluries in ea perſevetaverit, *Barc. deciſ. 140. num. 14.*

Extorta verò confeſsio originem quidem coactam voluntatem ſubſequentē habet, *per tit. D. de quæſtio.* quæ quidem ex tormentorum gravitate procedit, *Torquemus*, inquit *Donat. homines, extorquemus veritatē. Heliodor. lib. 8. Æthiop. fol. 391. Et ò præclara* (inquit) *ſiquidem vivit Theagenes, dico me eſſe inſontem huius cædis, ſin aliquid illi accidit tuis impijs conſilijs, nihil eſt tibi opus, ut ullis tormentis à me confeſſionem extorqueas.*

27 *Tormenta duas partes habere*, oſtendit *Quintilian. lib. 5. Inſtit. Orat. cap. 4. Alterā partem vocare quæſtionē veram fatendi neceſsitatem, alteram ſæpè etiam cauſam falſa dicendi, quod alijs patientia facilè mēdacium faciat, alijs infirmitas neceſſarium.* Verè ſuperbi Tarquinij, & etiam Tyranni hoc immanioris inventum tormentis inquiri veritatē, quam nec qui pati proferet, nec qui pati non poterit. Nam, ut ait *Prudens Mimus, etiam innocentes cogit mentiri dolor. D. Aug. lib. 19. de Civit. Dei cap. 6.* ibi: *Si enim ſecundùm iſtorum ſapientiā delegerit ex hac vita fugere, quàm diutius illa ſuſtinere tormenta, quod non commiſit, commiſiſſe dicit. Quo damnato, & occiſo utrum nocentem, an innocentem iudex occiderit, adhuc neſcit, quē ne innocentem neſciens occideret, torſit, ac per hoc innocentem ut ſciret, torſit, & dum neſciret, occidit: ubi Vives in comm.*

28 Quod agnoſcēs *Vlpian. in l. 1. §. quæſtioni 23. D. de quæſt.* ſtatutum eſſe aſſerit, *non ſemper fidem tormentis, nec tamen nuſquam adhibendam fore: etenim res eſt fragilis, ac periculoſa, & quæ veritatem fallat; nam plerique patientia, ſive duritia tormentorum ita tormenta contemnunt, ut exprimi ei veritas nullo modo poſsit; alij tantæ ſunt impatientiæ, ut quivis mentiri, quàm pati tormenta velint; ita fit, ut etiā vario modo fateantur, ut non tantùm ſe, verùm etiam alios criminentur. Prad. in Pentecontarch. cap. 9. Menoch. conſ. 283. num. 18. Torreblanc. de Mag. lib. 3. cap. 29. à num. 1. Zanger. de quæſt. ſeu tortur. reor. cap. 5. num. 24. & 25.*

29 Hinc confeſsio metu extorta nō præiudicat confitenti, eleganter *Graſſ.* cum infinitis, *except. 11. n. 86. Marius Giurb. conſ. 8. num. 14. Bargal. de dol. lib. 1. cap. 5. à num. 39. Intrigliol deciſ. 12. num. 13. Trent. conſ. 20. n. 13. Delrio diſq. Mag. lib. 5. ſect. 11. Faber in ſuo Cod. lib. 9. tit. 21. defin. 8. in alleg. num. 5. Torrebl. lib. 3. de Mag. cap. 28. num. 29 & 30. Tuſch. pract. litt. M. concl. 216. num. 16.*

30 Imò nec prodeſt, ut probatur *Exod. cap. 10. verſ. 17. cū ſeq.* ubi legimus Moyſen dixiſſe Pharaoni, quòd ſi Deo ſe ſubijci, & ſacrificium mittere nolebat; locuſtis erat percutiendus, quę totam herbam funditùs everterent, & corroderent; qui cùm monitionem contemneret, corque induraret, ſupplicium in ſuo Regno ſenſit. Locuſtæ enim id conſumebant, & devaſtabant, & ut ruinæ terrificæ progreſſum detinêret, ſe delicta patraſſe confeſſus eſt; quam confeſſionem, cùm lubens non effecerit, aliâ plagâ percuſſus eſt.

31 Similiter etiam coacta fidei confeſſio nō facit Catholicum, *Scacc. de commerc. §. 1. quæſt. 7. par. 2. ampl. 19. num. 67. verſ. Ratio eſt, S. Greg. Nazianz. orat. 8. Oleaſt. in cap. 15. Exod. Chryſol. ſerm. 56.*

Quod quidem ampliandum eſt in teſtium depoſitione, quæ non tenet in præiudicium, cùm fuerit extorta, *Baiard. ad Clar. §. fin. q. 55. num. 33. S. Aug. lib. 22. de Civit. Dei cap. 29.*

32 Cui adſtipulatur, quòd confeſsio facta à patre timore torturæ filio inferendæ non nocet, *Ricc. deciſ. 186. num. 3. p. 1.*

Quia

Quia parentes magis patiuntur in filijs, quàm in ſe ipſis, ut in §.*ult.Inſtit.de noxal.*ibi: *Per filÿ corpus pater magis quã filius periclitetur.* Vnde etiam metus filio illatus patri illatus magis eſſe cenſetur, ut habetur *in l.iſti quidem 8.D.boc tit. P.Pet. Moral.in cap.1. Matth.lib.3. tract.13. num.5.fol.541. Salvian.lib.8. de gubern.Ioan.Pined.de rebus Salom. lib. 6.cap.13.num.8. Lara in comp. vitæ hom. cap.1. num. 36. cum ſeqq. Paſch.de virib. patr. poteſt.1.par.1.cap.*

33 Pendente appellatione à tortura cõfeſsio extorta nulla & inefficax eſt, *Ricc. deciſ. 92. num. 4. par. 2. Salgad. de Reg. protect. par.2.cap.1.num.103.*

34 Obſervandum eſt, credi iudici cum notario aſſerenti reum confeſſum fuiſſe ſpontè, non metu tormentorum, etiam ſi reus neget, *Raudenſ. de Analog.cap.31. num.69.*

35 Sicut autem non valet confeſsio in tortura facta, ita nec tormentorum metu præſtita effectũ ſortiri debet, *Marta conſ.42.num.16.*

36 Ad hoc ut reus examinatus cum torturâ, & confeſſus delictum contra ſe, & alios poſsit condemnari, opus eſt perſeverantiâ & ratificatione extra tormenta, nec aliter dicta confeſsio ſufficit, *Caball.cent.1. caſ.32. à num.10. cum plurib.* cùm per ratificationem ſpontanea videatur, licèt interpretativè, & non verè, *Franch. deciſ.638. num.6.* eleganter *Ian.Langlæus lib.9.ſemeſt.cap.2. toto, Guaz.defenſ.30.num.34.cum ſeqq. Anton. Merend.lib.5.contr.cap.7.*

37 Tamen ratificatio adeſſe debet apud alium locum extra conſpectum torturę, *Guid. Pap. deciſ.339.* (aliàs confeſsio facta, & illius ratificatio erit nulla, *Farin. deciſ.111.*) & conſtare etiam de perſeverantia interveniente per intervallum unius diei naturalis poſt torturã, *Franc. Marc.deciſ.155. par.*2. *Papon.lib.24. tit. 9.arreſt.9.Matth.Coller.deciſ.Germ.100. Ricc.coll.1178.par.4. Petr.Gregor.lib.4. ſyntagm.cap.12.num.26.Matienç.Iun.in cap.2.de præſumpt.num.61.*

38 Confeſsio enim perſeverata habetur pro ſpontanea, ut ſentiunt *Bart. in l. 2. num.3.C.quor.appell. Scacc.de iudic.lib.1. cap.97.ſub num.118. Salgad.de Reg. protect.1. par. cap.14. à num.14. cum pluribus ſeqq.*

39 Ex quo inferas, confeſsionem factam per nobilem in tortura iniuſtè illata nullam ipſo iure eſſe, etiam ſi poſteà eam ratam habuerit, cum multis *Narbon.in l.61.gloſſ.1.num.9.tit.4.lib.*2.*Recop.*

40 Non parum meminiſſe iuvabit confeſsionem minoris extortam per tormenta in caſibus permiſsis valêre, etiã ſi minor curatorem non habuerit, *Menoch.conſ.100. num.139. & 140. Grivell. deciſ.Dolan.39.num.6. & ſeqq.*

41 Denique minor ex ſuâ confeſsione poteſt condemnari; ceſſat autem confeſsio, ſi vi, vel metu fuerit extorta, & ſic tunc reſtituitur, *l.certum.§.in pupillo, D. de confeſſ.* eleganter *Sarmient. lib.3. ſelect.cap.13.num.8.& 10.in fin.*

42 Sub pœnâ Brevis *Pÿ IV.* comprehenduntur confeſſarij, qui verba amatoriâ ad fœminam dirigunt, ſeu ſignis, aut tactibus ad turpes actus pelliciunt. Docent *Acuña de confeſſ.ſollic.quæſt.7.num. 6.& quæſt.1.num.14.Freitas ibi d.quæſt. 7.num. 17. Paramo de origin. S. Inquiſ. lib.3. quæſt.10. num.116.& 118. Ioann. Sanch.diſp.11.num.21.*

43 Verùm ſi vocatus confeſſarius ad ægrotantis fœminæ confeſsionem, ab ipſa ſollicitaretur minas ſuperaddendo ſe exclamaturam vim ſibi ab illo inferri, niſi conſentiat, ſicque ipſe ob vitandam infamiam actui impudico conſenſum prę ſtet, non erit locus conſtitutioni, *Acuña quæſt.9.n.9.Graffis de pœnit.& remiſſ.conſ.7.num.1.Ioã.Sanch dict.diſp. 11.num.30.*

44 Sic ſi probabiliter timetur magnum damnum corporis, aut famæ, excuſatur quis ab integritate confeſsionis, *Paramo de origin.S.Inquiſ.lib.3.quæſt.10. n.7. Navarr. in Manual. cap. 7. num. 4. Sot. d.18. quæſt.2.& 5. ad 3. Pet. Soto de confeſſ. lect. 10. Adrian. de confeſſ.q. 1. §. ſed ori-*

oritur, ex his *Medina quæſt. 12. de integrit. ſerv. D. Thom. diſt. 17. quæſt. 3. ad 5.* Quia habet ius tuendi famam, *Dian. tract. 4. de Sacram. reſol. 151. fol. 121.*

Hoc ampliandum eſt; quòd non ſolùm in hoc caſu excuſatur ab integritate confeſsionis, ſed tunc differenda eſt tota confeſsio, & omittenda, & quando non adeſſet alius Sacerdos, & inſtaret præceptum communicādi, poſſet cum ſola contritione, *Dian. tract. 4. de Sacram. reſ. l. 75.* ita *Navarr. cap. 17. num. 102. Sot. lib. 5. quæſt. 6. art. 7.* & colligitur ex *D. Thom. 2. 2. quæſt. 69. art. 4. ad 2. ibi Caietan. art. 3. ad 1. Covarr. lib. 3. vartar. reſol. cap. 2. à num. 10. Paramo ubi ſup. numer. 8. & 9.*

45 Tandem quando dicatur metu extorta confeſsio, ex quibus talis præſumatur, fusè diſpungit *Farin. dict. quæſt. 83. cap. 2. & conſ. 16. tom. 1. ubi Additio.*

46 Non leviter controvertitur, an ſit licita revelatio confeſsionis pro tuenda vita, aut ſaltim aliqua indicatio?

Gabriel diſtinct. 21. quæſt. 1. art. 3. credidit, præceptum ſigilli non obligare cum periculo vitæ ipſius confeſſarij; eò quòd poſitivum divinum ſit.

Sed affirmant *Sylveſt. verb. Confeſſio 3. quæſt. 19. Vazq. 3. par. quæſt. 90. art. 4. dub. 9. in princip.* Omnes enim communiter docent obligationem ſervandi ſecreti naturalis non obligare cum periculo propriæ vitæ, ſecùs autem obligatio ſigilli.

47 Rationem huius doctrinę inquirere difficile eſt, ſed omiſsis varijs opinionibus, ego ſupponendum puto eam eſſe regulam ſervandam in præceptis naturalibus; nam hæc aliquando verſantur circa rem adeò intrinſecè malam, ut nullâ tuendæ vitę neceſsitate poſsint excuſari, quominùs ſemper remaneat malum, ut iurare falſum, cuius malitia conſiſtit in mendacio, & ideò non obſtante quocunque periurio ſemper erit peccatum; idem eſt conſpuere Euchariſtiam, & ſimilia. Et ita ut videamus, an præceptum naturale obliget cū periculo vitæ, conſideranda eſt circunſtantia, quæ requiritur ad illius malitiā, an propter periculum imminens tollatur, vel non? Vnde eſt, quòd etſi ſervare ſecretum ſit præceptum naturale negativum non revelandi, non tamen obligat cum periculo vitæ; nam ſuppoſito periculo, tollitur circunſtantia neceſſaria, ut hoc præceptum obliget; deficit enim iuſtitia ſervādi ſecreti propter iniuriam, quam ipſe mihi irrogat.

48 Secundò, ſupponendum eſt circa poſitiva, quòd etſi Legiſlator poſsit obligare ad obſervantiam legis cum vitæ periculo, præcipuè Deus; non tamen intelligimus ita aliquem obligari, niſi quando maius bonum æſtimatur obſervatio præcepti, quàm vita. Sic enim poteſt Princeps legem ferre, ut in bello miles non fugiat etiam cum periculo vitæ, quoniam maius eſt bonum totius exercitus, quàm obſervatio vitæ particularis. In alijs verò præceptis poſitivis non ita eſt, ut in lege ieiunij, obſervandorum feſtorum & ſimilium. Idem etiam eſt in pręceptis divinis poſitivis, quoniam cùm potuiſſet Deus præcipere integram confeſsionem etiam cum periculo vitæ, credimus tamē hoc præceptum noluiſſe obligare cum tanto diſpendio, quia nō eſt maius bonum integram facere confeſsionem, quàm ſervare vitam: non enim eſt adeò Reipublicæ Chriſtianæ neceſſarium, ut vitæ ſit anteponendum.

49 Quod ſecus eſt in ſigillo, in quo etſi potuiſſet obligare non plùs quàm naturali ſecreto, credimus tamen diſtante ratione obligaſſe, ut in omni caſu, atque eventu debeat obſervari: oportuit enim ſecuros reddere pœnitētes in omni eventu de ſecreto confeſsionis. Cùm ergo hoc ſit maius bonum, quàm vita particularis, intelligimus obligare cum periculo ipſius: ita eleganter acutiſsimus, & nunquam ſatis pro meritis laudatus *D. Ioannes Valboa de Mogrobejo in cap. omnes, num. 45. de pœnitent. & remiſſ.*

Du-

50 Dubium eſt in prædicta ſpecie, qualiter ſibi poſſet conſulere confeſſarius, & an poſsit fugere? Et puto non poſſe, ſi aliàs ex fugâ ſequeretur revelatio cõfeſsionis, ut conſtat ex dictis: hoc enim præceptum obligat etiam ad hoc, ut confeſſor nec etiam indicium præſtet confeſsionis, ut probat *text. in cap. omnis*, ibi: *Caveat autem omnino, ne verbo, aut ſigno, aut alio quovis modo aliquatenus prodat peccatorem, de pœnit. & remiſſ.* quare *Soto de ſecreto, memb. 1. quæſt. 3.* docet, hanc doctrinam procedere, quãdo ex fuga proderetur confeſsio; nam ſi celari poſſet fuga aliquã ratione, poſſet fugere proculdubio.

Ex quo patet, confeſſarium, qui ex confeſsione novit necem alicui parari, aut proditionem imminére civitati, nõ poſſe proditionem civitati futuram, aut necem alteri impendentem manifeſtare, quoties periculum eſt, ut auctor detegatur, & rei deprehendantur. Præciſo verò huiuſmodi periculo admonendus eſt in genere, is, cui periculum imminet, ut ſibi conſulat cavendo peccata, quę ſolent evenire; hoc tamen intelligendum eſt, ſi confeſſarius nequeat delinquentem à peccato retrahere; nã ſi valeat ipſum à peccato retrahere, nõ eſt, cur ullam admonitionem faciat illi, cui malum impendet, cùm ceſſet periculum damni per correctionem confeſſarij datam pœnitenti, *Reginald. lib. 3. num. 9. 12. 14. 18. & 19. Hieron. Onuph. de ſigill. ſect. 2. quæſt. 2. dub. 2. verſ. Sequiquitur quartò, & ſect. 4. q. 6. verſ. Sequitur ſecundò, Delrius lib. 6. diſquiſit. Magic. cap. 1. ſect. 3. verſ. Quoad ſecundam limitationem, Sair. de pœnitent. cap. 32. num. 2. de ſigillo, verſ. Alij ergo omnes, Suar. de Fid. defenſ. lib. 6. cap. 3. num. 11. Bonac. de pœn. ſac. diſp. 5. quæſt. 6. ſect. 5. punct. 4. prop. 2. num. 18. 19. & 20. fol. 151. col. 1. tom. 1.*

SVMMARIVM.

1 DONATIO *dicitur à doni datione.*
Trahitur à Græco Doron.
2 *Antidora dicebantur remunerationes.*
3 *Si à promiſſione incipiat, non eſt donatio.*
4 *Traditione perficitur.*
5 *Adducitur Martial. & 6.*
7 *Donum à donando dictum eſt, & ſeparatur à munere. & 8. 19.*
9 *Munus accipitur pro dono.*
Munera mitti, & dari dicuntur.
10 *Dictum munus ab eo, quòd qui mutuo animo ſunt, id dant officij gratia.*
11 *Carpitur pro onere. & 12.*
13 *Pro officio accipitur.*
14 *Pro ſpectaculis, ſeu ludis.*
15 *Munus gladiatorium.*
16 *Munerarius ſpectaculi exhibitor.*
17 *Munera, id eſt ludi, fiebant in funeribus.*
18 *Odores lancibus portabantur.*
20 *Donum pro munere habetur.*
21 *Qui munera prebet, liberalis dictitatur.*
22 *Definitur donatio. & 23. 24.*
25 *Vera definitio traditur.*
Comprobatur, ibi.
26 *Donatio eſt contractus nominatus.*
27 *In donatione voluntas donantis requiritur.*
28 *In omnibus contractibus conſenſus eſt neceſſarius.*
29 *Donatio dicitur actus merè voluntarius.*
30 *Non præſumitur animus donandi, in eo qui neceſſitate facit.*
31 *Metu facta donatio non valet.*
32 *Etiam reverentiali.*
Metus præſumitur in donatione facta patri per filiam.
33 *Dolus, & malæ artes annullant donationem.*
34 *Importunitas vitiat donationem.*
35 *Princeps conceſſa ob importunitatem revocat.*

Ab

36 *Ab importuno niſi per miraculum non liberamur.*

37 *Donatio remuneratoria prætextu metus non reſcinditur.*

38 *Donatio ob merita ob ingratitudinem non revocatur.*

39 *Tenemur benefacienti benefacere.*

40 *Conventio inter duos, ut alter alterum à periculo liberet, valida eſt.*

41 *Tenet promiſſio, ſeu obligatio facta à captivo pro ſe, & alijs.*

42 *Conſideratio ad Vlp. præter Pinell.*

43 *Vt hoc edictum locum habeat, metus ab eo, cui fit obligatio, debet imponi, vel fraudem participare.*

44 *Intellectus Vlpian. & 45.*

46 *Donationes factæ à Rege oppreſſo non valent.*

47 *Donationes Regis Enrici IV. à 15. die menſis Septembris, anno 1464. non tenent. & 48.*

49 *Quãta ſubiectione dictus Rex regnaverit, ex Chronicis Hiſpanis probatur. uſque 51.*

52 *Donationes lædentes Coronam Regiã damnantur, & revocantur etiam in remunerationem factæ. & 54.*

53 *Galba donationes Neronis revocavit.*

55 *Renuit Menoch. in dictis donationibus Enrici IV. & 56.*

57 *Donationes à Principe factæ in remunerationem liberè revocari non poſſunt.*

58 *Niſi iuſta cauſa.*

59 *Quæ quidem debet probari.*

60 *Princeps donans propter benemerita tenetur de evictione.*

61 *Donationes factæ à Rege Enrico II. nullæ ſunt.*

62 *Donatio comminatoria non ſubſiſtit.*

63 *Donatio in tertio irrevocabilis eſt.*

64 *Explicatur l. 1. de donation.*

65 *Comminatio eſt præambulum executionis.*

66 *Ex diſpoſitione nulla voluntas probatur.*

67 *Donatio facta in fraudem fiſci, & metu pœnæ poteſt revocari.*

CAPVT III.

De Donatione.

1 DONATIO nomen & originem ſumit, & deducitur à *doni datione*, *l. Senatus 35. §. 1. D. de donat. cauſa mort. Roland. conſ. 50. num. 19. vol. 3. Vbeſemb. in paratitl. D. eod. num. 2.* & dicta quaſi doni datio tracta à Græco DORON. Græci enim Antiqui *Doron* palmum vocabant; & ideò *dora*,
2 muneră, quia manu darentur. Vnde & Antidora; dicebant remunerationes, id eſt contrarias donationes, *l. ſed ſi lege 28. §. conſuluit, D. de petit. hered. Plin. lib. 35. cap. 14. Conan. lib. 5. cap. 9. num. 2. poſt Accurſ. Bart. Cuman. & alios in dict. §. Senatus, Curt. lib. 1. collect. cap. 19. Ant. Cont. lib. 1. diſp. cap. 12. Covarr. in Rubr. de teſtam. num. 2.*

3 Ex quo ſequitur, quòd ſi à promiſſione incipiat, donationem propriè dici non poſſe, *Bart. in l. iuris gentiũ, in princ. verſ. Nunc ad propoſitum, D. de pact. & in l. ult. num. 8. D. de condict. ob cauſam, Corn. conſ. 141. num. 8. & 9. lib. 2. Mant. de tacit. & ambig. convent. tom. 2. lib. 13. tit. 1.*
4 *num. 2.* Nam non promiſſione, ſed traditione, & rei interventu perficitur, *Ant. à Padill. in l. naturalis, in princip. num. 25. D. de præſcript. verb. Pichard. in princ. Inſtit. de donat. num. 5.*

5 Et confirmari videtur ex eo, quòd non minùs feſtivè, quàm eleganter ſcripſit *Martial. lib. 10. Epigram. 16.* ubi ſic inquit:

Si donare vocas promittere, nõ dare, Cai:
Vincam te donis, muneribuſque meis.
Accipe Callaicis quicquid fodit Aſtur in arvis,
Aurea quicquid habet divitis unda Tagi,
Quicquid Erythræa niger invenit Indus in alga,
Quicquid & in nidis unica ſervat avis,

Quic-

Quicquid Agenoreo Tyros improba cogit ahæno;
Quicquid habent omnes, accipe, quo modo das.

6 Quibus carminibus voluit iocari ſolùm in Caium, & amicè oſtēdere exigui momenti eſſe donationes, quæ nudâ ſeu ſimplici promiſsione ſolùm emittuntur, nec unquam reducuntur ad actū, ſeu executionem, quâ perficiuntur.

7 Donum tamen à *donando* dictum eſt, *l. inter donum. 194. D. de verbor. ſignific.* quod à munere ſeparari tanquam genus à ſpecie dicit *Conſultus in l. munus 214. D. eod. Iaſ. in l. 1. num. 4. C. de bonor. poſſ. contr. Tabul. Laur. Vall. lib. 6. eleg. cap. 39.* dilucidè *Alciat. diſpunct. lib. 3. cap. 13. Oſuald. in Donell. lib. 14. cap. 26.*

8 Præter quos probant expreſsè *text. in l. ſolent 6. §. fin.* ibi: *Et quod mandatis continetur, ne donum vel munus ipſe Proconſul, vel qui in alio officio erit, accipiat, emátve. D. de offic. Proconſ. l. plebiſcito 18.* ibi: *Munus, donum caperet, D. de offic. Præſid. l. qui libertinus 37.* ibi: *Doni, muneris aliúdve quicquam; l. Campanus 47.* ibi: *Donum munus, D. de operis libert.* Adnotat *Ovid. de Arte:*

Munera crede mihi, placant hominesque, Deosque,
Placatur donis Iupiter ipſe datis.

Senec. de benef. lib. 6. cap. 1. ibi: *Aliud munus, aliud ipſa donatio.*

9 Munus quatuor modis accipitur. Primò, pro dono, probatur *Matth. 2.* ibi: *Et apertis theſauris ſuis obtulerunt ei munera aurum, thus, & myrrham. Virgil. 11. Æneid.*

---- Cumulatque altaria donis.

Et inferiùs:

Munera portantes eborisque, aurique talenta.

Coripp. lib. 4.

Egrediens Princeps ſacra trabeatus in aula,
Divitias vulgo ſolenni munere donans,
More nivis ſparſurus erit.

Vnde munera dari, & mitti dicuntur, comptiſsimè *Martial.* Endromidis uſu exequens, *lib. 4. Epigramm. 19.*

Hanc tibi Sequanicæ pinguem textricis alumnam,
Quæ Lacedæmonium barbara nomen habet.
Sordida ſed gelido non aſpernanda Decembri,
Dona peregrinam mittimus Endromida.
Seu lentum ceroma teris, tepidúmve trigona,
Sive harpaſta manu pulverulēta rapis:
Plumea ſeu laxi partiris pondera follis;
Sive levem curſu vincere quæris Athā:
Ne madidos intret penetrabile frigus in artus:
Neve gravis ſubita te premat Iris aqua.
Ridebis ventos hoc munere tectus, & imbres.
Nec ſic in Tyria ſindone tutus eris.

Pſalm. 71. ℣. 10. ibi: *Reges Tharſis, & Inſulæ munera offerent, Reges Arabum, & Saba dona adducent.*

10 Dictum munus, ut inquit *Varro*, ab eo, quòd qui mutuo animo ſunt, id dant officij gratiâ, *Plaut. in Truc. Meliùs te munere certare mecum, quàm minerijs, Terent. in Eunuch. Munus noſtrum ornato verbis, quod poteris.*

11 Secundò, pro onere, quod cùm remittitur, vacationem militiæ præſtat: nam munera publica ſine labore exercitari nequeunt, *l. 1. §. illud 3.* ibi: *Illud tenendum eſt generaliter, perſonale quidē munus eſſe, quod corporibus, labore cum ſollicitudine animi, ac vigilantia ſolenniter exiſtit. D. de muner. & bonor. l. 18. §. 1.* ibi: *Perſonalia ſunt, quæ animi proviſione, & corporalis laboris intentione ſine aliquo gerentis detrimento perpetrantur,*
12 *veluti tutela, vel cura. D. eod.* Vnde immunitas, & immunis appellantur *toto tit. D. de iure immunit. Plin. lib. 16. cap. 4. Vacatio munerum omnium ipſi, patrique, & avo paterno conceſſa*; eleganter *alijs* laudatis *P. Petr. Gam. acurt. de immun. Eccleſ. lib. 1. cap. 2. num. 1.*

13 Tertiò, pro officio, ex quo munera mi-

militaria vocantur, & milites quidam Municipes dicuntur, qui in civitatem recepti munera cum civibus faciunt, id eſt officia; advertit *Cicer. Eiuſque virtutis hoc munus proprium*: & *ad Brut. lib. 11. Tuum eſt munus, tuæ partes*; & *3. in Verr. Oſtendit illud munus non eſſe ſuum*.

14 Quarrò pro ſpectaculis, ſeu ludis, qui à Principe Populo muneris loco exhibentur, *Sueton. in Cæſar. cap. 75.* ibi: *Beſtias quoque ad munus populi comparatas trucidarant. Martial. lib. ſpect. Epigr. 6.*

Priſca fides taceat, nam poſt tua munera Cæſar
Hæc iam fœminea vidimus acta manu.

Tertullian. adverſ. Gent. ibi: *Qui munere in arena noxiorum iugulatorum ſanguinem recentem de iugulo decurrentem exceptum avida ſiti comitiali morbo medentes hauſerunt. Apulei. lib. 10. Munus gladiatorium triduanis ſpectaculis pollicitus. Virg. 5. Æneid.*

Ipſa egomet dudum Beroëm digreſſa reliqui
Ægram indignantem, tali quod ſola careret
Munere. ----

Eleganter *Budæus in Annot. reliquis, fol. 260. Lactan. lib. 6. cap. 20.*

15 Munus gladiatorium nuncupabatur, cùm in ſpectaculis multa gladiatorum paria demonſtrabantur, *Sueton. in Cæſar. cap. 39.* ibi: *Edidit ſpectacula varij generis, munus gladiatorium, ludos etiam regionatim Vrbe tota.* Et *in Tito cap. 8.* ibi: *Populum in primis univerſum tanta per omnes occaſione comitate tractavit, ut propoſito gladiatorio munere, non ad ſuum, ſed ad ſpectantium arbitrium editurũ ſe profeſſus ſit.*

16 Hinc munerarius, ſpectaculi exhibitor. *Sueton. in Domit. cap. 10.* ibi: *Patremfamilias, quod Thracem mirmillioni parem, munerario imparem dixerat, detractum è ſpectaculis in arenam canibus obiecit. Quintil. lib. 8. cap. 3. Munerariam Auguſtus primus dixit.*

17 Qui quidem ludi etiam in funeribus fiebant; muneraque dicebantur, *Roſin. lib. 5. Antiquit. Roman. cap. 24 ubi Dempſt. in Paralip.* & in eis poſt tubicines progrediebantur, qui munera ferebant proximiorum, & amicorum odores, unguenta, epulas, veſtes, *Tibul. lib. 2. eleg. 4.*

---- Dona malæ feralia pompæ,
Proceditque illis ſtipatũ examine longo
Ver Arabum, Ciliciumque fluit, floreſque Sabai,
Indorumque arſura ſeges. ----

Senec. de brevit. vit. cap. 20. in fin. ibi: *Et ad rogum munera, & ambitioſas exequias. Iul. Labor. var. elucubrat. tit. 2. cap. 3. n. 5. Suet. in Cæſar. cap. 84.* ibi: *Præferentibus munera. Virg. 11. Æneid.* Inquit *Statius lib. 5. ſylv. 1.*

18 *----- Odores lancibus portabantur.*

Propert. lib. 2. eleg. 10.

Vnguenta vaſculis, ſi licernis epulæ,
Ferculis, veſtes fulcris. ----

19 Iam apparet diſcrimen inter munus, & donum, ex dictis nuperis: & ſatis eleganter manifeſtat *Martian. in d. l. munus*, ibi: *Munus propriè eſt, quod neceſſariè obimus lege, more, imperiòve eius, qui iubendi habet poteſtatem. Dona autem propriè ſunt, quæ nulla neceſſitate iuris officij, ſed ſpontè præſtantur; quæ ſi non præſtentur, nulla reprehenſio eſt; & ſi præſtentur, plerumque laus ineſt; ſed in ſumma in hoc ventum eſt, ut non quodcunque munus, id & donum accipiatur, at quod donũ fuerit, id munus rectè dicatur*: ubi eruditè *Dionyſ. Gothofr. in ſchol.*

20 Donum tamen pro munere habetur, & uſurpatur, diſertè *Ovid. lib. 1. de remed. amor.*

Ne properes, oro, ſpatium pro munere poſco,
Quid minus optari per mea vota poteſt?

Virgil. Æneid. 11.

Munera quæ patrijs ad me portaſtis ab oris,
Vertite ad Æneam. ----

21 Quique munera præbet, liberalis dictitatur, & munificus, *Livius lib. 3. bell.*

bell. Macedon. ibi: *Mitis, & munificus amicus fuit. Ovid. 3. Amor. eleg. 5.*

Te Dea munificam gentes ubicunque loquuntur.

Et *4. de Pont. eleg. 5.*

Nec mihi munificas area negavit opes.

22 Quibus cognitis; quid ſit donatio promere, oportet. Varij varias attulére definitiones; ſed meliorem eligam, reiectis alijs, exploſiſq́;, & velut ex Hippolyti antro eruam. *Hoſtienſ. & Azor. in ſumm. de donat. num. 1.* eam definierunt, *ut ſit rei licitæ nullo iure cogente, mera liberalitate facta collatio*: ab omnibus ferè ſecuti, notante *Medic. de defin. 2. par. cap. 54. Ant. Gom. 2. tom. variar. cap. 2. num. 1. Matienç. in l. 7. gloſſ. 2. n. 1. tit. 10. lib. 5. Recop. Alborn. de art. contract. tit. 1.* & videtur probari *ex l. 1. tit. 4. par. 5. l. donari 29. D. de donat. l. donari 83. D. de reg. iur.*

23 Quę definitio etſi communis, falſa tamen eſt, quia mutuo, commodato, & precario convenit, & ſic alij, quàm definito, quod recta definiẽdi ratio à Dialecticis perîta non patitur, *l. 1. §. dolum, D. de dol. Pichard. in diſp. de mora, num. 25. Valaſc. in Axiomat. iur. lit. D. num. 40.* cum pluribus.

24 Neque *dicta lege donari*, aliud ſuadent; nam quamvis donationem ibi definiri cõmunis Interpretum Schola exiſtimaverit, ut reſolvit *Rimin. in Rubr. de donat. n. 11.* verius eſt *I. C.* ibi nihil tradere, quod ad donationis definitionem pertineat propriè, neque impropriè; ſed potiùs ad coniecturam & præſumptionẽ donandi inducendam, nempè, quando quis ſciens, & prudẽs ſe nullo iure tenêri, quidquid alicui conceſſerit, licèt nõ dicat ſe donare, ut præſentit *Revard. ad dict. l. donari, D. de reg. iur.* exemplũ deduci poteſt *ex l. qui fundum 7. §. ſervus meus, verſ. ult. D. pro empt. l. Campanus 47. D. de operis libertor.* Non tamẽ ſi ſimpliciter conceſſerit; quia tunc non eſt inducenda donationis coniectura, *l. cùm de indebito 25. §. ſi verò, D. de probat. Valaſc. cum innumeris in Axiom. iur. litt. D. num. 215. cum ſeqq.*

25 Quare exploſsâ hâc & alijs multis donationis definitionibus, quas *Duar. in paraphr. ad tit. D. de donat. c. 3. Othoman. lib. 1. diſp. cap. 5. Soto lib. 6. de iuſt. & iur. q. 2. lib. 1.* adducũt. *S. Thom. in 1. diſp. 18. q. 1. art. 2.* definit donationem *ex Ariſt. 4. Ethic. cap. 2. Quòd ſit datio irredibilis*; & paucis additis rectè ita definiri poteſt, *ut ſit liberalis, & irrevocabilis rei propriæ dominij translatio*: & *Albert. Magn. lib. 4. Ethic. tract. 1. cap. 1.* loco generis dicimus, *Rei propria dominij translatio*, reliqua verba loco differentiæ notamus, & integra definitio extrahitur *ex l. 1. D. de donat. l. Senatus 35. §. donatio, l. Seia 42. §. fin. D. de don. cauſa mort.* cõſonat *l. 1. tit. 4. p. 5.* explicant *Conan. lib. 5. c. 4. ex n. 3. Valla de reb. dub. tract. 2. num. e. Fortun. Garſ. ad l. iuris Gentium, num. 76. D. de pact. Pichard. in princip. Inſtit. de donat.*

26 Donatio eſt contractus nominatus, quamvis olim inter contractus innominatos numeraretur, quia nomen proprium habet, *l. 1. §. fin. & l. iuris Genteli, ubi gloſſ. verb. Facias, & Bart. num. 2. Alex. num. 6. Iaſ. num. 8. D. de pact.* idem *Iaſ. in l. fin. num. 13. D. de cond. cauſ. dat. Gom. in §. in perſonã, à n. 40. Inſtit. de act. Rip. in l. fin. à num. 121. C. de revoc. don. Corn. conſ. 101. à princ. lib. 1. Iul. Clar. §. donatio, q. 1. n. 2. Mantic. d. lib. 13. tit. 3. Pichard. in §. actionum, q. 27. n. 51. Inſt. de act. Amaè. lib. 2. obſer. iur. cap. 4. num. 16. Robles de repræſent. lib. 3. c. 12. n. 12. & 14.*

27 Et in donatione voluntas donantis requiritur, §. 1. ibi: *Cùm donator voluntatem ſuam manifeſtaverit; Inſtit. de donat.* quæ conſenſu verificatur, *l. 2. §. voluntatem, D. ſolut. matr. Riminald. conſ. 493. num. 2. vol. 5.* qui ſi non interveniat, & adſit, donatio non poteſt conſiſtere, *l. abſenti, in princip. D. de donat. l. in omnibus, l. obligationum ſubſtantia, §. 1.* ibi: *Itaque ſi quis pecuniam ſuam donandi cauſa dederit mihi, quamquam & donantis fuerit, & mea fiat; tamen non obligabor ei, quia non hoc inter nos actũ eſt. D. de oblig. & act. Fontan. de pact. nupt. tom. 1. clauſ. 4. num. 5. & 6.*

Et

28 Et in omnibus cõtractibus conſenſum neceſſum eſſe palàm eſt, *ex l. conſenſu, & §. 1. D. eod. ubi ex Ariſtot. in ſcholijs, litt.X.* adnotat *Gothofr.* & rationẽ ſuggerit; nimirum, quòd eorum principiũ ſit ſpontaneum.

29 Ideò donatio dicitur actus merè voluntarius, *Oldrad. conſ.139.* cùm etiam nullo iure cogente fiat, *dictis legibus donari, Cardoſ. in prax. verb. Donatio, n. 1. Tuſch. litt. D. cõcl. 622. Camill. Borr. to. 3. ſum. Deciſ. tit. 8. n. 87.* Hinc *Senec. lib. 3. de benef. cap. 19.* ibi: *Beneficiũ id eſt, quod quis dedit, cùm illi liceret & nõ dare. Cic. in Piſon. Orat. 37.* ibi: *Qui modus tibi frumenti æſtimandi? qui honorarij? ſiquidẽ poteſt vi & metu extortum honorarium nominari? Quintil. declam. 7. Omnium beneficiorum iſta natura eſt, ut non ſit neceſſitas, ſed poteſtas quod in honorem alicuius innitum eſt, deſinit privilegiũ vocari poſſe, ſi cogas, cuncta (ſi videtur) iura procurrito nuſquam adeò pro nobis ſolicita lex eſt, ut quod præſtat, extorqueat.*

30 Vnde non præſumitur donandi animus in eo, qui neceſsitate facit, *Caſtr. conſ. 101. lib. 1.* quem ſequtus eſt *Cravet. conſ. 470. num. 13. verſ. Cæterùm, vol. 3. Menoch. conſ. 1184. num. 12. vol. 12.*

31 Quamobrem ſi meticuloſè facta donatio appareat ſubſiſtentiam habẽre, aut effectum ſortiri nequibit, *l. ſi donationis, C. hoc tit. l. fin. tit. 4.* ibi: *E ſobre todo dezimos, que ſi el ome fizieſſe donacion, por premia que le fizieſſen, ò por miedo que ovieſſe que le matarian, que tal donacion como eſta, que non valdria. part. 5. ubi Gregor. Lop.* comprobant *Roman. conſil. 28. num. 8. Roland. conſ. 2. num. 47. cum ſeqq. vol. 1. Sebaſt. Medic. de fortuit. caſib. 1. par. quæſt. 7. num. 8. Alciat. conſil. 162. à num. 8. cum ſeqq. Bertrand. conſil. 72. num. 2. vol. 3. part. prioris Card. Tuſch. litt. M. concluſ. 221. num. 1. Anton. Fab. in ſuo Cod. lib. 4. tit. 3. definit. 1. in alleg. num. 1. Aſcia. deciſ. 86. Ioann. Mar. Novar. collect. 159. num. 6. in pulchro caſu, Mainard. deciſ. 73. tota, lib. 3. Camill. Borrell. tom. 3. ſumm. deciſ. tit. 21. num. 92. Valenç. Velazq. conſil. 29. à num. 26. cum ſeq. Ramon. conſil. 96. num. 24. Paul. Staiban. conſil. 7. num. 7. cum ſeq. Monter. à Cueva deciſ. 45. num 15. cum ſeq. Velaſc. de privil. paup. 1. par. quæſt. 54. num. 11.* & in foro conſcientię, *Bonac. (ex Caietan. 2. 2. quæſt. 32. art. 7. Azor 3. part. lib. 4. cap. 23. quæſit. 2. Rebell. 2. part. lib. 1. quæſt. 5. num. 15.) de contract. diſp. 3. quæſt. 1. punct. 2. §. 2. & 5. Baſil. de matrim.* elegantiſsimè *lib. 4. cap. 6. à num. 3. cum ſeqq.*

32 Quod etiam locum habet, ſi nimia reverentia intercedat, *l. 1. §. quæ onerandæ,* ibi: *Si metu vel nimia reverentia, D. quar. rer. act. non detur,* eleganter *Bald. conſ. 108. num. 7. vol. 3. Celſus Hugo,* eruditè, *conſ. 117. n. 2. Fulv. Pac. de probat. lib. 1. cap. 29. num. 21. Hippol. Mai. 1. p. conſ. 18.* Quare metus præſumitur in donatione facta per filiam patri, cum multis *Tiraquel. in legib. connub. gloſſ. 5. num. 36. Farin. in fragm. crimin. 2. part. litt. M. num. 134.*

33 Et cùm in donatione requiratur conſenſus, hoc intelligitur de libera volũtate. ideòque metu intercedente non valet, ex ſuprà congeſtis; vel ſi dolus donatarij cauſam dederit, *l. elegãter, in princip. & ibi DD. D. de dol. Socin. Iun. conſ. 8. num. 8. verſ. Fateor tamẽ, lib. 4.* vel malis artibus extorqueatur, ut latè oſtendit *Decian. conſil. 32. per totum, vol. 3.* Ceſſat enim in decepto, & compulſo conſenſus, ſine quo nec donatio cõſiſtit, *l. ſi Præſes 8. l. nec ignorans 10. C. de donat. Mantic. dict. tit. 3. num. 1. Ioan. Ant. Bellon. conſ. 18. num. 43.*

34 Et non ſolùm donatio per metũ, vel reverentiam facta non ſubſiſtit; ſed etiam ea, quæ per importunitatem fuerit conceſſa, *Bald. & Barbat. in cap. cùm adeò, in fin. de reſcriptis, Matienç. in l. 15. gloſſ. 8. ubi Azeved. tit. 10. lib. 5. Recop.* Nam obtenta per importunitatem æquiparantur obtẽtis per metũ, *cap. petitio,* ibi: *Vel precibus importunis, vel metu, qui caderet in cõſtantẽ virũ, extr. de iureiur. Baer. deciſ. 101. n. 20. Vital. de Cãbanis*

in tract.clauſ.tit.de metu Tyran. pag.450. in parv. Innoc. in cap. petitio, de iur. iur. Luc.de Penn.in Rubr. C. de aur. Coron. in fin lib.10.& in l. prædia, C.de locat. prædior.civ.lib.11. col.9. verſ.2. Ioan. Mat. in l.17. gloſſ.6. tit.10. lib.5. Recop. Theſaur. deciſ.32. num. 11. Ioan. Bapt. Coſta de fact. ſcient. & ignor. centur.2. diſt.91. in conſ.ibi poſito, Baſil. de matrim. lib.4. cap.12. num. 5. Auguſt. Barboſ. cap. ſunt qui opes, num.3. 17. quæſt.4. Petr. Pech. de teſtam.coniug.lib.1.cap.9.num.9. Sāch. lib. 4. diſp. 7. num.4. cùm ea videantur fieri invito dante, *cap. audacter 8. quæſt. 1. ubi gloſſ. 2. ibique Auguſt. Barboſ. cap. unuſquiſque 22. quæſt. 4.* elegans *text. in l. ſi privatus*, ibi: *Si privatus coactus à Populo manumiſerit, quamvis voluntatem accommodaverit, non erit liber. Nam & Divus Marcus prohibuit ex adclamatione populi manumittere, D. qui & à quibus, gloſſ. in l.29. tit.18. par.3. Baſil. lib.4. cap.5. à num.19.*

35 Et inde eſt, quòd licèt Princeps ab eo donata non revocet, *Authent. de referēd. §.1. collat.2.* quia decet cōceſſum ab eo beneficium eſſe manſurum, *cap decet, de reg. iur. lib.6. Camill. Borr. de Reg. præſt. cap.64. num.64.* & intendit Princeps, quàm perfectum & firmū conferre, ut ita plenior ſit liberalitas, *cap. 1. de donat. Molin. de primog. lib.4. cap.3. n.20.* tamen ſi per importunitatem ſunt cōceſſa, illa revocat, *l.1. C. de pet. bon. ſubl. lib.10.* ibi: *Sed quoniā plerumque ita in nōnullis cauſis inverecūda petentiū inhiatione conſtringimur, ut etiā non concedenda tribuamus, cap. cùm in iuventute,* ibi: *Cōpulſi fuimus non iuris neceſſitate, ſed importunitate petentis, de purgat. can. Palac. Rub. in repetit. Rubr. de donat. §.81. n.7. Azeved. in l.1. n.1. & 2. tit.14. lib.4. Recop. Pet. de poteſt. Princip. cap.32. dubit.2. num.273. fol.569. col.1.*

36 Quod confirmatur ex eo, quod legitur *4. Reg.2.* ubi Elias non ſe potuit liberare ab Eliſei importunitate niſi per miraculū, *S. Hieron.* loquens de muliere Chananęa, dixit, *quod precibus nō potuit, tædio impetravit;* & comprobatur *Iud. cap.16.*

37 Sed utrùm in donatione remuneratoria adſit metus, & poſsit eius prętextu reſcindi, diſcutere debemus. Nā, quod non videtur affirmare *text. in l. metum 9. §. ſed licèt, D. hoc tit.* ibi: *Sed licèt vim factam à quocunque Prætor cōplectatur, eleganter tamen Pomponius ait, ſi quo magis te de vi hoſtium, vel latronum, vel populi tuerer, vel liberarem, aliquid à te accepero, vel te obligavero, non debere me hoc edicto teneri, niſi hāc tibi vim ſummiſi. Cæterùm ſi alienus ſim à vi teneri me nō debere; ego enim operæ potius meæ mercedem accepiſſe videor.* Firmant *Dec. conſ. 691. num.5. Barbat. conſ.11. n.8. in fin. & conſ.44. n.15. vol.2. Roman. conſ.26. n.8. ubi Horat. Mandoſ. in addit. litt. E. cum alijs. Ioan. Garc. in tract. de donat. remun. n.11. verſ. Secundò, Iacob. Rebuf. in l. metū 9. in princ. D. hoc tit. Baſil. de matrim. lib. 4. cap.8. n.15. Diana tract.5. miſcell. reſol. 118. par.3.* ubi tenent, quòd privilegia metu extorta, quandiu tacitè, vel expreſsè non confirmantur, nulla eſſe ipſo iure, niſi ob cauſam & obſequia præſtita compenſationis gratiâ concedātur; hæc enim in eo caſu non proficiſcuntur ex liberalitate.

38 Quod fomentum recipit ex eo, quòd donatio ob merita propter ingratitudinem non revocatur, *l. ſi pater, §. fin. D. de donat. Palac. Rub. in Rubr. de donat. §.50. num. 5. Tiraq. in l. ſi unquam, verb. Donatione, num.12. Boer. deciſ.27. Fortun. in l.1. §. ius naturale, num.62. D. de iuſtit. & iur. Curt. Sen. conſ.66. num.2. Thom. Gramm. deciſ.65. num. 24. Gozadin. conſ.5. num.10.*

39 Horum ratio eſt, quia donatio remuneratoria propriè non eſt donatio; non enim procedit ex merâ liberalitate, ſed ex obligatione pręambulâ, quâ tenemur benefacienti benefacere, *S. Tho. 2.2. q. 107. Lud. Cel. lib.7. lect. antiq. cap.8. Valer. Maxim. lib. 5. cap.3. Senec. de benef. lib.3. cap.6. & 7. Petr. Gregor. ſyntagm. lib.1. cap.1. num.4. & lib.24. cap.5. n 9.*

Alex.

Alexand. ab Alex. lib. 5. Dier. Gen. cap. 1. ubi Tiraq. Oſſuald. in Donell. lib. 12. comment. cap. 2. à litt. O. & pertinet ad titulum oneroſum, & non lucrativum; & habet in ſe cauſam, *l. hoc iure, §. fin. D. de donat. Caſtill. de uſufruct. cap. 2. num. 34. cum alijs*: & ſic reſciſsionem admittere occaſione metus in eâ adhibiti nequit.

40 Tamen non levis difficultas inſurget, ſi animadvertamus, *text. in d. §. ſed licet*, non probare id ad quod laudatur, & ab Scribentibus communiter affertur. Nam ut advertit *Arias Pinell.* eruditiſsimè, *in l. 1. 3. par. num. 61. verſ. Ego contrarium, C. de bon. matern. in dict. §. ſed licèt*, intervênit conventio inter duos, ut alter alterum à periculo liberaret, & certa res liberatori præſtaretur; (quòd licuit *Dec. in l. culpa caret, num. 4. D. de regul. iuris, & in cap. 1. col. 3. num. 7. de offic. delegat.*) & ſic ad conventionem, & non ad donationem ſpectat, *Menoch. conſ. 29. num. 34. vol. 1.*

41 Cui conducit pulcher *text. in l. nam & ſervis 21. D. de negot. geſt.* ubi tenet, promiſsio, ſeu obligatio facta à captivo pro ſe & alijs; nec metus ad reciſſionem valet allegari; ibi: *Nam & Servius reſpondit (ut eſt relatum apud. Alphenum lib. 39. DD.) cùm à Luſitanis tres capti eſſent, & unus ea conditione miſſus, uti pecuniam pro tribus afferret; & niſi rediſſet, ut pro eo duo quoque pecuniam darent, iſque reverti noluiſſet, & ob hanc cauſam illi pro tertio quoque pecuniam ſolviſſent (Servius reſpondit) æquum eſſe Prætorem in eum reddere iudicium. Covarr. de ſponſ. 2. par. cap. 3. §. 4. num. 21.* obſervat *Anton. Fab. lib. 11. coniect. cap. 7.*

42 Præter *Pinellum* advertendum eſt *Vlpian. in dict. §. ſed licet*, duos caſus proponere. Primum; quando liberator vim ſubmiſit; & tunc dictat, eum hoc edicto tenêri; ſecundum, quando ab eâ alienus extitit, in quo non tenêri aſſerit; ergo quoties liberator vim intulerit, promiſsio non ſubſiſtet; expreſsè decidit *Afflict.* in his terminis *deciſ. 149. à num. 1. cum ſeqq.* & ſi non incuſſerit, valebit; eleganter *Senec. lib. 4. contr. 26.* ibi: *Nihil inquit me, an tu cogaris, ſi non à me cogeris, meam oportet eſſe culpã, ut mea pœna ſit.*

43 Ex hoc ſequitur evidenter, non ſufficere, ut edictum locum habeat metum ab alijs imponi, niſi ab eo, cui obligatio ſeu promiſsio facta eſt, veluti ſatis clatet *in dict. §. ſed licet*; vel fraudẽ participet, quamvis non incutiat, *l. non intereſt* (ita intelligenda) *C. hoc tit.* Igitur nil mirum, quòd acceptio, ſeu obligatio, *in dict. §. ſed licet*, tenuerit.

44 Rurſus ibi obſervandũ eſt à promittente metum non defeciſſe, cùm periculum ingenter inſtaret, tamenque *I. C.* affirmat obligationem, ſeu promiſsionem effectum habituram eſſe; ergo nullâ aliâ ratione, niſi quia liberator vim non incuſſerit, vel fraudem non participaverit.

45 Neque ab hâc genuinâ explicatione, ſeu interpretatione dimovêre nos debent verba *dict. §. ſed licet*, ibi: *Cæterùm ſi alienus ſim à vi teneri me nõ debere; ego enim operæ potiùs meæ mercedem accepiſſe videor*; quæ potius noſtri adhærent ſententię, quàm oppugnant. Ideò enim ea appoſuit Conſultus, ut expromeret, liberatorẽ vim non intuliſſe, ſed defendiſſe promittentem ab hoſtibus & latronibus; eorumque violentis inſidijs; igitur benè percipitur, in cõfirmationẽ patêre; cùm apertè demonſtrent, quod à nobis eſt dictitatum ſuperiùs.

46 Obvia ſe offert iam alia quæſtio, an donationes factæ à Rege oppreſſo valeant? Et reſolutivè dicendum eſt non ſubſiſtere, *Bald. in tit. de pac. Conſtant. verſ. Imperialis, num. 4. ad fin. Afflict. deci. 69. num. 5. cap. cùm veniſſet, de inſtit.* ibi: *Ipſe verò timens, ne ſi negaret expreſſè, cùm nondum eſſet Archidiaconatus poſſeſſionem adeptus, vel impediret penitùs factum eius, vel diutiùs differret. Reſpondit, quòd non ſolùm de illo, ſed de omnibus redditibus ſuis faceret, quod ſibi placeret.*

47 Vnde inferas, donationes *Regis Enrici*

IV. à decimoquinto die menſis Septēb. anni 1464. turbulentiſsimis Hiſpanæ Reipublicæ temporibus ob aliquorum perfidiam, à quibus oppreſſus, Rex nimis clemēs, & pius, plus quàm iuſto, inimicorum calliditati, & fallacijs indulgens per vim & metum extortas, revocatas eſſe, vel iterum ad iudicū examinationem & diſcuſsionem diduci iuſſas; ut quod bellorum civiliū calamitas introduxit, hoc pacis lenitas ſopiret, ut ſe feciſſe gloriatur *Iuſtinian. in l. unica, in princip. C. de cad. toll.*

48 Hùc pertinēt *l. 4. & 17. tit. 10. lib. 5. Recop.* ibi: *I comoquiera que eſtas mercedes fueron hechas à eſtos Tiranos, i à ſus Sequaces, eſtando el Rei opreſſo, i con juſtos temores:* & ibi: *Las tales donaciones no valieron, i fue neceſſaria la declaracion, porque faltò natural voluntad, libre i eſpontanea. Otalor. de nobilit. 4. par. princip. c. 4. Ioann. Garc. eod. tract. gloſſ. 2. à num. 25. Illeſc. in Hiſt. Pontif. lib. 6. cap. 19. Iulian. del Caſtill. in Hiſtoria Regum Gothorum lib. 4. diſcurſ. 10. Robles de repræſentat. lib. 3. cap. 14. à num. 1. 2. & 3. Gutier. lib. 4. q. 20. tota, Navarr. diſc. 24. fol. 164.* Et ut cognoſcatur quantâ ſubiectione Enricus imperaverit, quos ſibi ſubiectos habiturus erat, ſolùm referam, ne longior ſim, quòd cùm in eius ſervitium & obſequium veniret filius maior cuiuſdam Magnatis, eum patris nomine rogavit ſchedulam ſubſcribere, quæ certam mercedem, munuſque continebat; audendo ei dicere, quòd ſi nolebat efficere, exequeretur, quod ſibi conveniens fuiſſet, *Garib. lib. 17. cap. 16. fol. 1202.*

49 Vltra rationem non videbitur legentibus attentè Enrici Hiſtoriam ſuſpicari, quòd in illis infauſtis temporibus privilegia, & libertates obtinebātur propter fugienda damna, quæ ſecum afferunt rebelliones, *Garib. lib. 17. cap. 13. par. 2. prima.*

50 Adſtipulatur non parùm ad invalidationem donationum ab eo factarum, quàm malè in Toleti Comitijs anno 1480. ſenſum fuit de eis, *Anton. Nebriſſenſ. in Hiſtoriis Reg. Cathol. cap. 113. par. 2. Marian. lib. 24. capit. 21.*

51 Huic accedit huius Enrici prodigalitatem ſummam fuiſſe, *Anton. Nebriſ. dict. cap. 113.* cùm vulgò cognominaretur, *El de las mercedes, Garib. lib. 15. c. 1. verſ. Todas las Provincias, Marian. lib. 17. cap. 14. pag. 100. col. 2.* de eo dici poteſt, quod *de Veſpaſiano cap. 17. refert Sueton. In omne hominum genus liberaliſſimus.* Et *in Tito cap. 8. Nam neque negavit quidquam petentibus.* Et *in Vitel. cap. 8. Nihil quidquam poſcenti negavit.* Et *in Nerone cap. 30. Divitiarum, & pecuniæ fructum non alium putabat, quàm profuſionem; ſordidos ac deparcos eſſe, quibus ratio impenſarum conſtaret, prælautos, verèque magnificos, qui abuterentur ac perderent.* Et *in Octav. cap. 41. Liberalitatem omnibus ordinibus per occaſiones frequenter exhibuit.*

52 Meritò iſtæ donationes fuerunt revocatę, uti damnoſæ, Coronamque Regiam lædentes, *cap. intellecto 33. de iur. iurand. Alfar. de offic. Fiſcal. gloſſ. 34. §. 1. num. 4.* & probatur *ex l. 3. tit. 10. lib. 5. Recop.* latè *Petra de poteſt. Princip. cap. 17. num. 20. cum ſeqq. Roland. conſ. 1. num. 99. cum ſeqq. lib. 2. Covarr. in cap. quamvis pactum, 2. par. §. 2. num. 4. Molin. lib. 1. cap. 3. num. 17. & 18. Garc. de nobil. gloſſ. 1. §. 1. num. 10. cum ſeqq. Azeved. in dict. l. 3. l. 1. tit. 17. & l. 4. tit. 15. par. 2. Gregor. in l. 8. tit. 1. ead. par. gloſſ. 3. Other. div. quæſt. iur. 2. par. quæſt. 15.*

53 Quod feciſſe legimus Galbam, ut teſtis eſt *Sueton. in eius vita, cap. 15.* qui donationes Neronis revocavit. *Liberalitates Neronis non plus decimis conceſſis per quinquaginta Equites Romanos ea conditione revocandas curavit, ut etſi quid ſcenici, aut xyſtici donatum olim vendidiſſent, auferrentur emptoribus, quando illi abſumpto pretio ſolvere nequirent.* Septimius Sever. Imperat. reſtrinxit privilegia univerſitatis Athenienſis, eò quòd cauſarent grandes exceſſus, quos & ipſe Imp. tempore ſtudiorum

Athe-

Athenis protulerat, ita commemorat *Ælius Spartian. in vita Septimij Severi.*

54 Et hoc procedit etiam in donationibus factis in remunerationem ſervitiorum, *Bellug. in ſpecul. Princip. Rubr. 9. num. 5. 6. & 8. Molin. d. cap. 3. num. 18. Azeved. in l. 1. tit. 10. lib. 5. Recop. nu. 11. Pinell. in l. 1. C. de bonis matern. 3. p. num. 62. verſ. Infertur decimoquintò, Matienç. in l. 11. tit. 7. lib. 5. gloſſ. 9. num. 1. Anton. Petr. de poteſt. Princip. cap. 32. quæſit. 7. princ. § ſubijciemus, num. 56.* in terminis *Caſtill. tom. 5. controverſ. cap. 89. num. 93. & 94. Gabr. Pereir. deciſ. 1. num. 6.*

55 Contrarius & doctè profitetur *Iacob. Menoch. conſ. 1003. num. 50.* cũ pluribus, *vol. 11.* defenſans donationem factã Comeſtabili Caſtellæ D. Petro de Velaſco *à Rege Enrico IV.* multis rationibus, & fundamentis potiri, tamen propter ſervitia præſtita, quibus obſtringebatur, ut remunerationem condignam exhibèret, *Lanar. conſil. 21. Viv. deciſ. 126. num. 10. lib. 1. Gonçal. ad reg. 8. Canc. gloſ. 36. num. 36. Theſaur. lib. 1. quæſt. 8. num. 13. cum ſeq. Bardell. conſ. 22. num. 36. lib. 1. Gallia. conſ. 44 n. 35. uſque 39. Annan. conſil. 87. num. 2. Iaſ. conſil. 227. num. 16. vol. 2. Decian. conſ. 25. vol. 1. Rimin. conſ. 601. vol. 6.*

56 Quare *Cardin. Contaren. lib. 2. de Repub. Venet.* dixit: *Quòd regula convenientior ad Rerumpublicarum augmentum, & conſervationem conſiſtit in præferendo, & honoribus afficiendo benemeritos, cùm remuneratio ſit Reipublicæ præſidium.* Vt ait *Demoſthen. in Orat. adverſus Leptinem, Petr. Lenoud. de privil. DD. par. 4. quæſt. 21. num. 29. Petrin. Bell. de re milit. par. 7. tit. 1. num. 1. Horat. Lut. de privil. Scholar. in præfat. num. 4. & 5.* eleganter *Caſſiod. lib. 3. variar. epiſt. 11* *Optamus cunctum diem plenum beneficijs noſtris excurrere; optamus præſtita noſtra radiare, quia qui in ævum vivit, quod munificẽtia principalis indulxerit, quid enim tam egregium, quàm feciſſe felicem, & eò uſque præſtare, quò ſe erectus ſtupeat attigiſſe: beneficia ſiquidem ſunt, quæ regna ſublimant, & libertatis dominium iugiter poteſt creſcere, ſi ſibi ſubiectos audeat ampliare. Bobad. in Polit. lib. 4. cap. 2. à num. 74. cum ſeqq. Principi armis quàm munificẽtia vinci minus flagitioſum eſt: Salluſt. in Iugurtha, Paſch. de virib. patr. poteſt. 1. par. cap. 1. num. 56. S. Ildebert. epiſt. 3.* ſcribit, *Regiam manum meliùs donandi ſplendor, quàm ſceptrum illuſtrat Fern. in Geneſ. tom. 1. cap. 13. ſect. 5. fol. 1217. Tullius in Orat. pro Rege Deiotaro,* inter laudes Regias illas reponit, largum eſſe, beneficum & liberalem; & ut refert *Bartholom. Martian. in Topographia Vrbis Romæ lib. 4. cap. 22.* Romæ in Monte Quirinali, & Foro Trajani inventa eſſe multa marmoris fruſta varijs ſignis cælata, in quorum uno eſt hic titulus; POTENTISSIMA DOS IN PRINCIPE; LIBERALITAS, ET CLEMENTIA.

57 Ex quo fluit, donationem factam à Principe ex cauſa remunerationis, tanquam contractũ oneroſum liberè revocari non poſſe, in individuo tradidit *Felin. in cap. novit, n. 7. de iudic. Roman. conſ. 436. verſ. Septima principalis cõcluſio, Alex. conſ. 101. n. 1. lib. 1. & conſ. 5. n. 19. & 20. & conſ. 78. lib. 4. Ruin. conſ. 207. nu. 7. lib. 1. & conſ. 162. nu. 10. lib. 4. Dec. conſ. 566. Iaſ. cõſ. 4. verſ. 4. Quartò principaliter vol. 1. Lupus in Rubr. de donat. Capic. deciſ. 21. n. 15. & deciſ. 24. n. 13. & deciſ. 77. n. 3. Natta conſ. 268. num. 5. & 7. lib. 2. Tiraq. in l. ſi unquam, verb. Donatione largitus, num. 15 C. de revoc. donat.*

58 Hinc regulare eſt, quòd talis gratia, ſeu conceſsio propter benemerita non poteſt tolli, niſi expreſsâ iuſtâ causâ, & quę publicam reſpiciat utilitatem, per *text. in l. Titius puerũ, D. de obſeq. à libert. l. Lucius, D. de evict. l. item ſi verberatum, §. præterea, ubi Bart. & Angel. D. de reivind. Bald. in l. qui ſe patris, C. unde liber. Hippolyt. conſ. 57. n. 27. Andr. in cap. 1. §. præterea Ducatus, de probib. feud. alienat. & in Cõſt. ea quæ, in tit. quod null. prælat.* & pleniùs, & magiſtraliùs *in c. ſimiliter, circ. princ. c. 6. col. de Capit. qui Cur. vend. ubi ſi nõ poteſt revocare feudũ, Bald. ſing.*

 in

in cap.1 de natur.feud. Felin.in dict.cap. novit, num. 7. de iudic. Iaſ. in l.1. num. 2.D.de pact.Alexand.conſ.216. vol.2. & conſ.135.num.21.vol.4. Gramm.voto 28. Natta conſ.258. num.5. cum plurib.ſeqq. vol. 2. perpulchrè *Luc. de Penn. in l.fin. C.de condit.in publ. horr.lib.10.* & in terminis *Pern. conſ.feud. 16. per totum, & præſertim in verſ. Sed pro varietate materiæ ſatis notabiliter diſtinguendo.*

59 Et eâ quidem de cauſa Principi non creditur, ſive ipſam expreſſerit in ſpecie, ſive dixerit generaliter ex cauſis animum noſtrum dignè moventibus, ſive utramque affirmaverit, ſive ſpecialem, & generalem, & quia in his, quæ non poteſt facere ſine cauſa expreſſa, & iuſta, ut eſt, quando vult tollere ius tertij, nullatenus eſt ei credendum, ſed requiritur, quòd *cauſa illa* ſive allegata & adducta fuerit, ſive in animo eius recōdita, quę tamen poſsit arbitrio boni viri, & faciliter cogitari & expendi, ſit vera & iuſta, & ampliùs ſi de veritate & iuſtitiâ non apparêret, quòd probetur per impetrantem, illud eſt, quod dixit *Dec.conſ.603. num.7. cum ſeqq. ubi plures allegat, & conſ.602.num.12.uſque ad num. 17.Iaſ.in l.ſi teſtamenta, C.de teſtament. Socin.Sen.conſil.273. num.11. verſ. Præterea dico, quòd ex quo, vol.2. Ioan. Aloiſ. Riec.in praxi aurea, reſol.257.n.3. verſ. Et de ea quidem cauſa.*

60 Et Princeps donans propter benemerita tenetur de evictione, *Guzm.de evictione, quæſt.152. num. 43.* licèt renuat, & minus benè *Fulv. Conſtant. in l.1. & 2.num.42.C.de fil. offic.lib.12.*

61 Inferas ſimiliter, donationes factas ab altero *Rege Enrico Secundo, vulgò Notho appellato,* qui occiſo fratre Petro, cognomento Crudeli, regnare cœpit circa annum 1365. (& ut alij volunt 1369.) ut regiam dignitatem tueretur, ad alliciendos, confirmandoſque Procerum animos (quarum præter iuris Interpretes meminêre *Lucius Marin. Sicul. de rebus Hiſpan. lib. 10. cap. 2 Illeſc. dict.cap.19.fol.117. Iul.del Caſtillo dict. lib.4 diſcurſ.8.& Theatrum vit hum.vol. 3.lib. 11.fol. 1060.*) tempore oppreſsionis propter graviſsima bella orta inter eum, & Petrum vitium nullitatis inſitum habuiſſe, tradunt *Palae.Rub.in repet. Rubr. de don. §. 69. num. 14. & 18. Suar. in quæſt.maiorat. num.22. Matienç. in l.11.gloſſ.7. num.1. tit.7.lib.5. Recop.* Et tempore oppreſsionis fuiſſe prædicta bona donata, refertur *in Chronico Regis Petri anno 17. cap. 7. Paz de tenut. 2. par.cap.57. num.57. & ſeqq. Ceuall.in art. Reg.docum.11.fol.77.* Sed munificētiam, quâ, dum viveret, uſus eſt, teſtamento reſtrinxit, ut conſtat ex clauſula relata *in l.11.tit.7. lib.5. Recop. ibi Noſtrates.* Quam Rex Ioan. II. nunquam voluit abrogare, *Garibai in compend. lib. 15. cap.19. circa fin.fol. 979. & cap. 21. fol.996. Marian. lib.18. cap.13.fol.207. aliàs 151.in fin.*

62 Altera ſuccedit indagatio, an ſi pater unum ex duobus filijs in tertio & quinto melioret per donationem inter vivos, ſubſiſtat donatio, ſi comminatoria appareat? In qua quæſtione negativè tenendum eſt.

63 Etſi certum & indubitabile ſit donationem in tertio irrevocabilem eſſe, *ex l.17.Tauri,* hodie *l.10.tit.6.lib.5. Recop. & utrobique DD.Regnicolæ,* traditâ filio poſſeſsione, aut ſcripturâ coram tabellione reverâ comminatoria donatio valet revocari: quia cùm in ea deficiat patris conſenſus, qui nō vult alterū filium ſuis bonis privare; niſi eum prætextu comminationis donationis factæ alteri filio ab exceſsibus avertere, & comprimere, attentumque voluntati redere, ſequitur evidenter valêre revocationem efficere, *dict.l.in omnibus, D. de act. & oblig.*

64 Quæ ſententia comprobatur *ex text. in l.1.de donat.* ibi: *Donat aliquis ea mente, ut ſtatim velit accipientis fieri,* quibus verbis plenum voluntariū requiri quis ambigat? Ergo cùm in donatione comminatoriâ nolit pater bona donata filij meliorati exiſtere, appâret ad ſe reverti

ei velle,ut &altero filio communia ſint, ſi coërcitus adſit, & moderatus, exceſ- ſuſque depoſuerit.

65 Huic rei ſummopere adaptatur,quòd comminatio eſt præambulum executionis, non executio: & ideò quoties aliquis me minatur,toties debeo metuere; ne in me animadvertat, *D.Auguſt. ſerm.105.de tempore*, ibi: *Propterea ſe iudicem venturum minatur, ut nō inveniat, quod puniat, cùm venerit*: eleganter *Paez in Moyſ. text.7.à n. 2.fol.324. Mendoz. tom.1.lib.1.Reg. cap.2.ṽ.10.ſect.1.* cùm poſt minas animadverſio ſequatur: non in eis, niſi advertatur timor, hoc ſenſu apud bonæ notæ Authores habetur, *Virgil. 11.Æneid.*

Dicam equidem, licèt arma mihi, mortēque minetur.

Suet.in Iul.Cæſar. cap.24. ibi: *Cùm Lucius Domitius Conſulatus Candidatus palàm minaretur. Conſ. ſe effecturum, quod Prætor nequiſſet, ademturumque ei exercitus* Et *cap.62.*ibi: *Vt Aquilifero morāti cuſpide ſit comminatus. Plin.lib.7. cap. 45.*de Tauris loquens, ibi: *Sed tota comminatio prioribus in pedibus ſtat. Cicer.3. de Orator.*ibi: *Orationis autem ipſius tanquam armorum eſt,vel ad uſum comminatio,& quaſi petitio, vel ad venuſtatem ipſa tractatio. Corn. Tacit.lib.1. Ann.* ibi: *Adverſum aſpernantis minas interiecißet, Virgil.3.Æneid.*

Dij prohibete minas, Dij talem avertite caſum.

Et cùm pater alterum filium ita meliorat,ut alterum coërceat, vult donationem locum habêre, quando filius, contra quem eſt facta, non ſe compreſſerit; quod Moyſen Pharaoni feciſſe *ſacra Pagina* demonſtrat *Exod. cap. 10.* non autem quando ſe reduxerit moderatè, attentèque vixerit in futurum, *d. l.1.*ibi: *Dat aliquis, ut tunc demum accipientis fiat,cùm aliquid ſecutum fuerit; nō propriè donatio appellabitur, ſed totum hoc donatio ſub conditione appellatur.*Igitur cùm hæc donatio conditionalis appareat, revocabilis eſt, *Tell. Fernand. in dict. l. 17. Taur. à num. 29.*

66 Reſtat advertere, an probetur patris voluntas aſſerentis donationem eſſe comminatoriam per teſtamentū poſt eam factum non valens iure diſponere? Et affirmativè dicendum eſt, *per l. fin. D.de reb. cor. Oſaſc.deciſ.101.n.23. Surd. decis.295.num.11. Monach. decis.Luc.53. num.40.& Florent. Dec.71.num.45.Milan.decis.3.num.64.lib.1. Farinac. decis. 369 num.2.& 714.num.7.tom.1.Caſtill. tom.6.variar.cap.151. num. 19. Mobed. decis.2.de offic. deleg. num.3. Mart.de iuriſd. par.4.cent.2.caſ.139.num.1.*

67 Inferas etiam, donationem factam in fraudem fiſci, & metu pœnę poſſe revocari, *Farin. de falſit. & ſimul. q. 164. num.48.& 49.*cum pluribus.

SVMMARIVM.

1 D*EPOSITVM* à de & ponēdo *derivatur.*

2 *Præpoſitio* De *addit, aut minuit.*

3 *Definitur.*

4 *Dividitur in depoſitum, ſequeſtrū, aut ſponſionem.*

*Sequeſter ideò dictus,quòd occurrenti, & ſequēti cōmittitur,olimq; dictus*Sculna.

5 *Definitur. & 6.*

7 *Sequeſter eſt medius homo inter litigantes,& aptatur ad plura. & 9.10.11.*

8 *Dicebatur interpres conductus ad corrumpendum iudicet.*

12 *Definitur ſponſio.*

13 *Antiquitùs aliquid deponebatur pro victoria. & 14.15.*

16 *Contractus ſponſionis licitus eſt.*

Victoria eſt finis luctæ.

17 *Interpretatur l. ſi gratuitam 17. §. fin. de præſcripſ.verb.*

18 *De alijs ſponſionis ſignificatibus remiſſivè.*

19 *Ius naturale depoſitum reddere iubet.*

20 *Niſi deponens reddatur furioſus, vel Reipublicæ hoſtis, & periculum aliud timeatur.*

De-

21 *Deponenti datur actio contra depoſitarium, ut reſtituat ſine exceptione compenſationis.*

22 *Depoſitarius captis pignoribus, vel carceris coërtione cogitur ad depoſitum exhibendum.*

23 *Fidem fallere grave eſt.*

24 *Aliena iactura locupletari non debemus.*

25 *Depoſitum non reddere ſumma iniuſtitia eſt.*

Inficiatio depoſiti turpiſſima.

Apud Piſas intervertens depoſitum capite plectebatur.

Quod & apud Turcas factitatur.

In depoſito eminet bona fides ex lege divina.

26 *Confirmatur ex ſentẽtia Pittaci Mitylenei.*

27 *Depoſitum in plures ſpecies diſtinguitur. & 28.*

29 *In depoſito iudiciali deponẽs eligere depoſitarium nequit. & 30.*

31 *In extraiudiciali electio admittitur.*

Depoſitum cauſa neceſſitatis dicitur, cùm propter imminens periculum fit.

32 *Voluntatis cùm ſine ullo conſtituitur.*

In depoſito neceſſario adverſus depoſitarium in duplum datur actio, in voluntario in ſimplum; ibi.

33 *In regulari depoſito proprietas, & poſſeſſio apud eum, qui depoſuit, permanet.*

In dubio præſumitur regulare.

34 *In irregulari depoſito dominium tranſit in depoſitarium. & 35.*

36 *Verum depoſitum conſiſtit in numeratione.*

37 *Confeſſatum ſola confeſſione depoſitarÿ elucet.*

38 *Quod non gaudet privilegÿs veri depoſiti.*

39 *Contrarius dictitatur. & 40.*

41 *Actuale depoſitum probatur ad abſentis favorem, quando depoſitarÿ manu, vel alterius ſuo mandato in ſuis rationibus recepiſſe depoſita ſcriptum extat.*

42 *Expenditur l. Publia 26. §. ult. D. depoſ. & l. in cõtractibus, §. ſed quoniã, & ibi verb.* Depoſitarũ, *C. de num. pecun.*

43 *Inſtrumentalis confeſſio (quæ colligitur ex inſtrumento publicè approbato) verũ depoſitum probat. & 44.*

45 *De probationibus depoſiti remiſſivè.*

46 *Ad evitandam pœnam debet fieri depoſitum coram iudice, qui futurus iudex erat.*

47 *Niſi lis eſſet cœpta cum alio.*

48 *Depoſitum coram non legitima perſona, vel coram iudice incompetentè habetur pro non facto.*

49 *Vt relevet depoſitum, neceſſariũ eſt debere fieri cum uſuris. & 50.*

51 *Integrum debet eſſe depoſitum.*

52 *Depoſitum perit periculo deponentis, ſi integrum non fuit, vel ſi congruo tempore non fiat.*

53 *Debet fieri de bona moneta.*

54 *Quæ concurrere debeant, ut ſuffragetur depoſitum.*

55 *Depoſitum metu mutationis monetæ nõ ſuffragatur, ſi ſtatim die ſequenti fuit reprobata, non autem ſi poſt duos menſes, aut poſt multos dies. & 56.*

57 *Deponens habens aliquem fumum reprobationis monetæ facit in fraudem.*

58 *Conſtitutio non ligat ante promulgationem.*

59 *Quando cum ſcientia concurrit fraus in alterius detrimentũ, ligat antè promulgationem.*

60 *Mercator vendens magnam copiã frumenti (aliàs non venditurus) ſciens promulgationem eſſe faciendam, quæ pretiũ eius diminuat, tenetur emptori. & 63.*

61 *Expenditur l. vina 15. D. de peric. & commod. rei vend.*

62 *Confirmat l. quæro, de act. empt.*

64 *Non minore odio Deus fraudulentos, quàm ius externum proſequitur.*

65 *Depoſitarius conventus opponens metus exceptionem excuſatur. uſque 71.*

72 *Depoſitarius depoſitum alteri quàm ei (cui de iure tenebatur) reddere à iudice compulſus ab iniuſta compulſione debet appellare. & 73.*

74 *Mandatũ iudicis notoriè iniuſtũ cõtra legem divinã, vel humanã, aut poteſtatẽ ſuperiorem ſubditus exequi nõ tenetur.*

De-

75 Debitor in tali caſu debet appellare, & contradicere.

76 Omnem diligentiam antè quàm ſolvat adhibere, ne ſolvat alteri, quàm creditori, & illi denuntiare.

77 Sequeſtrum ex aliquâ cauſa debitori factum iudicis authoritate illi præcipientis, ne ſuo creditori ſolvat, in ipſo debito factam executionem impedit. & 78.

79 Mora debitoris præponderat.

80 Debitor, in quem eſt debitum ſequeſtratum, non poteſt exequi à ſuo creditore.

81 Limitatur. & 82.

83 An creditor debito ſequeſtrato poſſit agere contra fideiuſſorem.

84 An depoſitarius generalis depoſitū abſque mutationis damno exſolvere teneatur. cum ſeqq. uſque 94.

CAPVT IV.

De Depoſito.

1 DEPOSITI etymon propoſuit *Vlpian. in l. 1. D. depoſ.* & à DE & PONENDO derivat; quia DE auget ſignificationem, *Lactant. Placid. enarrans eum locum lib. 6. Thebaidos.*

Deſerpitque genis, nec ſe lanugo fatetur,
Intonſæ ſub nube comæ. ——

2 Præpoſitio, *inquit*, DE, aut addit, aut minuit, aut mutat; idque *Ovid.* eleganter confirmat *de Pont.*

Sepè precor mortem, mortem quoque deprecor idem,
Ne mea Sarmaticum contegat oſſa ſolū.

Pluribus curioſis ſanè ornat *Alexand. ab Alex. lib. 4. Dier. Gen. cap. 14. ubi Scholiaſt.* obſervat. Sic *dedere, de amare, deperire, demirari.* Sic depoſcit *Plaut. in arg. Aulular. Cuiac. 1. ad African. in fin. ad l. 20. D. de manum. teſtam. Caſp. Schoppius 2. veriſimil. 9. Oſſuald. in Donell. lib. 14. comm. cap. 2 litt. F. Servius in Eclog. 2. Virgil. in verb. Detexere,* licèt in quibuſdam minuit *Taubman. in not. Epidic. Plaut. act. 1. ſcen. 1.*

3 Quâ præhabitâ etymologiâ, ita definiendum eſt, depoſitum exiſtere, quod cuſtodiendum alicui datum eſt, *dict. l. 1. D. depoſ. Carroc. de depoſit. 1. par. q. 1. num. 1. Vbeſembec. in Paratitl. D. eod. n. 2. Leonard. Leſſ. de iuſt. & iur. lib. 2. cap. 27. dubit. 1. Sylveſt. verb. Depoſitum, num. 1. Menoch. lib. 3. præſumpt. 34. nu. 2. Summ. Angel. verb. Depoſitum, in princip. Petr. Gregor. lib. 23. ſyntagmat. cap. 3. à num. 1. Paul. Chriſtineus deciſ. Belgica 48. num. 1. & 2. vol. 3. Cardoſ. in prax. verb. Depoſitum, num. 1. Mantic. de tacit. lib. 10. tit. 17. à num. 1. Conan. lib. 7. comment. cap. 4. Mozius de contract. tit. de depoſit. Molin. de iuſtit. tract. 2. diſp. 523. Azor. inſtit. moral. par. 3. lib. 7. de depoſ. Rebell. de oblig. iuſt. par. 2. lib. 16. quæſt. unica de depoſ.*

4 Dividitur tamen in propriè depoſitum, ſequeſtrum & ſponſionem; differunt autem materiâ rerum, videlicet causâ & formâ: de quibus ſigillatim agetur. Sequeſter ideò dictus putatur ab eo, quòd occurrenti aut quaſi ſequenti eos, qui contendunt, committitur, *l. ſequeſter 109. D. de verb. ſignif.* & *Aul. Gell. lib. 20. Noct. Attic. cap. 10.* ab eo, quòd litigantes fidem eius ſectentur: olimque nuncupatus SCVLNA. *Carroc. de ſequeſt. 1. par. q. 2. à num. 1.*

5 Sequeſter igitur eſt perſona illa, apud quem plures eandem rem, de qua controverſia eſt, deponunt, *dict. l. ſequeſter, D. de verbor. ſignif. l. propriè,* ubi bonus ad hoc textus, *& l. licèt, D. depoſit. gloſſ. 2. in fin. in cap. 2. extr. eod.*

6 *Et ſequeſtratio eſt rei poſſeſſæ, de qua litigatur, aut fructuum eius à poſſeſſore partium conſenſu, aut iudicis officio ex cauſa facta ſeparatio, Corraſ. lib. 3. miſcellar. cap. 2. in princip. Cardoſ. in prax. verb. Sequeſtratio, à num. 1.* de qua latè agunt *Conan. lib. 7. comment. iur. cap. 4. num. 6. Tiraq. de retract. tit. 2. gloſſ. 7. à num. 1. Azeved. per text. ibi, tit. 12. lib. 4. novæ Recop. Menoch. remed. 3. ret. à num. 86. Perez. tit. 10. lib. 3. Ordin. pag. 659. Gom. in reg. de annal. poſſeſſ. quæſt. 46. Gam. Luſit. deciſ. 331. & 277. à n. 3. Valaſc. conſ. 159. num.*

num.18. & 191.à num. 33. Cabed. deciſ. 35.à num.2.par.2. & de patronatib. Reg. Coron.cap.51.à princip. Rota apud Farin. deciſ.293.per totam; 1.par. recent. Cald. Pereir.quæſt.forenſ.lib.1.quæſt.21. Card. Tuſch. tom.7.litt.S. concl.201. cum ſeqq. Cened. pract. & canon.lib.1.quæſt.20. Nicol. Garc. de benef. par.5.cap.6. Paz ad leges ſtyli, l.40.à num.1. Gutierr.de tut. par. 3. cap.7. Alex. Trentac.var. lib.3. tit. de tranſ.reſol.12. Aloiſ. Ricc.collect.2575.

7 Humaniores Interpretes ſatis bellè ſequeſtrum explicant, prout *Aſcon. Pedian. Donat. & Servi. Honorat. Grãmat.* quòd ſit medius homo inter litigantes, apud quem ad tempus aliquid ſupponitur, *Delrius ad Senec. in Octav. verſ.182. fol.349.*

8 Sequeſter etiam dicebatur ille Interpres conductus ad corrumpendũ iudices, *Cicer. pro Cluent.* ibi: *Quo ſequeſtre in ipſo iudice corrumpendo eſt uſus*; & *3 in Verr. Qui aut ſequeſtres, aut interpretes corrumpendi iudicij ſolent eſſe.*

9 Et probatur *Deuteronomij 3. cap.* ubi ſequeſter dicitur medius, qui diſsidentes partes ad pacem reducere curat. *Ego* (inquit *Moſes*) *ſequeſter, & medius inter vos & Deum fui.*

10 Quare *Virgil.11. Æneid.* ſequeſtram pacem pro inducijs appellavit:

Bis ſenos pepigere dies, & pace ſequeſtra
Per ſilvas Teucros, miſtique impunè Latini
Erravere iugis ferro. ——

Apud *Quintil. lib. 12. cap. 8. Sequeſter eſt, qui à litigatore doctus patronum docet.*

11 *Ioan. de Pined. ſuper Iob 1. par. cap.9. pag.363.* adducens *Tertullian.* authoritatem *lib. de patient. ad finem*, quòd Deus ſit ſequeſter noſter. *Adeò* (aſſerit) *ſatis idoneus patientiæ ſequeſter Deus; ſi iniuriam depoſueris penes eum victor eſt; ſi dolorem medicus eſt; ſi damnum, reſtitutor eſt; ſi mortem, reſuſcitator eſt.* Qui elegãter aliqua ſcitu digna proſequens commendat mirâ eruditione honeſtatâ. Quamobrem *S. Petr. Damian. opuſc.13. cap.12.* dixit, lacrymas inter Deum & homines pace ſequeſtres, ibi: *Lacrymæ ſunt infœderandæ inter Deum & homines pace ſequeſtres.*

12 Sponſio quoque depoſitum eſt, ſed, quæ ad certas res depoſitum contrahit, hęc habet controverſiam ob quam ſit, ſed non rerum depoſitarum; ut ſequeſtrum, ſed ob alias, eaſque honeſtas; quando aliqua res eâ lege apud aliquem deponitur, ut qui victor aliquâ in re fuerit honeſtâ, accipiat, quos vulgò dicimus, *Apueſtas*: depoſitis enim pignoribus id fit; *Scortia in Conſtit. ſumm. Pontif. epitom.151. theorem.384.*

13 Cuius quidem exemplum refertur à *Plin. lib.7. cap.35.* cùm narrat de unionibus, quas Cleopatra partim abſumpſit, ut ſponſionem cum Antonio factã, ipſe vinceret. Sic Damætas *apud Virgil. Eclog.3.*

Vis ergo inter nos quid poſſit uterque viciſſim
Experiamur? Ego hanc vitulam (ne fortè recuſes,
Bis venit ad mulctram, binos alit ubere fœtus)
Depono; tu dic mecum quo pignore certes.

14 Quod excerptum videtur à *Theocrito Eydyllio 8.* apud quem Mænalcas primus ita inquit:

Men. *Viſne igitur videre, viſne deponere,*
Premium victoriæ.——
Daph. *Volo hoc videre, & volo deponere præmium.*
Men. *Verùm quod deponemus, quod ſatis dignum ſit?*
Deph. *Vitulum ego deponam; tu verò depone agnum*
Æqualem matri.

15 Cui alluſit alter Pyndarus, Cryſis Pater, Cordubæ decus & ornamentum totiuſque Heſperiæ, Orbiſque portentum *D. Ludovic à Gongora ſolit. 1.*

Arras del animoſo deſafio,
Vn pardo gaban fue en el verde ſuelo.

16 Et quòd contractus ſponſionis ſit licitus ex natura rei, ſcribit *Ioann. Azor. in-*

inſtit. moral. par. 3. lib. 11. tit. de contract. dub. cap. 19. dub. 1. verſ. Sed dicendum, col. 1024. & licitas depoſitiones eſſe videlicet nuper relatas, dum certantes pignus aliquod apud arbitrum deponunt: quod illi conſignetur, à quo ſteterit veritas, id eſt, qui erit victor (victoria enim finis eſt luctæ, velùt dictat Plutarch. lib. 2. quæſt. 4. aſſentitur D. Chryſoſt. ſerm. 22. cap. 6. Epiſt. Paul. ad Ephеſ. Niſi deieceris, non viciſti. S. Petr. Chryſol. ſerm. 107. ibi: Quanta enim in mundo poſitis, poſt certamen palma eſt.) firmant Soto de iuſtit. & iur. lib. 4. quæſt. 5. art. 2. col. 5. fol. 312. Mich. Salon. ad D. Thom. 2. 2. quæſt. 5. de domin. art. 6. tot. An per ludum pecunia præſenti, concl. 1. verſ. 2. ſi iure fol. 166. Leſſ. de iuſt. & iur. lib. 2. c. 26. dubit. 1. n. 1. Sigiſmund. Scacc. de commerc. §. 1. quæſt. 1. num. 88. patet Iud. cap. 14. latiſsimè, & comptiſsimè Narbon. in l. 31. gloſ. 11. tota, tit. 7. lib. 1. Recop. eleganter Ioan. Gribel. deciſ. Dolan. 57. tota.

17 Comprobat ſingularis text. in l. ſi gratuitam 17. §. fin. D. de præſcript. verb. ibi: Si qui ſponſionis cauſa annulos acceperit, nec reddit victori, præſcriptis verbis actio in eum competit. Neque enim recipienda eſt Sabini opinio, qui condici & furti agi ex hac cauſa putat. Quemadmodum enim rei nomine, cuius neque poſſeſſionem, neque dominium victor habuit, aget furti? Planè, ſi inhoneſta cauſa ſponſionis fuit, ſui annuli dumtaxat repetitio erit. Inſinuat Macrob. 3. Saturn. 27. Quę quidē ſponſio permiſſa erat ex l. Titia & Cornelia, l. 3. D. de aleatorib. Petr. Pantoja de Aiala ibi in Comment. à num. 8. ubi ſcitè. Budæus ad l. 2. D. de orig. iuris.

18 De alijs ſponſionis ſignificatibus eleganter Petr. Gregor. lib. 23. ſyntagm. cap. 3. à num. 7.

19 Quibus differentijs perceptis, in mentem venit, ex iure naturali procedere, ut depoſitum reddamus, cap. ius naturale, diſt. 1. Ibi: Rei depoſitæ, de quo latè agit Soto de iuſtit. & iur. lib. 4. quæſt. 3. art. 1. Scacc. de commerc. §. 1. quæſt. 7. ampliat. 19. par. 2. num. 24. Auguſt. Barb. in dict. cap. ius naturale, num. 16. ibique Roderic. Acuña num. 7. Arias Pinell. in Rubric. de reſcind. par. 1. cap. 1. num. 16. ad fin. Mantic. de tac. & ambig. lib. 10. tit. 10. num. 2. tom. 1.

20 Quod tamen limita ex D. Thom. 2. 2. quæſt. 57. art. 2. ad 1. niſi ex novâ circunſtantiâ hoc ius naturale non obliget; ut ſi deponens reddatur furioſus, vel Reipublicæ hoſtis, & periculum veriſimile alteri nocendi timeatur.

21 Et ad hoc deponenti datur actio, ut cogatur depoſitarius ſtatim depoſitum reſtituere, nullâ compenſationis etiam exceptione tutus, l. penult. C. depoſit. l. fin. §. excepta, C. de compenſat. Oſſuald. in Donell. lib. 16. commēt. cap. 15. litt. I. ne quod beneficio celeritatis inventū eſt, ſubdatur iniurijs tarditatis, tenēt Boer. deciſ. 296. Petr. Surd. deciſ. 323. num 6. Franc. Salg. de Reg. protect. par. 2. cap. 16. num. 72. Ariſmin. Tepat. tom. 2. var. tit. 364. cap. 10. Iacob. Canc. lib. 3. variar. cap. 8. num. 46.

22 Etſi depoſitarius reddere recuſat, tūc captis pignoribus, vel carceris coërtione cogitur ad depoſitum exhibendum, Bald. in l. hi qui, C. locati, Avend. in l. 5. de las excepc. num. 14. Amad. Rodrig. in tract. de execut. cap. 5. num. 23. Montalv. in l. 2. tit. 8. lib. 3. for. gloſſ. verb. Por deuda, Rebuff. tract. de litter. obligat. art. 6. gloſſ. 3. n. 16. tom. 1. Barahon. in addit. ad Roderic. Suar. in l. poſt rem, notab. 5. §. adde quintum, num. 5. fol. mihi 106. Anton. Gom. 2. variar. 10 ſub num. 22. ad fin. Salgad. de protect. Reg. par. 4. cap. 5. num. 50. & 51.

23 Improbè enim efficit, l. deſiderium, C. depoſiti, tum quia fidem fefellit præſtitam, quod grave eſt, l. 1. D. de conſtit.
24 pec. tum, quia contra æquitatem naturalem alienis ditari, & alienâ locupletari iacturâ deſiderat, cap. locupletari, de reg. iur. in 6. l. nam hoc natura 14. D. de condict. indeb. l. iure natura, D. de regul. iur. Cic. 2. & 3. offic. & 3. de finib.

Cui adſtipulatur eleganter Ariſtot. lib. 5. Ethic. ad Nichom. ibi: Etenim ſi quis

quis depoſitum reddiderit invitus, vel propter metum, non erit dicendus agere iuſta, neque iuſtitiam colere, ſed id per accidens facere; ſimiliter qui coactus & invitus non reddit depoſitum, dicendus erit quidem iniuriam facere, & iniuſta agere, ſed per accidens.

25 Ideò *Cicer. 3. Officior.* dixit, quòd depoſitum non reddere ſumma iniuſtitia eſt, *& 3. Tuſcul.* & habetur *Levit. 6. cap.* cuius inficiatio turpiſsima, & maximè deteſtanda ſemper habita. Imò Piſarũ lex fuit; qui interverterit depoſitum, capite plectatur, *Alexand. ab Alex. lib. 6. cap. 10. Dier. Genial. Enric. Stephan. in Iur. Civil. fonte, & rivis, pag. 83.* Et celebre eſt Turcarum Imperatoris iudicium, quo in depoſitum abnegantem capite animadvertit, refert *Pub. Ærod. lib. 1. decret. tit. 30.* Quin & lex divina in depoſito eminère bonam fidem voluit, *Exod. 22. ℣. 7. Ioachim. Stephan. 1. de iuriſd. 9. num. 34. & ſeqq. Pet. Greg. d. lib. 23. ſyntagm. cap. 4. num. 5. Oſſuald. in Donell. lib. 18. comment. cap. 8. litt. N.*

26 Confirmat memorabilis illa ſententia Pittaci Mitylenei: *Depoſitum, cùm acceperis, redde.* Cui iunge Hiſtoriam deſcriptam 2. *Machab. cap. 3. ℣. 10. 11. 12. 13. 14. & 15.* Alludit eò *Ovid. lib. 3. de Art. amand.*

Reddite depoſitum pietas ſua fœdera ſervet,
Fraus abſit; vacuas cædis habete manus.

Et *Iuven. ſatyr. 13.*

Spartano cuidam reſpondit Pythia vates
Haud impunitum quondã fore quod dubitaret.
Depoſitum retinere, & fraudẽ iure tueri
Iurando.

27 Depoſitum in plures ſpecies diſtinguitur; aliud eſt iudiciale; aliud extraiudiciale; aliud ex cauſâ neceſsitatis; aliud ex cauſâ voluntatis; aliud fit gratiâ deponentis; aliud gratiâ recipientis; aliud gratiâ utriuſque; quod communiter fit *l. ſi quis nec cauſam,* cum ibi notat. *D. de reb. cred. l. ſi ut certo, §. 2. ubi DD. D. comm.* aliud regulare; aliud irregulare.

28 Iudiciale eſt, quod in dubio fieri debet, & iudicis mandato parte citatâ, *Alex. Ludov. deciſ. 146. num. 9.*

Extraiudiciale exiſtit, quod fit extra iudicium.

29 In iudiciali is, qui deponit; eligere depoſitarium nequit, *l. 2.* (ſecundùm unam lecturam, & intellectum) & *l. acceptam,* ibique *Bart. in fin. C. de uſur. & l. qui mutuam, §. 1. illic Bart. in fin. D. mãd. l. ſi reus paratus,* & ibi *Bald. circa mediũ, & Caſt. num. 4. ad fin. & 5. D. de procur. Giurb. deciſ. 38. num. 2.*

31 In extraiudiciali electio admittitur, *l. 1. § is quoque apud quem, D. de action. & obligat. §. præterea, Inſtit. quibus modis re contrah. obligat.* & notatur *in l. ita aut, in princip. D. de adminiſtr. tut. & in l. debitor, D. de negot. geſt. Bart. in l. ſi ſoluturus, D. de ſol. Bald. in dict. l. acceptam, n. 2. Ruin. conſ. 152. n. 7. verſ. Nec obſtat, lib. 4. Tiraquel. de retract. convent. §. 4. gloſſ. 7. num. 11. Giurb. deciſ. 38. num. 5.*

32 Depoſitum cauſâ neceſsitatis dicitur cùm propter imminens periculum fit; & voluntatis cùm ſine ullo conſtituitur; in neceſſario adverſus depoſitarium in duplum datur actio; in voluntario in ſimplum, *l. 1. §. 1. & l. quod tumultus, D. depoſiti,* latè explicat *Iaſ. in §. ſequens, num. 5. 6. & 31. Inſtit. de action.*

33 Regulare eſt; quod ſecundùm propriam naturam ita contrahitur, ut proprietas, & poſſeſsio apud eum, qui depoſuit, permaneat, *l. licet deponere, §. rei depoſitæ, D. depoſit.* Quod in dubio magis præſumitur, *Menoch. conſ. 37. num. 26. cum ſeqq.*

34 Irregulare autem apparet, quod notiſsimos hos terminos egreditur, veluti ſi quis pecuniam ita depoſuerit, ut neque clauſam, neque obſignatam, ſed numeratam traderet. Quo caſu is, qui accipit, tantundem illius tenetur ſolvere, *l. Lucius, la. 1. cum l. ſeq. §. eodemque ult. D. depoſit. l. in nave Saufeii; D. locat.*

Hu-

35 Huiuſmodi quidem depoſitũ ad mu-
tui naturam magis accedit; dominium
enim ex eo transfertur cum obligatio-
ne reſtituendi tantùmdem in eodẽ ge-
nere, & qualitare, *l. 2. in princip. D. ſi
cert. petat. Roman. conſ. 500. num. 7. &
520. num. 1. Alexand. conſil. 80. num. 4.
verſ. Confirmo, lib. 3. Dec. in l. contractus,
num. 8. D. de regul. iur.* Innumeros coa-
cervavit noviſsimè *Antonin. Amato re-
ſol. 20. num. 2.* quas ſpecies proponit *Mã-
tic. dict. lib. 10. tit. 2.*

36 Aliud eſt depoſirum verum; aliud cõ-
feſſatum, *Bald. conſ. 218. num. 5. vol. 1. per
l. 1. §. ſi mutuum, D. ſi quid in fraud. pa-
tron. Alciat. in l. 2. §. fin. ſi cert. petat.* e-
leganter *Mauſon. de cauſ. execut. lib. 1.
ampl. 39.*

37 Verum eſt, quod numeratione con-
tingit.

38 Confeſſatum, quod per ſolam con-
feſsionẽ depoſitarij elucet: Hic ſucce-
dit diſpungere, an privilegia veri cõpe-
tant depoſito confeſſato, ex notatis per
*Socin. in conſ. 171. col. penult. verſ. Cõfir-
matur, vol. 2.* pro quo facit *addit. ad Rod.
Suar. in d. l. poſt rem, not. 5. ex Bald. conſ.
384. vol. 1.* dicens, quòd ubi nõ appâret
de numeratione depoſiti, ſed tãtùm de
confeſsione depoſitarij, non habent lo-
cum leges dicentes depoſitum eſſe pri-
vilegiatum; quia eius privilegijs non
gaudet, *Iaſ. in l. 1. C. de edend. in 3. not.*
ultra quos idem affirmat *Socin. conſ. 143.
Diu profectò, col. ult. verſ. Confirmantur
prædicta, lib. 3.* quod repetijt *in dict. conſ.
171. lib. 2.* Ex quo depromitur, depoſitũ
confeſſatum privilegijs veri nullatenus
potiri, *Oſſuald. in Donell. lib. 23. comm.
cap. 15. à litt. I.* Vnde nullo modo perit
periculo illius, in cuius favorem fuit
conſtitutum, ut obſervat in pulchro ca-
ſu *Valenç. conſ. 67. à num. 42. tom. 1.*

39 Sed contrarium longè verius de iure
videtur; nam licèt verum ſit, ut depo-
ſitum confeſſatum non gaudeat privi-
legio veri depoſiti, hoc procedit in prę-
iudicium tertij; non tamen inter eaſdẽ
partes, deponentem & depoſitarium;
ita expreſsè diſtinguunt, & loquuntur
DD. omnes allegati, & infiniti alij, quos
in id congeſsit *Tiraq. de retract. conv&t.
§. 4. gloſſ. 6. à num. 14. cum ſeqq.* latè *Ia-
cob. Canc. lib. 3. variar. cap. 8. à num. 39.
Matienç. Iun. in l. die ſponſaliorum 25. §.*
40 *qui pecuniã, num. 80. D. depoſ.* Nam quoad
ipſum depoſitarium virtute ſuæ confeſ-
ſionis, quæ veram numerationem pro-
bat, præfara doctrina non procedit: ſic
adprobant expreſsè *text. in l. Publia, §.
ult. D. depoſ. l. in contractibus, C. de non
numer. pecun. Salgad. de Reg. protect. par.
2. cap. 16. à num. 81. tom. 1. Surd. conſil.
326. num. 12. vol. 3. Giurb. deciſ. 87. n. 34.*

41 Verum & actuale depoſitum proba-
tur etiam ad abſentis favorem, quando
depoſitarij manu, vel alterius ſuo man-
dato in ſuis rationibus recepiſſe depo-
ſita ſcriptum exſtat, *Paul. Caſtr. conſil.
433. num. 2. verſ His viſis, lib. 2. Carain.
Tuſcb. pract. concluſ. litt. D. concl. 199.
num. 9. & ſeqq. Ildeph. Narb. in l. 23. gloſſ.
2. num. 4. tit. 9. lib. 3. Recop.*

42 Pro quo expendenda eſt *l. Publia 26.
§. ult.* ibi: *Sed probationem depoſitariarum
rerum impleri poſſe, D. depoſit.* iunctis ijs,
quæ ibîdem adnotatũt Interpretes: me-
lior *text. in dict. l. in contractibus, §. ſed
quoniam, & ibi gloſſ. verb. Depoſitarum,
C. de non numer. pecun.*

43 Inſtrumentalis confeſsio (quæ colli-
gitur ex inſtrumento publicè adproba-
to) verum depoſitum præceſsiſſe ſua-
det, etiam ſi aliunde de numeratione nõ
conſtet, ut conſuluit *Bald. conſ. 256. per
totum, lib. 1. Paul. Caſtr. conſ. 434. lib. 1.*
faciunt tradita per *Mantic. dict. lib. 10.
tit. 10. num. 29.*

44 Convenit caſui *dict. l. in contractibus
14. §. ſed quoniam, & ibi gloſſ. verb. Depo-
ſitarum, verſ. Vel ibi erat privata, hic pu-
blica, C. de non numer. pecun.* pręſertim
ſi confeſsio iuramento valletur, *Boer. de-
ciſ. 295. num. 9. Tuſcb. dict. concl. 199. à
num. 2. cum ſeqq. & 200. num. 14.*

45 De alijs autem depoſiti probationi-
bus videndi ſunt relati per *Ioſeph. Maſ-
card. concl. 509. & 510. ſeq. Tuſcb. d. concl.
199.*

199.tota, Mantic.dict.lib.10.tit.10.à numer.26.

46 Vbi tamen ad evitandam moram & pœnam debeat fieri depoſitum, tradit *Bald.in l.acceptam, quæſt. 13. C. de uſur.* dicens effici debère coram iudice, qui illius cauſæ erat futurus iudex; ſequitur *Boer. deciſ.114. num.9. Vivius deciſ.380.*

47 *num.4.* Nam ſi lis eſſet cœpta, & illius occaſione fieret, non poſſet recedi ab ordinatione illius iudicis, coram quo ventilatur; cùm ipſe, ut iudex principalis, eſſet etiam & acceſſorij, *Iacob. Canc.2. par.variar.cap.4.num.33.& cap.15.num.67.*

48 Etenim ſi fiat coram non legitimâ perſonâ; vel coram iudice incompetenti, habetur pro non facto, *l.obſignatione, C.de ſolut. l. 4. §. condemnatum, D.de re iudic.* notant *Alberic. Caſtr. & alij in l. cùm fundus, §. cùm ſervum, D.ſi cert.pet. Alban. conſ.3. num. 4. vol. 1. & Burſat. conſ.110.lib.1.* videndus etiam ſuper his *Franc.Avil. cap.12. iud. ſyndic. gloſſ. nōbrare, Iacob. Canc. 3. par. variar. cap.8. num.23.Giurb.deciſ.38.num.6.*

49 Vt relevet depoſitum, neceſſum eſt fieri cum uſuris, aliàs nihil valet, licèt unus nummus deficiat, *Alexand. in l.ſi inſulam, num.9. D de verbor.oblig. Vrſill.ad Afflict.deciſ.206.num.10.gloſſ.in l.item illa, verſ. Ad diem, de conſtit. pec. Eſt pulchra Genuæ deciſ.144. num. 14. & 15 Vbi traditur, niſi fiat oblatio de intereſſe non cogi creditorem depoſitum de ſorte accipere, eò quòd ſit imperfecta ſolutio, Signorol. de Homod. conſ.254. num.4. Iacob. Canc.dict. cap.8.num.6. Giurb.deciſ.98. num.16.*

50 Confert & quod not. *Bart.in l.elegãter, §. non ſolùm, in fin. de dol.* ſequitur *Ant. Sol.in conſtit. Sabaud.par.1. tit.30. de pignorib.& ſubhaſt. gloſſ.8. num.8.* ubi idem de litis expenſis dicit; & quę tradit *Rot. deciſ. 334. num.1. par.2. diverſ.* ubi poſt *Bald.* dicit, oblationem defectivam nec inducere purgationem ſpolij, vel litis renunciationem.

51 Integrum eſſe debère depoſitum opus exiſtit, ut ſuffragetur, *l. obſignatione, ubi gloſſ.C.de ſolut.not. Ripa in l. quod te, num.22.* & ibi *Camill.Plaut.D.ſi cert. petat. Vrſil. ad Afflict.deciſ.205. num.15.* ubi limitat, ſi fuerit factum ſcienter, nō ignoranter, *iuxta gloſſ.in l.res bona, D.de contrab.empt.* ſive per errorem calculi, *l.quamvis, D. de cond. & demonſt.* quod tamen intelligit *Franc. Milan. deciſ. 8.num. 34. lib.2.* quoad excuſationem pœnæ, non quoad effectum, ut ceſſent interuſuria, *Giurb.dict.deciſ.98.num.17.*

52 Vnde dimanat, quòd ſi deponens non integrum depoſitum faciat (quod nullum eſt, multos refetens *Menoch. conſil. 756.num.9.vol.8.*) tunc ſi perijt depoſitum; eius periculo perit, & cedit, *DD. communiter in l. acceptam, C. de uſur.* novisſimè *Franc. Ant. Coſt. conſ.94. n.15. Mar.Giurb.deciſ.87.num.15.* vel ſi congruo tempore non fiat, *Giurb. deciſ. 80. num.4.*

53 Et ad liberandum deponentem; & obligandum depoſitarium teſtituere, debet eſſe integrum, & de bona moneta, *Borgnin. Cavalc. deciſ. 16. de cont. num.40.par.2. Ariſm. Tepat.dict.tit.364. cap.2.*

54 Et quæ concurrere debeant, ut ſuffragetur depoſitum, eleganter obſervat *Alexand.Ludoviſ.deciſ. 146. & 480. & 505.* & utrobique *Oliver. Beltramin. in addit.* adnotavit.

55 Cùm iam hæc prælibaverimus, indagari oportet, an depoſitum metu mutationis monetæ factum relevet, & ſuffragium præbeat. Cuius quæſtionis explanatio diſtinctione claret, & emicat. Nam ſi factum eſt de pecuniâ, quę ſtatim, hoc eſt die ſequenti, fuit reprobata, ideò invalidum eſt, *l.creditor oblatã, D.de ſolut.Bald.in l. acceptam, quæſt.17. in fin.C.de uſur. Calcan. conſ.14. num.8. verſ.Quantum ad tertium, Brun.in tract. de augm. monet. in 3. par. col. 1. verſ. Eſt verum quod Bald. Nevizan.conſ.49.num. 16.Ant.Gab.de ſolut.concl.2.num. 23.& 24. Menoch. de arbitr. caſ.232. num. 6.* Secus autem ſi longiori tempore, ut ſi poſt

poſt duos menſes, aut multos dies, *Carrot. de depoſit. 2. par. quaſt. 131. deciſ. 63. num. 11. Pinell. in l. 2. par. 3. cap. 2. num. 22. C. de reſcind. vendit. Mar. Giurb. dict. deciſ. 87. num. 33.*

56 Ratio differentiæ illa eſt, quòd brevitas temporis veriſimilē arguit ſcientiam futuræ pecuniarum reprobationis, largitudo autem ignorantiam, ita declarat *Menoch. conſil. 952. num. 25. 26. 27. tom. 10.* Igitur cùm depoſitum effectum eſt propter metum, ne reprobatio pecuniæ deponenti cederet, ſequitur evidenter non ſubſiſtere: nam ut illam effugeret, depoſuit debitor: *argument. l. ſi cùm ipſe 42. D. de excuſat. tutor. Abb. conſ. 16. n. 2. lib. 2. Felin. in cap. fin. num. 3. uſque in fin. de teſtib. Marſil. in Rubr. de fideiuſſ. ex n. 153. Caſ. Bargal. de dol. lib. 6. reg. 2. Iacob. Cane, lib. 2. variar. cap. 13 num. 45.*

57 Rurſus animadvertendum eſt, deponentem, habentem aliquem tumum de proximo conſtitutionem reprobationis eſſe promulgandam depoſuiſſe in fraudem, *Hoſtienſ. in cap. quanto, col. 3. verſ. Si autem, de iureiurand. Bald. in dict. l. acceptam, dict. quaſt. 17. Domin. conſ. 132. verſ. Excluſo, Anton. Gabriel. de leg. conc. 4. num. 3. Iaſ. in §. final. col. penult. limit. 11. Inſtit. de act. Marſil. de fideiuſſ. n. 88. verſ. Et licet, Stracb. de merc. Rubr. de ſponſ. verſ. Item Vincentius, ſub num. 2. Bert. ad Dyn. in regul. peccatum, ad finem, Carrot. dict. deciſ. 63.*

58 Iſti ſententiæ adverſatur altera opinio, quòd conſtitutio non ligat ante promulgationem, *Leonard. Leſſ. de iuſtit. & iur. lib. 2. cap. 22. dub. 13. num. 98. Paul. Chriſtin. deciſ. Belgic. 53. num. 2 vol. 1.* cum multis, licet eius habeatur notitia, *Bart. in l. unica, §. fin. C. de cadue. tollend. Angel. in §. fin. in Auth. de non elig. Abb. conſil. 35. lib. 1. Natta conſil. 498. num. 10. Gratian. reg. 256. Ioſeph. Seſſe deciſ. 433. num. 1. & 2. vol. 4. Camill. Borrell. tom. 1. ſumm. deciſ. tit. 13. numer. 22.*

59 Quæ regula receptiſſima declaranda eſt, ut dicamus; quòd quando cum ſciencia concurrit fraus in alterius detrimentum, conſtitutio liget ante promulgationem, *Bart. in l. contra legem, D. de legib. & in l. quæro D. de act. empt. Rom. ſing. 288. Mar. Giurb. d. deciſ 87. num. 18. Carrot. dict. deciſ. 63. num. 6. Covarr. in reg. peccatum, §. 4 par. 2. Ant. Fab. in ſuo Cod. lib. 8. tit. 3. definit. 37.*

60 Hinc provenit, mercatorem vendentem magnam frumenti copiā (aliàs non venditurus) quia occulte & ſecretè intellexit ſtatim promulgandā eſſe pragmaticam, quę pretium eius diminuat, in foro externo, tenēri emptori id ignoranti ad omne illud, quod eius intereſſe frumentū illo pretio emiſſe, hoc ob fraudem & taciturnitatem ipſius, *Bart. in dict. l. quæro, Covarr. dict. §. 4. num. 6. Valaſc. conſ. 64. num. 8. Molin. de iuſtit. & iur. diſp. 354. §. dubium eſt, Coſta. de fact. ſcien. & ign. cent. 2 diſt. 98. num. 3.*

61 Favet pro eorum theoremate, & dicterio *text. in l. ſi vina 15. D. de per. & comm. rei vend.* ubi venditor vini tenetur emptori ad intereſſe, ſi ſciens brevi vinum eſſe corrumpendum, de hoc non admonuit emptorem, ibi; *Planè ſi cùm intelligeret venditor, non duraturam bonitatem eorum uſque ad in eū diem, quo tolli deberent, non admonuit emptorem, tenebitur ei quanti eius intereſt admonitum fuiſſe,* confirmat *Gregor. Lopez in l. 24. gloſſ. 3. in fin. par. 5. & in l. 9. gloſſ. 3. tit. 9. ead. par. Arias Pinell. in dict. l. 2. par. 3. cap. 2. num. 21. Guzm. de evict. q. 54. num. 7. & 8.*

62 Adiuvat *text. in dict. l. quæro, D. de act. empt.* ibi: *Nec certioravit emptorem,* id *dolus* appellatur; *l. Iulianus, §. Iulianus, D. de action. empt.* pulcher *text.* à nullo iſtorum allegatus; *in l. rectiſſimè 14.* ibi: *Rectiſſimè Prætor calliditati eorum, qui cùm ſe liberos ſcirent, dolo malo paſſi ſunt ſe pro ſervis venundari, occurrit, dedit enim in eos actionem, D. de lib. cauſa.*

63 Pro mantiſſa notandum exiſtit, etiam

H hoc

hoc procedere in foro interno, ſive cō-
ſcientiæ, nempè, quòd emptori tenea-
tur ad intereſſe venditor, tenent meliùs
*Conrad. de contract. quæſt. 62. Ioan. à Me-
din. de reſtit. quæſt. 35. Pinell. in dict. l. 2.
3. par. cap. 2. num. 22. Rebell. de obligat. in-
ſtit. 2. par. lib. 9. quæſt. 6. num. 8. Molin. d.
diſp. 354. num. 3. Valer. in different. utriuſ-
que fori, differ. 40.*

64 Huius hemiſtichij ratio eſt, quia non
minore odio Deus fraudulentos, quàm
ius externū proſequitur, iuxta illud *Pſal.
5. Virum ſanguinum & doloſum abomina-
bitur Dominus.* Et *Proverb. 3. Abomina-
tio Domini eſt omnis illuſor*: ubi *Salaçar*
comptè & eruditè plura ſcitu digna
congeſsit; Author ſanè ſummis laudi-
bus extollendus; Societatis IESV inter
Scriptores non minimus.

65 Difficilis indagationis exiſtit; u-
trùm Depoſitarius conventus opponēs
metus exceptionem, quia fuit coactus
ſolvere iuſſu Principis, Iudicis, Com-
munitatis, aut alterius ſuperioris, ad-
ſit excuſatus? Quam quæſtionē in ter-
minis diſpunxit *Carroc. de depoſ. 1. par.
tit. de caſ. à num. 77. 78. & 79.*

66 In qua quæſtione affirmativè dicen-
dum eſt, excuſatum apparêre; ſi ad in-
iuriam creditoris, vel aliâ iuſtâ causâ
ex deponentis defectu non provenien-
te exactio fuerit celebrata, latè & pul-
chrè *Fontanell. de pact. nuptial. tom. 1.
clauſ. 3. gloſſ. 2. num. 44. Gutierr. lib. 1. q.
113. num. 8. Paſchal. de virib. patr. poteſt.
par. 1. cap. 8. Afflict. deciſ. 150. num. 19.
per l. ſi merces 25. §. culpa 4. D. loc.* ubi
67 aſſerit in hoc caſu debêri plura conſi-
derari, & animadverti, ſcilicet iuſſus
ſuperioris ad iniuriam creditoris, vel
alia iuſta cauſa proveniens ſine defe-
ctu debitoris, & quòd realiter, & ve-
rè ſolverit, ita ut non ſufficiat probare
ſolutionem illius, cui fuit factum do-
num per Regē; & ſubdit *num. 28.* quòd
ſi debitor per prius in mora fuit; po-
ſteà creditoris culpa ſuperveniat; quia
68 ad eius iniuriam exigatur, hæc culpa
ad excuſandum debitorem, qui ſol-
vit, præponderat *Pariſ. in cap. ex tranſ-
miſſa, col. 4. de præſcript.* ubi poſt *Caſtr.*
aſſeverat ita demum liberationem cō-
tingere, quoties debitor aliqualem re-
ſiſtentiam fecerit, ſecundumq́uē expe-
ctaverit præceptum, aliàs ſecùs, *Cagn.
in praxi*, commendat, *in l. non videtur,
§. qui iuſſu, D. de regul. iur. Bald. in l. fal-
69 ſus, C. de furt.* dicens, quòd ſi debitor
per facti viam ſit cōpulſus alteri, quàm
creditori, ſolvere, & omnem diligen-
tiam, ne ſolvat, adhibeat; tamen con-
tra ſuperioris imperioſum iuſſum re-
70 ſiſtere nequeat: tunc etiam ſi debitor
generis exiſtat, excuſatus manet; ſe-
71 cùs in privato ſolutionem extorquen-
te; nam in privato compellente ad-
ſtant remedia, *Bald. in dict. l. falſus*,
ubi ſimiliter inquit, debitorem bonam
fidem, & legalitatem habêre debêre,
nec tenêri carceres, cruciatúmve ſub-
ire, ſed quidquid honeſtè valeat, ſibi-
que ſalvâ ſuâ ſalute fas ſit, & liceat,
peragere & conſtituere, *l. nepos Procu-
lo, D. de verbor. ſignif. l. ea demùm, D. de
oper. libert.*

72 Obſervatione dignum eſt, quòd quo-
ties Depoſitarius depoſitū altori, quàm
ei (cui de iure tenebatur) reddere à iu-
dice compellitur, ab iniuſta compul-
ſione debet appellare, ad hoc ut poſsit
liberari; quod procedit, & habet locū,
quando talis iuſſus notoriè iniuſtus eſ-
ſet, quando vel eſt clarum mandatum
iudicis compellentis alteri depoſitum
73 reddere eſſe iuſtum, à iureque adpro-
batum, vel ſaltem hoc eſt ſub dubio
(quo ſtante pro iudice præſumendum)
tunc & Depoſitarius ab eo non appel-
laverit, liberabitur parendo eius iuſ-
ſui, & obtemperando mandato, iux-
ta *textum in l. Imperatores, D. ad muni-
cipal. l. non videtur, §. qui iuſſu, D. de re-
gul. iur. l. liberorum, in fin. D. de his qui
notantur infam. Afflict. deciſ. 150. tota,
Didacus Perez in l. 1. tit. 10. lib. 3. Ordi-
nament. quæſt. 15. Azeved. in l. 3. tit. 9. à
num. 37. lib. 3. Recop. Salgad. de Regia
protect. par. 2. cap. 16. à num. 94. D. Ioan.*

del

del Caſtillo, doctrinâ & copiâ ſummo-
pere præſtans, lib.4. quotid. controverſ.
cap.59.ſub num. 40.

74 Suggeritur ratio, nam mandatum iu-
dicis notoriè iniuſtum contra legem
divinam, vel humanam, aut poteſta-
tem ſuperiorem ſubditus exequi non te-
netur, nec debet ei parêre, ut probat
textus in cap. non ſemper, cum ſeqq. 11.
quæſt.3.cap.inter cæteros,de re iudic. Abb.
& communis in cap.ſi quando, de offic.
deleg. Div. Thom. 2.2. quæſt.64. artic.6.
ad 3. Covarruv.lib.1. variar. cap.1.num.
10. in qua ſpecie poteſt ſubditus vio-
lenter reſiſtere ſuperiori temerè per-
ſiſtenti, l. prohibitum, C.de iure fiſci lib.
10. ubi gloſſ. verb. Reſiſtentibus, poſt a-
lios Covarr. lib. 1. variar. cap. 2. num.
12. Menoch. remed.8. recup. num.9. Au-
guſt. Barboſ. in cap. quod quis 24. num. 3.
de reg. iur. in 6. quâ de cauſa Depoſita-
rius tenetur appellationem proponere,
& non eius imperio acquieſcere, ut tu-
tus ſecuruſque remaneat.

75 Sic ſimiliter debitor in noſtro ca-
ſu debet appellare & contradicere, l.
ait Prætor, §. permitti, D.de quæſtion. &
an debeat uti omni diligentiâ, ne ab eo
debitum exigatur; latiſsimè Afflict.de-
ciſ.328. per totam, utiliùs dict. deciſ.
150. ubi Urſil. in addit. Bartol. & Caſt.
in l. creditor 102. D. de ſol. Rom. conſil.
287. Alexand. conſil. 15. in fine, lib. 2.
Bald. in l. falſus, C.de furt. & in conſil.
485. Viſo inſtrumento lib. 4. Iaſ. conſil.
26.lib.3. Aretin. conſil. 35. Raphael. Cu-
man. conſil. 185. Carol. Ruin. conſil. 147.
num.19. lib.1. & conſil. 167. num.7. &
conſil.171. lib.4. Avend. in diction. verb.
Fuerça, Mar. Anton. de Mor. 1. part.
numer. 27. Grat. conſil. 127. lib.1. Guid.
Papa deciſ. 149. Marſil. in Rubric. de fi-
deiuſſ. num.186. Didac. Perez in dict. l.3.
tit.10. dict. quæſt.15. Menoch. de arbitrar.
lib. 2. caſ. 137. qui multa in propoſito
tradit, & conſil.68 lib. 1. Anton. Gabr.
commun. concluſ. lib.3. tit. de ſolut. concl.
11. Rebuff. tractat. de litter. obligat. tom.
1. art. 6. gloſſ. 3. num. 64. Rota Genuenſ.
deciſ.33. num.6. per totum, Hippolyt. Ri-
minald. conſil. 506. num.29. & 30. lib.5.
latiſsimè Carol. de Graſſ. in tractat. de ex-
cept. except. 25. ex num. 49. cum multis
ſeqq. Anton. Theſaur. lib. 2. quæſt. 54.
Borgnin. Caval. deciſ.20. num.21. par.2.
Iacob. Canc. 2. par. variar. cap.4. de ſeq.
num.19. & ſeqq. Ant. Fab. ad tit. C. de ſo-
lut. definit.9. Seraph. de privil. iuram. pri-
vil.47. ex num.10. cum ſeqq. Parlad. lib.
2. rer. quotid. cap. fin.5. par. §.17. num.8.
& 9. Ioan. Pet. Fontan. d. clauſ.3. gloſſ.2.
ex num.42. uſque ad 49. & aliorum Do-
ctorum dicta referens, nihil tamen re-
ſolvens, latè proſequitur Caſtill. d. lib.4.
quotid. cap.59. à num.39.

76 Et quòd teneatur omnem diligentiã
antequàm ſolvat, adhibêre, ne ſolvat al-
teri quàm creditori, & illi denuntiare,
probant poſt Cravet. Men. dict. caſ.137.
num.16. Petr. Surd. conſ.345. num.5. & 6.
lib.3. Gut. lib.1. pract. quæſt.81. ex num.
10. uſque ad 17.

77 Dubium ſe offert, an ſequeſtrum ex
aliqua cauſa debitori factum iudicis
authoritate illi præcipientis, ne ſuo cre-
ditori ſolvat; in ipſo debito factam exe-
cutionem impediat? & talẽ exceptionẽ
legitimam eſſe ad impediendam huiuſ-
modi executionem, tenet Flor. de Me-
na in addit. ad Gam. deciſ.285. exactiſsi-
mè probat Gutier. lib. 1. pract. q.113. à
princ. Caſtill. d. cap.59. ſub num.40. verſ.
Ioan. Pet. Font. ad fin. & verſ. Denique &
ultimo loco, qui cum Flor. de Men. dicit,
quòd ea exceptio iudicis debet impe-
dire viam executivam; ſed quòd iudi-
ces ſolent non obſtãte interdictione, ne
creditori ſolvatur, reum debitorem cõ-
demnare (oblatâ illi cautione indemni-
78 tatis) & quòd tunc non debent deci-
ma, aut expenſæ ab ipſo debitore exi-
gi, cùm ipſe non fuerit in culpa non
ſolvendi; puta quia imò tenetur reſi-
ſtere, & facere quicquid ei ſit poſsibi-
79 le, ne fiat ſequeſtrum, & factum re-
vocetur; quia aliàs ſi ſponte ſolvit;
cui iudex iuſsit, vel agnovit dictum
ſequeſtrum, non liberatur, per textum

in l. ait Prætor, §. *permittitur, D. de minoribus*, *Gut. dict. quæſt.* 113. *num.* 3. ſequitur *Caſtillo ſuprà*, *verſ. Denique & ult.*

80 Quando debitor fuit in mora ſolvendi ſuo creditori, ut non liberetur per reſiſtentiam & contradictionem ſequeſtri; quia tunc illa mora præponderat, tenent *Menoch. de arbitrar. dict. caſ.* 137. *num.* 24. *Caſtill. dict. num.* 4. *verſ. Iacob. Men. Fontan. ubi ſuprà*, *ex num.* 42. *uſque ad* 49. *Afflict. dict. deciſ.* 150. *Rota Genuenſ. deciſ.* 61. *num.* 6. *&* 9. *Borgnin. Cavale. deciſ.* 25. *num.* 1. *par.* 2. *Canc.* 2. *par. variar. cap.* 4. *num.* 24.

81 Adnotandum eſt debitorem, in quẽ debitum eſt ſequeſtratum, non poſſe exequi à ſuo creditore, niſi ſemoto ſequeſtro, probant *Bart. in l. mulus*, *D. de leg. commiſſor. Ioann. Andr. in addit. ad Spec. de ſequeſtr. poſſeſſ. & fruct. Guid. Pap. deciſ.* 210. *&* 340. *num.* 3. *Pract. Ferrar. in form. ſeq. num.* 1. *verſ. Audeat, Maſuer. in prax. Rubr. de ſeq.* §. *item creditor*, *Rebuf. de litter. obligat. art.* 6. *gloſſ.* 3. *num.* 64. *Galeſ. ad form. Cam. p.* 2. *quæſt.* 3. *ad* 4. *par. Cam. obligat. num.* 3. *&* 4. *Cioſu. conſ.* 62. *num.* 2. *vol.* 2. *Canc. variar. reſol.* 2. *cap.* 4. *à num.* 19. *Salgad. de Reg. protect. par.* 4. *cap.* 7. *num.* 152.

82 Limita, ſi debitoris operâ & fraude dictum ſequeſtrum ſit appoſitum, *Canc. ibi num.* 23. *poſt alios addit. ad Guid. Pap. dict. deciſ.* 210. *ſecundum B. Natta conſil.* 233. *Carrot. de ſeq. par.* 3. *quæſt.* 10. *num.* 4. *Roman. in l. fin. D. qui ſatiſd. cogantur.*

83 Et an creditor debito ſequeſtrato poſsit agere contra fideiuſſorem, pulchrè per *Hieron. Grat. conſ.* 28. *vol.* 1. *Canc. ſup. num.* 46.

84 Nunc opportunè quæritur; an Depoſitarius generalis depoſitum abſque mutationis damno exſolvere teneatur?

85 Depoſitum iudiciale executionem paratam habet, *Roland. conſ.* 17. *num.* 1. *volum.* 1. *Carrot. de depoſ. par.* 1. *quæſt.* 3. *num.* 33. *Surd. cum alijs, conſ.* 322. *num.* 10. *lib.* 3. *Salgad. de Reg. protect.* 2. *par. cap.* 16. *num.* 85. & ejus confeſsio de per ſe, & etiam abſtracta, *l.* 1. *D. de confeſ. l.* 1. *C. eodem*, *l. poſt rem*, *D. de re iudic. l.* 7. *tit.* 3. *part.* 3. *Camil. Larata conſ.* 61. *numer.* 2.

86 Dubium iam patet, ſed conducit pro Depoſitario *text. in l. Titius Sempronio* 24 *D. de præſcript. verb.* ubi Titius dedit pecuniam Sempronio, ut de uſuris pro eo tributum ſolveret, & quod ſupereſſet, ei reſtitueret, poſteà pecunia perijt; Africanus reſolvit, Titij periculo defeciſſe: illicque aſſerit *Paulus Caſtrenſ.* hanc eſſe rationem, quod principaliter illa pecunia gratiâ Titij dantis præſtita erat Sempronio, ideòque quamvis dominium in eũ ſit tranſlatum, & ſic debitor generis, ſeu quantitatis exiſtat, periculum ad eum non pertinère: ſequntur *Alexand. in l. ſi ex legati cauſa, D. de verbor. obligat. Dec. in l. quod te, D. ſi cert. petat.*

In terminis pro Depoſitario *Anton. Faber in tractat. de varijs nummar. debitor. ſolut. cap.* 20 *in princ. pag.* 270. *Paul. Chriſtin. deciſ. Belg.* 172. *vol.* 1.

Contrarium tamen tenendum eſt; certum eſt enim in Depoſitarium pecuniarum dominium per commixtionem (ut in alia ſpecie affirmat Conſultus in *l. ſi alieni* 78. *D. de ſolut. Hugo Donell. lib.* 4. *comment. cap.* 22.) transferri, & depoſitum irregulare contrahi, & ſic generis, quod mutui vim obtinet, quando non fuit factum depoſitum pecuniarum in ſacculo obſignatarum, & tunc cenſetur Depoſitario data utendi licentia, *l. dies ſponſaliorum*, *l. Lucius Titius* 24. *D. depoſiti*, *l. in nave Saupheli, D. locat.* cum innumeris *Anton. de Amat. reſol.* 20. *n.* 2. *Pet. Barboſ. in l. moratio. n.* 83. *D. ſolut. matr.* Sicque periculum ad eum ſpectat, *l. incendium, C. ſi certum petat. l. in ratione, la* 2. §. *incertè, D. ad leg. Falcid. Barboſ. in d. l. mora. num.* 85 *ad fin. Fontan. de pact. nupt. clauſ.* 5. *gloſſ.* 8. *p.* 7. *n.* 13. *Rodrig. de ann. reddit. lib.* 1. *q.* 13. *num.* 20. *circa medium, Honded. conſil.* 43. *vol.*

vol.2. Caſtillo Sotomaior lib.3.controverſ. cap. 16. num. 35. Amato dict. reſolut. 20. num. 5. & 6. Camill. de Medicis conſil. 26. num. 5.

87 Quod quidem confirmatur ex eo, quòd Depoſitarius etiam de conſuetudine, ſicut Bancherius pecunijs depoſitis utitur, *Peguera deciſ. 38. num. 7. Ludercb. conſil. 113. num. 11. Rodriguez dict. quæſt. 11. num. 37. Cancer. lib. 3. variar. cap. 8. num. 64 Amat. ſuprà num. 2.* Nam eorum obligatio eſt tantùm, cùm caſus evenerit ſolutionis, reſtituendi, quantum eis fuerit præſtitum. Ideò-
88 que cùm neceſſe non habeant, imò nec teneant pecunias extantes; &, quod plus eſt, ut depoſitas apud ſe exſolvant, alijs perfruuntur, evidenter percipitur dominium in eos translatum: & per conſequens mutationis damnum, ſeu periculum ſenſuros eſſe, *Rota apud Pacificum de Salvian deciſ. 132. numer. 6. Oliver. Beltramin. deciſ. 145. num. 24. in fine.*

89 Nec negotium faceſsit *l. Titius Sempronio*, ibi enim Africanus non agit de pecunia credita, initio demonſtrat, *Titius dedit*. Crediti lex eſt, ut tantundem reddatur, *l. 2. l. cùm quid, D. ſi cert. petat.* huius conventionis ius fuit, ut quandoque minus redderetur, vel nihil: ius crediti eſt, ut periculum ad accipientem pertineat, quod in hac conventione non fit. Ius crediti, ut uſuræ ex pacto non debeantur, hîc debentur, quia initio contractus pactæ ſunt, disertè poſt *Cuiac.* notat *Dionyſ. Gothof. in ſchol. litt. V.* dilucet iam *Africani* mens, nam in *dict. l. Titius Sempronio*, pecunia non fuit data, ut recipiens ſibi ipſi negotiaretur, ſed pro Titio ad-
90 numerante. Vnde colligas hâc pecuniæ adnumeratione mutuum non eſſe contractum (ut *l. rogaſti 19. D. de præſcrip. verb.* de cuius ſenſu & intellectu cũ *l. qui negotia 34. D. mandat.* eruditè *Cui. tract. 8. ad Africanum*) Igitur cùm gratiâ Titij pecunia daretur, nil mirum ut damnum ſentiret, *Gothofred. litt. L.* eleganter *Petr. Paul. Pariſ. conſ. 131. lib. 4. Cancer. dict. cap. 8. num. 51.* Itaque Sẽpronius ibi licèt pecuniæ dominiũ obtinuit, periculo reſtitit.

91 Similiter luce donatur *Vlpianus in l. utrum 23. D. de petit. hered.* ubi etiam debitor in quantitate rei interitu liberatur, quia bonæ fidei poſſeſſor non tenetur, niſi quatenus fuerit locupletior, *l. 25. §. 12. D. eodem*, ibi: *Si quis re ſua lautius uſus ſit contemplatione delatæ ſibi hereditatis, Marcell. lib. 5. Digeſtorũ putat nihil eum ex hereditate deducturũ, ſi eam non attingit: probat Dec. in l. quod te, num 9. in fine, D. ſi cert. petat. Gothofr. in dict. l. utrum, litt. I.*

92 Adnotandum eſt, quòd quamvis regulariter res domino pereat, *ex dict. l. incendium, C. ſi cert. petat.* cum multis ſimilibus; intercedente pacto plerumque eius periculo, qui dominus non eſt, interire poſſe, *ut in cap. 1. commod. l. 1. §. ſi convenit, & §. ſæpè, D. depoſiti*, & multoties id in iure noſtro evenit, ut in emptore, qui perfectâ venditione nondum tamen re traditâ dominus non eſt, *§. venditæ, Inſtit. de rer. diviſ. l. quod vendidi 19. D. de contrahenda emption. l. procuratoris 5. § planè, D. de tribut. act.* & tamen periculum ad eum ſpectat, *l. 1. & per totum, D. & C. de pericul. & comm. rei vendit. l. quod ſæpè 35. § in his, D. de contrahend. emption. l. cùm emptor 5. D de reſcind. vendit l. Lucius 11. D. de evict. §. cùm autem 3. ubi Pichard. num. 1. & ſeqq. Inſtit de emption. & vendit. l. 23. & ſeq. tit. 5. part. 5. Narbon. in l. 15. gl. ſ. 2 num. 42. tit. 18. lib. 5. Recop.*

93 Quæſtionis huius deciſio, ſeu determinatio affirmativa eſt adverſus Depoſitarium, quem depoſitum abſque diminutionis damno exſoluturum cenſeo, multotieſque iudicatum video.

SVMMARIVM.

1 Electionis materies latè patet.
2 Definitur electio.
3 Poſtulatio fit de eo, qui propter aliquod impedimentum, ſeu defectũ natalium ætatis, vel ordinũ eligi nõ poteſt.
4 Nominatio eſt, cùm Collegium duos, vel plures nominat, ut ſuperior eligat.
5 Multiplex eſt electionis forma. uſq. 9.
10 Electio antiquitùs per ſortẽ, & optionẽ.
Decuriones, & Magiſtratus municipales electione fiebant, & ſuffragijs comprobabantur.
Suffragia voce in calculis dabantur.
11 Optio, & electio idem ſunt.
12 Optio cuiuſvis eſt muneris adminiſter.
Appellatur is quem Decurio, aut Cẽturio optat ſibi rerum privatarũ miniſtrum.
13 Anteà appellabatur accenſus.
14 Optiones ab optando dicti.
De alijs optionum generibus remiſſivè.
15 Reges ſorte eligebantur. uſq. 18.
Communis populorum in Regis electione conſenſus Tyrannidem in Monarchiam vertit.
19 In convivijs ſortibus utebantur.
20 Conſules ſorte obtinebant Provincias.
21 Proconſules ſimiliter.
22 Præſideſque.
23 Et Quæſtores.
24 Expenditur Vlpian.
25 Candidati Principis qui ſint. & 26.
27 Prætores Provincias ſortiebantur.
28 Iudices. & 29. 30.
Libera fuit recuſatio iudicum.
31 Sortes in urna conijciebantur.
32 Explicatur Propertius. & 33. 34.
35 Magiſtratus creabantur aut delectu, aut ſorte, aut utroque ſimul.
36 Bella, & exercitus ſortiebantur.
37 Excubabatur ſorte.
38 Ad pericula ſorte exibant.
39 Statio ſorte aſſignabatur.
40 In ſuffragijs ferendis omnium Tribuum nomina in cyſtellam conijciebantur.
41 Iure Civili, Canonico, & Divino ſortes permiſſæ ſunt. & 42. 43.
44 Contradictiones comprimit ſors.
45 Chriſti veſtis ſorte diviſa.
Apoſtoli poſt Paſsionem Chriſti ſortiti ſibi fuerunt Provincias.
46 Multipliciter ſors accipitur.
47 Capitur pro fortuna.
Pro capitali ſocietatis.
48 Pro parte ſeu portione hereditatis.
49 Pro fato.
50 Pro iudicio.
51 Pro gratia Dei.
52 Pro progenie.
53 Sortis uſus in electionibus Eccleſiaſticis improbatur.
54 Cæca res eſt ſors.
55 Quando ignoratur prioritas naſcendi, ſorte decidenda eſt.
56 In electione requiritur conſenſus.
57 Furioſus eligere non poteſt.
58 Electio debet eſſe libera, nec Principum metu facta.
59 Electio metu facta nulla eſt. & 60.
61 Vbi metus & coactio intercedunt, conſenſus deficit.
62 Timor inferendæ violentiæ vitiat electionem.
63 Cum reverentia minor metus ſufficit.
64 Metus reverẽtialis annullat electionẽ.
65 Populo eligente per metum rectorẽ non tenet electio.
66 Intelligitur Innoc.
67 Electio ad tres, aut quatuor reſtringi non debet.
68 Refertur Bulla Pij V.
69 Eligere eſt unum è pluribus voluntariè capere.
Oppreſſus per metum non conſentit.
70 Electio facta ad importunũ populi clamorem non tenet.
71 Præſentia, & adclamatio populi libertatem tollit.
72 Electio facta ad aliorum impulſum nõ valet.
73 Similiter effecta per fraudes, & conventiones.
74 Electus per abuſum conſentiens electioni per metum puniendus non eſt.
Electus in Papam non poteſt electioni de ſe factæ per metum conſentire.

Non

75 Non creditur Cardinalibus aſſerentibus ſe elegiſſe per metum.
76 Cardinales cùm primùm in locum tutum ſe receperint, per Notarium teſtari debent de metu.
77 Creditur Cardinalibus, ſi dicant ſe ſpontè elegiſſe.
78 Cardinales ſi eligant Italum, cùm non haberent animum ante impreſſionem, ut eſſet verus Papa, non tenet electio.
79 Contraria ſententia propalatur. & 80.
81 Electio non ratificatur per ſequentem conſenſum. & 82.
83 Cardinales ab electo per metum poſſunt recedere poſt coronationem.
84 Negat Concil. Conſtant.
85 Interveniens timor poſt electionẽ ſpontaneam illam non vitiat. & 86.87.88.
89 Electio ſepulturæ debet eſſe libera, ne ſit nulla.
In ea non debet intervenire pactum.
Si quis decedat non electa ſepultura, ſepeliendus eſt in ſepulchro maiorum.
Sepulchra maiorum magni habita.
Sepulchra olim in agris habitationes continebant.
90 Præſentatio per metũ nõ tenet. uſq. 94.
95 Electio ſummi Pontificis facta per metum non tenet. & 96.
97 Qui ſine vi & fraude, ſed tãtùm ſuaſione & precibus impedit, ne beneficium conferatur digniori, ſed digno, non tenetur aliquid digniori reſtituere.
98 Vtrùm collatio metu extorta ſit ſimoniaca. uſque 101.
102 Electio favoribus non eſt conſtituenda.
103 Spontè fieri quid dicatur. & 104.105.

CAPVT V.

De Electione.

1 ELECTIONIS materies latè patet, *ex integris in Decret. Sext. Clement. & Extravag. titulis*, ubique per *DD.* notatis, & ex ijs, quę adnotavit *Aug. Barboſa in collect. ad omn.* fusè; & doctè noviſsimèque *Iulius Labor var. elucubrat. tit. 4. per totum.*

2 *Electio* igitur eſt *ad prælaturam, ſeu dignitatem vacantem alicuius perſonæ idoneæ, à Collegio facta operæ pretio à ſuperiore confirmãda*; probat *Nicol. Garc. de benef. 3. par. cap. 2. num. 6.* & anteà *1. par. cap. 6. num. 15.* cum plurib. *Cardoſ. verb. Electio, num. 1.*

3 Cui accedit poſtulatio; quæ fit de eo, qui propter aliquod impedimentũ, ſeu defectum natalium ætatis, vel ordinum elegi non poteſt. Quæ quidem eſt ſupplex Collegij petitio facta ſuperiori, ut certam perſonam ad Eccleſiam, ſeu dignitatem vacantem non obſtante defectu, quem patitur, admittat; *Abbas in cap. 1. de poſtul. Prælat. num. 34. Corraſ. 4. par. cap. 2 num. 2. Cuc. Inſt. Mai. lib. 4. tit. 2. num. 1.* cum alijs, de qua *Iul. Labor. dict. tit. 4. cap. 14.*

4 Electioni, & poſtulationi coniungitur nominatio, quæ ab electoribus fit; nempè, cùm Collegium duos, vel plures nominat, ſuperiori ſupplicans, ut unum ex eis Eccleſię pręficere velit; quæ dicitur nominatio ſolennis ad differentiã alterius nominationis ſimplicis, quæ ab electuris fit per modum tractatus, & conferentiæ, *Corraſ. d. 4. par. cap. 4 nu. 1. & 2. & d. tit. 2. n. 55. & 56. Garc.* cum infinitis, de ijs omnibus agens, *d. 3. par. c. 2. à num. 6. cum ſeqq.* ubi dicit, non eſſe in uſu; quia ab aula receſſerunt.

5 Multiplicem eſſe electionis formam ſatis eruditè demonſtrat *Laborius*. Aliã per inſpirationẽ Spiritus ſancti, aliã per quaſi inſpirationem; aliam per ſcrutinium, aliã per compromiſſum, *d. tit. 4. c. 5. n. 3. & cap. 7. n. 8. & cap. 19. num. 29.*

6 Per inſpirationẽ efficitur, quando nullo inter eligentes ordine ſervato, ipſi quaſi inebriati, & ſuper ſe quaſi facti eligunt: *Sylveſt. verb. Electio 2. n 27. Azor lib. 6. par. 2. cap. 14. q. 11. Labor. d. cap. 7. num. 2.* ubi requiſita quæ intervenire in ea debent, commemorat.

7 Per quaſi inſpirationem conſtituitur, cùm ſubitò, & repetè unus poſt aliũ ſi-

ne aliquo intervallo eundem eligunt, ex *Hoſtienſ. cap. quia propter, num. 50. de elect. Oldrad. cõſ. 155 n. 1. & 2. & reliqui DD. citati per Rotam in una Meten. Monaſterij, Iulij 1621. coram Coccino.*

8 Per ſcrutinium paratur, quando præſentibus omnibus, qui debent, volunt, & poſſunt commodè intereſſe; tres de Collegio fide digni ſumuntur, qui vota ſingulorum ſecretè, & ſigillatim diligenter exquirant; & in ſcriptis redacta mox publicent in communi: quo facto collatione habitâ is demum cenſetur electus, in quem vel omnes, vel duæ ex tribus partibus conſentiunt. Formam ſcrutinij proponit *Lavor. dict. tit. 4. cap. 7. à num. 9. cum ſeqq.*

9 Per compromiſſum ad electionem proceditur; cùm aliqui idonei eliguntur, in quos omnium vice eligendi certo modo poteſtas transfunditur cum aliquibus clauſulis in compromiſsis ſpecificandis; *Lavor. dict. cap. 7. à num. 23. & cap. 19. num. 29.* de alijs vide per eum plenâ manu tractantem, eruditè *Simon. Maiol. colloq. 6. Dier. Canic. tom. 2.*

10 Obſervandum eſt, electionẽ per optionem & ſortem antiquitus conſtitutam. Electione enim priſcis Romanorũ temporibus Decuriones & Magiſtratus municipales nominabãtur à Dũmviris, aut Cẽſoribus, *l. 2. 28. 46. C. Theodoſian. de Decurionib.* Sed ſuffragijs nominatum comprobari oportuit, *Plin. lib. 10. epiſt. 78. & 80. ad Traian.* Suffragia tamen voce non calculis dabantur, *Iul. Cæſar. Buleng. lib. 7. de Imp. Rom. cap. 8.*

11 Optio, electioque idem appâret; *Plaut. in Caſſin. Optio hæc tua eſt, utrã harum vis conditionem accipe*: datur, fit, & permittitur optio, *Cicer. 1. Verr. Quoties ille tibi poteſtatem, optionemque facturus ſit, ut eligas, utrùm velis factum eſſe: necne. Quintil. lib. 5. Nec optio iudicis adverſario eſt permittenda; Cicer. 4. Academic. Si optio naturæ noſtræ datur.*

12 Animadvertere oportet, optionis verbum alio potiri ſignificatu. Nam optio certè cuiuſvis eſt muneris adminiſter, & adiutor, *Feſtus in re militari.* Et appellatur is, quem Decurio, aut Centurio optat ſibi rerum privatarum miniſtrum, quo faciliùs obeat publica officia. Optio qui nunc dicitur, anteà appellabatur *Accenſus, Feſt. Varr. 1. de ling. Latin.* qui à Tribuno militum Cen-

13 turione dabatur adiutor. Vnde apud *Plaut. in Aſin. act. 1. ſcen. 1.* optio pro adiutore ponitur. Optionem tibi ſummitto Leonidẽ, *Caliſt. l. ult. D. de iur. immun.* ubi eleganter adnotat *Dionyſ. Gothofr. litt. Q. Ramir. in Pentecontarch. cap. 7. fol. 80. circ. finem, Budæus in annot. reliquis, fol. 246.*

14 Optiones ab optando dicti; quòd antecedentibus ægritudine prępeditis tãquam adoptati eorum, atque Vicarij ſolent univerſa curare, ut *Veget. lib. 2. cap. 7.* de alijs optionum miniſterijs comptè agit *Iul. Caſ. Buleng. lib. 6. de Imp. cap. 47. fol. 596.*

15 Hinc eſt, Reges electione creatos, ut ſatis eruditè bonarum litterarum Authorum teſtimonijs patefacit *Pet. Gregor. lib. 7. de Repub. cap. 15. toto*, elegãtiſſimè *Dempſter. ad Roſin. lib. 2. Antiq. Roman. cap. 13.*

Quarè communis Populorum in Regis electione cõſenſus, ſive is expreſsè, ſive paulatim curſu temporis interponatur, etiam Tyrannidem in Monarchiam perfectam convertit, eleganter innumeris relatis *Solorçan. de Indiar. iur. lib. 3. cap. 4. num. 36. Valer. in differ. utr. for. verb. Obedientia, differ. 2. num. 2.*

16 Quod probatur *1. Paralipom. cap. 27. 3. Reg. cap. 10.* ubi David prætulit Salomonem filium in Regno Adonię antiquiori, quia Dominus elegerat Salomonem, ut ſederet ſuper ſoliũ David.

17 Et conſtat *ex lib. Ioſue & Iudicum*, Duces per electionem divinã ante Saulis Regnum populo Iſraëlitico fuiſſe; nec obſcura eſt ratio; quia gens & populus erat peculiaris Deo; ideò Deus ipſe Rex, alij autem Duces, & Prępoſiti erant pro neceſsitatis occaſione, donec Deus ad petitionem populi Regẽ illis

illis dedit, & dixit Samuel *1. Reg. cap. 8. ℣. 7. Non te, ſed me abiecerunt, ne regnem ſuper eos.*

18 Sorteque electos Reges fuiſſe, docet *Pet. Greg. lib. 7. de Rep. cap. 14. toto.* Celebris electio Regis Iſraël per ſorté divinam; antequàm Regnum Iſraël confirmatum eſſet, quod poſt confirmationem iure ſucceſsionis devolutum eſt ad proximos morientis. Ab initio quippè cùm petijſſet ſibi dari Regem Populus, Samuel uſus eſt ſorte diviná, ut legitur *1. Reg. cap. 10. ℣. 20. & ſeqq. Applicuit omnes Tribus Iſrael, & eccidit ſors ſuper Tribum Benjamin congregato populo per Tribus & familias, & rurſum applicuit Tribum Benjamin, & cognationes eius, & eccidit ſors ſuper cognationem Metri, & pervenit uſque ad Saul filium Cis.* Hanc electioné ſortis tribuit Deo Samuel; dum ait *℣. 24. Certè videtis, quem elegit Dominus; quoniam non ſit ſimilis illi in omni populo*: & anteà iuſſu Dei Samuel Saulem elegerat, *1. Reg. cap. 9.* ſed voluit electionem ſortibus probare, ut hîc verum ſit, quod ſcribitur *Prov. cap. 16. ℣. 33. Sortes mittuntur in ſinum, ſed à Domino temperantur.* Mirè *Villalpand. de Magia lib. 3. cap. 3. num. 40. cum ſeq.* videndus.

19 In convivijs ſortibus utebatur Heliogabalus, ut teſtantur *Lamprid. in eius vita, Alexand. ab Alex. lib. 5. Dier. Genial. cap. 21. fol. 569.* ibi: *Heliogabalus ſortes convivales poſt cœnam proponebat, ut alius haberet decem camelos, alios muſcas, vel auri libras, aut decem ova, urſos, glyres, & lactucas decem.*

20 Conſules ſorte commiſſas Provincias obtinebant, ut ex *Auth. de Conſul.* manifeſtum eſt; *Tit. Liv.* omnibus paginis teſtimoniorum pleniſsimus, *1. dec. lib. 4. & lib. 7. & alibi, ubi Scribent. Tull. lib. 1. ad Attic. epiſt. 12. Quibus ego mederi, & anteà ſæpè ſtudui, & vehementiùs poſt ſortitionem Provinciæ; & epiſt. 14.* in limine, *Valer. Max. lib. 3. cap. 7. tit. 5.*

21 Proconſules etiam ſortiebantur Provincias ſuas, teſtis eſt *Ælius Spartian. in Sev. Alciat. lib. 5. Parerg. cap. 22. ex Dione Cocceiano lib. 58. Plin. Iun. lib. 2. epiſt. 12. Paul. I.C. in l. emancipari, D. de adopt.* ibi: *Emancipari filium à patre quocunque loco poſſe conſtat; ut exeat de patria poteſtate apud Proconſulem etiam in ea Provincia, quam ſortitus non eſt, & manumitti, & adoptionem poſſe dari placet.*

22 Præſidiales Provinciæ Præſidibus ſorte concedebantur: nam antiquæ libertatis Provinciæ Proconſulibus demandabantur, *Strab. Ammian. lib. 6. in fin.* atque hæ validiores audiunt à *Caio, Suet. in Aug. cap. 47. Hegeſippus apud Marcell. Ponzan. Dilucid. Suar. pag. 440. Q. Symmach. lib. 1. epiſt. ult.* ibi: *Alexander vir ornatiſſimus ſortitus Provinciã præſidialem putat honori ſuo incrementa præſtari, ſi tuo amore potiatur.*

23 Quæſtores in obtinenda Provincia ſortes experiebantur, cuius rei fides ex *Marc. Tull. ſæpiſſimè in Orat. pro Muran. in Orat. in Vatinium, in 3. in Verrem, L. Feneſtell. ſi modò is author, ac nõ verius Dominic. Flocc. eius libelli, qui de Magiſtratib. circumfertur. Caius Sueton. in Veſpaſ. cap. 2. Quæſtor Cretam, & Cyrenas ſorte tulit. Valer. Maxim. lib. 6. cap. 9. tit. ult. Quapropter Caium Marium Conſulẽ moleſtè tuliſſe traditur, quòd ſibi aſperrimum in Africa bellũ gerenti tam delicatus Quæſtor ſorte obveniſſet. Cornel. Tacit. in vita Iulij Agricol. Sors Quæſturæ Provinciam Aſiam dedit.*

24 Quando is mos invaluit, expedit *Vlpian. in l. unica, in fin. D. de offic. Quæſtor.* ibi: *Ex Quæſtoribus quidam ſolebant Provincias ſortiri ex Senatuſconſulto, quod factum eſt decimo Druſo, & Porcina Conſulibus, ſanè non omnes Provincias ſortiebantur, verùm excepti erant Candidati Principis.*

25 Quinam illi *Candidati* Principis fuerint? non ſatis conſtat, *Dempſter. tamen ad Claud. 4. de Honorij Conſul. ad finem.*

Per Ligurũ populo ſolitos cõſpectior ires,
At inter niveas altè veherere cohortes,
Submiſſique altè pubes electa lacertis
Sidereum geſtaret onus. ——

Di-

Dixit eſſe illos, quibus aditus primus ad honores patefiebat, quique latera Principis ſemper ſtipabant: & *Caſſiod. lib.2. epiſt. Quæſtor Candidatus non ſemper eſt Candidatus Principis, qui enim Quæſturam urbanam ambiebat, dicebatur Quæſtura Candidatus; vel Quæſtor Candidatus qui munera Quæſtoria exbibebat, & dyptica*, ut *Symmacb. lib. 2, epiſt. 30.*

26 Candidati Principis libros Principales in Senatu legebãt. *Ammian. Caſſiod. lib.1.epiſt.4.Iul.Cæſ.Bulẽg.lib.5. de Imp. cap.70.* ubi eruditè. Prætores Candidatos, Senatores Candidatos, Quæſtores Candidatos commemorat *Symmacb. lib.1. epiſt.38.lib.5.ep.26. & 65. Guth.de offic.dom. Aug.lib.2. cap.18.fol.376. Budæus in l.unica,de offic. Quæſt.fol.317.*

27 Prætores ſorte adijciente Provincias ſuas obtinebant, *Marc.Tull.varijs in locis lib.8. ad familiar. epiſt. 9. & act.2. in Verr. Cùm Prætores deſignati ſortirentur.* Et *3.Verr. Nam ut Prætor factus eſt, & ſortem nactus eſt urbanæ Provinciæ, Suet. in Aug. cap.3. Ex Prætura Macedoniam ſortitus:* & *in Iul.cap.18. Pretura ulteriorem ſortitus Hiſpaniam.*

28 Similiter iudices ſortiebantur, obſervant *Gulielmus Budæus in annotat. prioribus ad Pandect. C. Plin. in perfectiſſimi operis præfatione. Plurimum refert ſortiatur aliquis, iudicem, an eligat. M.Tul.act. 3.in Verr. Quo die ſeſe ex inſtituto, & lege Rupilia ſortiturum Syracuſſis ipſe edixerat: paratus ad hanc dicam ſortiendam venerat; cùm enim Heraclius non poſſet eo die ſortiri, quod lex Rupilia vetaret*; & pòſt paulò ibidem loci: *Id ei poſtero die in mentẽ venit, ex lege Rupilia ſortiri dicas oportere, eduxit ex urna tres.* Idem Orat. in Vatin. *Nam quis reus in Tribunal ſui Quæſitoris aſcenderit? eumque vi turbarit? ſubſellia diſſiparit? urnas deleverit.*

29 *Aſcon. Pædian. in divin. in Verr. Serv. Honorat. ad lib.6. Æneid. Sive ſorte, ſive iudicio, traxit autem hoc ex more Romano; non enim audiebantur cauſæ, niſi per ſortẽ ordinatæ; tempore enim, quo cauſa agebãtur, conveniebant omnes, unde & Conciliũ ait; & ex ſorte dierum ordinem accipiebant; quo poſt diem trigeſimum ſuas cauſas exequerentur. Sueton. in Veſpaſ. cap.10. Sorte elegit per quos rupta bello reſtituerẽtur, quique iudicia centumviralia; quibus peragendis vix ſuffectura litigatorum ætas videbatur, extra ordinem diiudicarent, redigerentque ad breviſſimum numerũ. Vet. Scholiaſt. ad Satyr. 13. Iuven.*

30 Confirmant *text. in §. illud quoque, Autbent. de execut. & ijs qui conven. & reconv. Vlpian. in l.17.§.ult. D. ad leg. Iul. de adult.* ibi: *Mulier verò iudicem religioſum ſortita; pudicitiam ſuam defendet. Arcad. & Honor. in l.8. C. de Iudæis*, ibi: *Sortiri eorum iudicium iure publico non vetentur. Zen. Imperat. in l.3. C. de privil. Schol. lib.12. Tiraq. de primog. quæſt.17. opin.1. num.54. & ſeqq. Petr. Gregor.47. ſyntag. 23. num.6. & ſeqq. Pet. Nan.9. miſcell.7. Philipp. Broid. in ſupplem. ad Hoſt. for. lib. 5. cap.7. Sigon. lib.2. de antiq. iur. civil. cap. 18. pag. 134. & ſeqq. Oſſuald. in Donell. lib.17. comm. cap.24. litt. X.*

Vnde libera ſemper recuſatio fuit hâc formulâ; *Eiero iniquus eſt*, ut ex *Cic. lib.2. de Orat. pag.141. & in Philipp. 12. pag. 121.* ſine alia probatione, & argumento ſuſpicionis, ut dixit *Plin. in Paneg. Trajan.* ibi: *Sors, & urna iudicem aſſignat, licèt reijcere, licèt exclamare hunc nolo, Parlador. lib.3. diſ.10.n.3.* (quod & hodie praxi ſtat in iudicibus inferioribus, *Cabed. deciſ.45. par.1. Gail. & ibi copiosè Bern. Græveus lib.1. obſer.23. num. 14.*) & ita dicit *Aſcon. in Verr. 2. par. numer.16.* permitti accuſatori, & reo, ut ex numero miſſorum in urnam reijciãt quos putaverint ſibi aut inimicos, aut ex aliqua re incommodos fore, *Cuiac. lib. . obſerv.23. Main. lib.1. deciſ.87. n.2. uſque ad 100. Deciſ. l. obſervandum, D. de iudic. Novar. collect.214.* ubi eleganter.

31 Sortes tamen in urna conijciebãtur, *Sext. Propert. lib.4. eleg.12.*

Aut ſi quis poſita iudex ſedet Æacus urna
In mea ſortita iudicet oſſa pila.

Lo-

32 Locus indubiè difficillimus; & eſt altum tot Interpretibus ſilentium tetigit *Carol. Sigon. de iudic. lib. 2. cap. 12.* ſed nemo quid pila ſortita eſſet hactenus declaravit, *Ioan. Paſerat. Sortiri pilam eſt ſorte educere ex urna nomen iudicis in pila ſcriptum. Plutarch. in Lycurg. Pilas exiguas è furfure commemorat, quibus coniectis in vas tanquam ſortitione fabarum admittebatur, vel excludebatur aliquis à convivijs Lacedæmoniorum.*

33 Quod quidem nihil ad iudicũ Tribunalia ſpectat, ne huic rei conducit; cùm de ſorte in urna eiectâ, ut iudicem ſortiri queat litigans, agamus. Ideòque hæc explanatio non convenit, nec iſti ſententiæ adſtipulatur.

34 Pilæ *in Propert.* ſunt globuli quidam, quibus nomina iudicum inſcripta adnotat *Aſcon. Pædian. in Manilianam*, ibi: *Quarto die adeſſe omnes in poſterum iuberentur, ac coram accuſatore, & reo pilæ, in quibus nomina iudicum inſcripta eſſent, æquarentur; dein rurſus poſtera die ſortitio iudicum fieret, unius & octuaginta quis numerus, cum ſorte obtigiſſent, ipſi protinùs ſeſſum irent*: elegans animadverſio ſatis concinna & adaptata, *Dempſter. ad Roſ. lib. 9. Anquit. cap. 20. à fol. 1521. cum ſeqq.*

35 Magiſtratus creabantur aut delectu, aut ſorte, aut utroque ſimul; *Ariſt. 3. Polit. 15. Petr. Gregor. 4. de Repub. 5. n. 40. & ſeqq. Picolhomin. Philip. mor. grad. 10. cap. 17. Paurmeiſt. lib. 1. de iuriſdict. cap. 24. Oſſuald. in Donel. lib. 17. comment. cap. 7. lit. I.*

36 Et non ſolùm ſorte Provinciæ dividebantur, & iudices creabantur, ſed etiam bella, exercituſque, aut quælibet alia regendi forma publicè. Cuius rei quàm antiquus ritus diſcimus ex *Homer. lib. 7. Iliados*, ubi Hector fortiſsimũ provocat Græcorum; illi omnes cùm exire geſtirent, ſorti rem permiſerunt; tùm quidem Aiacem, alij Diomedem, nonnulli Agamemnonem à Iove petierunt; quod cùm Alexander legiſſet, *Interficerē* (inquit) *qui me tertium nominaſſet*, ut retulit *Auſon. in Panegyr. Aiax*, *ipſe apud Ovid. lib. 13. Metamorph. Fab. 1.*

— Sortemque meam vovistis, Achivi,
Et veſtra valuere preces. —

37 Excubabant ſorte, *Sidon. Apollin. lib. 8. epiſt. 6. L. Apulei. lib. 4. Mileſiar. Valer. Flacc. lib. 3. Argonautic.*

Iamque adeò nec porta ducē, nec pone moratur
Excubias ſortita manus. —

38 Ad pericula ſorte exibant, & periturorum nomina educebantur, *Servi. Honorat. ad lib. 6. Æneid.* ibi, *ut commune omnibus eſſet periculum ſorte deligebant. Virgil. ibidem.*

— Stat ductis ſortibus urna.

Et lib. 2. Æneid.

Huc delecta virum ſortiti corpora furtim
Includunt. —

Hinc tempore tempeſtatis licitũ eſt ſortiri, quis navi eijciatur, ut *Ion. 1.* & tempore peſtis ſortiri parochum, qui in urbe remaneat, ut docet *D. Auguſtin. epiſt. 180. ad Honor. & lib. 1. de Doctrin. Chriſt. cap. 28.*

39 Quinimò ſtatio in caſtris aſsignabatur militibus ſorte, *Appol. Collat. lib. 2. de excid. Hieroſol.*

Parcite vos, oro, cædiſque immittite ſortē,
Inque vicem ſe quiſque petat. —

40 Item in ſuffragijs ferendis omnium Tribuum nomina in cyſtellã conijciebantur, ut quęque prior exiret, prior ſuffragium ferret, ex Hiſtoria Tiberij Gracchi apud *Appian. Alex. Grueb. lib. 1. fol. 112. litt. G. H. lib. 2. fol. 232. & 179. litt. C. lib. 1. fol. 105. litt. B. lib. 3. fol. 558. litt.* K. & alijs in locis, *Victoria lib. 25. var. lect. cap. 15.* ubi antiqua dicitur ſortiendi conſuetudo, *Pauſan. in Meſſen. Dion. lib. 41. Flav. Vopiſc. Nicephor. Calixt. lib. 14. Hiſt. Eccleſ. Socrat. lib. 11. Hiſtor. Tripartit. cap. 107. Cornel. Tacit. de morib. Germanorum.*

41 Iure Civili ſortes permiſſas eſſe ſuadetur expreſsè *ex l. ſi duobus, C. comm de leg. ubi Bald.* iudicium ſortis fortunæ iudicium exiſtere perhibet, cuius Dux eſt Deus, teſte *Senec. epiſt. 7. l. ſi quæſ. nt* cau-

cautiones, D: famil: erciſcund. l. ſed cùm ambo, D. de iudic. §. optionis, ubi gloſſ. verſ. Sorte, Inſtit. de leg. l. in tribus, cum l: ſeq. D. de legat. 3. l. 2. cum gloſſ. & Bald. C. quando & quibus, 4. pars debeat. lib. 10. l. iudicium, D. fin. reg. Petr. Greg. in ſyntagm. iur. par. 3. lib. 34. cap. 5.

42 De iure Canonico videnda eſt *gloſſ. in cap. cleros, 21. diſt. verſ. Primum, cap. non exemplo, cap. ſors 26. quæſt. 2. D. Aug. in Pſal. 30.*

43 Neque tantùm leges Romanæ ſortem admiſerunt, ſed & divina præſcripta, ut ex ſacris infinitis penè locis legimus. *Num. cap. 16. & cap. 33. cap. 34. & 36. 1. 31. Deuteronom. cap. 1. 13. Ioſue 1. Paralip. 24. in fin. 1. Reg. 14. Pſalm. 71. Ion. cap. 1. Eſther cap. 3.*

44 *Contradictiones comprimit ſors; & inter potẽtes quoque diiudicat. Proverb. cap. 18.* ubi *Scholiaſtes Salaçar* obſervat.

45 Chriſti veſtis ſorte diviſa, ut ab omnibus Evangeliſtis unanimi ſuffragio conceptum, *Matth 27. ℣. 25. Marc. 15. ℣. 14. Lucæ cap. 23 ℣. 34. Ioan. 19. ℣. 23. Milites ergo cùm crucifixiſſent eum, acceperunt veſtimenta eius, & fecerunt quatuor partes unicuique militi partem & tunicam: erat autem tunica inconſutilis deſuper contexta per totum. Dixerunt ergo ad invicem: Non ſcindamus eam, ſed ſortiamur de illa, cuius ſit; ut Scriptura impleretur dicens; Partiti ſunt veſtimenta ſibi, & in veſtem meam miſerunt ſortem. D. Laurent. Ramir. de Prad. in Pentecontarch. d. cap. 7. fol. 81. in fin. Sedul. Presbyt. Carmin. lib. 5.*

Huius in exubijs ſors mittitur, ut ſacra veſtis
Intemerata manẽs à Chriſto ſchiſma vetaret.

Fortè ęquè rectè.

Huius in Exubias ſors mittitur.

Dempſter. ad Roſin. lib. 8. antiq. Rom. cap. 8. circa fin. Apoſtoli poſt Paſsionẽ Chriſti ſortiti ſibi fuerunt Provincias, quarũ prędicatione neque unus in alterius Provinciâ ſe immiſcuit, *Solorçan. pluribus relatis, de Indiar. iur. lib. 1. cap. 14.*

46 Antequàm de electionibus Eccleſiaſticis diſpũgamus, an ſorte effici valeant, meminiſſe iuvabit multipliciter ſortem accipi poſſe, *Gaſpar. Caballin. in Milleloq. iur. 77. & 78.*

Primò, capitur pro fortuna, ſtatu cuiuſque bono, malo proſpero, vel adverſo, *l. fin. C. de ſpectac. lib. 11.* ibi: *Quos ſors damnaverit humilior; Authent. quibus mod. nat. efficiant. leg.* ibi: *Tanquam ſortem metuentem paternam. Cicer. lib. 2. de divinat. Dicendum igitur putas de ſortibus? Quid enim ſors eſt? Id enim propemodum quòd micare; quòd talos iacere; quòd teſſeras; quibus in rebus temeritas, & caſus, non ratio, nec conſilium valet; tota res eſt inventa fallacijs; aut ad quæſtum, aut ad ſuperſtitionem, aut ad errorem:* & *1. in Verr. Accuſavi eum, qui cùm Quæſtor fueram; qui cùm me ſors, conſuetudoque maiorum; qui cùm me Deorum, hominumque iudicium coniunxerat.*

47 Secundò, pro capitali ſocietatis; ſive pro pecunia prima, & ſummâ principali, quæ mutuatur, vel in aliam conventionem deducitur, *cap. 12. cap. conqueſtus, de uſur. l. acceptam, C. eod. Terent. in Adelph. Hei mihi etiam de ſorte nunc venio in dubium, hoc eſt, de pretio, quo empta erat fidicina.*

48 Tertiò, pro parte ſeu portione hereditatis, vel patrimonij, *cap. cleros 21. diſtinct. cap. cùm ſecundum, de præbend. Numer. 18. Deuter. 18.* Vnde conſortes dicuntur, qui feudum, rem communem, vel hereditatem habent, *l. 1. & 2. C. de conſort. eiuſd. lit. Cicer. act. 8. in Verr. Ex agris tres fratres conſortes profugerunt.*

49 Quartò, pro ſitu, *Luc. de Penna in l. 2. in princip. C. quando & quibus quart. pars deb. lib. 10. Virgil. 3. Æneid.*

----- Hic exitus illum
Sorte tulit. -----

50 Quintò, pro iudicio uſurpat idem *6. Æneid.*

Nec verò hæ ſine ſorte datæ, ſine iudice ſedes.

51 Sextò, pro progenie, *Ovid. lib. 6. Faſtor.*

Si

Si genus aſpicitur, Saturnum prima parentem
Feci, Saturni ſors ego prima fui.

52 Septimò, metaphoricè pro gratia Dei, quâ ſalvamur, ut *Pſalm. 36. In manibus tuis ſortes meæ*; & *D. Auguſtin.* locum illum exponens ait; *Sortem dixit (quantum exiſtimo) gratia, qua ſalvati ſumus.* In qua etiam ſignificatione declarat *Act. 8. Quia exiſtimaſti donum Dei pecunia comparari, non eſt tibi ſors, neque pars in fide hac*: & oſtendit *Apoſt. ad Epheſ. 1. In qua etiam & nos ſorte vocati ſumus.*

53 Quibus iactis dicendum eſt, ſortis uſum in electionibus Eccleſiaſticis improbari, *cap. fin. ubi Aug. Barboſ. de ſortileg. D. Thom. 2. 2. quæſt. 95. art. 8. in corpore, verſ. 4. Troil. Malvaſ. de ſortib. par. 3. num. 7. Navar. in Manual. cap. 11. num. 38. ad fin. Azor inſtit. moral. par. 1. lib. 9. cap. 12. quæſt. unica, verſ. At verò in electionibus, Sayr. in clavi Regia, lib. 4. cap. 5. num. 20. & 21. Mart. Delr. diſquiſ. Magic. lib. 4. cap. 4 quæſt. 1. Leſſ. de iuſt. & iur. lib. 2. cap. 43. dub. 9. num. 58. & ſeqq. Suar. de Relig. tom. 1. lib. 2. de ſuperſt. cap. 12. à num. 5. Eman. Sà in Aphoriſm. verb. Sortes, Matth. Felic. in elucidat. Decalog. cap. 55. verſ. Tertium genus, Sanch. in præcept. Decal. lib. 2. cap. 38. num. 71. Iul. Labor. dict. tit. 4. cap. 20. toto, Grat. cap. 655.*
54 *num. 43. tom. 4.* Quia cæca res eſt ſors & fortuna; quæ ſæpè indignos promovet, dignos premit, ut eleganti carmine cecinit ille:

O Fortuna potens; quàm variabilis!
Evertiſque bonos, eligis improbos:
Fortuna immeritos auget honoribus.

Breviùs *Senec. in Hercule furente*:

Fortuna viris invida fortibus,
Quàm non æqua bonis præmia dividis.

Cum multis *Nanius in polyanthea, verb. Fortuna.*

55 Quando autem ignoratur prioritas naſcendi in gemellis, ita ut omninò incertum ſit, quis prior, & quis poſterior editus fuerit, quid agendum ſit, latè & anxiè diſputant *DD.* quos refert *Perez de Lara in comp vitæ human. cap. 12. à numer. 29. Cevall. quæſt. 248. num. 19.* ſorte tamen dubium decidendum affirmat, non ſolùm in Ducatibus, Marchionatibus, & Comitatibus, ſed etiam in Regno, ex *doctrina P. Molin. diſp. 624. num. 2. Senec. in Troas*:

Domum ecce Priami nuribus & natis legens
Sortitur urna. ----

56 Poſtquàm de varijs electionum generibus actum eſt, ſuccedit diſputare; An electio metu facta ſit valida? an nulla conſtituatur ipſo iure? In qua quæſtione affirmandum eſt, formam naturalem electionis eſſe conſenſum eligentium, *Innoc. in cap. cùm in iure, & in cap. quod ſicut, de elect. Abb. in cap. cùm poſt petitam, num. 3. eod. Dec. in cap. licet Canon. 1. lect. num. 20. de conſtit. Franc. Marc. quæſt. 927. num. 7. par. 1. Cardin. Tuſch. litt. E. concl. 62. num. 1. to. 3. Bald.* eruditiſsimè *in cap. quia propter, de elect. num. 11.* ibi: *Conſenſus igitur requiritur tanquam naturale fundamentum, & debet eſſe ſimplex, id eſt, ſine plica vis, vel metus, adeò quòd ſi violentia coarctet electores, vel clamor furibundi populi, electio dicitur ipſo iure nulla; quia non dicitur liberum, quod quoquo modo coarctatum eſt, D. de cond. & demonſtr. l. Titio centum, §. 1. arg. D. qui & à quibus, l. ſi optio.*

57 Et hâc ratione furioſus eligere non poteſt, Omnes *in cap. ex eo 32. de elect. lib. 6. poſt gloſſ. ibidem, verb. Diſcretionem, Petr. Gregor. num. 2. Biax. 1. par. cap. 15. Mandagot. de elect. cap. 7. Aug. Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſcop. tom. 1. tit. 1. cap. 3. num. 21.*

58 Quamobrem electio debet eſſe libera; nec Principum metu facta, ex *Conc. Pariſ. 2. ſub Pelag. 1. can. 8. Aurelian. V. cap. 2. Nizan. 2. Generali 7. can. 3. Pariſ. 3. lib. 3. cap. 22. ſub Ludovic. & Lothario Imperatoribus.*

59 Vnde electio metu, & coactione facta eſt nulla, *cap. ubi periculū, §. cæterùm, de elect. in 6.* ibi: *Cæterùm quia cùm arbitrium ... inordinatus captivat affectus,*

vel

vel ad certum aliquem obligationis cuiuſque neceſſitas adigit, ceſſat electio; dum libertas adimitur eligendi. Cardinales eoſdem obſecrantes per viſcera miſericordiæ Dei noſtri, per aſperſionem ſui pretioſi ſanguinis obteſtamur, ut penſantes attentiùs, quid eis imminet, cùm agitur de creatione Vicarij IESV CHRISTI, *ſucceſſoris* PETRI, *Rectoris univerſalis Eccleſiæ, gregis Dominici Directoris, omni privatæ affectionis inordinatione depoſita, & cuiuslibet pactionis, conventionis, obligationis, neceſſitate, necnon conditi, & intendimenti contemplatione ceſſantibus, non in ſe reciprocent, conſiderationis intuitum, vel in ſuos, non quæ ſua ſunt, quærant; non commodis privatis intendant; ſed nullo arctante ipſorum in eligendo iudicium, niſi Deo; puris, & liberis mentibus nuda electionis cõſcientia, utilitatem publicam liberè proſequantur. cap. cùm dilectus 8. de conſuet.* ibi: *Liberam eligendi authoritatem, cap. in nomine Domini 23. diſt.* ibi: *Quòd ſi pravorum, atque iniquorum hominũ ita perverſitas invaluerit, ut pura, ſincera, atque gratuita fieri in Vrbe non poſſit electio: cap. quiſquis 43. de elect.* ibi: *Contra Canonicam libertatem, cap. dilectiſſimi 28. q. 2.* ibi: *Dilectiſſimi filij, officy noſtri cenſura commoniti ſuademus, ut in hac ſuſcipiendi Antiſtitis cauſa nullus veſtrũ neglecta utilitate communi ſuo lucro proſpiciat, ne ſi quiſquam propria commoda appetit, frivola æſtimatione fallatur; quia nec libero iudicio præferendam ſibi perſonam examinat mens, quàm cupiditas ligat.*

60 Firmant *Bald. in conſ. ſchiſmat. Abb. in cap. 2. num. 13. hoc tit. & in cap. bonæ 1. num. 11. de elect. Palac. Rub. in repet. cap. per veſtras, §. 11. num. 1. de donat. inter. Rota deciſ. 5. num. 1. circa fin. de renunt. in noviſ. Mogoll. hoc tract. cap. 9. num. 25. Iul. Labor. dict. tit. 4. cap. 6. num. 38. & cap. 21. à num. 1. cum alijs ſeqq. Auguſt. Barboſ. in cap. 23. num. 3. hoc tit. Coſmas in pragmat. ſanct. tit. de elect. verb. Præſumant, pag. 113. verſa, Navarr. conſil. 5. num. 4. de elect. Proſper. Farin. deciſ. 65. num. 6. tom. 1. Frat. Sigiſm. dubit. 54. Pa-neg. Flavieni,* ibi: *Hæc ſunt vera beneficia, quæ non precibus efflagitata, ſed ex voluntaria tua benignitate proveniunt, & citra ullam moleſtiam adipiſcendi voluptatem dederunt. Senec. de benef. lib. 2. cap. 18.* ibi: *Cùm eligendum dico, cui debeas, vim maiorem & metum excipio; quibus adhibitis electio perit, ſi liberum eſt tibi, ſi arbitrium tui eſt, utrum velis an non, id apud te ipſe perpendes, ſi neceſſitas tollit arbitrium, ſcies te non accipere, ſed parere. Nemo accipiendo obligatur, quod illi repudiare non licuit.*

61 Cuius rei ratio eſt, quia ubi metus & coactio intercedunt, conſenſus deficit, *cap. cùm locum, cap. gemma, de ſponſalib. cap. quatuor 11. quæſt. 3.* ibi: *Quatuor modis pervertitur humanum iudicium, timore, &c.*

62 Et non tantùm electio caſſatur, ſi metus intercedat, præſenſque ſit: ſed ſufficit timor inferendæ violentiæ. *gloſ. in cap. bonæ, el 1. ibique Auguſt. Barboſ. num. 11. de elect. Alexand. conſ. 98. num. 5. vol. 3. Rebuff. tom. 2. ad leg. Gall. tit. de reſciſ. contract. art. unico, gloſſ. 22. num. 6. Sanch. de matrim. lib. 4. diſp. 1. num. 18.*

63 Licèt tamen ſola reverentia non inducat iuſtum metum per ſe, prout teſtatur *Tuſch. litt. M. concl. 219. in fin. Suar. tom. 3. de Relig. lib. 6. cap. 4. num. 16. Greg. Pap. deciſ. 120. num 22.* plures relati ab *Aug. Barboſ. in cap. unuſquiſque, num. 7. 22. quæſt. 4.* qui contrarius cum *Sanchez,* & alijs veriùs autumat. Reverâ negari nequit, quin propter huiuſmodi reverentiã minor metus poſtuletur, quàm ſi ipſe ab alio, cui nulla debetur, incuteretur, *Sanch. de matr. lib. 4. diſp. 6. num. 14. Rota in Toletana profeſſionis 19. Novemb. 1614. coram Vbaldo, & deciſ. 326. & 374. num. 14. coram Greg. XV.* ubi quoque dictum fuit, iuſtum metũ incutere reverẽtiã iunctis adminiculis; putà ſi inferatur ab eo, qui potens ſit minas exequi, vel ſi inferatur cum indignatione, *Alciat. conſ. 1. num. 14. Rota in Valent. profeſſionis 27. April. 1570. coram Lancelloto, Frat. Sigiſm. loc. citat.*

Ve-

64 Verùm his nonobſtátibus, ſolus metus reverentialis reddit electionẽ nullam, iuxta ſententiam *Navarr. conſ. 5. de elect. & in Manual. cap. 17. num. 29. & 30. & cap. 22. num. 51. Rodrig. tom. 2. q. 51. art. 1. Diana tract. 5. miſcell. reſol. 20. par. 1.*

65 Per hoc infertur; quòd ſi populus etiam habens aliàs poteſtatem eligendi Rectorem, ſeu dominum aliquem, eligat per metum, ſeu impreſsionem, non tenet electio; & per illum facta non valebunt, ſtabilit *Bart. in l. 1. C. ut ord. dignit. ſervet. Abb. in cap. olim inter, numer. 10. de reſtit. ſpoliat.*

66 Nec obſtat, quod dicit *Innoc. in cap. ſicut, de elect.* electionem factam per impreſsionem tenêre, licèt caſſanda ſit, & ordinationes electi ſubſiſtere, donec irritetur. Nam ſatisfit fœdere diſtinctionis; quòd aut electores compelluntur per impreſsionem eligere certum, & tunc ipſo iure non valet electio; aut compelluntur eligere aliquem de certo genere perſonarum; & tunc talis electio tenet; quia non adimitur omninò libertas eligendi, ſed reſtringitur, nempè ad certum genus perſonarum; ſicut in ſimili videtur in conſuetudine, quæ eligendi poteſtatẽ reſtringere poteſt; tamen libertatem eligendi remanente poteſtate tollere nequit, ut probatur *in cap. cùm terra, & ibi per Ioann. Andr. de elect. cap. cùm dilectus, de conſuet. & cap. Abbate, de verb. ſignif.* ita eleganter diſtinguit *Abb. in cap. licèt, num. 12. de elect.*

67 Ex quo fluit, ademptam eſſe libertatem eligendi, ſi ad tres, vel quatuor arctetur electio; atque ideò nullam eſſe per defectum formæ naturalis. *Fr. Luc. Caſtellin. in ſuo tract. de elect. cap. 3. n. 7.* limitat, quando electores reſtrictionis cauſam præſtiterunt; tunc enim ſuperior reſtringere poteſt, & ad tres, vel quatuor coarctare.

68 Verùm *Pius V.* edidit Bullam pro fratribus Minoribus, quæ incipit, *Paſtoralis, 28. Maij 1571.* de quâ *Rodriguez in ſumm. cap. 103.* ubi electio reſtricta ad tres, vel quatuor perſonas cum aliorum excluſione, ſi hoc fiat ſine urgentiſsima cauſa, & ſine authoritate Apoſtolica, ſi de nominatis fiat electio, cenſetur coacta, & per conſequens nulla; idem ſentit *tom. 2. quæſt. 56. art. 1.*

69 Idque procedit, ſicut dictum extat, quotiens electio per vim eſt reſtricta ad certum hominem, ut tenent *Panormit. in cap. terra, de elect. Butr. in cap. in iure, num. 30. eod. tit.* eligere enim eſt unum è pluribus voluntariè capere, *Gemin. in cap. cùm expediat, de elect. in 6. Franc. in cap. ſi quis iuſto, §. porrò, num. 2. eod. tit. & lib. Abb. in cap. Abbate, de verbor. ſign.* ac perinde debet eſſe libera; cõtra ſubſtantiam ergo actus eſt, & conſequenter nullus, ſi electores cogantur eligere ad voluntatem alterius, *Labor. dict. cap. 21. num. 12. Bald. in cap. licèt, num. 9. de elect. Roder. Acuñ. in cap. inutile, per text. ibi, num. 1. 88. diſtinct. Navarr. conſil. 7. de conſtit.* & oppreſſus per metum, licèt inclinet eligendo; non dicitur perfectè conſentire, *Bald. in cap. quiſquis, n. 2. de elect.*

70 Inferas ſimiliter, electionem factam ad importunum populi clamorem non valêre, *cap. Oſius, ibique Auguſt. Barboſ. num. 4. de elect. Coſm. tit. de elect. verb. Precibus, pag. 154. Rebuf. tit. de reſcript. art. 2. gloſſ. 3. verſ. Item non valet, Sanch. dict. lib. 4. diſp. 7. num. 4. verſ. Et pro eadẽ parte* (iunctis multis, quæ de vulgi levitate, & inconſtantiâ, ac vanis populi vocibus non audiendis, latè proſequuntur *Petr. Gregor. ad Decret. tit. de elect. cap. 5. à num. 18. & ex Platone, ac alijs Philoſophis Mantua ſing. 194. Aug. Barboſ. in cap. tuæ, num. 2. de præbend. & dignit.*) elegãter *Petr. Pech. de teſtam. coniug. lib. 1. cap. 9. num. 9. Petr. de poteſt. Princip. cap. 32. concl. 1. num. 71.*

71 Quia præſentia & adclamatio populi libertatem tollit, *l. ſi privatus, D. qui & à quibus, Auguſt. Barboſ. de offic. & poteſtate Epiſcop. tom. 1. cap. 3. tit. 1. num. 9.*

In-

72 Inferas etiam electionem factam ad aliorum impulſum non valère, ita *Ioan. Lup. in repet. 2. de donat. §. 81. num. 3. Author. Paneg. Philipp.* mirè comprobat in hæc verba: *Et ultroneum ſit, quòd non aut metus extorſerit, aut cuiuſpiam iniunxerit authoritas, aut publica flagitarit conſuetudo, ſed affectus liberrimus.*

73 Etiam inferas electionem vitiari, ſi fraudes, pacta, conventiones, & intendimenta, ſubornationeſque accedant; quia cùm auferant libertatem, nullam conſequenter & irritam electionẽ reddunt, *Navarr. conſ. 1. de elect. cap. quia propter, cap. cùm omnia, ubi Abb. de elect. Iul. Laber. dict. cap. 21. à num. 19. cum ſeqq.*

74 Notandum exiſtit, electum per abuſum conſentiẽdo electioni per metũ puniendum non eſſe, *Bald. in dict. cap. quiſquis, num. 3.* ſed electus in Papam ſi conſentiat electioni de ſe factæ per metũ, non poterit per Cardinales iterato eligi; quia ineligibilis eſt, *Bald. ſup. n. 4.*

75 Accedit dubitare, an credendum ſit Cardinalibus aſſerentibus ſe per metũ elegiſſe? Negativè reſpondet *Bald. in dict. cap. licet*, & ibîdem *Ægidius*, niſi anteà fuerint proteſtati; vel ſigna veriſimilia, vel maximè notoria appareãt, licèt *Iacob. de Concil. lib. 4. art. 4. fol. 252.* dubitet, quando Papa nõ eſſet receptus, vel adoratus.

76 In Concilio Conſtantienſi receptum & ſtatutum eſt, ut cùm primùm Cardinales in locum tutum ſe receperint, per notarium reſtentur metum, ſi quis intervenisset, & ſi quid aliunde conſtaret de metu, reſcindi poſſe electionem, *Azor inſtit. moral. p. 2. lib. 1. cap. 5. verſ. Quæ res inſuper, & cap. 9. verſ. Demum quæras.*

77 Creditur tamen Cardinalibus, ſi dicant ſe ſpontè elegiſſe, pulchrè *Bald. in dict. cap. licèt, num. 8.* ibi: *Pone Cardinales erant in concordia, populus non contentabatur; fuit ſuaſum populo, ut faceret rumorem; & ſic præſumeretur electio impreſſiva; Cardinales dicunt ſe ſpontè elegiſſe. Reſpondeo, creditur Cardinalibus.*

78 Finitima eſt nuper dictis alia dubietas, utrùm ſi Cardinales ex metus illatione eligant Italum, cùm animum illum ante impreſsionem eligendi non habêrent, elegerunt tamen eo animo, ut eſſet verus Papa, electio ſit ipſo iure nulla? *Iacobat. fol. 254. litter. B.* ex ſententia *Ægidij in dict. cap. licèt*, concludit nullam eſſe, & in hoc caſu Concilium congregandum ob maximam cauſam.

79 Quę ſententia mihi non arridet, ex eo, quòd hæc electio non fuit reſtricta ad certum hominem, ſed ad certum genus perſonarum; & ſic non videtur omninò libertas adimi, ita *Abb. in dict. cap. licèt, num. 12.*

80 Rurſus, quamvis Italum Cardinales cogerentur eligere; & per impreſsionem compellerentur, metus per actum ſpontè ſecutum tollitur, ut diximus alibi; igitur electio ſubſiſtet contra *Iacobat.* contrarius dictitantem.

81 Inſurgit altera difficultas, an electio facta per metum cadentem in conſtantem virum poſsit per ſequentem conſenſum ceſſante metu ratificari? Negativè tenent *Bald. in cap. quiſquis, de elect. Franc. in cap. ubi periculum, §. caterùm; eod. tit. lib. 6. Iaſ. in l. qui aliena, §. Celſus, num. 25. de acquir. hered. Gondiſalv. de poteſt. Eccleſ. num. 28. & 29. ex Manfred. deciſ. 278. & Ægid. in dict. cap. licet*, relatus à *Iacob. fol. 254. col. 2. litt. C. & fol. 255. litt. A.* determinat electionem per metum factam non validari, etiam ſi ſit ſecuta receptio, inſtallatio, ſeu coronatio, & obedientia, tàm ſi prædicta ſequantur durante adhuc metu, quàm eo ceſſante.

82 Quia electio conſenſum, & eligentium voluntatem requirit, licèt quoad hoc ſecundum dictum *Iacobat.* ipſe contrarium proferat, poteſtque ſecurius pro evitando, ſedandóve ſchiſmate, quamquam ſententia *Ægidij* ſit verior; & eam communiter teneant *DD. in l. 2. C. quod met. cauſa.*

So-

83 Solet dubitari, an autem poſt electionem metu factam, etiam ſecutâ coronatione & obedientiâ, valeant Cardinales authoritate propriâ ab electo recedere, eũ dignitate privare, allúmve eligere? affirmat *Ægid.* relatus *à Iacobat. fol. 255. litt. D. per cap. in nomine Domini, §. ſi quis contra, 23. diſtinct. & cap. ſi quis pecunia, 79. diſtinct. & 3. quæſt. 1. § patet, verſ. Vnde ſuprà*; maximè ſi impreſſio, & intruſio ſint notoriæ.

84 At in *Concilio Conſtantienſi ſeſſione 29.* conſtitutum eſt, Cardinales nullo modo poſſe ad aliam electionem procedere, niſi electus renuntiet, vel decedat, donec per Concilium generale de electione fuerit iudicatum. Ita adfirmat *Azor inſtit. moral. par. 2. lib. 4. cap. 2. verſ. Qualis autem*: & ipſe *Iacobat.* dicit ſuper opinione *Ægidij* eſſe cogitandum, ex quo ante declarationem nullitatis electionis non videtur, quòd rationabiliter ab obedientia recedi queat; conducunt tradita per *Aug. Barboſ. in cap. cùm ſecundùm, de haret. lib. 6. à num. 4. cum ſeqq. Monet. de diſtribut. quot. par. 3. quæſt. 7. à num. 59. cum ſeqq. Azeved. in l. 1. num. 62. tit. 4. lib. 4. Recop. & in l. 3. tit. 13. num. 79. eod. lib. Put. deciſ. 129. par. 3. Pereg. de iur. fiſc. lib. 4. tit. 5. num. 8. Ioan. Bapt. Scort. in conſt. ſumm. Pontif. epitom. 14. theoremat. 52. verſ. 2. Saravia de iuriſdict. adiunct. q. 30. n. 68.*

85 Vlteriùs quæritur, ſi præcedente electione ſpontaneâ, ſtatim intervenisſet timor, & rumor, vitietur electio? In qua quæſtione tenendum eſt, non vitiari: quod comprobatur *ex text.* elegãti *in l. patre furioſo 8. D. de ijs, quæ ſunt ſui, vel alien. iur.* ubi matrimonium ante furorem contractum ex ſuperveniente furore non diſſolvitur (quod diſpungit *Sanch. de matrim. lib. 10. diſp. 18. numer. 18*) eâ nimirum ratione, quòd matrimonium non niſi diſſenſu, aut aliquo ex legitimis modis diſſolvatur. Diſſentire autem non poteſt, qui nec conſentire valet, *l. 2. §. ult. D. ſolut. matrim. l. in bello 12. §. medio tempore, D. de*

86 *capt. & poſtlim. reverſ.* Inde fit; ut qui naſcuntur ex eo matrimonio liberi non eò minus ſint iuſti, quòd in perſona alterutrius parentis furor ſupervenerit; & conſequenter ut perinde ſint in ſui patris, licèt furioſi, poteſtate, ſive ante furorem concepti, editique fuerint, ſive in ipſo furore; & ſive alteruter dumtaxat furere cœperit, ſive uterque, ut *Vlpian.* ſcribit *in d. l. patre furioſo.* Ita philoſophatur *Ant. Fab. in Iuriſprud. Papin. tit. 9. princip. 5. inlat. 13.*

87 Per quem *text. Bald. in cap. 2. num. 4. de elect.* adſeruit ibi: *Extra quæro, quòd ſi praecedente electione ſpontanea ſtatim intervenisſet timor & rumor? Reſpondeo, non vitiari, quod perfectum eſt, ſicut ſi ſtatim pervenisſet furor.*

88 Quod eleganti ratione præter *Baldum* confirmare placet. Aſſertum eſt naturale electionis fundamentum conſenſum exiſtere, ex Iuribus & Authoribus ſuperiùs congeſtis; tamen dici nequit in electione ſpontaneâ conſenſum non interveniſſe. Igitur etiam ſi ex poſtfacto poſteà quàm electio fuerit conſtituta timor accedat, eam non irritabit, quoniam perfecta eſt, & præceſſerit illum, qui præſens, & inſtans debet eſſe, ut actus corruant.

89 Electio ſepulturę debet eſſe libera ab metu, ne ſit nulla, *cap, animarum, de ſepul. lib. 6. Iul. Labor. variar. lucub. tit. 2. c. 11. num. 3. Lara de capell. lib. 1. cap. final. numer. 51.*

Hinc eſt, quòd pactum de eligenda ſepultura non arctat, *cap. 1. de pact. lib. 6.* & electio non valêret tanquã facta ſuggeſtione, *Cravet. conſ. 16. vol. 1. Burſat. conſ. 226. 227. num. 18. vol. 3. Ricc. in ſua praxi deciſ. 662. fol. 782. Grat. tom. 2. cap. 210. num. 19. & ſeq.*

Quâ re ſi teſtator mandet, ut ſibi eligatur ſepultura, debet in Parochia ſepeliri, ſi in vita ipſius non fuit declaratũ, quia talis electio non debet pendêre ab alieno arbitrio, ita *Labor. dict. tit. 2. cap. 11. num. 7. & 9.*

Quibus ſuccedit diſpũgere, an ſi quis

decedat non electâ ſepulturâ; ſit ſepeliendus in ſepulcro ſuorum Maiorum? Et adfirmandum adeſt ex *text. in cap.is qui, de ſepult. lib. 6. Oldrad. conſ. 25. Spino in ſpecul. teſtam. gloſſ. 2. princ. a num. 38. Garc. de expenſ. cap. 8. num. 4. Gutierr. de iuram. confirm. p. 2. cap. 4. à princ. Tuſch. tom. 7. litt. S. concl. 194.*

Verùm ſi unâ in Eccleſiâ ſepultus eſt pater, & in alia reliqui Maiores, filius ſepeliendus eſt in ſepulcro Maiorum, *Rodrig. quæſt. regul. tom. 3. quæſt. 58. art. 8.* eleganter *Iul. Labor. var. lucub. tit. 2. cap. 11. à num. 113. cum ſeqq. Pereg. conſ. 72. num. 9. vol. 3. Valenç. conſil. 18. num. 107.*

Ratio prædictorum eſt, quia iucundū exiſtit ex hâc vitâ decedētibus in Maiorum iacēre ſepulcro, ut oblationibus, ſacrificijs, & orationibus ſucceſſorum ibi concurrentium animæ ipſorum expleantur, *cap. 1. de ſepultur. Gen. 49. 3. Reg. 13. cap. unaquæque, verſ. Item Ioſeph. 13. quæſt. 2. & 3. Reg. 2. Paralip. cap. 33.*

Vnde notabiliter inquit *Cicer. lib. 1. offic. Sanguinis coniunctio, & benevolentia devincit charitate homines: magnum eſt enim eadem habere monumenta Maiorum, iiſdem uti ſacris, ſepulcra habere communia; Franc. Balduin. in tractat. de Iuriſp. Mutiana, verſ. Vt autē, pag. 82.*

Hinc laudatur Philippus Macedoniæ Rex apud *Iuſtinum Hiſtoricum lib. 9.* dum ait: *Et bello conſumptorum corpora ſepulturæ reddidit, reliquiaſque funerum, ut ad ſepulcra Maiorum referrent, ultrò hortatus eſt*: ut & *Polybius* retulit *lib. 5. Hiſtor.* Sic Alexander Darij mortē proſecutus eſt demptâque ſibi clamyde corpus illius contexit, atque Regio ornatum cultu ad matrem Maiorū ſuorum tumulo inferendū miſit, *Quint. Curt. lib. 5. Sophocles in Electra ſcen. 6.* hoc doctè inſinuat dicens:

--- Impoſitum igitur ardenti rogo
Statim cremavimus, redactumque tenuē
In pulverem, atque vaſculo, incluſum brevi
Ex Phocide huc viri tulere, ut patria
Partem ſepulcri adipiſceretur in ſolo.

Idem *ſcen. 7.*

Fera, quæ ſubriperem nece, ut ſic mortuus
Hoc tempore hic ſaltem iaceret patrio
Sortitus in tumulo locum.

Et pro maledictione habetur in ſepulcro Maiorum non ſepeliri; dictum eſt enim Prophetæ *3. Reg. cap. 13.* eò quòd contra præceptum Domini comederat in Bethel, *Nō inferetur cadaver tuum in ſepulcro Patrū tuorum: dict. cap. unaquæque 13. quæſt. 2.*

Apud Abderites lege cautum erat, ut qui patrimonium prodegerat, ſepulcro patrio non humaretur, ſed externo, ut tradit *Diogenes Laërtius in Democrito, Tiraq. & Alex. ab Alex. lib. 6. Dier. Gen. cap. 14.*

Vnde *Catûllus Epigram. 63. ad Mallium* hoc ſentiens, dicit:

Quem nunc tam longè non inter nota ſepulcra,
Nec prope cognatos compoſitū cineres,
Sed Troia abſcens, Troia infelice ſepulcrum
Detinet à noſtra terra aliena ſolo.

Obiter adnotandum eſt, Antiquos olim in agris ſepeliri ſolitos, & buſta ſibi feciſſe, tradit *Petr. Victorius lib. 14. variar. cap. 21. Livius lib. 6. dec. 1. Cicer. lib. 4. epiſt. 55. & in Orat. pro Sexto Roſcio Amerino*, ubi *Paul. Manut. Alexand. ab Alex. lib. 3. cap. 2. verſ. Romani verò, & lib. 4. cap. 18. verſ. Namque intra mœnia, & lib. 6. cap. 14. verſ. Poſteà lege, Valenç. dict. conſ. 18. num. 7. & 8.*

Ex hoc percipitur perbella declaratio ad *text. in l. ſi quis ſepulcrum, in princ. D. de relig. & ſumpt. fun.* ubi *Conſultus* ait, quòd ſi quis habeat ſepulcrum, viā autem ad id non habeat, & à vicino ire prohibeatur, Imperator Antoninus reſcripſit, iter ad ſepulcrum peti precario, & concedi ſolere, ut quoties non debetur, impetretur ab eo, qui fundum adiunctum habet.

Ab iiſdem fit, *lege 12. Tabularum* prohi-

hibitam fuiſſe *hominem mortuum in Vrbe ne ſepelito, néve urito*, *Marc. Tull. lib. 2. de legib. l. mortuorum*, *C. de relig. & ſumpt. fun. l. 3. §. Divus*, *D. de ſepul. viol.* Ne Civitas corrumperetur fœtore cadaverum incendiorum arcendorũ cauſâ; quod & apud Athenienſes ſervatum eſſe refert *Cicer lib. epiſt. fam. 4.*

De ſepultis extra Civitatem multa patent exempla penes *Ioan. Kirchman de funer. lib. 2. cap. 22.* & de Lazari ſepulturâ extra Bethaniam, de iuvene mortuo, quem ſuſcitavit IESVS, *Luc. 7.* de Iacob in terrâ Chanaã, *Geneſ. 50.* de CHRISTO Domino, *Ioan. cap. 19. Matth. 29.* & alijs eleganter *Iul. Labor. variar. tit. 2. cap. 5. à num. 84. cum ſeq.*

Inſuper animadvertitur, ſepulcra olim ita ampla, ut habitationes continêrent, eleganter *Gutber. de iure Maniũ, lib. 2. cap. 21.* quod non ſolùm apud Ægyptios, & alias Nationes, ſed apud Romanos, ut obſervat *Amaia lib. 1. obſerv. cap. 6. à num. 5. cum ſeq.*

90 Dubitationis eſt, an poſsit opponi, allegari, ſeu deduci per aliquem patronũ, ſe præſentaſſe per metũ, & ideò illã præſentationem non tenêre? Et dicendũ eſt hoc opponi poſſe, & præſentationẽ per metum factã non tenêre, ſecundùm *Bald. in l. 2. §. ſed & ſi quis, col. ult. C. comm. de*

91 *leg. & in tract. ſchiſmatis, in 2. col.* Quod eſt verũ, quando metus fuit cauſa finalis, id eſt, quia eligentes aliter nõ elegiſſent: & ſic nec præſentantes aliter præſentaſſent, ſecundùm *Bald. in d. §. ſi quis.*

92 Ampliatur etiam illud dictum eſſe verum, quamvis addatur etiam *ſpontè eligo*, vel *præſento*, ſecundùm *Bald. in dict. tract. ſchiſm.* ubi *in 4. col.* dicit, talẽ metum facere cenſeri electũ, & ſic præſen-

93 tatum tyrannum. Si ergo metus non facit valêre electionem, quæ tribuit ius electo in re, quod eſt difficilioris diſſolutionis; multò magis debet facere nõ valêre præſentationẽ, quæ tribuit præſentato ius ad rẽ, quod ſic eſt facilioris diſſolutionis, ut notatur *in cap. cùm Ber-*

94 *toldus, de ſent. & re iud.* & quòd metus non faciat valêre præſentationẽ, voluit clarè *Alex. conſ. 17. vol. 3.* ubi etiã concludit, quòd proteſtatio clandeſtina facta à patrono de non præſentando aliũ, quòd ſi præſentaret, faceret per metum, non nocet, neque præiudicat illi, qui poſteà præſentatus fuit, *Dec. in l. in omnibus cauſis, in princ. col. fin. in fin. verſ. 11. D. de regul. iur. Cæſar Lambertin. de iure patron. 2. par. lib. 2. art. 5. quæſt. 9. princ. fol. 166. à num. 1. cum ſeqq.*

95 Quæri debet, an electio ſummi Pôtificis per metũ facta à Cardinalibus valeat? Duæ in hoc articulo reperiuntur opiniones: unã tenuit *Card. Flor. in cap. licèt de vitandis, col. 6. q. 31. verſ. Quantum ad electionem, de elect.* quòd electio ipſo iure valeat, ſed reſcindenda veniat; nã (ut ipſe ait) regula eſt, quòd per metum geſta, ipſo iure ſubſiſtunt, licèt poſteà reſcindi debeant, niſi in caſibus à iure expreſsis, inter quos hic (ſecundùm eũ) non reperitur; & fuit opinio originalis *Innoc. in c. quod ſicut, col. 3. n. 10. de elect.*

96 Contrariam opinionẽ, quòd talis electio ipſo iure nulla & invalida ſit, tenuerunt frequentiùs *DD.* & non obſcurè; ſic videtur ſenſiſſe *Innoc. in cap. quiſquis*, ubi *gloſſ. verb. Abuſum*, *& in cap. bonæ, el 1. verb. Metuebant*, ubi *Panor. n. 11. eod. tit.* idem *Panorm. in d. cap. licèt de vitanda, n. 12.* ubi etiam *Ioã. de Annan. col. 2. n. 6. Imol. n. 12.* dicens hanc ſententiam veriorem & communẽ, & *Dec. n. 28.* ubi ſimiliter communẽ appellat; *Bald. in l. 1. §. ſed & qui domini, n. 2. C. de Latin. lib. toll. Alex. conſ. 48. vol. 4.* aliàs *conſ. 98. col. 2. n. 5. vol. 3. & Card.* præallegatus fatetur omnes *DD.* qui in materia ſchiſmatis ſcripſerunt, tenêre, quòd electio nulla ſit. Nam ſi videmus in matrimonio carnali metum intervenientẽ illud ipſo iure nullũ reddere, *cap. cùm locũ, de ſpõſ.* ergo fortiùs in matrimonio ſpirituali eâdem ratione idem erit, *cap. inter corporalia, de translat. Epiſcop.* elegãter *Scipio Rendin. in prompt. recept. ſent. tit. 36. de elect. num. 8.*

97 Quæri nunc debet, an qui ſine vi, & fraus-

fraude, ſed tantùm ſuaſione & precibus impedit, facit, ne beneficium conferatur digniori, ſed digno, teneatur aliquid digniori reſtituere? noviſsimè *Anton. Diana in reſol. moral. tract. 6. miſcell. reſol. 34.* negarivè cũ pluribus reſolvit.

98 Reſtat indagare, an collatio metu extorta ſit ſimoniaca; ita, ut qui beneficiũ tale recepit, illud reſignare teneatur? Cui quæſtioni *Sot. lib. 9. q. 7. art. 7. Leſſ. lib. 2. de iuſt. c. 35. dub. 21.* ita reſpondent. Quòd etſi metu conferre indigno peccatũ ſit ex genere ſuo mortale; digno verò nõnulla etiam culpa, quia collatio non fit legitimo fine, neutrum tamen eſt ſimonia; quoniam dare metus causâ nõ eſt dare pretio; ſequitur *Bonac. de ſimon. diſp. 1. quæſt. 1. punct. 1. prop. 2. num. 8. & 9.* cum pluribus.

99 Nam etſi quis pretium daret ad propellendum metũ, nihilominus, qui metuit, nil recepit. Imò verò nec ſacramẽta conferre propter metum ullo condẽnatur iure, ut ſi quis metu confeſsionẽ audiret. Nec verò vulgò talis Epiſcopus haberetur ſimoniacus.

100 Sed tamen quãdo ille metus incuteretur, qui eſſet modo expoſito æſtimabilis, tunc eſſet ſimonia, ut ſi Rex, vel eius Aulicus comminaretur Epiſcopo, quòd niſi Sacerdotium tali perſonæ cõferret, de gratiâ regiâ excideret, neque ad altam eſſet aſcenſurus ſedem. Qui enim tali metu Sacerdotiũ conferret, id ad vænandum Epiſcopatum faceret, ac proinde ſimoniacus eſſet; ſecùs ſi metus ei incuteretur amittendi vitam, aut tẽporalia bona, quę poſsidet: nam tunc metuens nullum habet reſpectum lucri; ſequitur *F. Pet. Bollo in œconom. canon. 2. claſſ. cap. 2. §. 2.*

101 Verùm hæc ſententia mihi non arridet ex eo, quòd non ſolùm emptio, aut venditio rerum ſpiritualiũ, ſed omninò diſpenſatio & permutatio non gratuita ſimoniaca eſt, *D. Thom. q. 100. art. 1. ad 5. Adrian. quodlib. 9. art. 2. Rich. in 4. diſt. 25. Palud. diſt. 5. & Sylveſt. verb. Permutatio, §. 4.* ergo cùm in collatione metus intercedit, nõ erit gratuita. Igitur ſimoniaca fatentur *D. Bonavent. in 4. diſt. 25. Durand. diſt. 25. q. 4. Adrian. quodlib. 9. art. 2. Angel. verb. Simonia, §. 3. Maior. d. 25. q. 3. & 5. D. Thom. in 4. diſt. 25. q. 3. ad 3.* ubi tenẽt, quòd dare beneficiũ ratione timoris & indignationis eſt ſimonia.

102 Pro coronide dictorum advertendũ eſt, quòd electio non fiat favoribus, nec patrocinijs aliquorum, quod ſuadet eleganter *Greg. Pap. lib. 2. epiſt. 22.* ibi: *Illud quidem præ omnibus tibi curæ ſit, ut in hac electione, nec datio quibuſque modis interveniat præmiorum, nec quarumlibet perſonarum patrocinia convaleſcant. Nam ſi quorumdam patrocinio fuerit quiſquã electus, voluntatibus eorum, cùm fuerit ordinatus, obedire obedientia exigente compellitur: ſicque fit, ut res illius minuantur Eccleſiæ, & ordo Eccleſiaſticus non ſervetur.*

103 Ratio eſt, quia ſpontè fieri dicitur, quod fit motu proprio, & liberè, & ad nullius petitionem, *Dec. in l. velle nõ creditur, n. 6. de reg. iur. Ancbar. in Clem. præſenti, in 5. not. de cenſib. Rebuff. in l. munus 214. col. 2. poſt med. verſ. Sed ſpontè præ-*
104 *ſtantur, D. de verb. ſign.* Non autẽ quòd præceſſerit aliqua urgens & neceſſaria coactio, & cauſa alicuius imperij, *l. 1. C. de teſtam. tut. Alex. ad Bart. in l. 1. in fin. D. de quæſt. Bertazol. clauſ. 11. gloſſ. 1. ad med. Surd. conſ. 361. num. 17. lib. 3.*

105 Ideòque ſpontè non facere dicitur, qui blanditijs allectus aliquid facit, *gloſſ. in §. item ſacramenta, in verb. Spõtè, de pact. iuram. firm. Hieron. Butigell. in Rubr. D. de verb. oblig. num. 20. Grat. cap. 544. num. 17.* eleganter *Rebuff. conſ. 68. & 69.* in pulchro caſu.

SVMMARIVM.

1 Fideiuſſio à fide, & iuſsione dicitur. & 2.
3 Fidei acceptio varia eſt.
4 Fides ideò appellata, quia fiat quod dictũ eſt.
5 Verba mentis ſunt interpretes.
6 Laudatur fides, ibi.

Fi-

7 Fidem fallere grave eſt.
8 Etiam hoſti ſervanda eſt.
9 Quod intelligitur de perſonis publicis, nō de privatis, & ubi minus offenditur Deus ſervando, quàm frangendo.
10 Fidem & mentem dedicavit in Capitolio M. Æmil. Scaur.
Fidei templum conſecravit Attil. Calatinus.
11 Fidem inter Deos annumerarunt Antiqui.
12 Intelligitur Horat.
13 Manus Fidei ſymbolum. & 14.
15 In fœderibus dextra dextris iūgebatur.
De celebratione fœderum, ibi.
16 Magni habita fuit ſemper fides, licèt à Theſſalis, Parthis, Afris, & Syrijs non obſervata, cùm utilitatem fide ſanctiorem profiterentur.
17 Arabes & Perſæ fidē ſervare didicere.
18 Nulli magis adaptatur fides, quàm uxori.
19 Fides maximam inducit authoritatem.
20 Fideiuſſores à fide dicuntur.
21 Iubere verbum latè patet. & 22.
Significat ſtatuere.
23 Præcipere.
24 Iuſſus, id eſt mandatum, decretum.
Iubere bona poſſideri pro conſtituere, ut bona poſſideantur.
25 Iubere iudicare, id eſt delegare.
26 Accipitur pro cogere, ſeu decernere.
27 Iuſſus Principis, ſeu iuſſus idem ſunt. & 28.
29 Iubere tam mandantis, & imperantis, quàm promittentis, & reddentis ſecurū.
30 De differentijs inter fideiuſſionem, & iuſſum remiſſivè.
31 Definitur fideiuſſio.
32 Fideiuſſor eſt, qui eſt obligatus ad debitum alterius ſolvendum.
33 Fideiuſſorum multæ ſunt ſpecies.
34 Sponſores pro alijs promittunt ſponte ſua.
35 Expromiſſores intercedunt pro non obligato.
36 Adpromiſſores ijdem quòd fideiuſſores.
Vera lectio l. 5. §. ſatis acceptio, D. de verbor. oblig.
37 Mandatores ſunt, quorum mandato aliqui pecuniam credunt.
38 Conſtitutores qui pro alijs ſe ſoluturos conſtituunt.
39 Fideiuſſores Prædes & Vades appellabantur; vadimonia, quæ de iudicio ſiſtēdo interponebantur.
40 An fideiuſſor debeat conveniri ubi principalis. cum ſeqq. uſq. 64.
65 An fideiuſſor teneatur ad factum ſubſtituti à principali. uſq. 67.
68 Fideiuſſio propriè eſt contractus.
69 In fideiuſſione requiritur conſenſus.
Conſenſus eſt anima contractus.
70 In fideiuſſione metus & dolus abeſſe debent.
71 Fideiuſſio metu facta non valet.
Etiam per metum carceris.
72 Fideiuſſor propter metum ab obligatione fideiuſſoria liberatur.
Violēti cōtractus iure Divino improbātur.
73 Nec intereſt creditor, debitórve vim adhibeant, an alius eorum nomine.
74 Si ſolus fideiuſſor metu acceſſit, liberatur ſolus, non autem reus.
75 Creditor propter violentiam ius crediti amittit, & liberatur fideiuſſor.
76 Omnes exceptiones, quæ competunt reō, competunt fideiuſſori.
77 Exceptio quod metus cauſa datur fideiuſſori.
78 Si res fideiuſſoris à creditore occupētur, ius crediti non amittit.
79 Fideiuſſore vim inferente, ut accepto liberaretur, in reum actio reſtituitur, & adverſus eum competit.
80 Contrariorum eadem eſt diſciplina.
81 Diſcrimen verſans inter vim impoſitā debitori, & inter incuſſam fideiuſſori proponitur.
82 Interpretatur tex. in l. extat, D. hoc tit.
83 Luce donatur text. in l. metum, §. fin. & in l. illud, D. hoc tit.
84 Mulier metu reverētiali viri compulſa, quo vitet iurgia fideiubens, non tenetur, & poteſt abſcondere bona.
85 Mulier non poteſt pro marito obligari.
86 Niſi fideiubeat cū iuramēto pro aliquo.
87 Quod limitatur quoties enormiter eſt la-

læſa, quia tunc iuvatur S. C. ne indotata remaneat.

88 *Mulieri læſæ in æſtimatione dotis ſuccurritur.*

89 *Iuramentum metu extortum nõ tenet.*

90 *Mulier, quæ pro alio ſolvit utitur beneficio S.C.*

91 *Pro dote ſatiſdatio non eſt efficienda. uſque 96.*

97 *Mulier ſi ſatiſdet pro marito non tenetur propter ſuſpicionem.*

98 *Quod maritus blanditijs, ſeu minis eam inducat ad ſe obligandum.*

99 *Minor dolo malo, conſilio, animo, & ſuaſionibus creditoris inductus ad fideiubendum licèt iuret, in integrum eſt reſtituendus.*

100 *Potentes non poſſunt eſſe fideiuſſores.*

101 *Potentes qui dicantur.*

102 *Ratio reddenda eſt ob potentiam domini in Curia à vidua, vel minori.*

CAPUT VI.
De Fideiuſsione.

1 FIDEIUSSIONEM à *fide* & *iuſſione* compoſitam fuiſſe dictat *Nicolaus Boër. deciſ. 221. num. 10. verſ. Sed videtur.*

2 Inde igitur colligendum eſt duo in hoc veriloquio, ſive notatione, ut *Cicer. & Boët. in Topicis* appellant, fidem nimirum & iuſsionem (quandoquidem fideiubêre idem eſt, quòd fide ſuâ iubère, *l. creditor, §. 1. D. mandat.*) notari.

3 Fidei porrò acceptio varia appâtet; nec enim unius ſignificationis angulo premitur; ut ex probatis Authoribus promit *Hering. in tract. de fideiuſſ. cap. 2. à num. 19.* cum multis ſeqq. non iniucũda ex illorum viridarijs congerens.

4 Etymon propalare neceſſum eſt, & poſteà ad alia migrare. Fides ideò appellara, quia fiat, quod dictum eſt, *Cic. lib. 1. offic. & lib. 4. de Repub.* ibi: *Fundamentum iuſtitiæ eſt fides, id eſt dictorum, conventorumque conſtantia, & veritas, ex quo, quamquam hoc videatur fortaſſe cuipiam durius; tamen ut videamur imitari Stoicos, qui ſtudiosè exquirunt, unde verba ſunt ducta, credamus, quòd fiat, quod dictum eſt appellatam fidem:* ſequitur *Ioã. Sarisberienſ. in ſuo Policrat. lib. 3. cap. 6. & 11. Philipp. Camerar. in oper. ſucciſ. cent. 2. cap. 77. ad finem, Alciat. in Rubr. extr. de iur. iur. num. 9. Conan. comm. iur. civil. lib. 1. cap. 6. col. 9. Cornaz. deciſ. Rot. Lucenſ. 102. num. 3.*

5 Fides ex verbis orîtur; verba mentis ſunt interpretes, quibus ex omniũ hominũ cõſenſu creditur, & efficiẽdi ſpes habetur, laudatur, & inter maxima humani generis bona fides colitur, teſtatur *Senec. lib. 5. de benef. c. 10. Sanctiſſimũ humani pectoris bonũ; & epiſt. 88. Venerabile fidei numen dextram ſuam certiſſimũ humanæ ſalutis pignus oſtentat. Valer. lib. 6. in princip.*

6 Dicebat & *Marc. Tull. Cicer. lib. 2. offic. Nihil vehementius Rempublicam cõtinere, quàm fidem, quæ eſſe nulla poteſt, niſi erit neceſſaria ſolutio rerum creditarũ. Patrici. lib. 3. de Repub. tit. 1. fol. 62. Iuſtitiæ officium peregrinum eſt fidem ſervare, quæ nõ modò civibus noſtris, & peregrinis, omnibuſque qui nobis cum aliquo vitæ cõmercio tenentur; verùm etiam hoſtibus ſervãda eſt; & his qui contra nos arma ferunt; nihil enim turpius eſſe poteſt his, qui Reipublicæ præſunt, quàm fidem fallere, quæ quidẽ ignominia nunquam ulla oblivione deletur, Bobad. in Polit. lib. 3. cap. 14. num. 23. Petr. Gregor. de Republ. lib. 8. cap. 8. n. 2.*

7 Hinc fidẽ fallere, & promiſſa non ſervare grave exiſtit, *l. 1. in princ. D. de conſtit. pec. Tiraq. in l. 13. cõnub. num. 42. Covarr. de ſponſ. p. 2. cap. 3. §. 4. n. 1. Thom. de Thomaſſert. reg. 135. Lar. in l. ſi quis à liberis, §. ſi mater, n. 23. de liber. agnoſc. Menoch. conſ. 156. n. 22. Matienç. in l. 2. gloſſ. 1. à num. 1. tit. 16. lib. 5. Recop.* plures referens *Cened. ad Decret. collect. 110. n. 1. Velaſc. de privil. paup. par. 1. q. 6. num. 32. Farin. quæſt. 29. num. 5. A:g. Barboſ. in cap. qualiter 3. num. 3. de pact.*

Nam

8 Nam etiam hoſti ſervanda eſt, *l. conventionum; D. de pact. l. poſtliminij ius 5. l. non dubito 7. de capt. & poſtlim. reverſ. cap. noli 23. q. 1. Duen. reg. 56. verſ. fin. Menoch. conſ. 100. n. 187. & n. 218. cũ ſeq. Tuſch. litt. F. concl. 335. Surd. conſ. 392. n. 18. Aug. Barboſ. in cap. pervenit 3. n. 5.*
9 *de iur. iur.* Intellige de perſonis publicis, non de privatis, *Franc. Molin. de rit. nupt. lib. 2. differ. 13. num. 4.* & ubi minus offenditur Deus ſervando, quàm frangendo, *Pet. Greg. de Repub. lib. 8. cap. 8. n. 10. Marquez de Gubern. Chriſt. lib. 2. cap. 24.*

10 Fidem & mentem dedicavit in Capitolio *M. Æmil. Scaurus*, antè autem cõſecravit Fidei templum *Attilius Calatinus*, *Cic. 2. de divinat.* atque *Dion. Halic. lib. 2.* Fidei templum priſcis, & vetuſtioribus temporibus publicè ſacratum tradit, ut ſervandam & venerandam fidem diſcerent, *Liv. lib. 1. decad. 1.*

11 Quam inter Deos annumeraſſe Antiquos tradit *Plin. lib. 2. cap. 7.* meminit & de Æde Fidei in Capitolio poſita *lib. 35. cap. 10. Cic. lib. 3. offic. S. Auguſt. lib. 4. de Civit. Dei, cap. 10. ubi Vives, Alex. ab Alex. lib. 2. Dier. Genial. cap. 22.* ibi: *Fuere autem Termini, & Fidei templa iuxta ædẽ Iovis optimi maximi in Capitolio primùm à Numa conſtructa*, ubi *Tiraq.* obſervat: & inferiùs *Alex.* in hæc verba: *Etiã ſolenne Fidei ſacrum ſine cæde & ſanguine victimarũ idem Numa inſtituit, eique albo panno velatos ſacra facere; & ad id ſacrum Flamines curru arcuato manu ad digitos involuta vehi iuſſit ſolenni pompa magno argumento, quo Fidem tutandam, Plutarc. in vita Numæ.*

12 In cuius loci elucidatione ita reſcribit *Tiraq.* ibi, eique albo panno, *Horat. lib. 1. carmin. Od. 35.*

Te ſpes & albo rara fides colit
Velata panno, nec comitem abnegat.

Vbi *Acrõ* poſſet, inquit, videri vili verbo uſus *panno*, niſi hoc ſermone intelligi voluiſſet, à pauperibus magis coli fidẽ; aut certè quia *albo panno* caput velabãt Fidei ſacrificãtes, ſive propter ipſam fidẽ, quæ pura eſt, & alba, vel quòd in canis hominibus invenitur, ut *Virg. lib. 1.*

Cana Fides, & Veſta Remo cũ fratre Quirinus.

13 Apud omnes ferè Gẽtes manus fidei ſymbolum, *Alciat. Embl. 9.*

Stet depictus Honos, Tyrio velatus amictu,
Eiuſque iungat nuda dextram Veritas.
Conſtituunt hæc ſigna Fidem:

Vbi *Claud. Minois in annot. Cornel. Tac. lib. 2. Ann.* ubi de morte Germanici agit: *Iuravere amici dextram morientis cõtingentes, hic geſtus eſt data fidei Germanico: qua pollicebantur familiares eius ſe mortem ulturos. Servius* enarrans illud *Virg. lib. 3. Æneid.*

Dixerat & genua amplexus.

14 Vnde idem

Fallere dextram, id eſt fidem.

Terent. in And. act 1. ſcen. 5. Per dexterã, per fidem. Oſſuald. in Don. lib. 13. cõm. cap. 10. litt. B. Roſin. lib. 2. Antiq. Rom. cap. 19. circa fin. ibi: *Dextra fidei ſacra eſt. Nã in fide porrigitur. Alex. ab Alex. lib. 2. Dier. Gen. cap. 19.* ibique cum humanioribus *Tiraq. Senec. lib. 3. cont. 8. Vbi Athenarum fides? ubi hoſpitales invicem dextræ? Delrio ad Senec. in Med. verſ 248. fol. 145.*

15 Quâ de causâ ſic fœdera celebrabãtur; & dexteræ dextris iungebantur, *Alciat. Emblem. 39.*

In bellum civile Duces cùm Roma pararet
Viribus, & caderet Martia terra ſuis.
Mos fuit in partes turmis coëuntibus eaſdẽ
Coniunctas dextras mutua dona dare.
Fœderis hæc ſpecies, id habet cõcordia ſignũ,
Vt quos iungit amor, iũgat & ipſa manus.

Ibique alia cumulat *Scholiaſt. 1. Mach. 6.* ibi: *Nunc itaque demus dextras hominibus iſtis, & faciamus cum illis pacem.*

Hinc obſervare oportet, quòd tria fuerunt inter Romanos fœderũ genera, ut ex *Livio lib. 34.* apertum fit, unum cũ leges dicebantur bello victis, alterum cùm pares bello veniebant in amicitiã æquo fœdere, tertium cùm ad amicitiã ſociali quodam fœdere coibant, qui nunquam hoſtes fuerunt.

I 4 Quæ

Quæ quidem fulmine ſanciebantur, *Virgil.12. Æneid.* quia videlicet fulmine authoritatem ſuam Iupiter vindicabat feriens fœdifragos, *Silius lib.11.*

---- Hinc erit ille,
Qui polluta dolis iam fœdera ſanciat enſis.

Ariſtoph. Hoc fulmen Iupiter planè mittit in periuros. Barclai lib.1. Argen. in fin.

Cavebant Romani in ſuis fœderibus, ut diſcrimen aliquod eſſet, & diſtantia loci inter eos, qui fœdera feriebant, ne videlicet occaſio eſſet concurrendi ad arma. Atque ita ex hoc more videtur locutus *Virgil.12. Æneid.*

Convenit Evandri victos diſcedere ad Vrbem.

Sic in fœdere, quod ictum inter Romanos & Carthaginienſes de re Hiſpanica convenit, uti Carthaginienſiũ Imperij finis eſſet Iberus amnis, ultra quẽ nec Romanis Carthaginienſium ſocios armis laceſsẽre, nec Carthaginienſibus bellum traducere licẽret, narrat hoc *Appian. in Ibericis*, & repetit *in Annibalicis.*

Eâdem lege factum fuit fœdus inter Etoclem, & Polynicem Regem Thebanos apud *Euripidem in Phœniſſ.* ubi Etocles ita ait:

Victus ſi fuero, huic dedam civitatem,
Vos autem amiſſo certamine Argivam ad terram
Redibitis. - --

Vnde *in Virgil. convenit*, id eſt, fit conventio, & pactum; nam de pacto & conventione ſic *Plaut. Amphit.*

Convenit victi viri ſint eo prælio
Vrbem, agrum, aras, focos, ſeque uti dederent.

Fœderati militum genus *Cedren. His factis Leo, & Michaël ad Imperatorem (Nicephorum) ſe contulerunt, horum alter fœderatorũ, alter comitis cohorti præficitur. Sidon. lib.2. epiſt.8. Student ſenes pilæ, aleæ iuvenes, armis eunuchi, litteris fœderati*, invertit omnia *Sidon.*

Datum eſt his nomen à Magno Cõſtantino, & renovatum poſteà à Theodoſio, *Iordan. de reb. Getic. Cunctus exercitus in ſervitio Theodoſij Imperatoris perdurans, Romano ſe Imperio ſubdens cum milite velut unum corpus effecit, milliaque illa dudum ſub Conſtantino Principe Fœderatorum renovata, & ipſi dicti ſunt fœderati.* Inde fœderati cum ſtipendiũ eſt fœderatorum.

De modo fœderum ſanciendorum latè agunt *Alexand. ab Alex. lib. 5. Dier. Gen. cap.3. Petr. Gregor. de Repub. lib.11. cap.11. Buleng. lib.3. de Imp. Rom. cap.7.*

Fœdus eſt Rerumpublicarũ mutuæ amicitiæ, & in re quappiam ſocietatis pactio. Nullum Regnum eſt ſine æmulo, ideò nec eſſe debet ſine fœderato, uti nec privatus ſine amico. Fœdus pãgere eſt supremę maieſtatis, & eius cõceſſu Principum invita eſt illa conſpiratio. Ad ſolum Principem publica defenſio pertinet; ita *Beſold. lib.2. Pol. cap. 5. de fœderibus*, §.12. *Adam Contzen lib. 8. Polit. cap.24.*

Fœdera perpetua ſunt, & ideò morte non finiuntur, *Alb. Gentil. lib. de iure belli, cap.22. Vvarem. de Erẽberg. Meditam. pro fœder. lib.2. cap.2. pag.195. Oſſuald. in Donell. lib.16. comm. cap.24. litt. E.*

Carthaginienſiũ legati, qui ad Scipionem Africanum Maiorem miſsi fuerunt, pacem & veniam petierunt, quibus reſponſum dediſſe Scipionem hoc modo, refert *Franch. Petrarch. in lib. Afric.*

Non pacis tractator ego, ſed victor, & ultor.

Qui legati eidem Scipioni deprecãtes iterum replicaſſe, refert idẽ *Poëta:*

----- Sed nulla victoria maior,
Quàm veniam petiiſſe reos. ---

De quibus legatis Carthaginienſium ad Scipionem Maiorem, & de legatis ad Quinctium ſuperato Philippo, de legatis ad Lucium Scipionẽ devicto Rege Antiocho, ad Paulum Æmilium victo, & capto Perſeo, ſcribit *Livius lib. 3.33.37. & 46.* ubi etiam de legatis ad Anitium reducto in poteſtatem Gẽtio, & de legatis ad Polyarchum latè agit *Ioan.*

Ioan. Barclai. lib. 5. Argen. fol. 609. in parvis.

16 Magni habita fuit ſemper fides, licèt à Theſſalis, Parthis, Afris, & Syrijs nõ obſervata; cum utilitatẽ fide ſanctiorem profiterentur, *Iuſtin. lib. 41. de Parthis, Eraſm. chiliad. 1. cent. 3. cap. 10. Liv. decad. 3. lib. 5. Alexand. ab Alex. lib. 4. Dier. Gen. cap. 13.*

17 Arabes tamen & Perſæ fidem ſervare didicêre; tanti enim fidem fecère, ut humanam ſocietatem cum fide tolli crederent, contraque utilitatem fides illis ſemper antiquior fuit, *Alexand. ab Alexand. 5 Dier. 10. in fin.*

18 Nulli magis adaptatur fides, quàm uxori, *Senec. lib. 2. cõtrov. 10. Alciat. Emblem. 190.*

Ecce puella viro, quæ dextra iungitur: ecce
Vt ſedet, ut catulus luſitat ante pedes.
Hæc eſt fidei ſpecies; Veneris quã ſic educat ardor
Malorũ in læva non malè ramus erit.
Poma etenim Veneris ſunt; ſic Scheneida vicit
Hippomenes, petijt ſic Galatea virum.

19 Poſt multas fidei acceptiones, quas recenſet *Ambroſ. Calep. & alij quamplurimi Dictionarij*, ad demonſtrandum ſignificatum, mihi nec opus eſt indicare; ſolùm tamen advertam maximam inducere authoritatem, ut ſatis appâret ex *Claud. 4. Honor. Conſ.*

---- Præmiſſa futuris
Dant exempla fidem. ----

Sidon. lib. 2. epiſt. 15. carm. 2.

Tale puerperium quoties Lucina reſolvit,
Mos elementorum cadit; regnique futuri
Fit rerum novitate fides veniſſe beatos.

Apoll. lib. 3. Excid. Hieroſolym.

Tollitur ad cælum clamor, dextraque patenti
Certatim iurata fides. ----

Coripp. lib. 3.

Adſunt obſequio Caſtrorum turba virorũ
Illis ſumma fides. ----

20 Quia igitur in hoc fideiuſsionis contractu præcipuè fidei, quæ interponitur, habetur ratio; inde fit, ut ex re ipsâ fideiuſſores quoque nomen accipiant; ita ratiocinatur *Hering. dict. cap. 2 n. 34.*

21 Reſtat, ut de iuſsione etiã pauca addam: id enim alterum eſt, quod in fideiuſsionis verbo notari poteſt.

22 *Iubere* verbum latè patet. Nam interdum ſignificat *ſtatuere*; *l. iubere cavere, D. de iuriſd. omn. iud.*

23 Interdum *præcipere*, maximè quando refertur ad eum, qui hoc ius habet: hinc Iuſſus pro præcepto, *ut in Rubr. D. quod iuſſu.*

24 Iuſſus Prætoris; id eſt mandatũ, decretum, *l. electio, in fin. de nox. l. fin. commun. divid.*

Iubêre bona poſsideri, pro conſtituere, ut bona poſsideantur, *l. is cuius, l. barum, D. ſi ſervitus vindicetur.*

25 Iubère iudicare, id eſt, delegare, *l. eũ qui, D. de iuriſd. omn. iudic.*

26 Capitur etiam pro cogere, ſeu decernere, *l. ſi quis ex argentarijs, §. Prætor ait, l. veluti, iuncto §. cogentur, l. Prætor, D. de edend.*

27 Iuſſus Principis, ſeu iuſsio idem ſunt, *l. oſſa, in princip. D. de relig. & ſumpt. fun.* de his & alijs huius verbi ſignificatibus perbellè *Iacob. Rebuf. in l. nomen filiarũ 164. §. portionis, col. 565. D. de verbor. ſignif. eo non relato*; eleganter *Hering. dict. cap. 2. à num. 51.*

28 Quod confirmant *Claudian. lib. 3. Stilicon.*

Ipſa iubet ſignis, bellaturoque Togatus
Imperat, & ſpectant Aquilæ decreta Senatus.

Coripp. lib. 2.

Aſt ego te iubeo, Princeps ait, eſſe Tribunum.

Virg. 1. Æneid.

Necnõ & Tyrij per limina læta frequẽtes
Convenêre toris iuſſis diſcumbere pictis.

Stat. lib. 4.

Hinc cùm Romuleos Proceres trabeataque Cæſar
Agmina mille ſimul iuſſit diſcumbere menſis.

Claud. in 6. Honor. Conſul.

Ecce

Ecce Palatino crevit reverentia monti,
Exultatque habitante Deo, potioraque Delphis,
Supplicibus latè populis oracula fundit,
Atque ſuas ad ſigna iubet revireſcere lauros.

Et *in 3.Honor.Conſul.*

Vt ventum ad ſedes cunctos diſcedere tectis
Dux iubet. ----

29 Iubêre non tam mandâtis, & imperantis, quàm promittentis & reddentis ſecurum, ut ex *Conan.* refert *Valēt. Frāc. de fideiuſſ. cap. 1. num. 27.*

30 De differentijs inter fideiuſsionem & iuſſum agit *Hering. dict. cap. 2. à num. 52. cum ſeqq.*

31 His prænotatis, ad fideiuſsionis definitionem præcurro: *Fideiuſſio autem eſt ſtipulatio, ſeu ſponſio, qua quis pro debitore aliquo fidem ſuam citra novationem interponendo ad debiti ſolutionem in ſubſidium obligatur,* quam latè & fusè explicat & ſequitur *Hering. de fideiuſſor. cap. 3. à num. 9. uſque ad 26.*

32 Fideiuſſor eſt, qui eſt obligatus ad debitum alterius ſolvendum, *per text. juncta gloſſ. in l. Titia, §. penult. D. de verb. oblig. Rebuff. in l. ſi ita ſtipulatus 150. fol. 535. circa fin. D. de verb. ſignif.*

33 Fideiuſſorum multæ ſpecies ſunt, alij ſpōſores; alij expromiſſores; alij adpromiſſores; alij mandatores; alij conſtitutores.

34 Sponſores ſunt, qui pro alijs promittunt abſque aliqua intercesſione rogitu, ac precibus, ſed ſuâ ſponte; & ſic, qui non rogati pro alio fideiubent, *l. qui patitur, D. mand. gloſſ. in Authent. de fideiuſſorib. col. 1. verſ. Fideiuſſorem, Hering. d. tract. cap. 3. num. 32. Aretin. eod. tractat. cap. 5.*

35 Expromiſſores exiſtunt, qui intercedunt pro alio non obligato, vel non efficaciter obſtricto, *l. aliquando 13. ad Vellei.* notat eleganter *Anton. Pichard. in Rubr. num. 4. Inſtit. de fideiuſſ.* licèt plerumque *fideiuſſorum* verbo comprehendātur, notāte *Cujac. lib. 13. obſer. c. 35.*

36 Adpromiſſores ſunt ijdem, quòd fideiuſſores, *l. 5. §. ſatis acceptio, D. de verb. oblig. ubi Adpromiſſores* legendum eſſe, *non Expromiſſores* (eo quòd promisſioni, atque principali obligationi accedant) & ſuadet. P. F. fides, & teſtātur *Corraſ. ibi num. 3. Pichard. ubi ſupr. Alciat. lib. 1. Parerg. cap. 2. Conan. lib. 6. comm. cap. 6. num. 1.*

37 Mandatores verò ſunt, quorum mādato aliqui pecuniam credunt, *l. ſi verò, §. ſi poſt creditam, D. mand. Marſil. in Rubr. de fideiuſſ. ſub num. 3.*

38 Conſtitutores apparent, qui pro alijs ſe ſoluturos conſtituunt, quod ipſi ante debebant, *l. cum qui, §. quod exigimus. D. de conſt. pecun.* quas ſpecies latè proſequuntur *Aretin. dict. tract. cap. 1. 2. 3. 4. & 5. Anton. Pich. in princ. Inſtit. eod. à n. 4.*

39 Solebant etiam fideiuſſores *prades* appellari, ut ex *Varron. & Aſcon.* obſervant *Prateius & Briſſon. de verb. iur. Aul. Gell. lib. 7. noct. Attic. cap. 19.* & *vades*, ut adnotat cum pluribus Criticis *Hering. dict. cap. 3. à num. 41. cum ſeqq.* hinc *vadimonia*, quę de iudicio ſiſtendo interponebantur, de quibus latè agit *Anton. Pich. diſp. 3. à num. 1.*

Cùm obligatio fideiuſſoria ipſi principali acceſſoria ſit, *§. in omnibus, Inſtit. de fideiuſſ. Cened. pract. q. 12. num. 1.* Quęri nūc oportet, an fideiuſſor debeat ubi principalis conveniri? Difficilis dubiaque, quam proponimus agitanda, diſpungendaque quæſtio eſt ea à paucis adamuſsim pertractata.

40 Licèt videatur, & communiter dicatur fideiuſſorem proprio foro & domicilio conveniendum eſſe, *ex l. 2. C. de iuriſd. omn. iudic. l. 2. ubi gloſſ. verb. Sequatur, C. ubi in rem actio, cap. cùm ſit generale, de for. compet. Mynſing. centur. 2. obſervat. 5. Anton. Hering. de fideiuſſ. cap. 23. à num. 5. Pyrrhus Maurus Aret. eod. tract. ſect. 4. cap. 32. à num. 1. pag. 214. Oſuald. Hillig. in Donell. lib. 17. cap. 12. litt. C. in fin.*

41 Hoc non obſtante contrarium tenendum eſt ex ſeqq. Primò, ex *text. in l. ſi*

pu-

pupillus 6. D. de fideiuſſ. tut. ubi manifeſtè probatur cauſam fideiuſſoris tam connexam, unitamque eſſe cauſæ principalis, quòd minor illic petijt iudicem cōtra tutorem & fideiuſſorem, & præſtitus fuit, ibi: *Pupillus contra tutores eorumque fideiuſſores iudicem accepit*, quod quidem nullatenus procederet, ſi fori diſtinguerentur.

42 Secundò, *ex cap. ex reſcripto 9. de iur. iur.* in quo claret laicum fideiuſſorem clerici fuiſſe conventum coram Epiſcopo, ibi: *Ideòque mandamus quatenus tā Abbatem, quàm Monachos, quàm Q. & uxorē admonere curetis, ut ſicut iurarunt eandem conventionē, faciant adimpleri.*

43 Tertiò, *ex l. cùm eorum, C. de ſent. interloc. omn. iud.* ubi iudex fiſci, qui adverſus fideiuſſores ſui debitoris notionem habet, competens eſt ad cognoſcendum inter eum & illos, pro eo quod ſolverunt pro illo: ſicque poterit propter eorum ſecuritatem illius bona eis pignori dare, ibi: *Cùm eorum, qui principaliter Fiſco tenebantur ea lege fideiuſſoribus procurator tradi iuſſerit, ut ipſi indemnitatem Fiſco præſtarent.*

44 Quartò, *ex l. cùm vendente, C. ubi cauſæ fiſcal.* quæ dicit, quòd ſi aliquis alterius iuſsione & mandato à Fiſco prædiū
45 emit, & pro eo pretium ſolvit, eique prædium tradidit, poterit mandantem convenire, ut ei pretium reſtituat coram Fiſci iudice, ibi: *Cùm vendente procuratore meo emiſſe te prædia dicas, pretium eorum neceſſariò ſolvere debes; cum his verò, quibus mandantibus eadem prædia emiſſe te, & tradidiſſe dicis agente te procurator meus (ſi eius audientiam elegeris) cognoſcet, ut pecuniā, quæ pretij nomine tibi debetur, & uſuras, quæ fiſco ſolvendæ ſunt, conſequi poſſis, l. in fraudem 45. §. qui pro alio, D. de iur. fiſc. l. ult. C. de privil. fiſc.*

46 Quintò, cauſa principalis & fideiuſſoris ſunt connexæ & individuæ; ſicut apertè docuit *Bart. in l. Græcè, §. illud, num. 4. D. de fideiuſſ. Iacob. Menoch. de arbitr. caſ. 85. num. 18. & conſ. 795. num. 24. vol. 8. Maldon. in ſilva reſponſ. lib. 1. reſponſ. 6. num. 1.* Ideòque qui eſt iudex competens principalis, eſt quoque fideiuſſoris, *l. ſi quis ex argentarys, §. rationem, & ibi Bald. D. de edend. Clemēt. diſpendioſam, de iudicijs, Socin. conſil. 244. lib. 4. num. 2. Dec. in cap. tranſlato, num. 5. de conſtitut. Purpurat. in Rubr. à num. 20. D. de offic. eiu. Pet. Barb. in l. venditor. numer. 185. D. de iudic. Guzmā de evict. q. 6. à num. 47. Aug. Barboſ. Axiomate 51. & in Clement. 2. num. 6. de iudic.*

47 Et ſi detur locus, quòd fideiuſſor in eius foro litem verteret, cùm iam eſſet præventa iuriſdictio cum principali, ex *l. ſi quis poſteà quàm, & l. ubi cæptum, D. de iudic.* divideretur continentia cauſæ, quod ius repugnat, *l. nulli, C. de iudic.* (iūctis his, quæ circa eius exornationem tradiderunt *Iacob. Menoch. de arbitrar. caſ. 371. Alexand. Trentacinq. var. lib. 2. reſol. 3. de iudic. Tuſch. pract. tom. 2. concl. 976. litt. C. Velaſc. in Axiomat. litt. C. num. 62.*) eleganter *Capitius deciſ. 122. ubi addent*, quę concludit, quòd toties, quoties in Regia lis introducitur contra aliquem alium eiuſdem rei inquiſitum, quamvis diverſi fori & privilegiati exiſtat, obſtrictum eſſe ibi reſpondère, ne dividatur continentia, & litigetur ſuper unâ, eâdemque cauſâ in diverſis tribunalibus, *l. ſi idem cum eodem, ibi Bald. num. 3. D. de iuriſd. omn. iud. Afflict. deciſ. 354. num. 1. cum ſeqq. Parlad lib. 2. rer. quotid. cap. 9. num. 1. 2. & 3. Myſing. cent. 1. obſerv. 4. Andr. Gail. obſerv. cap. 9. num. 5. lib. 1.*

48 Probant in terminis *Fulvius Pacian. de probat. lib. 1. c. 26. n. 46.* ibi: *Quòd cùm fideiuſſio ſit quid connexum cum principali obligatione, ideò ſub quo iudice principalis tanquam ſubditus conveniri poteſt, ſub eodem poterit fideiuſſor conveniri, Anton. Hering. d. cap. 23. num. 49. Pyrrhus ſuperiùs, num 2. verſ. Contrarium.*

49 Inferas ex hac reſolutione ſententiā datam contra principalem exequendā eſſe adverſus fideiuſſorem: nam in connexis, atque individuis ſentētia lata pro

uno

uno alteri prodeſt, vel nocet, ut ſcribunt *gloſſ. in cap. quamvis, ubi Auguſt. Barboſ. num. 3. de ſent. & re iudic. Alexand. in l. ſæpè, num. 54. D. eod. Tiraq. in tract. res inter alios act. t, limit. 22. Menoch. conſil. 795. num. 25. vol. 8. Sigiſm. Scacc. de iudic. lib. 2. cap. 11. num. 219.*

50 Quod confirmatur ex eo, quòd debitor principalis, & fideiuſſor dicuntur ſocij unius eiuſdem obligationis, quâ de causâ ſententia in favorem alicuius prolata alteri prodeſt, & è converſo, ut firmant *Bart. in l. ex duobus, quæſt. 4. numer. 16. ibique Ioan. Roncbegall. num. 46. D. de duob. reis. Angel. in §. ad hæc, Auth. ut liceat mat. & aviæ. Socin. Sen. conſil. 283. col. penult. lib. 1. Maldonado in ſilva reſponſ. lib. 1. reſp. 1. num. 16. 17. & 18. Ioan. Garc. de nobilit. gloſſ. 6. n. 48. verſ. Imò.*

51 Nec refragabatur aſſerere citandum eſſe fideiuſſorem, ut ei nocumentũ ſententia parere valeat, ex his quæ allegant *Franc. Barſat. conſ. 303. num. 4. vol. 2. Hieron. Gabriel. conſ. 33. verſ. Quoad primum, vol. 1.*

52 Satisfit enim contrariũ à multis adprobatũ, ut probãt *Angel. in l. in cognitione, ad fin. num. 2. verſ. In gloſſ. D. ad Syllan. Bald. in l. 1. ſub num. 13. verſ. Item quæro numquid, C. de conven. fiſc. debit. lib. 10. & in l. libera, C. de ſent. interloc. Alex. conſ. 156. num. 5. & 6. verſ. Ad idẽ, lib. 2. Guid. Pap. conſil. 112. in fin. Marc. Ant. Natt. conſ. 345. num. 2. tom. 2. Tiraq. in tract. res inter alios acta, in 1. declarat. 1. limit. col. 9. verſ. Quæ declaratio ſi vera eſt, Foller. in addit. ad Robert. Marant. par. 6. de act. laudat. num. 6. Caballin. de evict. §. 3. num. 138. Ant. Hering. de fideiuſſ. cap. 27. num. 29. par. 5. Pet. Caball. caſ. 252. num. 10. verſ. Et quamvis.*

53 Valdè pro hoc ſtringit *text. in l. authore laudato, C. de evict.* ubi dicitur, cauſatâ in re evictione poſſe fideiuſſorem propter illam conveniri, quamvis inſcius ſit litem agitari; ita demum, quòd facta exiſtat denuntiatio illius venditori; itaque nocet ſententia data contra principalem fideiuſſori ignoranti & incitato, de quo meminerũt *Alex. d. conſ. 156. num. 6. Tiraq. dict. verſ. Quæ declaratio ſi vera eſt, Ant. Capic. deciſ. 107. num. 6. & 9. Dionyſ. Gothofr. in dict. l. authore laudato, litt. Z.*

54 Quod etiam locum habebit, quando fideiuſſor contractus eſſet obligatus in forma Cameræ, aut per inſtrumentũ habens executionem paratam per ſtatutum, aut per obligationem continẽtem pacta executiva; ita *Coſta de ratione rat. quæſt. 222. num. 7. Gait. de cred. cap. 2 tit. 3. num. 553.* ubi cum pluribus.

55 Huic quæſtioni contigua eſt & alia quæſtio; nempè, an fideiuſſor obligetur ad factum ſubſtituti à principali? Et quòd fideiuſſor non teneatur, patebit ex ſeqq. Primò, ex *Reg. ordinaria, l. inter artifices 31. D. de ſolut. cap. fin. § penult. de offic. & poteſt. iud. deleg.* (ubi cum innumeris *Auguſt. Barboſ. in collect. ad Decretales*) quibus probatur in caſibus, in quibus eligitur induſtria perſonæ nõ poſſe admitti ſubſtitutum, *Tuſch. litt. I. concl. 105. & ſeq. Iacob. Canc. lib. 3. variar. cap. 20. n. 5. Curt. Sen. conſ. 62. Cravet. conſ 103. num. 1. Rubeus conſ. 80. in fin. Iacob. Menoch. de arbitr. lib. 1. quæſt. 68. num. 10. Grat. cap. 522. num. 28. tom. 3.* Tum propter præſumptionem, ut tenet *gloſſ. in l. inter artifices, verb. Specialiter, ibique Bart. num. 1. Sarabia de iuriſdict. adiunct. quæſt. 14. num. 5.* Tum quia in obligationibus facti certum eſt, & manifeſtum eligi induſtriam perſonæ, quæ in ſe factum ſuſcipit, *l. fideicommiſſa, §. fin. D. de leg. 3. Felin. in cap. fin. §. penult. num. 4. & 5. de offic. & poteſt. ind. deleg. Berous in c. quoniã Abbas, in fin. de offic. deleg. Alex. conſ. 131. in fin. & conſil. 132. num. 6. & 7. lib. 4.*

56 Quod ſuadetur maximâ ratione: nã fideiubens pro principali forſan non ſe obſtringeret & obligaret pro ſubſtituto, ſi, cùm fideiuſſionem fecit, proponeretur ita, ex *dict. l. inter artifices, D. de ſolut. cap. is cui 12. de offic. deleg. in 6.* in eoque *Auguſt. Barboſ. Abb. conſ. 68. col. 1.*

in

in fin. lib. 2. Bald. in l. unica, §. ne autem, ubi etiam eſt *text. C. de caduc. toll. & conſ. 223. in fin. lib. 5. Tuſch. litt. I. concl. 106. num. 10. & 21.*

57 Secundo, quià quoties fideiuſsio exprimit nomen alicuius repetendo id in omnibus obligationis partibus, in tali caſu abſque dubietate exiſtit expreſsionem nominis operari intuitum & contemplationem perſonæ nominatæ, & qui ſe obligat, obſtringitur ad ſolùm eius factum, *text. expreſſius, in l. ſi quis arbitratu 43. D. de verbor. oblig.* ubi magis probandum eſt, à perſona non eſſe recedendum eius, cuius arbitrium inſertum eſt, ibique *Bart. Felin. in dict. cap. fin. §. is autem. de offic. deleg. num. 2.* in hæc verba: *Nota, quòd verba denotantia propriam perſonam non verificantur in actu per alium expedito, Bart. in l. Lucius, §. Semproniæ, num. 2. D. de leg. 3.* cum pluribus adductis *à Petr. Surd. conſ. 123. num. 14.* ubi dicit expreſsionẽ nominis eſſe perſonaliſsimam; & ita non extendi ad heredem heredis, in quo minus dubium poterat inveniri, ex *text. in l. fin. C. de*
58 *hered. inſt.* cum ſimilibus. Et in fideicõmiſsis non fieri extenſionem, quando nominatim quis eſt gravatus, *Vincent. Fuſar.* cum multis, *conſ. 9. num. 12. & conſ. 10. num. 16. & 17.*

59 Vnde ſuccedit Axioma *text. in l. ſi unus 27. §. ante omnia, D. de pact.* ibi: *Ante omnia enim animadvertendum eſt, nè conventio in alia re facta, aut cum alia perſona noceat,* conſonat *text. in l. ſi ita ſtipulatus 126. §. Chryſogonus, D. de verb. oblig.* ibi: *Plerumque enim in ſtipulationibus verba, ex quibus obligatio oritur, inſpicienda ſunt rarò ineſſe tempus, vel conditionem ex eo, quod agi apparebit, intelligendum eſt nunquam perſona, niſi expreſſa ſit.*

60 Tertiò, in proprijs enim terminis fideiuſsionis evidens appâret, quòd cùm ſit ſtrictæ naturæ, non extendi nec de tempore ad tempus, ut probat *text. in l. item quæritur 13. §. qui impleto, D. locati, l. ſi cùm Hermes 7. ubi gloſſ. & DD. C. eod. Anton. Gom. 2. variar. 3. num. 17. Surd. conſ. 450. num. 44. & ſeqq. Hering. de fideiuſſ. cap. 20. §. 12. num. 3. uſque ad 21. Fach. lib. 2 controverſ. cap. 89. Aug. Barboſ. in cap. fin. num. 19. de fideiuſſ. Pyrrh. Maur. Aret. de fideiuſſor. cap. 33. num. 1.*

61 Nec de caſu ad caſum, ut tradit *Bart. in l. qui in aliena 6. D. de acquir. hered. Iaſ. in l. age, num. 10. C. de tranſact.* cum pluribus congeſtis *ab Hering. dict. cap. 20. num. 29. & cap. 24. num. 35. Pyrrh. Maur. eod. tract. ſect. 5. cap. 2. p. 2. pag. 255. Maſtrill. deciſ. 126. num. 6.*

Nec de perſona ad perſonam, ſicut multis modis probatur.

62 Primò, ex *l. 3. in princip. l. cùm apud Sempronium 20. D. iudic. ſolu. l. non à iudice 64. §. 1. D. de iudic.* ubi appâret, illum, qui ſe obtulit fideiuſſorẽ ſolvendi, quod iudicaverit certus iudex, non eſſe obligationi obnoxium condemnationi factæ per iudicem diverſum, in eiuſque locum ſubrogatum; nam diverſitas perſonarum operatur differentiam caſus, efficitque non accedere obligationis, *text. in dict. l. 3. in princip.* ibi: *Quia non huius iudicis ſententiæ fideiuſſores ſe ſubdiderunt; text. in l. non à iudice, §. 1.* ibi: *Quia de re alia cautum videtur, D. de iudic. Surd. deciſ. 212. Hering. de fideiuſſ. cap. 2. num. 50. & cap. 24. num. 125. Ricc. collect. 2717. Grat. cap. 348. num. 1. c. 409. numer. 12. & cap. 966. num. 4. Theſ. deciſ. 202. Franch. deciſ. 208. 320. 344. & 601. Farinac. 1. par. prax. crimin. quæſt. 34. num. 110. cum ſeqq. Coſta de fact. ſcient. cent. 2. diſt. 29. nu. 16. Magon. deciſ. Flor. 57. num 20. & 21. Aretin. dict. tract. cap. 50. Oſſuald Hillig. in Donell. lib. 18. comment. cap. 14. à litt. H. Paſchal. de virib. patr. poteſt. 1. par. cap. 8. à num. 194. cum ſequentibus.*

63 Additque *lex apud Sempronium* quãdam rem in terminis noſtris, nempè, quòd ad hoc ut dicatur fideiuſſorem eſſe obſtrictum facto perſonæ ſubſtitutæ, eſt neceſſum ita in fideiuſsione exprimi, etſi non exponatur, non eſſe extendendam ab ſubrogationem, ut patet ex

illis

illis verbis: *Ideò in ſtipulatione adijcitur, quive in eius locum ſubſtitutus erit*; præcipuè ſi fideiuſsio facta fuiſſet nō ſolùm in ordine ad perſonam certam, ſed etiā exprimendo eius propriū nomen: tuncque indubitabile conſtituitur non eſſe ampliandam & differendam ad ſucceſſorem, ut pulchrè voluit *Roman. conſil. 210.* quem ſequitur *Marſil. in Rubr. de fideiuſſ. quaeſt. 13. Roland. conſ. 58. num. 13. vol. 1.*

64 Secundò, *ex l. 1. in princip. D. de Mag. conven.* in qua probatur, quòd quamvis propter malam adminiſtrationem tutoris datur actio ſubſidiaria adverſus Magiſtratus, quia eum nominaverunt, iſtam actionem non dari contra eius fideiuſſores. Ratio eſt, fideiuſſor enim Magiſtratus obligatus ad indemnitatem Reipublicæ, ſed non ad intereſſe peculiare pupilli. Itaque mutatio perſonarum variat caſum fideiuſsionis, liberumque fideiuſſorem relinquit, ut conſtat ex illo textu, ibi: *In ordinem ſubſidiaria actio nō dabitur, ſed in Magiſtratus, nec in fideiuſſores eorum: hi enim Rempublicam ſalvam fore promittunt, non pupilli, Bald. in dict. l. 1. in princip.* ibi: *Quia ille fideiuſſit apud Rempublicam, non apud privatos, Abiles in cap. 4. Prat. verb. Sea obligado, num. 5.*

65 Tertiò, & magis in individuo, *ex l. libertus 17. §. nominati, D. ad municip.* in qua claret expreſsè non eſſe obligatum fideiuſſorem ad factum ſubſtituti, ut totidem verbis probat *text.* ibi: *Nominati ſucceſſoris periculum fideiuſſorem nominantis non tenet, Platea in l. unica, C. de perie. eorum, qui per Magiſt. interv. Hippolyt. de Marſil. in Rubr. de fideiuſſ. n. 182. Abil. cap. 3. Indic. ſyndic. num 19.*

66 Quartò, ex his quæ tradit *Bobadill. lib. 5. cap. 1. num. 91.* ubi dicit, fideiuſſores Prætoris non eſſe obligatos ad condemnationes factas contra officiales, quos Prætor eligit, niſi ſit, quòd fideiuſſio tam ampla exiſtat, quòd comprehēdat etiam iſtum caſum.

67 Ex quo iuncto, ratio unica & fundamentalis eſt iam ſuperiùs inſinuata, ſcilicet, quòd cùm fideiuſsio ſit ſtricti iuris, & non extendatur plùs quàm ad expreſſum & ſpecificatum in ea, quamlibet mutationem, ſeu variationem, quæ interveniat conſtituere fideiuſsionem diverſam, liberareque fideiuſſorem, *Sozin. Sen. conſil. 62. num. 23. lib. 4. Menoch.* omnimodo videndus, *conſ. 246. num. 9. lib. 3. Flamin. Carthar. deciſ. 13. ex num. 6.* quod certi iuris eſſe non dubitamus.

68 Animadvertendum eſt, fideiuſsionē non eſſe impropriè contractū, ſed propriè, *Hering. de fideiuſſoribus, cap. 3. à numer. 23.* cum ſeq. & quidem ſtricti iuris, *Franc. de fideiuſſ. cap. 4 num. 69. Gerard. Mazol. conſ. 62.* & alij iam laudati. Requiritur in fideiuſsione conſenſus expreſſus, aliàs non tenet, *l. qui hereditatē,* ibi: *Præſens quis interrogatus fideiubeat, D. mand. l. itē quis, §. Labeo,* ibi; *Fideiuſſorem volentem dederit, D. hoc tit. Caſtr. in l. ſi quis pro eo, num. 5. D. de fideiuſſ. Pacian. de probat. lib. 1. cap. 19. num. 70.* & ob id rectè dixit *Caſtr. ubi ſuprà*, quòd conſenſus ſit anima contractus; cui adſtipulantur *Curt. Iunior conſ. 53. num. 7. par. 1. Emeſt. Cothman. reſp. 18. num. 38. Hering. cap. 7. à num. 25. Aretin. cap. 34. pag. 392.*

69 Sic ergo fideiuſsioni tam reſpectu debitoris, quàm fideiuſſoris contrariatur dolus, vis, & metus. Cùm enim debitoris & fideiuſſoris cōſenſu, cum creditore per ſtipulationem contrahatur, certè dolus, vis, & metus abeſſe debēt, *l. 3. l. 5. C de inutilibus ſtipul. Ioan. Gœddæus de cont. ſtipul. cap. 3. concl. 7. num. 91.* ubi fuſiſsimè hanc materiam tractavit. Nihil enim tam contrarium cōſenſui, quàm vis, atque metus, *l. nihil conſenſui, D. de regul. iur. l. ſi donationis, C. hoc tit.*

70 Ex quo fluit, fideiuſsionem metu factam non valère, *l. item 14. §. Labeo ait, D. hoc tit.* tradunt *Hering. dict. tract. cap. 19. à num. 15. Aretin* ſimiliter *cap. 62. à num. 1. cum ſeqq. pag. mihi 429. Fulvius Pacian. de probat. lib. 1. cap. 19. num. 70.* Sicut etiam metu carceris effectam, la-

latè agunt *Pech. de iur. ſiſt. cap. 43. Guid. Pap. deciſ. 253. Farin. de carcerib. & carcerat. quæſt. 35. per totam.*

71 Hinc eſt, fideiuſſorem ab obligatione fideiuſſoria liberari, ſi probare poſsit ſe per metum mortis, vel propter corporis cruciatum; vel capitales minas pertimeſcendo ad fideiubendum eſſe coactum, *l. 2. l. ſi donationis, l. ult. C. hoc tit. Natta conſ. 50. n. 20. lib. 1. Hering. cap. 20. §. 17. num. 1. Aretin. cap. 43. fol. 519. num. 1.* Quod enim vi, metúve geſtum eſt, ratum Prætor non habet, *l. 1. D. hoc tit.* Certè violenti contractus iure Divino improbantur; *Iſai. cap. 58. verſ. 6.* ubi *Cyrill. comm. lib. 5. tom. 3. pag. mihi 387.* illud ipſum notat.

Nec intereſt quòd creditor, debitórve ipſimet vim adhibeant, an alius eorũ nomine: Vt enim inquit *Senec. lib. 4. cõtroverſ. 8. Æquè dignus eſt pœna, qui ipſe vim adhibet, ut qui ab alio admota ad lucrum ſuum utitur. l. item ſi 14. §. in hac actione 3. D. hoc tit. l. non intereſt, C. eod. Sanch. lib. 4. diſp. 8. num. 7. Ferrand lib. 1. explic. cap. 14.*

72 Quâ de causâ ſi quis per metũ reus conſtitutus ſit, & fideiuſſorem volentẽ dederit, & ipſe & fideiuſſor liberatur; ſi ſolus fideiuſſor metu acceſsit, non etiã reus, ſolus fideiuſſor liberabitur, *dict. l. itẽ 14. §. Labeo, D. hoc tit.* ubi *Bart. Bald. Angel. & Scribent.* obſervant.

Item ſi quis per vim ſiſti promittendo poſteà fideiuſſorem (intellige etiam per vim; primam vim ex poſtfacto ratificare videatur, ut *in l. 2. C. hoc tit.*) adhibeat, is quoque liberatur, *dict. l. item, §. ſi quis, ubi gloſſ. & DD. D. eod.*

73 Dubitari nequit, quin in caſu *l. extat, hoc noſtro tit. & in l. creditores 7. D. ad leg. Iul. de vi priv.* creditorem unà cũ iure crediti ius obligationis fideiuſſorię amittere, & fideiuſſori liberationem contingere; *arg. l. in omnibus 43. D. de ſolut.*

74 Ratio evidens eſt, ex eo quòd omnes exceptiones reales, ſeu rei, & obligationi cohærẽtes, quæ reo competunt; etiã eius fideiuſſori utiliter competunt, *l. ſi ſtipulatus 15. l. ex perſona 32. D. de fideiuſ. l. exceptiones 7. §. 1. l. omnes 19. D. de except. l. defenſiones, C. eod. Franc. de fideiuſſ. cap. 3. num. 20. & 24. Coler. de proceſſib. execut. par. 1. cap. 10. num. 338. Surd. deciſ. 301. num. 12.* cum pluribus, quos adducit *Hering. cap. 27. par. 4. à num. 1.* & in fideiuſſore minoris latè *Cephal. conſ. 308. lib. 3. Matienç. Iun. in l. 1. num. 82. D. de minorib.*

75 Et in terminis, quòd exceptio quod metus causâ (cùm in rem ſcripta ſit) fideiuſſori detur, probant *Medices de fortuit. caſib. par. 2. quæſt. 7. num. 35. Franc. dict. cap. 3. num. 45. Aretin. de fideiuſſ. cap. 34. fol. 459. Carol. de Graſſ. except. 11. numer. 101.*

76 Sed ne in hac re decipiaris, advertas, quòd ſi res fideiuſſoris à creditore occupentur, ius crediti non amittit, ut cẽſuit *Guliel. de Cun.* quem refert & ſecutus eſt *Albericus in d. l. extat, col. 3. verſ. Item quærit Gulielm.* qui eâ utuntur ratione, quòd quemadmodum principalis debitor fideiuſſoris facto liberatur, *l. heredi, in fin. & l. fideiuſſoris, D. de pact. d. l. item ſi cum exceptione 14. §. Labeo,* ubi *Alberic. D. hoc tit.* ſic pari modo ex delicto in eiuſdem fideiuſſoris perſonam commiſſo debitor commodum ſentire non debet.

77 Accedit prætereà *ex Alberic.* fideiuſſoris factum à facto principalis eſſe admodum diverſum: nã ut diſtinctæ perſonæ ſunt; ita nec unius factum alterius eſſe poteſt, *l. mora rei, l. cùm filius, §. penult. de verbor. oblig.* Quod ſi aliter ſen-
78 tiremus, is fideiuſſor ſine commodo ſentiret damnum, aut creditor occupator (quod eſſet iniquum) duplici pœnâ afficeretur; ſi enim debitor totum hoc ſentiret commodum, nihil fideiuſſor conſequi valêret; ſi verò conſequeretur, duplici pœnâ creditor, unâ erga debitorem, alterâ erga fideiuſſorem, teneretur, quod non conceditur, *cap. at ſi clerici, in princip. de iudic. l. plura, de act. & oblig. l. nunquam plura, de priv. delict.*

Co-

Covarr.lib.2.variar. cap.10. quare eſt ſolam eſſe fideiuſſoris actionem,ut adverſus audacem creditorem experiatur eo
79 utiliori, quod ſibi videbitur, remedio, obſervat *Menoch.de recup. remed. 5. numer.40.*

80 Huic ſententiæ non leviter opponitur ſubtilis ſcrupulus: nam ſi fideiuſſor vim intulit, ut accepto liberaretur, in reum etiam actio reſtituitur, & adverſus eum competit, cùm in rem ſit ſcripta, *l. metum 9. §. ex hoc edicto, D. hoc tit.* ubi *Rebuff.* adnotat; etſi ex facto debitoris metum adhibentis fideiuſſor acceptilatione liberatus ſit,adverſus fideiuſſorem agi poteſt, ut ſe reponat in obligationem, *l. illud verum eſt, D. eod.*

81 Ergo clarè ſequitur per vim fideiuſſori impoſitam, tam ipſi, quàm debitori, liberationē cōtingere, cùm per vim ab uno incuſſam actio adverſus alium reſtituatur: contrariorum enim eadem eſt diſciplina, *l. 1. D. de his qui ſunt ſui, Velaſc.* cum infinitis, *in Axiom.iur. litt. C.num.222.*

82 Cui difficultati reſpondendum eſt, animadvertendo ingens diſcrimen verſari inter vim impoſitam debitori, & inter incuſſam fideiuſſori: nam in primo caſu utique liberatio contingit, cùm reſciſſo principali, reſcindatur etiam acceſſorium, *dict.l.item 14. §. Labeo ait, D.hoc tit. Ant.Aug.lib.1.emendat. c.2. Ioan.Robert.lib.1.recept. lection.cap. 23. Ant.Govean.lib.1.var.lect. cap.11.* In
83 ſecundo autem nequaquam eâ de causâ; quia fideiuſſor nequit ab obligatione eximi,niſi actio principalis tollatur, & ideò (cùm ex ſuprà laudatâ ſententiâ creditor ius crediti non amittat) liberatio fideiuſſori non obtingit; aliàs ſequeretur abſurdum ſatis à iuris regulis abſonum, & averſum; quòd non ſublatâ actione principali, non ſubſiſteret acceſſoria.

84 Sed ſi adhuc hoc reſponſo animus non quieverit, iterum animadvertas, *text.in dict.l.extat, & in dict. l. creditores*, ſolùm loqui de creditore, qui per vim debitum repoſcit, & ſolutionem violenter extorquet à debitore, non autem à fideiuſſore, & ideò ſtatuunt creditorem perdere rē, & omne ius, quod habet in re, confirmant *Ripa ad cap. ſæpè, num. 90. de reſtit. ſpoliat. Iaſ. in l. non dubium, C.de legib.* idem *Ripa ad l.1.num. 20. D.quor.leg. Cota in memorab.in verſ. Creditor faciens, Dec. conſ.75. in princip. Socin. reg. 39. Pic.ad l.in quartam, num. 168. & 179. fol. 341. D. ad leg. Falcid. tom.7. repet.* & ſic licèt vis à creditore fideiuſſori incutiatur, non ideò debitori liberatio contingit, ut perbellè promit *Menoch.d.remed.5.recup.num.40.*

85 Nec remoratur prædictas animadverſiones *text.in l.metum, §.fin.& in l. illud*, diverſus eſt ab hac ſententia eorum tractatus: agunt enim de vi illatâ tam per fideiuſſorem,quàm per debitorem,ut fideiuſſor liberaretur,& ſic cùm utrique metum incuſſerint, hoc edicto tenêri indubium proferunt Conſulti; & nil mirùm quòd actio adverſus eos reſtituatur; præſentit *Gothofred. in l.ſi mandatu meo 45. §. item ſi 2. D. mand. litt.I.* quia fideiuſſor per vim liberatus cogitur ſe in obligationem reponere.

86 Quo haud ſubſiſtit inlatio propoſita, ut ſicut per vim à fideiuſſore impoſitam adverſus reum datur actio; ſimiliter cōmodum ex vi illi illatâ reportet(nā præterquàm fortiter urgeāt rationes adductę) Ideò ſit,ex eo,quòd actio quod metus causâ ſit in rem ſcripta, & non ſimpliciter, ut obſervat *Gotbofr. in d. l. metum, §. fin. litt. G.* quia vi ipsâ in perſonam,ſcripturâ in rem eſt;quippè in edicto verba ad id,quod geſtum eſt,reſcindendum concepta ſunt; non in perſonā eius,qui metum intulit,afferit ibi *Bart.*

87 Iam ſedato ſcrupulo inferas, mulierem metu reverentiali viri compulſam, quo vitet iurgia, eiuſque offenſionem fideiubentem, aliàs minimè fideiuſſuram, in foro conſcientiæ non tenêri, quamvis ſervatæ ſint omnes ſolennitates iure petitæ, & poſſe bona abſcondere, ſi velit, ne ſolvere compellatur. Sic *Lu-*

Ludovic. Lop. lib. 2. de contract. cap. 17. §. quod ſi hæc ſentẽtia, Sanch. de matr. lib. 4. diſp. 9. n. 14. & omnibus ſpoliata egeſtate prematur, neceſſarijſque ad vitam careat, Bonac. tom. 3. diſp. 12. q. 12. punct. 1. propoſ. 1. n. 14. verſ. Præterea, Dian. tract. 6. miſcell. reſol. 117. fol. 224.

88 His adſtipulatur, quòd mulier ex l. 61. Taur. hodie l. 9. tit. 3. ubi Azeved. & Matienç. lib. 5. Recop. non poteſt pro marito obligari, etiam ſi dicatur & allegetur debitum in emolumentũ uxoris cõverſum eſſe. Et anteà iure cõmuni idem ſtatutũ erat toto tit. D. & C. ad S.C. Vell. Quia quò faciliùs mulier pro marito ſe obligat, eò magis ſubvenitur. Cuiac. in Novel. 134. Scip. Gẽtil. lib. 1. de donat. inter vir. & uxor. c. 20. Gœddæ. de contrah. & commit. ſtipul. cap. 7. concl. 16. Oſſuald. in Donell. lib. 12. comm. cap. 30. litt. C.

89 Quod reſtringẽdũ eſt, quoties mulier fideiubet pro aliquo cũ iuramẽto; tunc enim non iuvatur S.C. Vellei. beneficio, Cened. ad Decret. collect. 73. n. 3. Cevall. comm. cõtra comm. q. 515. Surd. conſ. 367. n. 12. Theſaur. deciſ. 222. ſub n. 12. Dalner. de varijs iur. renunt. c. 6. n. 52. Facbin. cõtrov. iur. lib. 2. c. 60. Coſt. de fact. ſcient. & ignor. inſpect. 57. n. 3. Rodrig. de ann. reddit. lib. 2. q. 5. n. 39. Bern. Grœv. ad pract. Cam. Imp. lib. 2. cõcl. 77. à n. 17. Cald. Pereir. de empt. & vẽd. c. 30. n. 10. & 19. Mol. de iuſt. tract. 2. diſp. 540. verſ. Illud eſt obſervandũ, Valer. Regin. in prax. for. pœnit. lib. 25. n. 220. verſ. Primũ, Rebell. de oblig. iuſt. p. 2. lib. 16. q. unic. de fideiuſ. n. 11. Aug. Barb. in cap. ex reſcripto 9. n. 4 de iur. iur.

90 Iſtud tamen dupliciter ſublimitandũ exiſtit. Primò, quoties mulier enormiter ſit læſa, Proſp. Farin. 2. p. frag. lit. I. à n. 1292. cũ ſeqq. quia tunc iuvatur S.C. ne indotata remaneat (adverſus l. 1. D. ſolut. mat. ubi Scrib. cõmuniter, præcipuè ſanè Pet. Barboſ. ſummæ eruditionis & perſpicacis ingenij vir) Abb. & infiniti, quos congerit Aretin. de fideiuſſ. cap. 3. num. 104. & ſeqq. pag. 361.

91 Et ſic mulieri læſæ in æſtimatione dotis ſuccurritur, etiã quòd læſio ſit intra dimidiã, electione marito datâ, ut vel rẽſtituat, vel ſuppleat iuſtã æſtimationẽ, Pinell. in d. l. 2. p. 1. c. 4. n. 33. Gutier. conſ. 22. n. 27. Barboſ. in l. ſi æſtimatis, n. 21. & 22. D. ſol. mat. Cevall. q. 536. n. 11. & 12. Aug. Barb. in c. cùm dilecti 3. n. 14. de empt. & vend. quanto ampliùs, quando in cũcta dote dãnificata proponatur propter fideiuſsionẽ, & penitùs indotata remaneat? ex Pariſ. conſ. 77. num. 13. cum ſeqq. vol. 3. Berous conſ. 48. n. 13. vol. 1. Theſaur. deciſ. 223. num. 13. Afflict. deciſ. 322. Amat. deciſ. 46. num. 3. & 62. num. 14. & 15. Gail. lib. 2. obſerv. 77. num. 11.

92 Secundò, quia iuramentum dolo, ſeu metu extortum iurantẽ non obligat, ut per Neviz. conſ. 21. per tot. Boër. deciſ. 100. n. 14. Roland. conſ. 2. n. 76. cum ſeqq. lib. 1. Simõcel. de decretis, lib. 3. c. 8. n. 172. & 174. Seraph. de privil. iuram. privil. 61. n. 19. Selſer. de iuram. lib. 1. cap. 19. n. 1. cũ ſeqq. & cap. 23. à n. 1. Mancin. in ſimil. tract. par. 4. effect. 1. q. 1. n. 1. & 2. & q. 12. à n. 8. Aug. Barboſ. in cap. licèt mulieres 2. per text. ibi, num. 3. de iur. iur. lib. 6. Bobadill. in Polit. lib. 2. cap. 18. num. 173.

93 Cõtigua eſt & alia quæſtio, an mulier, quæ pro alio ſolvit, utatur beneficio Senatuſcõſulti, ſicut ſi fideiuſsiſſet? In qua quæſtione negativè reſolvendũ eſt. Nã licèt mulier prohibeatur regulariter pro alio ſe obligando intercedere, tamen ſi pro alio vult ſolvere, poteſt, ut eſt caſus in l. ſi pro aliquo, §. fin. D. ad Vellei. & ratio huius differẽtiæ poteſt eſſe, quia faciliùs mulier induceretur ad ſe obligãdũ, quàm ad ſolvendũ maximè cùm mulierũ ſit genꝰ avariſsimũ, ut l. ſi ſtipulata, §. 1. D. de don. int. Tiraq. in l. cõnub. 5. n. 43. cũ ſeq. Oſſuald. in Don. lib. 12. cõm. c. 29. lit. G. Prõptiores enim ſunt homines ad promittendũ, quàm ad ſolvendũ, ut de ſe patet, & de hoc eſt caſus apertus in l. ſi ego, §. fin. ad Vell. ubi dicit textus, quòd ſi mulier ſolvit alteri pro altero, ceſſat S.C.V. Senatus enim obligatæ mulieri ſuccurrere voluit, nõ donãti: hoc ideò quia faciliùs mulier ſe obligat, quã alicui donat, proſequitur Capol. cõſ. 27. à n. 1. cũ ſeq. niſi metu ſolutionẽ effeciſſet, Anchar. conſ. 299. viſo ſuprad. per tot. Tuſc. pract. cõc. 216. n. 15. 18.

& concl.217.num.21.litt.M.Farin.fragment.crim.2.par.litt.M.num.39.

94 Magna perfidiæ radix latet in ſatiſdatione, quę pro dote à marito uxori offertur, ab eaque accipitur. Nam ut inquit *Iuven.ſatyr.6.*

Inde faces ardent, veniunt à dote ſagittæ,
Libertas emitur: corā licèt innuat, atque
Reſcribat vidua eſt locuples, quæ nupſit avaro.

95 Hinc nunquā ſpontè, ſed pro capiendâ dote dediſſe maritus ſatisdationem videbitur, ut ait *Senec.lib.6.de benef.cap.19. Nec ipſe quidem ſe mihi beneficium iudicat dare, ſed ambitioni ſuæ præſtat; nam ſi neceſſe eſt illi, facere non debeo ipſi beneficium, ſed cogenti, ſi neceſſe eſt illi velle ob hoc, quia nihil habet melius, quod velit ipſe ſe coget, & ſic mulier dicet, nō debeo illi beneficiū, ſed doti meæ, quā ut caperet, eaque frueretur. ſatiſdationem dedit: ſua cauſa dedit, non mea;* & cum *Mart. lib.6.epig.62.*

Munera magna quidem miſit, ſed miſit in hamo,
Et piſcatorem piſcis amare poteſt?

Et *lib.1.epigr.136.*

Sordidius nihil eſt, nihil eſt te ſpurcius uno,
Qui potes inſidias dona vocare tua.
Sic avidus fallax indulget piſcibus hamus
Callida ſic ſtultas decipit eſca feras.

96 Vnde *beneficia in ſcelus verſa ſunt* (ait *Senec.lib.5.de benef.cap.15.*) *quia ergo non undique humano generi convicium fit? Non publica querela eſt beneficia periſſe, & pauciſſimos eſſe, qui de bene merentibus non invicem peſſimè mereantur? Ecce neſcio, quæ nō ex philoſophorū domo clā medio convētu populos, gēteſq; dānatura vox mittitur.*

--- Non hoſpes ab hoſpite tutus,
Non ſocer à genero, fratrum quoque gratia rara eſt.
Imminet exitio vir coniugis, illa mariti.

97 Et maritus, quē ſequta eſt pœnitētia, miſerū ſe dicet, quod dediſſet, ſuſpirabit: vultū obducet: aut ſi non deſinat inſultare, gloriari, & ubiq; iactare, & acerbū munus ſuum facere (ut inquit *Senec.lib.6.de benef.c.4.*) ex hâc perfidiâ iurgia pullulabunt, ut ſcitè dixit *Iuven.ſatyr.6.*

Semper habet lites, alternaque iurgia lectus,
In quo nupta iacet; minimum dormitur in illo
Tunc gravis illa viro; tunc orba Tigride peior
Cùm ſimulat gemitus occulti conſcia facti.

Quare *Impp. in l.fin.C.ne fideiuſſ.dotib. dentur,* ſtatuerūt nullam eſſe ſatiſdationem, quam maritus pro dote fecerit, ne cauſa perfidiæ in connubio generetur, *Merēda lib.6.cont.cap.12.n.1.cum ſeq* cū pluribus *Caſtill.tom.6.cap.168.§.unic. à num.1. Arellan.lib.ſing.lect.iur.q.6.tot.*

98 Ex dictis inferas, quòd mulier ſi fideiubeat pro marito, non tenetur propter ſuſpicionē, quòd maritus blanditijs, ſeu minis eā inducat ad ſe obligandū, *Auth. ſi qua mulier,* ubi *DD.C.ad S.C.Vel.Hercul.Mareſc.lib.2.var.cap.5.n.2.& 3. Hering.de fideiuſ.c.7.n.453.verb.Nā pro viro, Ceval.q.3.n.7.verſ.Quod eſſet, Mauſon. de cauſ.exec.lib.1.limit.10.n.9. Alex.Ludoviſ.deciſ.333.n.3.Grat.c.961.num.3.*

99 Inferas etiam, minorē dolo malo, cōſilio, animo, & ſuaſionibus creditoris inductū ad fideiubendū, licèt iuramentū interponat, in integrū eſſe reſtituendū, ſi ex tali fideiuſsione veniret enormiſsimè læſus, *Mantic. de tacit. lib.16. tit.4. num.2. Maur.de fideiuſſ. cap.11. ſect.4. à num.1.* quod prę ſumitur in ipſa, *Barboſ. in l.1. par.3.n.58. D.ſolut. matr. Eſcobar comput.16.n.8.* tradit eleganter *Fontan. de pactis nupt.clauſ.4.gloſſ.26.num.13.*

100 Vnde nobiles, potentes & impetuoſi, qui arces inexpugnabiles inhabitāt (de quibus *in l.3.verſ.Aut arcem tenuerit, D. ad munic.*) non poſſunt eſſe fideiuſſores, *Gam.deciſ.21. num.3. Gail.lib.2. obſ.27. num.25.Menoch.conſ.2.num.212. vol.1. Carroc. de excuſſ. bonor. 2.par. q.36.n.5. Hering.de fideiuſſ.cap.8.num.131.*

101 Potentes verò propriè definiūtur, qui opibus & gratiâ valent, ac conventu ſunt difficiles, ut *in tit. C. ne lic.potent.* ubi *Cuiac.l.1.C.de commerc.l.unic.* & ibi *Vultei.num.70.C.in quib. cauſ. milit.fori præſc. uti poſſunt, l.2.C.de ann. except. l.tunc convenit 15.C. de accuſat. l. ultim. in princip. C. de præſcript. trigint. annor.*

qui-

quique tam potenter ſe gerũt, ut omnibus ſint terribiles, *l. nec quidquã, §. pen. D. de offic. Proc. l. 2. C. ne ruſtic. lib. 11. l. nolumus 22. C. de teſtam.* Qui denique, ut *Plato in Hyppia, pag. 270.* ait: *Faciũt quod volunt, & quando volunt.* Quò etiã ſpectat illud *Fulgentij lib. 1. Vacat hoc tẽpore potentibus opprimere, primoribus rapere, privatis perdere, miſeris flere.* Item illud *Ariſtot. lib. 6. Polit. cap. 3. in fin. Semper, qui imbecilliores ſunt, æquum & iuſtum quærunt, qui plus poſſunt, iſta non curant.*

102 . Ex hoc inferas ſufficere allegare timorem præſumptũ, ad hoc ut rationes, quas reddere debent, minor, vel vidua, vel ſimilis alicui magnati, vel potenti in Curia reddantur, ita eleganter *Eſcob. de ratiocin. cap. 7. à num. 59. cum ſeq.*

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum à iure deducitur.*
A re bellica ad Eccleſiam tractum.
2 *Definitur.*
Proponuntur varia iuramentorũ formæ.
3 *Militibus ſine iuramento hoſtem ferire non licuit.*
4 *Cuius forma refertur. & 5. 6.*
7 *Exauthorandi ſacramento ſolvebantur.*
8 *Expenditur l. fin. C. de Veter. lib. 12.*
9 *Similiter l. 14. D. de his quæ ut indign. cum alijs.*
10 *Varia fuerunt ſupplicia propter deſertionem & fugam militum.*
11 *Iudices olim iurabãt ſe ſecundùm leges ſententiã daturos, & ſecreta ſervaturos.*
12 *Magiſtratus ſimiliter in leges iurabãt.*
13 *Et Senatus.*
Cùm Imperatores renuntiabantur, in eorum verba ſubditi omnes adigebantur.
14 *Quotannis ſacramentum renovabatur.*
15 *Variè olim apud diverſas Gentes iuramenta fiebant.*
16 *Apud Orthodoxos modi & formulæ iuramentum conſtituentia.*
17 *Iuriſiurandi adfirmatio religioſa eſt.*
Iuriſiurandi religio.
18 *Vel quòd res ſacra cum Deo fiat.*
Vel quia ſacro teſtimonio fides fit.
19 *Synonima iuſiurandũ, & ſacramentũ.*
20 *Renuit Vulteius.*
21 *Iuſiurandũ quaſi Iovis iurandũ. & 22.*
23 *Iuſiurandum ad dirimẽdas cauſas olim interponebatur.*
24 *Iuſiurandum à quibuſdam dictum Emplaſtrum æris alieni.*
Et Mantile nuncupatum.
25 *Triplex exiſtit.*
26 *Iuramentum actus licitus eſt.*
27 *Concurrentibus veritate, iudicio & iuſtitia. & 28.*
29 *Iuramentum non obligat niſi ex iurãtis intentione.*
30 *Sequitur naturam actus, ſuper quo interponitur.*
31 *Actum revocabilem non facit irrevocabilem. uſq. 35.*
36 *Invalidi contractus non firmantur iuramento. & 37.*
Iuramento conventio à lege reprobata nõ validatur.
38 *Iuramentum obligat ad obſervantiam.*
39 *Cùm ſit abſque interitu ſalutis æternæ.*
40 *Tribuit inſtrumento executionẽ paratã.*
An ex eo actio naſcatur? remiſſivè.
41 *Propter dolum non tenet.*
Nec per errorem.
42 *Iuramentum metu extortum valet.*
43 *Alij negant.*
44 *Alij diſtinguunt.*
45 *Adſtruitur negativa ſententia. uſq. 48.*
49 *Cui adhæret Author.*
50 *Reſpondetur Fachin.*
51 *Iuramentum non obligat, ſi iurans non habuit animum ſe obligandi.*
52 *Lex fundata in præſumptione non obligat in conſcientia.*
53 *Iurans per vim ſi nõ habuit animũ adimplẽdi promiſſum, liber eſt in cõſciẽtia.*
54 *Vera mens text. in cap. ſi verò, & cap. verùm, de iur. iur. uſq. 58.*
59 *Iudex ſecularis poteſt compellere iurãtẽ per vim, ut iuramentũ relaxet. & 60. 61.*
62 *Alia interpretatio ad dict. cap. ſi verò, & cap. verùm.*
63 *Imperator poteſt iuramenta metu extorta irritare.*

64 Genuina mens Authent. ſacramenta puberum, C. ſi adverſ. vendit. & 65.

66 Expenduntur cap. cùm contingat, de iur. iur. & cap. quāvis pactū. & 67. 68.

69 Iuramentum metu extortū eſt ipſo iure nullum. & 70.

Nec requiritur relaxatio in iuramento metu extorto.

71 Iuramentum metu reverentiali præſtitum non obligat.

Opinio negans declaratur, ibidem.

CAPVT VII.

De Iuramento.

1 IVRAMENTVM à *iure* deducitur, quia inſtar iuris habendum: unde à Latinis paſsim vocatur *iusiurandum*, quod è re bellica ad Eccleſiam tractum, ſi fides adhibenda *Ioan. Sareſberienſi lib. 6. cap. 5.* ibi: *Duo ſunt, quæ militem faciunt, electio & ſacramentum; hæc enim duo communia ſunt his, qui ſpiritalem, & corporalem militiā exercent; hos enim ad miniſteriū altaris, & cultū Eccleſiæ vocat lingua Pontificis; illos ad defenſionem Reipublicæ eligit lingua Ducis.*

2 Eſt autem *iuramentū* (varijs omiſsis definitionibus, quas proprijs tractatibus Authores tradidêre) *invocatio divini Nominis in teſtimoniū.* Hęc autē invocatio in eo cōſiſtit (ut benè explicat *Valenc. 2. 2. diſp. 6. q. 7 punct. 1.*) ut iurans, quantum in ſe eſt, velit & cupiat Deū manifeſtare, id quod iuramento confirmat, tanquam id, quod eſt ab ipſo Deo ſcitum ac verū; & hoc ſive in hac vitâ, ſive in alterâ Deus manifeſtare velit: quod ſequntur eleganter *Covar. in cap. quamvis pactum, 1. par. relect. à n. 1. Leſſ. de iuſt. & iur. lib. 2. cap. 42. dubit. 1. à n. 1. Sanch. in ſumm. lib. 3. cap. 1. à n. 1. Senec. in conſolat. ad Helviā, cap. 10.* ibi: *Itaque tūc per fictiles Deos religiosè iurabatur; qui per illos invocaverant:* ubi ſic explicat *in adnot. Lipſius: Nā & in iuramento invocatio Numinis erat. Virgil. 12. Æneid.*

Eſto nūc Sol teſtis, & hæc mihi Terra precanti,
Et Pater omnipotēs, & tu Saturnia Iuno.

Item:

Audiat hæc Genitor, qui fœdera fulmine ſancit,
Tango aras, medioſq́ue ignes, & Numina teſtor.

Iuramentum fiebat per cineres, *Virg. 2. Æneid. ℣. 431.*

Iliaci cineres, & flamma extrema meorū
Teſtor. ——

Par iuramentum apud *Senec. Troadib.* ubi Hecuba teſtatur Patriæ cineres. *Propert. lib. 4. eleg. 12.*

Teſtor maiorū cineres tibi Roma colēdos.

Stat. lib. 5. Theb.

—— *Cineres iuraſſe ſepultos.*

Sueton. de claris Oratorib.

Iura per patris, matriſq́ue cineres, qui inconditi iacent.

Senec. lib. 1. Cont.

Ergo fame morientem videbo, per cuius cineres iuraturus ſum.

Cui ſimile per oſſa defunctorum firmāt *Tibull. lib. 2. eleg. 7.*

Parce per immaturæ tuæ precor oſſa ſororis.

Ovid. in epiſt.

Per tamen oſſa viri ſubitò malè tecta ſepulcro.

Propert. lib. 2. eleg. 20.

Oſſa tibi iuro per matris, & oſſa parentis.

Tritum etiam quod per capita hominū fiebat, *Apulei. lib. 3. Aſin. Aur. Adiuro enim tuū mihi chariſſimum caput, nulli me prorſus, ac ne tibi quidem ipſi adverſanti poſſe credere, quod quidquam in meā cogitaveris perniciem. Catull. de Coma Berent.*

Adiuro te, tuumq́ue caput.

Sil. lib. 10.

Perq́ue caput nullo levius mihi Numine patris
Magnanimi iuro.

Briſeis apud Ovid. in epiſt.

Perq́ue tuum noſtrumq́ue caput, quod iūximus una
Iuro. ——

Virgil. 4. Æneid.

Teſtor utrumque caput.

Ap

Appol.lib.3.Argon.

Sciat nunc hoc caput tuum dilectum & meum.

Eſt hæc forma eadem cum illa,quâ uſus *Auguſt. apud Appian. lib. 5. civil. Per me ipſum, per te, Luci.* Hanc iurandi rationem confirmat illa, quæ per capillum fiebat, *Apul.3. Adiuro vos per dulcem iſtũ capilli tui nodulum, quo meum vinxiſti ſpiritum.* Forma iſta: *O charum caput*, ad amorem frequentiſsima eſt Græcis, eá vidi *in 2. Platonic. Ariſtidis in Baſil.lib. de Spiritu ſancto,cap.1.& in epiſt. Syneſij* ſępiſsimè. Iurare genium Cæſarum vetitum fuit,& mortale Chriſtianis,quod Gentilibus in more fuit, *Tertul,in Apolog. Sed & iuramus ſicut non per genium Cæſarum,ita per ſalutem eorũ, quæ eſt auguſtior omnibus genijs. Neſcitis genios dæmonas dici, & inde diminutiva voce dæmonia. Nos iudicium Dei ſuſcipimus in Imperatoribus, qui Gentibus illos præfecit, id in eis ſcimus eſſe, quod Deus voluit, & pro magno id iuramento habemus. Cæterùm dæmonas, id eſt, genios adiurare conſuevimus; ut illos de hominibus exigamus non deierare, ut illis honorem divinitatis conferamus*: & ad *Scapulam: Sic & circa maieſtatem Imperatoris infamamur, tamen nunquam Albiniani,vel Nigriani, vel Caſſiani inveniri potuerunt Chriſtiani, ſed ijdem ipſi, qui per genios eorum in pridie uſque iuraverunt. Minutius Felix* ſic eorũ *Numen invocant,ad imagines ſupplicant; genium, hoc eſt dæmonem eius implorant, & eſt eis tutius per Iovis genium peierare quàm Regis. Vlpian. in l.14. §. 5. de iur.iur. Si quis iuraverit in re pecuniaria per genium Principis, & peieraverit, Imperator noſter cum patre reſcripſit, fuſtibus eum caſtigatum dimitti.*

Sic etiam Genijs Principum templa dedicabant, *Sueton. in Auguſt. cap. 60. Cerd. adverſ. ſac. cap. 106. num. 4.*

Iurabatur per fata, *Virgil. 7. Æneid. Prop. eleg. 7. lib. 4.* & per aquas, *Virg. 12. Æn. ỽ. 195.* ubi *Cerd.* Per Iovem lapidẽ iurabatur, *L. Vives ad Auguſt. lib. 2. de Civit. Dei, cap. ult. litt. E.* Quin nullũ ſanctius & firmũ cenſetur iuramentũ, quàm quod pro filiorum ſalute concipitur, *Plin. lib. 2. epiſt. fin.* eleganter *Solorz. de parric. lib. 2. cap. 10. fol. 143.* De alijs iuramentorum generibus latè *Annæus Robert. lib. 1. rer. iudic. cap. 11.*

3 Antiquis obſervatũ fuit temporibus, ut certi generis & qualitatis homines præſtarent iuramentum. Milites enim adeò ad id obſtringebantur, ut citra illud nec hoſtem quidem ferire licuerit, *Cato apud Plutarch. problem. Roman. cap. 38. Cic. lib. 1. offic. Livi. 1. dec. lib. 3. & lib. 2. 3. dec. Servi. lib. 8. Æneid. in princip. Buleng. de Imp. Rom. lib. 2. c. 14. fol. 128. litt. C. Dempſter. ad Roſin. lib. 10. Antiq. Rom. cap. 3. cum Criticis, & S. P. Livi. lib. 22. Veget. de re milit. lib. 2. cap. 5. Robert. Valtur. de re milit. lib. 6. cap. 4. & 5. Iuſt. Lipſ. de milit. Rom. lib. 1. cap. 6. Conan. lib. 1. comment. cap. 8. num. 5. Bald. conſ. 248. num. 4. & 267. lib. 1. Alex. conſ. 103. n. 11. vol. 1. Thom. Mier. ad conſt. Cathal. col. 4. cap. 27. n. 31. Pet. Greg. de Rep. lib. 11. cap. 6. in fin. Caball. reſol. 294. num. 31. & ſeq.*

4 Cuius iuramenti forma ita cõcipiebatur: iurabant per Deos ſolenne iusiurandum, poſteà in acta Principũ ſe iuſſu Conſulum conventuros; neque è caſtris eorum iniuſſu quæſitis occaſionibus abituros, non fugæ, formidiniſve cauſâ extra ordinem receſſuros, niſi teli ſumendi, vel hoſtis feriendi, aut civis ſervandi causâ; tradit *Alex. ab Alex. lib. 1. Dier. Genial. cap. 20. fol. 61. & in addit. Tiraq.*

5 Milites iurantes interdum gladios cervicibus admoverunt, ut mortem ſibi oppetendam priùs quàm ſacramenti fides deſereretur, oſtenderent, *Ammian. lib. 21. Iuſſique univerſi in eius nomen iurare ſolenniter, gladijs cervicibus ſuis admotis, ſub exſecrationibus diris verbis iuravere conceptis omnes pro eo (Iuliano) caſus quoad vitam proſ.. derint, ſi id neceſſitas exegerit perlaturos; lib. 26. Sub exſecrationibus diris in verba iuravere Procopij.*

6 Ab hoc more dixit *Horat.*

— In verba iurabas mea,
Nullius addictus iurare in verba Magiſtri
Petron. In verba Eumolpi iuravimus.

7 Vti Tyrones arma ſumpturi in iusiurandum adigebantur; ità exauthorandi eodẽ illo ſactamento ſolvebantur, priùs quàm ab exercitu dimitterẽtur, *Amm. lib. 24. Duos Tribunos ſacramento ſolvit, ut deſides & ignavos* : & *lib. 25. In initio abiecti ſunt autem ſacramento, alij quatuor ob flagitium ſimile vexillationum Tribuni*; compriſsimè *Barclai. lib. 2. Argen.* ibi: *Sed quocunque vos titulo cenſeri aequũ eſt, ne quis infames, ne quis deſertores militiae dicat, miſſionẽ facio. Solvite cingulum, abite domum, cives. Neque in mei gratiam ad bellum coijſtis, ſed opera mea, & conſilio uſuri. Iam verò remitto ſacramentum.*

8 Non parùm lucis afferunt *Honor. & Theodoſ. in l. fin. C. de Veteran. lib. 12.* ibi: *Nullus eorum, qui ſacramẽtis inhaerere deſierit, vel volens permittatur, vel invitus militare cogatur, ſeu ſtare iudicum ſententijs, quae non ijs obſervatis latae fuerint nullam firmitatem habentibus, niſi fortè reperiatur ibi tempore militiã coepta cognitio; tunc enim volùit necdum cingulo depoſito ſub militari iudice rem tractari, finiriquè praecipimus, niſi principali beneficio ſpecialiter indulto quidam ex his ſeſe defendant*: ubi in exauthoratione duo ſolennia notantur; ſacramenti ſolutio, quo miles obſtringebatur; & cinguli depoſitio. Idẽ notatur *l. miles 11.* ibi: *Miles, qui cum adultero uxoris ſua pactus eſt ſolvi ſacramento, deportarique debet, D. ad leg. Iul. de adult.* in cuius ſcholijs advertit *Dionyſ. Gothofr.*

9 Hinc ſacramento militari ſolvi, eſt exauthorari, *l. 14. D. de his quae ut indign. l. ultim. D. de re milit. l. 8. C. de leg. Dionyſ. Gothofr. in l. 2. litt. X. D. de privil. Veteran.* elegantèr *Budaeus in l. 2. de ijs qui not. infam. fol. 357. Socin. in cap. propoſuiſti, poſt num. 34. de for. competent. Saliett. in l. 3. C. de his qui not. infam. gloſſ. & Ioan. de Platea in l. ſervi, C. de agric. & mane. dom. lib. 11. Petr. Gregor. lib. 19. ſyntagm. cap. 4. n. 7. Briſſon. de formul. lib. 4. in fin. pag. 408. & ſeq. & lib. 2. ſelect. cap. 5. Pet. Fab. lib. 1. ſemeſt. c. 17. ad med. Iuſt. Lipſ. de milit. Rom. lib. 5. dial. 19. Ian. Langlaeus lib. 12. Sem. cap. 1. pag. 682. Caball. reſol. 294. n. 65. & 82. & 393. Aial. de iur. & offic. bell. lib. 3. cap. 6. & ſeqq. Alberic. Gentil. in eod. tractat. in tranſc. Treutler. vol. 1. diſp. 8. theſ. 6. litt. A. Iul. Clar. in pract. crimin. q. 74. in fin. n. 5.*

10 Vnde obiter notabis varia fuiſſe ſupplicia propter deſertionem, & fugã militum, *Bellin. de re milit. 8. par. tit. unico, n. 78. Cotereus lib. 3. c. 2. & 8. Tiber. Dec. lib. 7. crimin. cap. 15. Petr. Herod. lib. 6. rer. iudic. tit. 5. & 6. Petr. Gregor. lib. 19. ſyntagm. cap. 11. Iuſt. Lipſ. lib. 5. de milit. Rom. dialog. 8. & 18. Aial. de iur. & offic. bell. lib. 3. cap. 12. 15. & 18. Bobad. lib. 4. Polit. cap. 1. & 2. Adam Contzen lib. 10. Polit. cap. 58. Ioan. Vſel. in addit. ad Covar. lib. 4. variar. cap. 12.*

11 Iudices etiam olim iuramentũ praebebant ſe ſecundùm leges ſententiã daturos, & cauſam definituros, *l. rem non novam, C. de iudic. Alex. ab Alex. lib. 3. Dier. Genl. cap 5. Aſcon. Ped. in 2. in Verr. act. Pollux lib. 8. cap. 6. & 7. & Heraclides in Polit. poſt princip.* quod non inobſcurè percipitur ex *text. in l. 1. §. proinde,* ibi: *Dum in iuditio honor petitur; qui in ingreſſu ſacramenti efferi* (melius cum *Haloãd. offerri*) *debuit, D. de var. & extraord. cognit.* & ſecreta ſervaturos, quod eleganter & tersè ſcribit *Narbon. in l. 82. gloſſ. 5. tit. 5. lib. 2. Recop.*

12 Magiſtratus ſimiliter in leges iurabant, narrante *Livio lib. 31. Magiſtratus* (inquit) *plus quinque dies niſi qui iuraſſent in leges, non licebat gerere. Iul. Caeſ. Buleng. lib. 2. de Imper. Roman. cap. 14. litt. B.*

13 *Plutarch. in Caton.* oſtendit ipſum etiam Senatũ in leges iuraſſe, apud *Dionyſ. Halicarn. lib. 6.* populus in legẽ Tribunitiam, quae ſacrata dicitur, iuravit; id quidem obtinuit liberâ Republicâ ſub Imperatoribus aliud ſacramentum introductum. Cùm primùm enim Impe-

peratores renunciati eſſent, in eorum
verba ſubditi omnes adigebãtur, iube-
banturque in verba, in nomen, in acta
Imperatorũ iurare. *Tacit. lib. 1. Germa-
nicus nihil cunctatus ſacramẽto milites a-
digit*, id eſt, in verba Tiberij iurare iu-
ber. Addebat Meſſala Valerius reno-
vandum per annos ſacramentum in no-
14 men Tiberij. Quotannis enim Kalen-
dis Ianuarijs id ſacramentum renova-
batur. *Stat. lib. 4. ſilvar.*

—— Noviſque
In leges iurare fori. ——

25 Variè olim apud diverſas Gentes iu-
ramenta fiebant; ſed ne longiùs excur-
ram, ſi recenſeam, videas *Alexand. ab
Alexand.* (qui propriũ ſibi prefixit ſco-
pum) *lib. 5. Dier. Genial. cap. 10.* ubi *Ti-
raq.* multa congeſsit in adnotat.

16 Et apud Orthodoxæ Fidei profeſſo-
res diverſi ſunt modi & formulæ iura-
menta conſtituentia, quæ in unum cu-
mulavit *Sanch. in ſumm. lib. 3. cap. 2. toto.*

17 Iuriſiurandi adfirmatio religioſa eſt,
Cicer. 3. offic. unde iuriſiurandi religio,
*l. 1. l. 25. D. de iur. iurand. Donell. lib. 24.
comm. cap. 13.* ſacramentũ, *l. 8. l. 11. l. pe-
nult. l. ult. C. hoc tit. Auguſt. Barboſ.* cum
pluribus, *in cap. non eſt obſervandum, n. 1.
22. quæſt. 4. Ceſ. Bargal. de dol. lib. 3. cap.
18 14. à princip.* Vel quòd res ſacra cum
Deo fiat, *Fortun. Garc. in cap. 1. de pact.
num. 114. pag. 1108.* vel quia ſacro teſti-
monio fides ſit, & iurans ſe conſecrat ad
pœnas, ſi fallat, *Iacob. Ebert. tract. ethic.
de iurament. tit. de vocab. Latin.* per locũ
Cic. 7. epiſt. fam. 32.

19 Synonima nunc ſunt iuſiurandum &
ſacramentum, *Covarr. ad cap. 2. de pact.
in 6. princ. n. 2.* Etſi veteribus, ut *Varr.
2. de ling. Lat.* ſacramentum quoque pro
pecunia, quę in Æde ſacrâ à litiganti-
bus deponebatur, *Pithoe. 1. adverſ. ſub-
ceſſ. 18. Forſter. de iuriſd. Roman. par. 2. l.
Numa 3. num. 113.*

20 Cæterùm *Vultei. diſp. ſcholaſt. 7. p. 70.*
ex uſu iuris differre vult iuramentum,
quod ſuper re non controverſâ interpo-
nitur. Et iuſiurandum ſuper re contro-
verſâ, eò quòd hîc decidantur meritò
cauſæ, ſeu quid iuris ſit, ut quid de iure
ſuo iuret. Sed eam differentiam nõ ſem-
per ſervari, per *l. penult. C. de iur. iurand.*
Atque ita non differre hæc, *Beuſer. ad
Rubr. D. eod. num. 29. Oſſuald. in Donell.
lib. 24. comm. cap. 5. litt. D.*

21 Iuſiurandum autem quaſi Iovis iu-
randum dici vult *Lipſ. 1. elect. 18. pag.
567.* ex loco *Apulei. de Deo Socratis* à ſe
emendato. Sanè & Iovis antiquitùs, qui
hodie Iupiter, *Paul. Merul. comm. in lib.
1. annal. Ennij pag. 245.* verùm inflexio
reſiſtit iuriſiurandi, *Plaut. Ciſtell. Terẽt.
And. Auſon. Popma de uſu antiquar. lect.
22 cap. 7.* & ita accipitur in verſu *Ennij a-
pud Cic. 3. offic.* de varijs iuriſiurandi ap-
pellationibus Latinis & Græcis, *Ioann.
Guill. Stuxius deſcript. ſacror. & ſacrific.
Gent. fol. 90. & ſeqq. Iacob. Ebert. tract. de
iuram.* qui de Hebræis, Chaldæis, & Sy-
riacis agit.

23 Religio iuriſiurandi priſcis tempo-
ribus ad dirimendas quaslibet contro-
verſias interponi conſueverat. Nam &
Radamanthus olim, ut refert *Plato lib.
11. de legib.* lites interpoſito iureiuran-
do finiebat, cùm divinum Numẽ mag-
nâ veneratione homines religioſi cole-
rent, inquit *Ariſtot. lib. 1. Rhetor. ad A-
lex. cap. 18.* Numa Pompilius tanto reli-
gionis cultu omnium pectora imbue-
rat, ut fides, ac iuſiurandum (teſte *Livio
lib. 1.*) propulſo legum, ac pœnarũ me-
tu civitatem regerent.

24 Verùm licentioſa ſequẽtis ſeculi Im-
pietas effecit tandem, ut iuſiurandum à
quibuſdam dictum ſit, Emplaſtrum æris
alieni, *Gell. lib. 16. noct. Attic. cap. 7. in fin.
Robert. rer. iudic. lib. 1. cap. 11. fol. 138.
cum ſeqq.* cõptiſsimè & ſcitiſsimè. Con-
ducit eleganter, quod *Scalig.* ſcribit in
Feſt. explicans *Pacubij* locum hunc

*Machinam ordinis novam manticulatã
aſtu*
Sanctiora adigis iuraiuranda,
Quibus quotidie
Parva noxæ extergeantur.

Exprimit enim notionem & etymon

verbi *Manticulor*, cùm extergendi ſignificatum adiecit. Dicit enim *Pacuvius* nihil eſſe aliud iuſiurandum, quàm mãtile, nam ut hoc manus ita illo quotidianæ noxæ extergentur. De *Mantil. vide Cerd. lib.4. Georg. fol. 536. ỷ. 775. & l. ſupellectilis, D. de ſupell. legat.*

25 Triplex exiſtit iuſiurandum, voluntarium, iudiciale & neceſſarium, quod benè explicat *Vbeſembec. in paratitl. ad tit. D. de iur. iur. à num. 7. cum ſeqq. Camill. Borrell. tom. 1. ſumm. deciſ. à tit. 51. Cardoſ. in prax. verb. Iuramentum*, & latâ manu ex profeſſo diſpunxerũt Interpretes ſuis eruditis tractatibus.

26 Adnotandum eſt, iuramentum actũ licitum exiſtere, ut in *cap. non eſt, cap. in novo, cap. ut noveritis 22. quæſt. 1.* tradunt *D. Thom. 2.2. quæſt. 89. art. 2. & 4. Bonavent. in 3. diſt. 39. art. 2. quæſt. 1. Angel. verb. Iuramentum 11. Sylveſt. 2. q. 1. Sot. de iuſt. lib. 8. quæſt. 1. art. 2. Navarr. in Manual. cap. 12. num. 2. Covarr. in cap. quamvis pactum, par. 1. §. 6. num. 1. cum ſeqq. Azor inſtit. moral. par. 1. lib. 11. cap. 2. quæſt. 2. cum ſeqq.* & plures alij, quos refert & ſequitur *Sayr. in clav. Reg. lib. 5. cap. 3. à princip.*

27 Iſtud intelligendum eſt, ubi concurrunt tres illæ circunſtantiç, ſive comites; nempè veritas, iudicium, & iuſtitia: quia nullo caſu abſque illis licitum eſt iurare, ut apertè colligitur ex illo *Ierem. 5. Et iurabunt,* VIVIT DOMINVS, *in veritate, iudicio, & iuſtitia, cap. iurabunt 22. quæſt. 4. cap. animadvertendum 22. quæſt. 2. cap. etſi* CHRISTVS, *in verſ. Iacobus, de iur. iur.* reſolvunt *D. Thom. d. quæſt. 89. art. 3. Sanch. in ſumm. lib. 3. cap. 4. Camill. Larath. conſ. 88. num. 52. Aug. Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſcop. par. 3. alleg. 51. num. 21.*

28 Cuius rei ratio eſt, quia per iuramẽtum Deus adducitur in teſtẽ, quæ ſumma veritas eſt, & iuſtitia; neceſſariò igitur fuit ad eius reverentiam, ut id, quod iuratur, primò ſit verum, deinde iuſtũ, & tandem neceſſarium, ut non paſsim, ac leviter, ſed maturo iudicio, & præviâ deliberatione iuretur; nec enim ad iurandum debet quempiam ſpontanea voluntas inducere, ſed neceſsitas trahere importuna, *dict. cap. etſi* CHRISTVS, *verſ. Iacobus.*

29 Iterum advertas, quod benè *D. Tho.* dicit *in 3. par. diſtinct. 39. quæſt. 1. art. 3. quæſtiunc. 3.* iuramentum ex ipſa iuramenti, ut iuramentum eſt, ratione non obligare, niſi iuxta iurantis intentionẽ & faciunt quæ *Fortun. de ultim. fin. i-lat. 22. num. 477. & ſeqq. Seraphin. de privil. iuram. privil. 110. num. 16. Gutierr. de iuram. confirm. 1. par. cap. 57. num. 20.* pulchrè *Thom. Sanch. dict. lib. 3. cap. 10. num. 11. Aug. Barboſ. in cap. humanæ aures, num. 2. 22. quæſt. 5.*

30 Priùs quàm ad noſtram materiã accedamus, prænotare oportet, iuramentum ſequi naturam actus ſuper quo interponitur, & non alterare, nec mutare, ſed tantùm addere vinculum religionis; & conditiones, quæ inſunt actui, ineſſe ipſi iuramento, *cap. quemadmodum, de iur. iurand. ubi gloſſ. in verb. Conditionis, l. fin. C. de non numer. pecun. l. ſi 1. qui ſatiſdar. cogant. l. ſub conditione, §. quoties, 2. reſp. D. de cond. inſtit. Clem. 1. in fine, de præb. reg. acceſſorium, de regul. iur. in 6. Dec. conſ. 536. num. 7. & conſ. 600. num. 12. & conſ. 305. num. 4. Corn. conſ. 126. num. 3. verſ. Et iuramentum, Bellam. conſil. 24. num. 10. Burſat. conſ. 40. num. 57. & ſeqq. Ruin. conſ. 134. num. 9. vol. 1. conſ. 16. numer. 14. vol. 2. & conſ. 67. num. 10. vol. 4. Cravet. conſ. 102. num. 7. Cevall. commun. cont. commun. quæſt. 168. num. 3. Curt. Sen. conſil. 52. num. 12. Vrſil. ad Afflict. deciſ. 110. ſub num. 3.* & ideò ſublato contractu iuramentum in eo adpoſitum cẽſetur ſublatum, *Barc. deciſ. Bonon. 99. num. 15. Coſta Sicul. conſ. 24. n. 39. Alex. Ludov. deciſ. 15. num. 7.*

31 Actum revocabilem non facit iuramentum irrevocabilem, *gloſſ. in l. ſi alienam, in verb. Qui accepit, D. de don. cauſ. mort. gloſſ. in l. ſi patronus, in verb. Fabiana, D. ſi quid in fraud. Patr. l. in ſervitute, §. ſed & ſi quis, D. de bonis libert. l. ſub con-*

conditione, D.de bon. poſſeſſ.cont. tab. l.cũ
precario, D.de prec. ubi cõmuniter Scri-
bent. Quod procedit,etiã ſi ſit promiſ-
ſum non contravenire cum iuramento,
Corn.conſ.126. col.2.lib.1. Dec.conſ.475.
num. 18. Bald. in l.ſi procurator, col.3.
verſ.Et prædicta ſunt vera, D.de condict.
indebit. Rota Roman. in noviſſim. deciſ.
128.num.3.par.1.Franc.deciſ.181.in fin.
Molin.de primog. lib.4.cap.2. num.46. &
poſt eum Alex. Raud.de Analog. cap. 23.
& pract. cap.30. num.7. & 8. ubi refert
etiam Barboſ. Peralt. alioſque DD. &
latiſsimè Ioan. Petr. Surd. in conſil. 264.
32 ſub num. 34. qui loquitur in eo, qui ha-
bet poteſtatem eligendi ante mortẽ, &
elegit in vita,& promiſit non revocare
cũ iuramento,& inquit, quòd quia ſuâ
naturâ actus eſt revocabilis,illa promiſ-
ſio cum iuramento nihil operatur, num.
38. 39. 40. & ſeqq. Vbi infert ad multa
33 exempla: videlicet in eo, qui iurat non
revocare procuratorem, facit donatio-
nem causâ mortis cum eo, & facit te-
34 ſtamentum. Item in eo, qui iurat non
contrahere ſponſalia cum alia, & con-
trahat,valet contractus, cap. ſicut litte-
ris, de ſponſ. In eo, qui iurat non petere
reductionem ad arbitrium boni viri,&
tamen poteſt petere, Innoc. in cap. per
35 tuas, de arbitr. Item iuramento inter-
poſito in donatione irrevocabili ma-
ioris partis bonorum revocatur dona-
tio per ſupervenientiam filiorum,ex l. ſi
unquam, C.de revoc. unde iuramentum
nihil operatur, Roman. conſ.269.
36 Invalidi contractus non confirman-
tur iuramento (etſi inter DD. certatum
ſit,& in varias ſententias diviſi ſint,quę
paſsim referuntur, & vidêri poſſunt a-
pud Thom. Sanch. lib. 3. ſumm. cap. 12.
37 num.8.& alios) Imò id nullum eſt adie-
ctum contractibus iure nullis, quicun-
que illi ſint; docet Iaſ.in Auth. ſacramẽ-
ta puberum, C. ſi adverſ. vend. Fortun.in
tract.de ult. fin.in lat.19.Alciat.in cap.cũ
contingat,de iur.iur.Oſuald.in Donell.lib.
21.comm.cap.13. litt. P. Don. d. lib. 21.
cap.13.Pet.Buſſ.in l.1.num.8. D.de pact.
& in l.1.num.4.D.de iur.iur.& alij,quos
refert Seraph.privil.61. num.1. doctiſsi-
mè Baſil.de matrim. lib.12. cap.8. §.6.7.
& 8. eleganter agens rationum, & au-
thoritatum congeriem miro ordine ad-
ducens, nec conventionem à lege re-
probatam validam reddere,Suar.de iur.
lib.2.cap.29. Ant. Mer.cont.lib.1.cap.1.
38 Præcisè iuramentum obligat ad ob-
ſervantiam, gloſſ. in l. ſi pecuniam, D.de
condict.cauſ.dat. & ibi Bald. Gab. de iur.
iur.conc.8. Achill. Pedroch.conſ.28. num.
61. Herc. Mareſc. lib.1. variar. cap. 18.
num.13. Peguer.deciſ. Cathalon.127.n.3.
Coſta Sicul. conſ.48. n.16. (cùm ſit abſ-
39 que interitu ſalutis æternæ, cap.cùm cõ-
tingat, de iur.iurand. cap. quamvis pactũ,
de pact. in 6. l. ſi mulier, C.ad S.C.Vellei.
gloſſ.in l.2.C.de reſcind.vend. Coſta Sicul.
conſ.30.num.44.Leo deciſ.Valent.94.num.
40 8.tom.1.) & tribuit inſtrumento execu-
tionem paratã, Seraph.de privil. iuram.
privil.73. à num.2. Ceſ. Barc.deciſ.56. à
num.26.Cenc.de cenſ.2.par. cap.2. quæſt.
5.art.6. num.5. & an ex eo actio naſca-
tur,declarant Seraph. privil.19.Covarr.
in cap.quamvis pactum, 1. par.relect. §.2.
num.3. & 4. Canc.2.par. variar. cap. 8.
num. 64.
41 Propter dolum non tenêre iuramen-
tum, affirmant Sanch.in ſumm.lib.3. cap.
11.quæſt.ult.à num.38. cum ſeqq. Peguer.
deciſ.Cathalon.137.à num.13.Mart. cõſ.
102.num.23. Menoch. conſ.412. num.45.
& 58. Fed. Schot. tom. 1. lib.3. reſp. 14.
num. 7. Rimin. Iun. conſil.738. num.31.
ſic ſimiliter propter errorẽ, Camill. La-
rath conſ. 38.num. 22. Anton. Amat. re-
ſol. 23. num. 19. Cravet. reſp. 1. pro gen.
num.227.vol.5.ubi deeſt conſenſus, non
obligat, l.ult.C.de non numer. pecun. cap.
veniens, & cap. Quintavallis, de iur. iur.
Larath.d.conſ.38. num. 18. Canc. 2. par.
variar.cap.8. num.97. Iacob. Gall. conſil.
39.num.38.
42 Quibus prænotatis reſtat indagare,
utrùm iuramentum metu extortũ nul-
lius ſit momenti? In qua quæſtione va-
riæ ſunt DD.ſententiæ. Quidam in u-
ni-

niverſum docent, quodvis iuramentum metu extortum valêre, ſive ſit in confirmationem contractus validi, ſive invalidi, ſic docêre videtur *Thom.Sanch. lib.4.de matrim. diſp.24. quæſt.1.* iunctâ argumentorum ſolutione, *& in ſumm. lib.3.cap.11.quæſt.2.num.14. Frãc.Suar. lib.2.de iuram. cap.10.num.4.* iuncto *cap. 11.num. 10.* qui & alios refert *Cuiac. cap. 1.& 2.de iur. iur. Oſuald. in Donell. lib. 21.comm.cap.13. litt.Q. Filiuc.tract.25. cap.6.num.163. Bonac.tom.2. circ.2. Decal. præcep. punct.9. diſp.4. quæſt.1.prop. unica, Laiman.tom.2. tract.3.cap.7.num. 9.Graſſ.except.11.à num.63.*

43 Alij verò docent, in univerſum quodlibet metu extortum iuramentum nullũ eſſe, plures pro hac ſententia refert additionator *Seraphin.privil. 110. num.5. Mogoll.cap.9.à num.9.cum ſeq.* quia *text. in cap.quamvis pactum, de pact.in 6.* & *in cap.licèt, de iur. iurand. eod.lib.* ſunt noviores, & ſic corrigunt cætera iura contraria, quæ ibi adduxit videndus.

44 Alij denique diſtinguunt, quando iuramentum additur cõtractibus iure improbatis; tunc enim dicunt, non valêre; at verò quando additur actibus iure validis, tunc valêre: ita *Panorm. in cap. cùm contingat,* & ibi *Alc.in 3.notab,* necnon *Felin.in cap.2. de iur.iurand.* & multi alij, quos commemorat *Seraph. dict. privil.110.num.7.8.* & ſeqq. *Sair.*verò *in clav. Reg.lib.5.cap.6.a num.14. Fach. lib.8.cont. cap. 102.* dicunt non obligare in iudicio, ſecùs in conſcientia.

45 Fundamenta uniuſcuiuſque ſententiæ iaciam, & poſteà reſolutionem promere non morabor. Negativæ itaque ſunt *text. in Authent. Sacramenta puberum, C. ſi adverſus venditionem*, ubi Imperator Fridericus in hæc verba: *Sacramenta puberum ſpontè facta ſuper contractibus rerum ſuarum non retractandis inviolabiliter cuſtodiantur. Per vim autem vel iuſtum metum extorta etiam à maioribus (maximè ne querimoniam maleficiorũ faciant) nullius eſſe momenti iubemus:* & *in cap.cùm contingat, de iur. iurand.* ibi:
Mulieres ipſæ ſervare debent huiuſmodi
iuramenta ſine vi & dolo ſpontè præſtita:
cap. quamvis pactum, de pact. lib. 6. ibi:
Si tamen iuramento non vi, nec dolo præ-
ſtitum firmatum fuerit, ab eadem omnino
46 *ſervari debebit.* Ex quibus iuribus pro-
batur, nullum eſſe iuramentum, docent
ultra laudatos *D.Thom.in 3.diſt.39.q.1.*
art.3. ad 2. D. Bonavent. ibîdem, *art.2.*
quæſt.2. Ricard.art.1. quæſt.2. Gabr q.1.
concl. 8. Dionyſ. quæſt. 3. verſ. Inſuper ſi
quæratur, Soto lib.8.de iuſtit.& iure, q.1.
47 *art. 7.* Idque meritò præfata iura ſta-
tuerunt, ne quis ex ſuâ malitiâ commo-
dum reportet; maximè, quia per dictã
vim conſtat eum, qui ſic iuravit, caruiſ-
ſe voluntate adimplendi iuramentum,
ſine qua in privatis obligationibus nul-
lum eſt.

Denique ut iuramentum obliget, debet intervenire libera & abſoluta voluntas, ſed qui metum patitur, non habet liberam voluntatem, *gloſſ. in cap. ſignificaſti 32.quæſt.5.* ita *Surd. conſ. 513. num.28.* Ergo.

48 Secundæ fomentum exiſtit *text. in cap. ſi verò, & in cap.verum, de iur. iur.* ubi R.P. reſpondit loquens de iuramento vi extorto, & per metum graviſſimũ *non eſſe tutum quemlibet contra iuramentum ſuum venire, niſi tale ſit, quod ſervatũ vergat in interitum ſalutis æternæ;* & poſteà ſubdit, S.Pontifices ſolitos eſſe abſolvere à tali iuramento. Ex quibus infertur, tale iuramentum obligare, quia ſi non obligaret, abſolutione opus non eſſet: ſequitur *Covarr.de ſponſ. 2. par. §. 5.num.2. & lib.1. variar cap.4. num.5. verſ.Obiter, Leo deciſ. Valent.94. num.8. tom.1. Aug. Barboſ.* cum infinitis, *in dict. cap. ſi verò, num.2.*

49 Negativę ſentẽtiæ adhæreo, & præbeo calculum; nec obſtat reſponſio *Fachin.lib.8.cont.cap.103.ad dict. Auth. Frideric. & cap.cùm contingat, & cap.quamvis pactum*, dicentis, illa procedere in foro externo; quia iurans habet exceptionem iuſtam, quâ ſe defendat ex hoc edicto; quod vi aut metus causâ, ne promiſ-

miſſa ſervare teneatur, *toto tit. D. eodem.*

50 Nam reſpondendum eſt, non benè hanc rem calluiſſe *Facbinaeum*, quod ſequenti animadverſione advertitur, ſi Ius Canonicum principaliter, quoad fieri poteſt, evitare peccatum intendit, ut probatur *in dict. cap. ſi verò, & in cap. ita ne 32. quaeſt. 5. cap. fin. de conſuetudine*, cum alijs ſimilibus. Et iurans etiam coactè tenetur in conſcientia promiſſum adimplêre; aliàs incurret periuriũ; ita colligitur *ex cap. verùm, ad fin. de iur. iur.* iunctâ declaratione *D. Thom. 2. 2. quaeſt. 98. art. 3. ad 1.* quem omnes Theologi ſequuntur, maximè *Caietan.* ibidẽ, *& quaeſt. 89. art. 7. in 2. quaeſt. Sot. in 4. diſt. 29. quaeſt. 1. art. 3. D. Antonin. 2. par. tit. 10. cap. 6. caſ. 5. Sylv. verb. Iuramentũ 4. §. 7. Angel. 5. §. 9. Navarr. cap. 12. num. 14. Tabien. verb. Iurare, §. 20. Panorm. in cap. 1. de iur. iur.*: quomodo ergo in foro exteriori Ius Canonicum ipſum iurantem ab obligatione illud adimplendi abſolvit? Videtur enim hòc continêre in ſe repugnantiam; ſcilicet iuramentũ eſſe nullum, nullam parere obligationẽ in foro Canonico, per *dict. cap. verùm*; & tenêri quem in conſcientia ad obſervationem ipſius ſub pœna periurij.

51 Hic ſcrupulus diſſolvitur ex ijs, quae tradit *Bonavent. ſup.* dicit enim in priore caſu Eccleſiam prẹſumere eum, qui coactè iuravit, caruiſſe voluntate adimplendi illud, & ideò eum abſolvere in foro Canonico; quia iuramentum nõ obligat, ſi iurans animum non habuit ſe obligandi, ut poſt *eum* docet *Ang. verb. Iuramentum 5. §. 19. num. 32.* atqui probat coactionem, eo ipſo probat non habuiſſe animum ad ſe obligandum. Ergo.

52 Praetereà lex fundata in praeſumptione non obligat in conſcientia, *Valer. in praelud. ad differ. num. 7. cap. veritate 8. diſt. cap. is qui fidem, de ſponſ. DD.* communiter *in cap. 1. de conſtit. & in cap. quia plerique, de immun. Eccleſ. Felician. de cenſib. ad lib. 1. cap. 4. fol. 49. tom. 2.* Ergo ſi iurans verè promiſit, & voluit facere, quod iuravit, tunc tenetur in ea iuramentum adimplêre, & in hoc caſu procedit animadverſio.

53 Vnde ſequitur, iurantem per vim ſi non habuit animum adimplendi promiſſum, liberum eſſe in conſcientia; dũmodò aliquâ honeſtâ diſsimulatione utatur, cúm iurat; ut ſi tacitus apud ſemetipſum dicat: *Dabo, ſi tenear*, vel, *Si cogar iure*, vel, *Si tibi debeam*, vel licitâ aliâ tergiverſatione utatur. Imò etiam ſi ſimpliciter ſine ulla exceptione iuret daturum, ſi careat intentione dãdi, peccaret quidem mortiferè, ſi materia gravis eſſet, tradunt *D. Thom. Caiet. Sot. Sylveſt. Covarr. Fort. Garc. Suar. Valenc. Seraph. Sayr. Sanch.* relati *ab Auguſt. Barboſ. in cap. verum, num. 3. de iur. iur.* non tamen tenetur in conſcientia illud adimplêre. Haec eſt communis Omnium ſententia, teſte *Paul. Comitol. lib. 2. reſp. moral. quaeſt. 3. n. 2. & 9. Valer. in differ. utr. for. litt. M. differ. ult. circa fin.* Adde ad praedicta *Sot. ſup. Caiet. dict. quaeſt. 89. art. 7. in fin. & Comitol. dict. lib. 2. quaeſt. 2. num. 2. verſ. Verùm enim, Navar. dict. cap. 12. num. 14.* Ideò rectè adverſus *Facbin.* dicimus iuramentum tam in foro externo, quàm interno nullum ſortiri, aut operari effectum.

54 Nec deterrêre ab hâc ſententiâ Nos debet *text. in dict. cap. ſi verò, & in cap. verùm*: nam quamvis videantur adfirmare validum exiſtere, cùm Pontifex auctor periurij vidêri nolit, tamen intelligẽdi ſunt, ut ſuperiùs propoſuimus, nempe, aut animum ſe obligandi iurans non habet, & tunc non obligat, nec valet; aut verè promiſit, & voluit facere, quod iuravit, & tũc obligatur, & tenet: quâ diſtinctione explicantur *dict. cap. ſi verò, & cap. verùm*: utriſque enim iuramentum metu effectum ſubſtitit; quod non aliâ ratione mihi videtur, niſi quia iurans animum ſe obligandi habebat.

55 Haud oberit replicatio non inſubtilis; quomodo ergo ſi animum ſe obligãdi habebat, abſolutionem à iuramento habuit, cùm potius eâ carêre debêret?

56 Satisfit, non ideò, quòd abſolutio cõce-

cedatur, ſequitur animum ſe obligandi
non habêre; nam potuit P. eam ad cau-
telam impertire, ne ſi fortè animum ha-
bêret, remanêret obnoxius, & obliga-
tus vinculo iuramenti, & iure quo po-
tiebatur, ſe abdicaret, & illius commo-
ditate privaretur propter compulſioné,
quæ illum involuntarium reddebat.
Similiter hâc luce donatur *text. in cap.*
2. de iur. iurand. ut ibi *gloſſ. Panorm.* &
alij declarant: etſi *Suar. de Relig. lib 2.*
cap. 10. num 6. aliter intelligere curet,
Caldera de error. pragm. lib. 2. cap. 6. nu-
mer. 7.

Quo pacto luce donari debet *cap. au-*
thoritatem 15. quæſt. 6. Igitur dici nequit
iurantem animum ſe obligandi non ha-
bêre.

57 Quod convincitur expreſsè *ex dict.*
cap. ſi verò, verſ. Verùm, ubi abſolutio
præſtatur aliquando, & non ſemper, ibi:
Verùm aliquando in Romana Eccleſia à
pluribus prædeceſſoribus noſtris factum eſſe
recolitur, quòd Clerici, qui coacti miniſte-
rium Eccleſiæ abiurarunt, de iuramento
58 *abſolutionis beneficium meruerunt.* Cæte-
rùm hoc quidem effecerũt PP. ut coër-
cerent iniquitatem eorum, qui Eccle-
ſiaſticos viros iurare compulerant; ne
malitijs indulgêrent, adverſus *text. in l.*
in fundo, D. de reivind. & in odium eorũ
diſpenſarunt; *argum. cap. de accuſatoribus*
3. quæſt. 5. cap. ſi quis cum militibus, in fin.
6. quæſt. 1. cap. denique 6. quæſt. 3. cap. ſi quis
Papa. 79. diſtinct. Nec mirari debemus
abſolutionem conceſsiſſe, cùm propter
hanc rationem præſtiterunt; etſi cogno-
verunt iurantem obſtrictum eſſe, cùm
animum ſe obligandi habêret.

59 Ex dictis infertas, quòd quando ali-
quis gravi metu, qui caderet in virum
conſtantem, feciſſet iuramentum fa-
ciendi, aut non faciendi rem aliquam,
aut in confirmationem contractus, ſive
actus, in tali caſu iudex ſecularis adi-
mendo vim, & violentiam factam pote-
rit compellere accipientẽ contractum,
efficientẽque tale iuramentum præſta-
re, ut id relaxet, *cap. 1. de iur. iur. & Fe-*
lin. ibi *col. 6. ad fin. Bald. in §. item ſacra-*
60 *menta, col. 2. de pac. iur. firm.* Vbi quòd
boni Præſides talia iuramenta, & illici-
tas extorſiones per capturam perſonæ
facerent relaxari, & caſſari, *Pet. Gregor.*
3. par. ſyntagm. lib. 50. cap. fin. num. 10.
Gutierr. in Auth. ſacramenta puberum,
num. 160. C. ſi adverſ. vend. Greg. in l. 29.
gloſſ. 2. in med. tit. 11. part. 3. & iuran-
tem ab illius obligatione ſolvi, ſed ne-
quit illud relaxare (quoniam relaxatio-
nes iuramentorum regulariter pertinẽt
ad Eccleſiaſticos, ut cum multis, quos
laudat, teſtatur *Bobad. in Polit. lib. 2. cap.*
61 *17. num. 52.*) Sed iudex ſecularis cogno-
ſcere valet non ſuper eo, ſi iuramentum
eſt licitum, aut non: niſi ſuper illius ob-
ſervantia, aut validitate, cùm eſt inter-
poſitum ſuper contractu ſimulato, &
poteſt periurũ plectere, *cap. licèt, de iur.*
iur. in 6. Anaſt. Germon. de ſacrorum im-
mun. lib. 2. cap. 19 num. 25. & num. 62.
Bobad. in Polit. lib. 2. cap. 18. litt. L. in
alleg. Nam ſecundùm *Iuriſc. Papirium*
in l. fin. D. ad municip. Suet. in Tiber. cap.
35. Petr. Gregor. in ſyntagm. iur. 3. par.
lib. 50. cap. fin. num. 8. Ethnici Imperato-
res & Prætor iuramenta diſpenſabant
& relaxabant: imò tenet noviſsimè
Anton. Dian. tract. 2. de immunit. Eccleſ.
reſol. 115. fol. 58. par. 1. quòd iudex ſe-
cularis poteſt cogere laicos ad condo-
nandam obligationem iuramenti metu
extorti.

62 Tandem aliter *text. in dict. cap. ſi ve-*
rò, & cap. verùm, interpretatur *Ioann.*
Petr. Monet. de commut. ult. volunt. cap.
8. num. 779. nam eos procedere, ubi iu-
ramentum interponitur ſuper actu aliàs
non prohibito à iure adfirmat.

63 Ad tertiæ opinionis confutationem
duo notanda exiſtunt. Primũ, Imperat.
Frideric. *in dict. Auth ſacram. puberum*
potuiſſe iuramenta metu extorta irri-
tare, ut ducent apertè *Molin. de iuſtit. &*
iur. tom. 1. tract. 2. diſp. 149. num. 13. Co-
varr. in cap. quamvis pactum, 1. par. §. 3.
num. 8. & 2. par. §. 1. num. 8. Azeved. in
l. 11. à num. 2. tit. 1. lib. 4. Comp. Gutier.

in

in dict. Auth. ſacramenta, à num. 46. Pinell. in l. 2. par. 3. cap. 1. n. 11. Padill. ibid. *num. 35. Petr. Ledeſm. 2. tom. ſumm. tract. 1. cap. 4. dub. 2. Sanch. lib. 3. ſumm. cap. 22. à num. 6. Oſſuald.* alijs congeſtis, *dict. lib. 21. cap. 13. in not. litt. A.* plures & alios refert *Additiona'or Seraphin. privil. 76. num. 19. Baſil. Legionenſ.* cunctarum artium litteratus Briaræus, *de matrim. lib. 12. de ſponſ. cap. 8. §. 5 num. 38.* eminentiſſimus *Ioann. Valboa in cap. 2. de iudic. à num. 162.* cum ſeq. mirè agens *Anton. Dian. par. 1. tract. de imm. Eccleſ. reſol. 113. fol. 57. col. 2.* cum plurimis.

64 Secundum, *dict. Auth.* loqui in contractibus minorum aliàs iure validis, quibus nulla deeſt ſolennitas iuris, ut benè probat *Donell. dict. lib. 21. cap. 13. & Pet. Buſſ. in l. 1. num. 4. D. de iur. iur.* & multi etiam quos referunt, & ſequuntur *Burg. de Paz in l. 1. Taur. num. 288. Matienç. in l. 2. gloſſ. 9. num. 10. tit. 4. lib. 5. Comp. Baſil. dict. cap. 8. §. 8. num. 55.*

65 His ita habitis, dicendum eſt, quòd etſi iuramentum metu extortum accedat contractui valido, non tenebit, *dict. Auth. ſacramenta puberum*, ibi: *Nullius eſſe momenti*; quę verba important nullitatem ipſo iure, *Tiraq. in l. ſi unquam, verb. Revertatur, à num. 180. C. de revoc. donat. Gonç. ad reg. 8. Canc. gloſſ. 32. num. 36. Aug. Barboſ. in cap. innotuit 20. n. 21. de elect.*

66 Altera diſtinctionis pars expreſsè convincitur ex *text. in dict. cap. cùm contingat, cap. quamvis pactum, & cap. licèt mulieres*, ubi cùm ſervari præcipitur iuramentum cadens ſupra actus nullos, excipitur quando metu & dolo extortũ eſt: quare cùm in *dictis capitibus* non poſsit eſſe ſenſus iuramento confirmari contractus, ſed tamen ſervandum eſſe virtute religionis, cùm excipitur iuramentum dolo, aut metu extortum, proculdubio ſenſus eſt, nullam obligationẽ ex eo naſci, atque ideò neque relaxa-

67 tione indigêre. Hanc ſententiam quoad hanc partem docent *gloſſ. in dict. cap. quamvis pactum, verb. Non vi, Abb. in dict. cap. cùm contingat, num. 3.* quem ibi ſequitur *Alciat.* cum alijs, *Felin. in cap. 2. de iur. iurãd. num. 2. Sylveſt verb. Iuramentum 4. quæſt. 8.* citatis, *Dec. Archidiacon. & Bart.* plures *DD.* refert *Seraphin.*

68 *privil. 110. num. 7. & ſeq.* Ex his colligitur non eſſe veram eam diſtinctionem, quâ utuntur aliqui, ſcilicet iuramentũ metu extortum valêre, quãdo cadit ſupra actus iure validos; non verò quando ſupra invalidos: ità eruditiſsimè *Baſil. dict. cap. 8. §. ult. toto.*

69 Iam apparet iuramentum extortum per vim & metum eſſe ipſo iure nullũ, ubi *Iaſ. in Auth. ſacramenta puberum*, ubi *Corn. num. 46. cum ſeqq. C. ſi adv. vendit. Grãm. in addit. ad Afflict. deciſ. 322. & 393. litt. A. Afflict. deciſ. 263.* Quod declarat *Ioan. Angel. Piſanell.* ibi quando conſtat de vi & metu; tunc enim non requiri abſolutionem teſtatur, cum *Soc. conſil. 38. col. 9. in nov.* & inducit *Alex. conſ. 17. in fin. 1. col. & conſil. 21. col. 4. verſ. Vt etiam eſt, vol. 3. Menoch. conſil. 1. num. 302. & conſ. 426. num. 36. Honded. conſil. 9. num. 32. vol. 1. Rimin. Iun. conſ. 5. num. 135. Aug. Brrous conſil. 37. num. 24. vol. 1. Cravet. reſponſ. 5. pro gener. n. 139. vol. 5. Horat. Carpan. tom. 1. ad ſtatut. Mediolan. cap. 453. num. 90. Vinc. Manc. in tract. de iurament. par. 6. quæſt. 9. num. 2. Tuſch. pract. verb. Abſolutio, num. 35. Proſper. Farin.* alios referens, *2. p. fragm. crimin. verb. Iuramentum, num. 1278.* & ſic non curatur de relaxatione, *Covarr. lib. 1. variar. cap. 4. num. 7. Graſſ. de ſucceſſ. §. ſucceſſio ab inteſtato, quæſt. 12. num. 2. Maſur. in prax. tit. de iur. iurand. num. 10. Afflict. deciſ. 263. num. 4.*

Denique ſi iuramentum metu gravi extortũ eſt nullum, ſic metu reverẽtiali præſtitum non obligat, neque tenet, *Bald. in l. etiam, num. 3. C. ad S. C. Vellei. Hippolyt. de Marſil. ſing. 347. Menchac. lib. 1. illuſt. cap. 35. num. 18. Mogoll. cap. 4. §. 2. num. 11.*

70 Vt iuramentum metu extortum iurantem non obliget, quin illi contravenire poſsit, metus debet eſſe non levis &

& inanis, ſed gravis, *l. metum, & in l. ſeq. D. hoc tit.* cum alijs, *per Roman. ſingul. 229.* & ibi *in addit. Afflict. deciſ. 336. num. 5. Plot. de in litem iurand. num. 8. Æmilian. conſ. 2. num. 7. & 8. Covarr. in epitom. 4 Dec. par. 2. cap. 3. §. 4. num. 1. & ſeq. cum num. 18. Steph. Lamberteng. de cont. ser. gloſſ. 7. quæſt. 37. num. 94. Linglois deciſ. 9. quæſt. 3. num. 8.*

71 Noſtra tamen opinio negans declaranda eſt ſub diſtinctione, nempè, quòd iuramentum eſt nullum reſpectu obligationis tertij; nam reverà nulla in favorem illius vera eſt obligatio, ſed ſolùm acquiritur Deo, quod videtur innuere *S. Thom. 2. 2. quæſt. 89. art. 7.* & cum illo omnes *Theologi*, ibi: *In iuramento, quod quis coactus fecit, duplex eſt obligatio: una quidem qua obligatur homini, cui aliquid promittit, & talis obligatio tollitur per coactionem, quia ille, qui vim intulit, hoc meretur, ut ei promiſſum non ſervetur: alia eſt autem obligatio, qua quis Deo obligatur, ut impleat, quod per nomen eius promiſit; & talis obligatio nō tollitur in foro conſcientiæ, quia magis debet temporale damnum ſuſtinere, quàm iuramentum violare*: ſequitur elegāter eximius, & eminentiſsimus *Doctor Ioannes Valboa de Mogrobejo*, olim Primarius Salmanticenſis Anteceſſor, Vir verè priſcâ fide, verè moribus antiquis, & omnium ſeculorum memoriâ clariſsimus, Theologiæ, & litterarum ſacrarum vel Phœnix, vel Sol; tā ille rarus in utriuſque cognitione, tam clarus in inluſtratione, ut verè I. Conſultorum Theologus, & Theologorum I. Conſultus dici poſsit. Proh! dolor, cùm hæc prælo darentur, iam vitâ functus, *in relectionibus ad tit. de iur. iur. in dict. cap. ſi verò, num. 9. fol. 283.* cum pluribus, quos laudat.

SVMMARIVM.

1 Varia genera ludorum obſervavit antiquitas.
2 An Comœdia licitæ ſint. & 3.
4 Eas ſancti Patres penitùs exſecrarunt.
5 Exemplo nullum acrius hortamentum.
6 Clericis non licet intereſſe Comœdijs.
7 Largiri pecunias hiſtrionibus immane vitium eſt.
8 Cantus & canendi varij ſoni in ſpectaculis adhibiti mutationem Reipublicæ portendunt. & 9.
10 Comœdiarum actus non eſt peccaminoſus.
11 Ars ex ſua natura ad malum non ordinata mala non eſt.
12 Nullus tenetur præſcindere occaſionem generalem peccandi, quæ oritur ex arte, vel officio.
13 Choreæ licitæ ſunt.
14 Iurans uſuras ſolvere tenetur.
15 Comœdiarum laus.
16 Ex eis ingens pietatis opus defluit.
17 Convenit in Republica, ut liciti ludi celebrentur. & 18.
19 Non eſt amplectenda doctrina DD. Comœdias penitùs exterminantium.
20 Intelliguntur authoritates PP.
21 Peccant lethaliter Authores Comœdiarum impudicarum, & obſcœnas Comœdias gerentes.
22 An agitationes Taurorum licitæ ſint.
23 Hæc ſpectaculum ſumpſit originem à Tauris, qui in Circo Flaminio agitabātur.
24 Honor. & Theod. hanc conſuetudinem expulerunt.
25 Damna ex agitatione provenientia.
Expēditur l. nā & luſus, D. ad leg. Aquil.
26 Hoc ſpectaculum viget in Hiſpania.
27 Pij V. Breve hoc coērcuit. Greg. XIII. permiſit.
28 Licitæ ſunt agitationes Taurorum.
29 Ludus ad honeſtam recreationem permittitur.
30 In ludo licito amiſſum repeti nequit.
31 Obligationes ex ludo provenientes nullæ ſunt. & 32. 33.
34 Ex ludo quantumvis prohibito quæſita non ſunt reſtituenda.
35 Ratio proponitur. & 36.
37 Qui dicatur invitus ad ludendū. & 38. uſq. 44.

Vis

43 Vis ineſt Superiorum muneribus.

45 Qui aliquem ad ludum trahit, tenetur reſtituere lucrata, & peccat mortaliter. & 47. 50.

46 Trahere ſignificat violentiam.

48 Provocatus vincens ſecurè lucratur. & 54. 55.

50 Precibus & ſuaſionibus aliquem inducens ad ludendum tenetur reſtituere. & 51. 52.

53 Reſpuuntur Molin. & alij.

56 Si vi tractus ad ludum animum applicuit ad ludendum, an extunc eum trahens acquirat ius lucrandi, quo antè carebat.

57 Aliquid ludo vetito acquirens non tenetur reſtituere ante iudicis ſententiã, modò non impedierit iudicem per vim, vel fraudem, ne condemnaretur ad reſtitutionem acquiſitorum, & modò contractus non ſit iuſtus.

CAPVT VIII.

De Ludo.

1 VARIA genera ludorum obſervabat Antiquitas, ut refert *Ioan. Roſin. lib. 5. Antiquit. Roman. cap. 1. cum ſeq.* ubi *Dempſter. in Paralip.* multa ſcitu digna protulit; & de aliquibus agit *Iul. Cæſ. Buleng. lib. 1. de Imper. Roman. cap. 19. litt. B. & lib. 3. cap. 2. 3. & 4. Ovid. lib. 2. Faſt. Valer. Maxim. lib. 2. cap. 11. Alexand. ab Alex. lib. 4. Dier. Gen. cap. 12. Turn. lib. 7. adverſ. ſacrorum, cap. 3. Paſſer. in Propert. lib. 4. eleg. 1.* ad illud.

----Vnde licens Fabius.

Eruditè & perpolitè *Petr. Pantoja de Aiala in commentar. ad l. 3. D. de Aleatorib. Angel. Politian. miſcellancor. cap. 58. Gregor. Girald. de hiſt. Poët. dial. 6. Gerſ. in Plat. univ. mun. diſc. 103. Iuſt. Lipſ. de Amphit. cap. 5. Cælius Rodigin. lib. 8. Antiq. lect. cap. 7. Narbon. in l. 31. gloſſ. 11. tit. 7. lib. 1:* ubi latè, & *in l. 16. gloſſ. unica, tit. 7. lib. 8. Recop. Camill. Borrell. tom. 2. ſumm. Dec. tit. 32. n. 439.*

2 Quidam tamen à Noſtris coluntur, ſeu factitantur; ſed quia præcipui Comœdiarum, & agitationum Taurorum exiſtunt, de ijs agere conſtituo. In primis de Comœdijs an eæ ſint licitæ, & ſcenica ſpectacula, ita ut ab Hiſtrionibus impunè peragi poſsint, & intereſſentes à peccato immunes adſint? Quã
3 quæſtionem latè diſpungunt *Mendoç. quæſt. 9. quodlib. Pet. Gregor. lib. 39. ſyntagm. cap. 5. num. 20. Cened. collect. 41. ad Decret. Bobadill. lib. 5. Polit. cap. 4. num. 20. Pet. Guzm. è Societ.* IES. *in tract. del honeſto trabajo, diſcurſ. 6. §. 3. Marc. Ant. de Cam. 1. par. microcoſm. dial. 12. Riber. ſup. Michæam cap. 1. à num. 62. Marian. de Spect. Critan. in cõfeſſ. 3. par. Fr. Ioſeph. à Ieſu Mari. lib. 4. de caſtit. cap. 16. Pined. in Agricult. Chriſtia. 1. par. dial. 15. Ribadein. de tribul. lib. 3. cap. 11.* (iunctis quæ de horum ludorum origine tradit *Dempſter. ad Roſin. lib. 5. cap. 6.*) *Bonacina de matrim. quæſt. 4. punct. 9. num. 13.* cum pluribus *Valer. in diff. utr. for. verb. Peccatum, differ. 25.*

4 Sancti Patres eas penitùs exſecrarũt, *D. Cyprian. lib. 2. epiſt. 2. ad Donat. Chryſoſt. tom. 1. homil. de Dav. & Saul. §. cui titulus: Periculosũ eſſe adire ſpectacula; & tom. 2. homil. 6. in Matth. Tertul. de ſpectac. cap. 17.* propter inhoneſtos motus, & turpitudines illis contiguas. Nam ex inhoneſto, & laſcivo ſpectaculo nulli alij fructus, quàm incenſa quędam ad libidinem cupiditas oriri ſolet, ut elegãter ex *D. Cyprian. & Chryſoſt.* iam laudatis, *D. Bernard. de converſ. ad Clerum, cap. 12. D. Auguſt. tom. 10. homil. 21. & lib. 1. de Civit. Dei, cap. 32.* ubi *Leonard. Cochæus. D. Baſil. de leg. lib. Gent. Clemens Alexand. lib. 3. Pædag. cap. 11. Salv. lib. 5. de provid. Ariſt. lib. 7. Polit. cap. 5. Rodig. lib. 8. cap. 7. Alex. ab Alex. lib. 6. cap. 6. S. Leo Pap. ſerm. de Octav. Apoſtol. S. Anaſt. Sinait. ſerm. ſeu orat. de ſacr. Synax.*

5 Cuius rei ea eſt ratio, nam exemplo nullum acrius hortamentũ eſt, *Quintil. lib. 5. cap. 11. Iuvenal. ſatyr. 14.*

Ve-

——Velocius, & citius nos
Corrumpunt vitiorum exempla.

Senec.epiſt.7.Ovid.2.de Triſtib.& lib.1.de Arte.

Sed tu præcipuè curvis venare theatris
Hæc loca ſunt voto fertiliora tuo.
Ille locus caſti damna pudoris habet.

6 Quâ de cauſâ nõ licet Clericis intereſſe Comœdijs, cùm ſpectatores ſuo acceſſu, & præſentiâ cauſam afferant ſcenicis turpia agendi, *cap. presbyteri 19. 34.diſtinct. cap. cùm decorem, cap. clericis, de vit. & honeſt. cleric. cap. unico, eod.tit.lib.6. cap.donare 86. diſt. Camill. Borrell. tom. 1. ſumm.Deciſ.tit.11. num. 32.*quia ut ait *D. Auguſt. Talis convenit cura ſinceritatis illis, qui exhibent officia ſacrorum, qualia ſunt ſacramenta ipſa. Mores autem graves in ſpectaculis quis requirat? Ad Circum neſciunt convenire Catones;* quales Clerici ſunt, ut *Caſſiodor.* verba retorqueam *lib. 1. epiſt.27.*Conducunt tradita à *Mendoç. lib.2. Concil.*
7 *Illiberrit.cap.52.in princip.* Inſuper, quia largiri pecunias Hiſtrionibus immane vitium eſt, ex *Auguſt.tract.100. in Ioan.* tradit eleganter *Comitol. reſp.moral.lib. 5.quæſt.11.num.8.& ſeqq.Petr.de Guzm. d.diſc.6.§.7.*unde convinces *Ant.Dian. tract. 3. miſcell. reſol.35.par. 2.fol.114.* contrarium dictitantem.

8 Adeò exhorruerunt leges Eccleſiaſticæ ſpectacula, ſanctique omnes Patres adverſus ea inſurrexerunt, ut omnium malorum ſeminarium deſtrueretur, ex quo tot mala oriuntur; adeò ut cantus ſolùm, & canendi varij ſoni in ijs adhibiti turpiter, atque indecorè mutationem Reipublicæ portendant, ut ex *Platon.lib.4.de Repub. Cicer.lib.2. de legib.*probat *Mendoç.lib.3. Concil.Illiberrit.cap.51.in fin.*

9 Et ſic *Caſſiod.lib.7.epiſt.10.* Tribunũ voluptatum exhortatur (erat autem hic voluptatibus plebis Præfectus, qualis à Tiberio inſtitutus, apud *Sueton. in eius vita, cap.42.*) ut quamvis artes ludricæ honeſtis moribus ſint remotæ (*Lactant. lib.6.de ver. cult.cap.20.*) tamen ità ſcenicos teneat, ut honeſtas imperet inhoneſtis, caſtitatemque diligat; cui ſubiacent proſtitutæ, ut magnâ laude dicatur virtutibus ſtudêre, qui voluptatibus miſcebatur. Adducunt plura *Tiraquell.in l.connub.16.n.35. Petr. Greg. dict.lib.39.ſyntagm. cap 5. Azeved. in l. 5.tit.10. lib.8. Recop. Ferd. Mend. d.cap. 51.Pich.in §.iuris præcepta,num.14.Inſt. de iuſt.& iur.*

10 Nihilominus tamen cum doctiſſimo *Mendoç.dict.quæſt.9. quodlibet.* autumo hoc ſpectaculorum actum non eſſe peccaminoſum, ſed ſuâ naturâ indifferentem, ut docuit *S. Thom. 2.2. quæſt.188.*
11 *num.3.* Quod eâ ratione ſuadetur; quoniam illa ars ex ſua natura nõ eſt ad malum ordinata, & ideò mala non eſt, *cap. de occidendis 23. quæſt. 5.* licèt ex accidenti in malum ab hominibus poſsit uſurpari.

12 Secundò, quia nullus tenetur præſcindere occaſionem generalem peccandi, quæ exoritur ex arte, vel officio; cuius poteſt eſſe licitus uſus, *Navarr.in cap.negotium,num.8. de pœnit. diſtinct.5.* Alioquin autem quis teneretur omnes occurſus mulierum ita evitare, ut neque ad ſacra, neque ad alias res publicas accedere licuiſſet. Quod tamen *Ovid.* prævidit *lib.2.de Triſtib.*

Peccandi cauſam quàm multi ſæpè dederunt,
Martia cùm durum ſternit arena ſolũ.
Tollatur Circus; non tuta licentia Circi eſt,
Hic ſedet ignoto iuncta puella viro.
Cùm quædam ſpatientur in hac, cùm amator eodem
Conveniat, quare porticus ulla patet?
Quis locus eſt templis auguſtior, hæc quoque vitet
In culpam ſi qua eſt ingenioſa ſuam.
Omnia perverſas poſſunt corrumpere mentes,
Stant tamen illa ſuis omnia tuta locis.

13 Tertiò, quia Choreæ, quę in lætitijs, nuptijs diebuſque feſtis celebrantur, in quibus mulieres cum iuvenibus commiſ-

miſceri ſolent, poſſunt fieri cũ peccato multis modis, quos referunt *Caiet.* & alij relati ab *Azor 3.tom.moral. lib.3.cap. 26.Polid.Rip.de noct.temp. cap.38. num. 1.Amat.deciſ.137.num.14. Hilar.Drudo in opere ſuo vario, fol.358.* & tamen licitè effici poſſe contendit, quia ex ſua na-

14 tura illicitæ non ſunt, ſed tamen ex aliquo accidenti, ſeu circunſtantiâ, quemadmodum ſolet dici de eo, qui iuravit uſuras ſolvere *in cap.debitores, de iur. iurand.* nam valet iuramentum, cùm habeat materiam licitam; & in eius obſervatione nullũ ſit pecatum, quamvis detur in præſtatione, *cap. etſi Chriſtus, verſ.Quamvis.* ubi *Panorm.num.8. & in cap.cùm contingat, num.6.& 7.de iur.iur. Selv.cod.tract.1.par.quæſt.3.num.7. Pariſ.conſ.97.num.74. lib.1. Aug.Barboſ.in dict.cap.debitores, à num.3.*

15 Quartò, quia ex ſua natura licitæ ſatis evidenter demonſtrãtur ex eo, quòd in eis varij caſus advertuntur, quos memoraſſe plurimũ confert ad inſtitutionem, ad diſciplinam, mores aliquorũ, & facta recenſentur, ex quibus teterrima calamitas, & excidium ſumpſit exordium, ut tale vulnus medicaminis antidoto ſanetur; tragicæ neces velùt in tabella depinguntur, commemorantur, ut cauti homines patrare permiteſcãt, ne de eis acrè ſumatur ſupplicium, debitaſque atri facinoris pœnas luant; luxus virorum, & mulierum rapidus, qui in præcipitium dedit, in ruinam, ut ab eo corpus furari in mente ſit fugare præceptum, benè inſtitutæ Reipublicæ gubernium proponitur; cùm Politici, ſeu Cordati Paſtoris geſta recoluntur præclara; qui ſub trutina omnia penſavit, effecit, conſtituit, in eis edocetur qualiter adverſa ferenda, fraudes vitandæ, labores toletandi, & cætera cognoſcenda ſint, ut (prout caſus tulerit) omnia rectè peragantur. Tandem Comœdiç ſunt præteriti recordatio, ut advertatur diligenter in futurum, quod eleganter dicit *Caſſiodor. lib.1. epiſt. 20. & lib.4. epiſt. ultim.* ibi: *In illaque leguntur apices rerum, & non ſcribendo facie, quod ſcript ura declaravit, Aul.Gell.lib.5. noct. Attic. cap.18. Roſin.* ubi *Dempſter. lib. 5. antiq. Rom. cap.7.cum ſeq.fol.726.*

16 Quintò facit, quòd ex eis ingẽs pietatis opus defluit: nam ægrotantes egeni habent in Xenodochijs auxilium, quo infirmitates curent, & morbis medèri valeant; & certum eſt, magnam partem reddituum Xenodochiorum ex Comœdiarum introitibus diminare. Meritò pauperum remedium, & alimoniam eas nuncupare poſſumus. Quo ergo iure illicitæ erunt? *Exod.cap.23. ý. 11. Anno autem ſeptimo dimittes eam, & requieſcere facies, ut comedant pauperes populi tui.*

17 Sextò facit: convenit enim, ut in Republica liciti ludi celebrentur tanquam antidotum, & medicina contra huius vitæ mala. Sic multi prudentiſsimi, ſeveriqúe Viri poſt defatigatum labore corpus, vel ſtudijs, aut occupationibus animum ſolebãt honeſtis ludis, aut delectationibus operã dare, ut de Auguſto narrat *Suet.in eo, cap.71. & 83.* & de

18 Mucio Scęvola egregio I.C. memorãt Authores pilæ ludosè exercuiſſe; de Mecęnate *Horat.* de ſe *Plin.Iun.in epiſt.* pręcipuè *lib.5. epiſt.3. & lib.8. epiſt.21.* Quò reſpexit *Senec. de tranq. cap. 3. & 15.* cui calculum præbet *D.Thom.ſupr. Vivald. in candelab. aur. 3.par. cap. 18. Medin.in C.de reſtit.quæſt.21.Rodrig. in ſumm. verb. Commun, cap.105. concl.14. Marian. de ſpectac. cap.14. Ann. Robert. lib.4.rer.iudic.cap.15. Amat. lib.3.obſervat.iur.cap.5.num.66. cum ſeq.*

19 Hinc ſequitur, non eſſe amplectendã doctrinam, ſeu ſententiam *Mendoçæ* & *aliorum* doctiſsimorum Virorum docẽtiũ Comœdias eſſe penitùs exterminãdas: nã ſi prout decet, & caſtis moribus congruit, expediantur, licitas eas arbitror motus ex *text. in l. unica, C. de Maium.lib.11.* ibi: *Clementiæ noſtræ placuit, ut Maiumæ Provincialibus lætitia reddatur, ita tamen ut ſervetur ho-*

 ne-

neſtas, & verecundia caſtis moribus perſeveret. Item ſi argumenta earum conveniant decori, & Chriſtianæ circumſpectioni. Nã ut ferè in propoſito graviter *Caſſiod.* ait *lib.3.variar.epiſt.51. Hæc nos fovemus neceſſitate populorum imminentium, quibus votum eſt ad talia convenire, dum cogitationes ſerias delectantur abÿcere. Paucos enim ratio capit, & raros probabilis oblectat intentio; & ad illud potius turba ducitur, quod ad curarum remiſſionẽ conſtat inventum, expedit interdum deſipere, ut populi poſſimus deſiderata gaudia cõtinere.*

20 Neque Sanctorũ authoritates ſuprà adductæ, & aliæ relatæ à *Briſſon. de ſpectac.* à propoſito medivellunt, quæ non loquũtur de ijs ſpectaculis, qualia hodie apud nos frequentãtur, ſed de perverſis & abominandis, quæ præter turpitudines idololatriæ genus quoddam ſolebãt admittere, quapropter ab eis peragendis fideles ſub excommunicatione arcebantur, & cùm fidem ſuſciperent eis, ſe nõ adfuturos in Baptiſmo promittebant, ut ex *Tertull. de ſpect. cap.4.* & alijs probat *Mendoç. de confirm. Concil. Illiberrit. lib.3. cap.51.*

21 Vtrùm autem Comœdiarum Authores culpam lethalem non effugiant? diſpungit *Comitol. lib.5. reſp. moral. q. 11. num.1.. & ſeq.* qui latè probat mortiferi criminis eſſe reos. Quod tamen venit intelligendũ de obſcœnis & impudicis Comœdijs, ita explicat *Acuña*, non minus ſanctimoniâ, quàm litteris clarus, *in cap. presbyteri 19. num.3. diſt.34. Bonac. de matrim. quæſt. 4. punct. 9. prop.3. numer.23. fol.263. tom.1.*

22 Succedit altera quæſtio de agitatione Taurorũ, an licita ſit? Quam diſputatũt, & diſcuſſerunt plures laudati à *Cenedo collect.13. ad Decret. n.3. Navar. in Manual. cap.15. n. 18. Salzed. in prax. Bern. Diaz cap 74. Alcoç. de lud. cap.53. concl. 1. & 2. Gutier. lib. 1. quæſt. can. c 7. Guzm. dict. tract. del honeſto trabajo, diſc.5. Ioan. de Roa in Apolog. q.5. Ioan. Garc. de expẽſ. cap.21 num.29. Parlad. lib.2. rer. quotid. cap.7. Petr. Pantoja de Aial. in l. fin. à numer.89. C. de Aleat.*

23 Taurorum ſpectaculũ ſumpſit originẽ ab illis, qui in Circo Flaminio agitabantur, ut teſtis eſt *Varr. lib.4. de ling. Latin.* quod exoſi fuerunt *Tertul. de ſpectac. cap.4. & 10. Salv. lib.6. de provid. S. Cyprian. epiſt.2. ad Donat. S. Chryſoſt. homil. 15. in Geneſ.* ita *Honor. & Theodoſ.* hanc conſuetudinem expulerunt, *l. unica, C. de venat. ferar.* imò *Dioclet. & Maximian. in l. unica, C. de expenſ. lud.* laudaverunt Provinciæ Præſidem, qui quod inſumendum fuerat in Certaminis ſolenne ſpectaculum, in murorũ Civitatis inſtaurationem cõſumpſerat. Et etiã cruenta gladiatorum ſpectacula penitùs ſuſtulit *Conſtantin. in l. unica, C. de gladiatorib.* quam fusè explicat *Briſſon. de ſpect. fol.37. Iuſt. Lipſ. lib.1. & 2. Saturn. Petr. Fab. lib. 2. ſemeſtr. cap. 10. & 11. Camill. Borrell. tom. 2. ſumm. Dec. tit. 40. à num. 80. uſque ad 91. Ameſcua de poteſt. in ſeipſum, lib. 2. cap. 11. Roſin. lib.5. cap.24.* ubi *Dempſter. Petr. Gregor. lib. 39. ſyntagm. cap. 5. num. 18.* Hunc
24 autem ludum extinxiſſe Theodoſium Magnum conſtat ex *Prudent. contra Symmach.* dum *Honorium* eius filium adloquitur:

Accipe delatã tua Dux in tempora famã,
Quodque patri ſupereſt, laudis ſucceſſor habeto;
Ille urbem vetuit Taurorũ ſanguine tingi.

25 Damna ex agitatione eorum provenientia proponit elegãtiſsimè *S. Thom. de Villanuev. conci.2. de S. Ioann. Baptiſt.* animosè irruens in eam, *Caſſiod. lib. 5. epiſt.42.* quâ de causâ ſententia *Pauli* Iuriſconſulti *in l. nam luſus, D. ad leg. Aquil.* de eis eſt ibi: *Nam luſus quoque noxius in culpa eſt.*

26 Hoc ſpectaculum in noſtra Hiſpania hodie magis quàm nunquã floret, cùm intrepidi animi, quos procreat, non curent ferocitatem Tauri tam bellè depictã à *Plinio lib. 8. cap.45.* tamque malè à tantis formidatam, ut ponderat *Marian.*

rian. lib. de ſpectac. Quapropter *Pius V.* motum ſanctiſsimum edidit ann. 1567. quo hoc immane ſpectaculum graviſsimis pœnis coërcuit (licèt poſteà ad petitionem PHILIPPI II. *Regis noſtri à Gregor. XIII. ann. 1575.* revocatus fuerit, ut obſervant *Ioan. Scort. in conſtis. ſumm. Pontif. epit. 99. theorem. 244. 245. & 246. & à Clemente VIII. ann. 1596. Acuña*, cum alijs, *in d. cap. presbyteri, n. 4. diſt. 34. Aug. Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſcop. par. 3. alleg. 50. num. 260.*) quod deplorant *Greg. Lop. in l. 57. tit. 5. par. 1. Avend. in capitib. Prat. 2. par. cap. 10. num. 12. Navarr. de reſt. lib. 2. cap. 3. num. 301. Parlad. dict. cap. 7. num. 2.* eleganter & ſeverè *Marian. de ſpectac. cap. 24. & 25. Azevid in l. 4. tit. 10 lib. 1. Recop. Arellan. de Imp. ration. lib. 2. cap. 9. à num 15. cum ſeqq.*

28 Contrarium verò ſententiã, quæ has Taurorum agitationes frequentari poſſe, & licitas eſſe docet, tenuerunt plures ex noſtratibus, præcipuè *Medina in C. de reſtit. quæſt. 21. Spin. de teſtam. gloſſ. 2. à num. 27. Roa in apolog. quæſt. 5. Ameſc. de poteſt. in ſe ipſum, lib. 2. cap. 11.* & alij relati *à Gutierr. dict. cap. 7.*

29 His animadverſis dicendum eſt, ludum, ſi ad honeſtam animi recreationẽ exerceatur, abſque ulla circunſtãtia illicitâ, nullo iure eſſe prohibitum, nec vitium, ſed potius virtutẽ, ut præſenſit *D. Thom. 2. 2. q. 168. art. 2.* advertũt *Soto de iuſt. & iur. lib. 5. art. 2. concl. 1. Navar. in Manual. cap. 20. num. 2. Ariſt. 4. Ethic. cap. 8. & lib. 7. cap. 7. Ludov. Lop. 1. p. c. 31. propoſ. 1. Pet. Pantoja in d. l. fin. n. 6.* plures utriuſque cenſuræ laudans Authores.

30 Ex quo provenit, repetitionem nõ cõpetere ad lucrum in ludo licitè amiſsũ recuperandum; dummodò legibus ludi ſervatis, & ab eo, qui liberam rerum adminiſtrationem habet, lucratum ſit, ut reſolvunt *Coſt. de lud. art. 3. n. 3. & 4. Put. n. 27. Cacial. n. 37. Azev. in l. 2. n. 65. tit. 7. lib. 8. nov. Compilat. Pãcirol. var. lect. lib. 1. cap. 48.* quod ſecùs eſt, ſi in ludo prohibito quæſitum ſit, iuxta communem opinionem, teſte *Put. & Vela*, cũ pluribus à ſe relatis, *de pœn. delict. c. 22. n. 10.*

31 Obligationes, ſive cõtractus ex ludo provenientes irritat *text. in l. fin. C. de Aleat.* & docent *Angel. de maleſic. verb. Metid r, n. 13.* & ibi *Aug. Boniſac. ſup. maleſic. verb. De ludo Azardi, num. 8. Coſta de lud. art. 5. Puteus à n. 15. Cacial. [illegible] n. 64. Farin. in prax. q. 109. art. 6. per tot. Aviles in cap. 29 Prat. verb. Ni Tableros, n. 8. Vela de delict. cap. 22. Azev. in l. 3. num. 14. tit 7. lib. 8. Seſſe deciſ. 144. tom. 2. Amad. de ſyndic. num. 94. Franc. Aret. conſ. 81. Iacob. Dambauder. in pract. crimin. c. 126.*
32 *num. 7.* ubi infert ad omnes contractus venditionis, emptionis, locationis, cõductionis, mutui, permutationis, trãſactionis, aut ſimiles, *Borgnin. Cavalc. deciſ. 34. par. 2* ubi inquit, quòd pacta à ludẽtibus eodem modo ſunt reſolvenda, quo fuerunt inita; quia ex ludo non oritur actio, *l. fin. C. de Religioſ. Alex. Ludov. deciſ. 47. n. 2.* ubi teſtatur fuiſſe iudicatũ in *Rota*, ibi: *Ità omnes cõtractus, & inſtru-*
33 *menta eius occaſione* (ſcilicet ludi) *celebrata irrita ſint & inania, Abb. in cap. clerici el 2. de vita & honeſt. cleric. Bart. & Omnes in l. ſi quis cùm ſciret, D. pro emptor. Cardoſ. in prax. verb. Ludus, num. 5. Parlad. lib. 2. rer. quotid. cap. 7. num. 17 Guzm. de evict. quæſt. 60. num. 2 Pantoja in dict. l. fin. verſ. Et inſtrumenta conficiunt, à num. 1. cum ſeqq. C. de Aleatorib.*

34 Ex ludo quantumvis prohibito quæſita nõ eſſe in interiori foro reſtitutioni obnoxia, nervosè defenditur *à Covar. in reg. peccatum, 2. p. § 4. à n. 1.* ex ſentẽtia *D. Thom. 2. 2. q. 32. art. 7. ad ſecund.* ibi *Caiet. Ioan. Maior. in 4. Sent. diſt. 15 q 13. Palud.* ibi, *quæſt. 3. art. 5. Alex. 4. par. q. 68. memb. 3. art. 6. Hadrian. in 4. Sentent. tract. de reſtit. cap. quia in ſuperioribus, Med. de reſt. q. 22. Caſtr. de leg. pœn. lib. 2. cap. 2. corol. 3. DD. in cap. penult. de vit. & honeſt. cleric. Menoſ. in l. de fideicommiſſ. num. 7. C. de tranſact. Sot. de iuſtit. & iur. lib. 5. art. 2. Navar. in Manual. cap. 20. n. 6. Menoch. de arbitr. caſ. 309. num. 8. Clar. lib. 5. Sent. verb. Ludus, num. 7. Vela*

de delict. cap.22.n.10. Azev.in l.2. n.93.
tit.7.lib.8.Recop.Morl.in empor. 1.par.
tit.de Aleat.q.2.Leſſ.lib.2.cap.26.dubit.3.
Salas de Lud.dubit.5.n.2.& 3.qui plures
refert, Gaſp. Ant.Theſaur.lib.4. q.19. Oſ-
ſuald.in Donell.lib.14.comm.cap.25.litt.
H.Rodrig.in explicat. Bull. expoſit. num.
31. Rebell. de obligat. iuſtit.2. par.lib.12.
quæſt.2.num.2 Horat.Carp.tom.1.ad ſtat.
Mediol.cap.428. num.14. Scacc. de com-
merc.§.1.quæſt.1.num.116. & 120.

35 Ratio eſt, quia leges ludos prohibẽ-
tes non impediunt dominium acquirẽ-
dorum, ſeu translationẽ dominij quoad
forum conſcientiæ, nec incapaces red-
dunt ipſos ludẽtes ad talia lucra acqui-
renda; ſed tantùm in pœnam id ſtatuũt,
Auth.alearum uſus, C.de relig.& ſumptib.
fun. l.1. D.de Aleat.cap.inter dilectos, de
36 exceſſib.Prælat. Idque meritò ſtatuerũt
propter multa mala, quæ ex ipſis ludis
proveniunt; quæ obſervant Camill.Bor-
rell.de magiſtrat. lib. 3. cap. 11. num. 40.
& ſeqq. Philipp. Paſch. de virib. patr. po-
teſt.par.1.cap.6.num.96. & ſeqq. Velaſc.
de privil. paup. par.2.q.65.num.32.Scac.
de cõmerc.§.1.quæſt.1.num.85. At pœna
in foro conſcientiæ non debetur, gloſſ.
in cap.fraternitas 12. quæſt.2. itaque te-
net (ubi eſt conſuetudo non reſtituendi,
ut eſt ubique) D. Thom.2.2.q.32.art.7.
ad 2.Sot.lib.4.de iuſt.& iur. q.5.art.2. in
4.conc. & Covarr.poſt plures, in reg. pec-
catum,2. par. §.4.n.2.& 8. Salon. 2.2. q.
61.in tract. de dominio, quæſt. 5. Henric.
tit.de indulg. cap. 35. §.6. (quidquid di-
cat Sot. poſt Hadrian. lib.1. de iuſtit.&
iur.quæſt.6. in 8.arg. ad fin. putans legẽ
ludorum non eſſe pœnalem, ſed impedi-
te dominij translationem, Sylveſt.verb.
Ludus, quæſt.13.& alij congeſti ab Azor.
1.par.lib.2.cap.12. col.146.in princ.) Pã-
toja in d. l. fin. verſ. Sed ſolutum reddatur,
à num. 14. noſtram amplectitur ſenten-
tiam, & explicat videndus Valer. in dif-
ferent.utr.for.verb.Reſtitutio, diff.20.n.1.

37 Hinc diſpungi debet, an qui aliquẽ
ad ludum attraxit invitum, teneatur
lucrum reſtituere? Huius quæſtionis re-
ſolutio ut clarè pateat, obſervare opor-
tet, quod genus coactionis neceſſarium
exiſtat, ad hoc ut dicatur ludens com-
pulſus, & invîtus.

38 Duplicem compulſionem propoſuit
Paul.in l.2.D.de Aleat.in his verbis: So-
lent enim quidam, & cogere ad luſum, vel
ab initio, vel victi dum retinent. Nempè,
ſi ab initio ante inceptum ludum qui-
dam aliquem invîtum ad ludendũ tra-
hit, vel ſemel finito, ſi victus adverſa-
rium antiquo iterum ludo includere tẽ-
tet, pecuniam iam amiſſam penes ſe
velut obſidem retinendo, non præſtatu-
rus aliter, niſi amplius colludant, quæ
eſt fortiſsima coactio; nam victor pecu-
niæ iam acquiſitæ proſecutione alle-
ctus ludum repetit, non luſurus aliàs, ſi
lucrum quæſijſſet.

39 Et ſimiliter ille invitum ad ludendũ
trahit, qui ei mortis, & verberum ter-
rorẽ incutit, iuxta Vlpian. ſententiã in
l. 3. in fin. quod met. cauſ. qui opprobria,
convitia, & inſultationes infert, ut ad-
vertit eruditè Alph.de Caſtro de leg. pœn.
lib.2.cap.2.coroll.3. & eum ſecutus Did.
Covarr. in reg. peccatum, 2. par. §.4.n.7.
qui importunis precibus poſcit, ut ad-
notat Coſta de lud.art.3.num.11. Capell.
Tholoſ. deciſ. 192. Ioan. Maria Novar.
40 coll.10.num.6.& 7. Preces adeò impor-
tunas eſſe oportet, ut malit quis pecu-
niam ſuam periclitari, & dubio eventui
committere, quàm eas ſuſtinêre, ut Leſſ.
lib.2.de iuſt.& iur. cap.26.dubit.2. n.12.
cõſiderat; & improbis precibus, verbiſ-
que annuit, ne inurbanus videatur, ut
Soto de iuſt.lib.4.q.5.art.2.cõcl.4.& Pet.
Navar. de reſtit. lib. 2. cap.3. num. 431.
viſum fuit Quintil. lib.3. c.10. Hac illi o-
pus eſt occaſione, ne eum talium precum pu-
41 deat. Ille, qui cùm ſit ſuperior, vel domi-
nus, vehementer rogat, ut inquit Caſtr.
quia ſuperiorũ precibus tacita vis ſub-
eſt, ſicut Auſon.ad Theodoſ. cecinit:

Scribere me Auguſtus iubet, & mea car-
mina poſcit,
Penè rogans blando vis latet imperio.

Et alter Poëta.

Eſt

Eſt rogare Ducum ſpecies violēta iubendi,
Et quaſi nudato ſupplicat enſe potens.

42 Plura *Pet. Faber in l. 3. & 4. D. de reg. iur. Eſcobar de ratiocin. cap. 7. n. 4. & 60.* in pulchro caſu, & probatur *in l. 1. §. quæ onerandæ,* & ibi *Bart. D. quar. rer. act. non detur.* latè *Felin. in cap. 2. num. 8. de ſponſ. Add. Abb. in cap. cùm inter R. ſub n. 8. de elect. Innoc. in cap. petitio, de iur. iur. Valer. in differ. utr. for. verb. Reſtitutio, differ. 10. num. 1. circa finem.*

43 Quemadmodũ & vis ineſt ſuperiorum muneribus, *Tacit. lib. 14. Annal.* de Neronis donis agēs: *Notos quoque Equites Romanos operas arenæ promittere ſubegit donis ingentibus, niſi quod merces ab eo, qui iubere poteſt, vim neceſſitatis affèrat, Plin. in Paneg. ad Traian. Nónne ut Regũ, ita Cæſarum munera illitos cibis hamos opertos præda laqueos æmulabantur?*

44 Tandem ille compellit aliquē ludere, qui eum pecuniæ donatione provocat: videmus namque ſępènumero luſores gnaros, piſcatorum inſtar, pecuniã doloſè offerre, ut lucri illius avidũ velút eſcâ piſcem fatuum ludo irretiant, irretitumque ad ultimũ uſque quadrãtem ſpolient: hæc ſimulata munera. *Valer.* deteſtatur, *lib. 5. Epigram. 18.*

Odi doloſas munerum, & malas artes
Imitantur hamoi dona; nãque quis neſcit
Avidum vorata decipi Scarum muſca?

45 Quibus iactis, de his tantùm cõpulſionibus accipiendus eſt *D. Thom. 2. 2. q. 32. art. 7. ad 2.* licèt *Hadrian. in ſuo 4. de reſtit. quæ lud.* eum immeritò reprehendat, aſſerentem trahentem alium ad ludum nõ acquirere dominiũ rei lucratæ:
46 *Trahere* enim, ſi vim vocis attendamus, quãvis aliquando vim non ſignificet, ut *I. ã. 6. Nemo poteſt venire ad me, niſi Pater meus traxerit eũ,* ut optimè ibi oſtēdit *D. Aug. tract. 22. ex illo Poetæ Bucol. eclog. 2.*

Trahit ſua quemque voluptas.

Lucret. lib. 2.

Quo ducit quemque voluptas.

Prudent. Harmat.

Dividit huc illuc rapiens ſua quēq; libido.

Papin. lib. 2. ſylv.

Sua cuique voluptas.

Multoties nihilominus ſignificat vim *Virgil. 2. Æneid.*

Altaria ad ipſa trementem
Traxit.

Auth. ſtatuimus, C. de Epiſcop. & Cler. cap. ſi diligenti, de for. compet. Pet. Rebuf. in l. bonæ fidei 110. fol. 448. col. 1. D. de verb. ſignif. & eſt commune Grammaticorũ
47 placitum, *Trahimur volentes, ducimur volentes,* in quo ſenſu locutus eſt *D. Th.* (quem ab *Hadriani* impugnationibus defendit *Caſtr. ubi ſup.*) qui ergo aliũ ad ludendum trahit, tenetur reſtituere lucrata in conſcientia; peccatque mortaliter, ut docent *Navar. in Man. c. 19. n. 5. & 13. Covarr. d. 2. p. § 4. n. 7. Sot. d. lib. 4. q. 5. concl. 4. Morla in emp. tit. de Aleator. q. 2. n. 10. Leſſ. d. lib. 2. dubit. 2. n. 9. Salas de lud. dub. 6. n. 2.* ubi multos refert, *Alcoz. eod. tract. cap. 21. Innoc. in cap. quia plerique, de immun. Eccleſ. Coſt. de lud. art. 3. num. 11. Canon. in cap. clerici, de vit. & honeſt. cleric.*

48 Et quod plus eſt, tradunt *Innoc. Morl. Salas, & Coſta,* eum, qui invitũ traxit ad ludum, in omni foro tã interiori, quàm exteriori lucrum, ſi vincat, reſtituere, ſecùs ſi ſuccumbat; quia tunc provocatus vincens ſecurè lucratur pecuniã ex ludo quæſitam; cui & ſi ſubpreſſo eius nomine aſſentit ita *Leſſ. d. dubit. 2. n. 8. verſ. 2.*
49 *& n. 11.* Quamvis in hoc caſu teneatur victor pauperibus erogare, *Pantoj. in l. 2. in princip. D. de Aleat. num. 6. in fin.*

50 Quod quidem eâ ratione ſuadetur: eſt enim ludus contractus liberè & volũtariè ſuſceptus; vis autē & metus, ac improba perſuaſio tollunt rationē voluntarij, *Azeved. in l. 2. n. 82. tit. 7. lib. 8. Recop.* mirè *Farin. q. 100. num. 72. & ſeq.*

51 Sed eſt pulchrum dubiũ, quid dicendum ſit de eo, qui precibus & ſuaſionibus vehementibus traxit aliũ ad ludendum ſecũ; an, ſcilicet, teneatur ad reſtitutionem eorũ, quę ab iſto attracto lucratus fuerit? In quo dubio ſunt variæ DD. opiniones. Quidam enim tenent partem affirmativam, ut *Hadrian. in 4.*

de lud. Cordob. lib.1.q.13.d.4. Ioã. Med.
52 *q.22.ad fin. Farin. d.q.109.n.201.* Alij ve-
rò tenent negativam, niſi quãdo preces
importunæ ſint tales, ut pudore, aut cõ-
vitijs quis omninò nolẽs trahatur. Ideò-
que quando quis ità traxit vi, vel pre-
cibus importunis ruborẽ cauſantibus,
ut ſi alius non luderet inurbanus, & ig-
nobilis haberetur; tũc attractor tenetur
ad reſtitutionẽ: & ſic procedat opinio
contraria tenens partem affirmativam,
aliàs ſecùs, quia nõ aliter prædictæ pre-
ces inducunt metũ, nec voluntatẽ tol-
lunt, ſeu faciũt involuntariũ, ut poſt *Ca-
iet.* explicat *Covar. ſup. n.7. Sylveſt. verb.
Ludus, q.11.d.3. Sot. d.q.5.art.2. verſ. De
illo autem, Pet. à Navarr. 1.to.lib.2.cap.
3.n.447. Rebell. de oblig. iuſt. 2. par. lib.1.
quæſt.5. Valer. in differ. utr. for. verb. Re-
ſtitutio, differ.20.num.4.*
53 Verùm ab hac noſtra receptiſsima
opinione diſcedũt *Ludov. Molin. de iuſt.
& iur. tom.2. diſp.516. Franc. Garc. de cõ-
tract. 2. par. cap.19. Ludov. à Torr. tom.2.
de iuſt. & iur. diſp.55. dubit.11. num.14.*
(quorum opinionem & ſententiã doctè
exagitat *Leſſ. dubit.2. à num.8. Sal. ubi
ſup. num.1. & 5.*) noviſsimè *Anton. Dian.
p.2. tract.3. miſcell. reſol.27. fol.110. col.2.*
54 Quæſtionis eſt, an ipſe ſic coactus ſi
lucretur, poterit lucrata retinêre, vel re-
ſtituere tenebitur? Securior eſt in hoc
opinio *Victoriæ, Bañez, & Alcoz.* quod
nihil poſsit lucrari ab adverſario eũ co-
55 gente. Licèt oppoſita ſententia, quòd
quamvis coactus nõ poſsit perdere, va-
leat tamen retinêre, probabilis ſit ſe-
cundùm *Petr. de poteſt. Princ. cap.32. dec.
2.n.62. fol.624. col.1. Ludov. Lop. in ſuo
inſtruct. conſc. cap.184. col.2.* Quid autẽ
erit, ſi vi tractus ad ludum animum ap-
plicuit ad ludendum, an ex tunc eũ tra-
hens acquirat ius lucrãdi, quo antè ca-
rebat, examinat latè *idem in ſuo inſtruct.
negotiant. cap.22. verſ. Porrò ne aliquid,
pag.380.*

Vnde qui aliquid ludo vetito acquiſi-
vit, non tenetur ad reſtitutionẽ ante iu-
dicis ſententiam, modò non impedierit
iudicem per vim, vel fraudem, ne con-
demnaretur ad reſtitutionẽ acquiſito-
rum, & modò contractus nõ ſit iniuſtus,
tradit cum multis *Bonac. tom.1. tract. de
reſtit. in partic. diſp.2.q.3 punct.3. propoſ.
2. fol.341. Vinc. Filiuc. tract.37.c.5 n.69.*

SVMMARIVM.

1 LICITÆ ſunt maioratus inſtitutiones. & 2.

Rex Theodoric. apud Caſſiod. eas dolet.

3 Definitur maioratus.

4 Filius etſi eum nullus ſequatur, primogenitus eſt.

5 Succedens lineam ſibi, & omnibus eius deſcendentibus conſtituit. uſq.7.

8 Nepos filius ex filio primogenito non ſuccedit in maioratu, ſed filius ſecundò genitus.

9 Qui in linea proxima exiſtit, quamvis alij cæteris prærogativis antecellant, admittendus eſt.

10 Proximitas gradus attenditur.

11 Et ætatis.

12 Non eſt curandum de gradu, niſi in linea, nec de linea, niſi in gradu, nec de ætate, niſi in ſexu.

13 Vocatis deſcendentibus ex linea directa debent ſuccedere maſculi ex duabus, vel pluribus fœminis, nõ obſtante multiplicatione fœminarum.

14 Maioratus reſpectivus agnationis non eſt compatibilis cum linea directa.

15 Agnatio non habet lineam, ſed ad ſuam conſervationẽ neceſſum eſt translineare.

16 Nulla verba importantiora ſunt ad inducendam continuationẽ lineæ primogenitæ, quàm verbum, Linea directa.

17 Cognati vocantur, qui per fœminas coniunguntur.

18 Quoties attenditur linea directa, nõ intelligitur conceſſa prærogativa patruo viro agnato, aut eius filio, ſed nepoti adverſus filiam ultimi poſſeſſoris.

19 Lineæ directæ appellatio comprehendit tam maſculos, quàm fœminas.

Si

20 Si aſſertum ſit, quòd donec exſtant maſculi, fœminæ nō ſuccedant, ſuccederent ea ex ſola vocatione maſculorum lineæ directa.

21 Linea directa definitur.

22 Quæſtio difficilis proponitur, an natus poſt ſucceſſionem alteri iam delatã habeat regreſſum?

23 Adſtruitur negativa ſententia.

24 Translatio iuris die legati cedente non poteſt in ſuſpenſo verſari. uſq. 27.

28 Adſtruitur adfirmativa ſententia. uſq. 34.

Expenditur l. 45. Taur.

35 Impugnatur Molina. & 36.

37 Defenditur noſtra ſententia. uſq. 41.

42 Maioratus metu factus non tenet.

Tametſi ex metu reverentiali ſine minis, aut verberibus nolit Molina.

43 Sed reſpuitur.

44 Maioratus metu inſtitutus, in quo iam filius primogenitus ſucceſſit ex metu à parente illato; annullandus eſt, quamvis filius ipſe natu maior cæteris fratribus metum non incuſſerit.

45 Si in maioratu metu inſtituto iuramentum intervenit, ab illo abſolutio non eſt petenda.

Non eſt audiendus Molina.

46 Quæritur, an teneat ſecundus maioratus effectus in favorem filÿ ſecundi; & cenſeatur revocatus primus in favorem primi filÿ?

47 Si filius ſecundus, in quem ſecundo loco pater facit maioratum, blanditÿs licitis & boneſtis patrem attraxerit, valebit maioratus ſecundus.

48 Tutor blando ſermone inducere poteſt teſtatorem; ut relinquat ſibi, quod pupillo relinquere volebat.

49 Si perſuaſiones illius filÿ, in cuius favorem pater ſecundũ maioratum fecerit, ſint cautelosæ, vel in illis inſit fraus, vel dolus, primus maiorat⁹ nõ erit revocat⁹.

50 Nimia perſuaſio habetur loco coactionis, & compulſionis.

51 Minor probatio perſuaſionis, ſeu minor perſuaſio eſt efficacior in matre, quàm in patre.

Fœmina eſt mutabilis.

52 Mulier quæ facilitate inducitur ad faciendum actũ, perſuadetur ad revocãdũ.

53 Quando pater revocat maioratũ à primo, & conſtituit in ſecundo, eſt quædam præſumptio revocationem fuiſſe factam perſuaſionibus ſecundi.

Pater potiùs præſumitur diligere filium primogenitum, quàm ſequentes.

54 Melioratio communis filÿ facta à patre perſuaſionibus uxoris in præiudicium filiorum primi matrimonÿ, non tenet. & 55. 56.

Expenditur l. 4. D. de inoffic. teſtam.

57 Contra præſumptionem iuris, & de iure probatio non admittitur.

58 Confeſſionis, & probationis vim habet.

59 De novercis plura traduntur. & 60.

61 Noverca quaſi nova arca.

Vel nova, vel recens princeps.

62 Traducta in domũ mariti prioris matrimonÿ liberis nititur abrogare imperium, ut ſibi, & ſuis adroget.

63 Adducitur Euripides.

64 Novercale odium pro truci inimicitia.

Novercales manus, novercales oculi, pro inſigni malo noverca.

65 Novercæ liberis alienis ſummopere nocent.

66 Et quandoque ſuis.

67 Beneficium novercæ quid?

68 Educatio filiorum an remaneat apud matrẽ ad ſecundas convolantẽ nuptias. uſq. 77.

78 Mater defuncto ſecundo viro an poſſit reaſſumere filiorum tutelam? uſq. 108.

101 Clericus vel Religioſus ob metũ ordinẽ vel profeſſionem adſumens ſuccedit in feudis, vel maioratibus. uſq. 108.

CAPVT IX.

De Maioratu.

1 LICITAS eſſe Maioratuũ inſtitutiones tam priſca, quàm quotidiana praxis edocet, ut obſervat *Covarr. lib. 3. variar. cap. 5. num. 5. verſ.*

Tertiò eadem opinio,& in 4. 2. par.cap.8. §.6.num.5. Soto lib.4.de iuſt. & iur.q.5. artic.1.ad ſecundum,Cenedo quæſt.35.Valer. in differ. utr. for. verb. Maioratus, differ. 1. Molin. lib.1. cap.18. Burgos de Paz Iun.quæſt.2. num. 36. infinitis laudatis, *Molin. Theolog. diſp. 578. tom.3.* Etſi Rex Theodoricus apud *Caſſiod.lib. 1. epiſt.7.*dicat:*Iniquũ eſt enim ut de una ſubſtantia, quibus competit æqua ſucceſſio, alij abundanter affluant, alij paupertatis ingemiſcãt:*quod videtur mutuatus fuiſſe à *D. Paul. ad Corinth. Ne uno ebrio multi eſuriant. Navarret.diſc.11.*

2 Quod quidem eâ ratione ſuadetur. Intereſt enim Reipublicæ familias cõſervari,*l.1. §.denuntiare, D. de vent.inſpic. l.ſuper ſtatu, C.de quæſt.* tradit *Albert.Brun.de ſtat. exclud.fœm.art.3. Covarr.in cap. Rainuntius,n.24.de teſtam.*

3 Maioratus nihil aliud eſt, quàm primogenitura,*Burgos de Paz*,plurimos referens,*quæſt.1.in init.* quiquidẽ ita definitur: *Eſt ius ſuccedendi in bonis ea lege relictis, ut in familia perpetuò conſerventur,& deferantur proximiori primogenito per ordinem ſucceſſivum*, ut reſolvit *Molin.lib.1. cap.1. num. 22. Cardoſ.in prax. verb.Maioratus,num.1.*

4 Et ſic filius, ad quem ſpectat, etſi eũ nullus ſequatur, Primogenitus aſſeritur,*cap.Ioſeph*,ubi *Auguſt.Barb. num.2. de verbor. ſignif. Tiraq.de iur. primog. in præfat.num.174.quæſt.1. num.3. quæſt.3. in princip. & quæſt.34.num.25. Menoch. conſ.97.num.51. & conſ.328.num.5. Ioſeph. lib. unic. de Macbab.cap. 15. O! ſola fœminarum integram enixa pietatem, non te immutavit expirans primogenitus. Luc.* 2.ibi: *Peperit filium primogenitum, Baſil. lib.4. cõtra Eunomium, Chryſoſt.Theodoret.* laudati à *Leſſ. de prædeſtin. Chriſti, ſect. 2. in reſp. ad arg. num. 21.fol. 601.*

5 Qui ſi ſuccedit, lineam ſibi, & omnibus eius deſcendentibus conſtituit, ut docet *Bald.in l.cùm Antiquioribus,num. 11. C. de iur. deliber.* dicens, quòd primogenitus naſcendo ſe incluſit, & ſecũdogenitum, & eius deſcendentes perpetuò excluſit, *Molin. lib.3.cap.6.n.30.*
6 *& 31.*Et cùm ſucceſsionem intrat, exire nequit ab eius lineâ, nec tranſire ad aliam, donec omnes deſcendentes ex ea deficiant, *cap. 1. de natur.ſucceſſ.feud.* ibi: *Qui ex illa linea ſunt, ex qua iſte fuit,* ubi *Iſern. num. 31.* apoſtillans hæc verba dicit, quòd in propoſita ſpecie feudum devolvitur ad eos ſolos, & ad omnes, qui ſunt deſcendentes ex illa linea proxima, unde ſucceſſor mortuus deſcendit, ubi *Afflict.*optimè *Paul.de Caſt. conſil.164.num.5.lib.2.* aſſerens, quòd ſi
7 primogenitus habet plures filios, reducuntur ad inſtar capitum edicti Prętoris; nam unum caput facit primogenitus; alterum ſecundogenitus; alterum tertiogenitus, quouſque igitur aliquis exſtat de primo, & potiori capite, & radice primogeniti, non vocatur ſequens caput ſecundogeniti, *Molin. dict.lib.3. cap.6.num.31. Grat.cap.247. num.10. to. 2. Robles de repræſent.lib.3.cap.4. à num. 8. Raudenſ.conſ.26.num.15.vol.1.Caſtill. lib.3. controv. cap. 15. à num. 52. Mart. conſ.42.num.12. Ioan. Ant.Bellon.conſil. 72. num. 39.* Nam, ut rectè dixit *Bald. conſ.200.num.2.lib.5.* ubi exſtanr aliqui de lineâ proximi deſcendentis, retrò ad alias lineas non eſt aſpectus, quia illuc curſus fuit; quod ſatis eruditè exemplis declarat *Sarmient. in l. cùm ita, §.in fideicommiſſo, D.de leg.2,*

8 Hinc eſt, quòd nepos filius ex filio primogenito non ſuccedit in maioratu, ſed filius ſecundogenitus: quia pater poſſeſſor interim dum vivit, pleno iure dominus eſt, *l.generaliter, §. qui ſub conditione, D.qui & à quib.* Vnde filius, qui præmoritur in eius vitâ, non poteſt tranſmittere in nepotẽ ius maioratus, quod non habet, ſed tunc filius remanet verus ſucceſſor maioratus; & quod ſit promixior quàm nepos, ità tenent *Eman. Coſta de ſucceſſ. Regn. pag. 102. Pinell. in l. 1.par. 1. num. 69. & in l. 3. num. 23. C.de bon.mat. Cald.de nomin. q.17. nu.1. Valaſc. conſ. 122. num. 6. Card. in prax. verb.Maioratus,num.9.*

Quam-

9 Quamobrem, qui in lineâ proximâ exiſtir, quamvis alij cęteris prærogativis antecellant, admittendus eſt, ut ex *l. 2. tit. 15. par. 2.* deducit *Gregor.* ibi *gloſſ. 18. quæſt. 6. Molin. lib. 3. cap. 4. n. 13. & cap. 6. num. 5. Gama deciſ. 354. Oſaſc. deciſ. 23. num. 30. Alvarad de coniect. mët. defunct. lib. 2. cap. 3. §. 3. num. 44.*

10 Accedit lineæ prærogarivæ proximitas gradus ultimi poſſeſſoris, quæ attendi debet, *l. 9. tit. 1. par. 2. Molin. lib. 3. cap. 9. num. 11.* uſque *ad 21.* difusè *Caſtill. lib. 3. contr. cap. 19. num. 136.* uſque *ad 142. Avend. in l. 40. Taur. gloſſ. 20. num. 23. Mier. de maiorat. in princip. 2. par. num. 33. Cald. de nomin. q. 24. num. 90.*

11 Et duabus prętogativis lineæ, & gradus accedit ætatis, quæ etiam confert, *Molin. lib. 3. cap. 4. num. 14. Surd. conſil. 455. num. 2. lib. 4. Fuſar. conſ. 39. num. 10. Humad. in l. 2. tit. 15. par. 2. gloſſ. 17. numer. 14.*

12 Quò fit, ut cùm lex privilegiet lineam, poſteà gradum, ſtatim ſexũ, deinde ætatem, non eſt curandum de gradu niſi in lineâ, nec de lineâ niſi in gradu, nec de ætate niſi in ſexu, ut inquit *Marin. Frecc. de ſubfeud. tit. de feud. heredit. antiq. num. 22.* & notãter *Bald. conſ. 137. lib. 2.* âſſerens, quòd ubi eſt prioritas in lineâ, temotior in eâ, quæ habet ptærogativam, præfertur proximiori alterius cuiuſcunque lineæ, ſequitur *Gregor. in l. 3. tit. 13. par. 6. gloſſ. Mugeres, quæſt. 21.*

13 Vnde deſcendit, quòd ſi inſtitutores maioratus ad ſucceſsionem invitaverint deſcendentes ex lineâ directâ, debeant ſuccedere maſculi ex duabus, vel pluribus fœminis; non obſtante multiplicatione fœminarũ; & præferri maſculo ex unâ ſolâ provenienti, & lineâ & gradu inferiori exiſtenti, optimè advertunt *Gam. deciſ. 294. Rota diverſ. lib. 2. deciſ. 150. à num. 8. Cavalc. deciſ. 13. numer. 79. vol. 3. Ant. Fab. definit. 1. tit. 19. lib. 6. Cod. Caſtill. lib. 5. controv. cap. 133. à num. 14. Valenc. conſ. 97. à num. 18. Caſan. conſ. 38. à num. 74. Seſſ. deciſ. 254. à num. 1.* cum alijs, quos refert & ſequitur *Lara in comp. vit. homin. cap. 30. à num. 115.* & deinceps *Steph. Feder. de qualit. cont. cap. 29. num. 42.*

14 Ratio eſt, quia maioratus reſpectivus agnationis non eſt compatibilis cum lineâ directâ; imò non poteſt eſſe res ma-
15 gis repugnans; agnatio enim non habet lineam, ſed ad ſuam conſervationẽ neceſſum eſt translineare, & tranſire de unâ ad aliam, ut explicat *Bald. conſ. 334. num. 9. vol. 3. Ancharr. conſ. 95. num. 7. Avend. in l. 40. Taur. gloſſ. 9. n. 40. Mier. de maiorat. 2. par. quæſt. 7. num. 11. Sim. de Prat. conſ. 32. num. 2.* uſque *ad 7. vol. 1. Caſtill. lib. 5. contr. cap. 138. num. 18.* Et
16 nulla verba importantiora ſunt ad inducendam continuationem lineæ primogenitæ, quàm verbũ LINEA DIRECTA, ut *in l. 2. tit. 15. par. 2. Molin. lib. 3. cap. 6. num. 33.* & tradit *Bald. conſ. 275. num. 6. verſ. Nam ſi duo Comites, lib. 2. Surd. conſ. 316. num. 11. & 12. lib. 3. Menchac. de ſucceſſ. creat. par. 3. §. 27. num. 20.* ubi notat,
17 quòd in maioratibus de linea directa dicuntur deſcendere liberi eorum, qui ſunt primogeniti, non autẽ liberi eorũ, qui ſunt ſecundogeniti. Itaque cùm ius ad figurandũ maſculos cognatos non limitet, quot debeant exiſtere fœminæ præcedentes, ſed abſolutè diſponat: *Qui autem per fœminas coniunguntur, cognati vocãtur l. 10. D. de gradib. Bald. conſ. 334. num. 10. vol. 3. Dec. conſ. 302. num. 6. vol. 1.* ſequitur maſculum ex pluribus deſcẽdentem, ſi modò in linea & gradu exiſtat, cæteris eſſe præferendum, etſi ex
18 paucis deſcendant, & oriantur.

Et toties quoties attenditur linea directa, quamvis agatur de antepoſitione virorum agnationis reſpectu, & intuitu, hęc qualitas cedit lineæ; nec intelligitur conceſſa prærogativa patruo viro agnato, aut eius filio, ſeu nepoti adverſus filiã ultimi poſſeſſoris, *Sim. de Prat. conſ. 32. à num. 2. vol. 1. Cephal. conſ. 616. à num. 46. vol. 5. Hect. Æmil. de iur. feud. cap. 23. num. 38. Salaç. de uſ. & conſuetud. cap. 12. à num. 61.*

19 Quia lineæ directæ appellatio compre-

prehendit tã maſculos, quàm fœminas, *l. ſtemmata, D. de gradib. l. 2. tit. 15. par. 2. l. 1. tit. 8. lib. 5. Recop. Beròus conſ. 120. num. 40. & 83. lib. 2. Cæphal. conſ. 664. num. 22. lib. 5. Menoch. conſ. 497. num. 1. vol. 5. & 585. num. 30. vol. 6. & conſ. 326. num. 81. lib. 4. Peregrin. de fideicomm. art. 22. num. 24. Molin. lib. 3. cap. 6. num. 33. Avend. in l. 40. Taur. gloſſ. 9. num. 6. Celſ. conſ. 93. num. 14. Greg. Lop. in l. 2. per text.* ib, *tit. 6. par. 4. Cavalc. deciſ. 18. num. 92. par. 3.*

20 Ex quo fluit, quòd ſi in tali caſu non fuiſſet aſſertũ, quòd donec exſtant maſculi, fœminæ non ſuccedant, ſuccederent ex ex ſolâ vocatione maſculorum lineæ directæ, *Caſtill. dict. cap. 138. num. 18.* per totum, referens *Fabium Turret. Gaſp. Guiller. Cæphal. Alexand. Raud. Salaſ. Sim. de Prat.* & alios, reſolvit latè & eleganter aſſerens doctrinam communem, receptam; & ſine contradictione eſſe.

21 Vnde neceſſariò infertur, lineam directam ſolùm producere comprehenſionem deſcendentium illius; in quo radicata fuit ſucceſsio; nam *linea recta eſt ordo diſtenſivus in poſteros, non in plurimos, ſed ſigillatim de uno in alterum, uno eodem tramite retento ſub derivatione primogenituræ*; ſic *Bald. in l. irritam, C. de uſuc. pro don. conſ. 321. vol. 1. & conſ. 334. vol. 3. Dec. conſ. 365. Oliver. de grad. cognat. quæſt. 9.*

22 Vt ad celebrem Iuris queſtionẽ deſcenſus fiat, ſupponamus, quòd tempore vacantis ſucceſsionis, non erat natus ille, qui de lineâ directâ erat, & ad quem attinebat ſucceſsio; ſicque ad aliũ fuit delata: an poſteà natus ad ſucceſsionem habeat regreſſum? Difficilis huius quæſtionis indagatio, ſed prout vires ſuppetant, diſcutiam, & fundamenta iaciã, ut clarè pateat, quid tenendum ſit.

23 Et pro primâ opinione faciunt ſequẽtia. Primò, quòd non nato tempore vacantis ſucceſſore proximo ius ſuccedẽdi radicatum fuit in illo, qui tunc nec oppoſitionem, nec competentiam habuit; & ita lex ipſa eum ſucceſſorẽ perpetuum conſtituit, & in eum poſſeſsionẽ irrevocabiliter tranſtulit, *l. 45. Taur. l. ſi heres, D. de opt. legat.* ibi: *Quoniam aditæ hereditatis tempore is ſolus erat, qui per illum ſervum poſſet acquirere, l. pen. D. de leg. præſt. l. 1. §. proximum, D. und. cogn. l. non oportet, D. de leg. 2. l. ſi quis cùm haberet, D. de ſuis & legit. l. ſi cognatis, D. de reb. dub. l. ſi quis filio exheredato, §. non fuiſſet, D. de iniuſt. rupt.* tenent *Ioã. And. ad Speculat. in Rubr. de teſtam. addit. 1. col. 2. verſ. Item, Lambertinus fol. 173. Socin. ſen. conſ. 152. num. 14. vol. 1. Alex. conſ. 13. num. 4. & 5. vol. 4. Gozadin. conſ. 36. num. 7. Pariſ. conſ. 83. num. 11. & 12. vol. 2. Hieron. Torniell. in quæſt. ad l. Gallus, num. 47. & 48. D. de liber. & poſthum. Alciat. conſ. 119. n. 4. lib. 9. Bologn. conſil. ultim. num. 61. Paul. Caſtr. conſ. 16. num. 5. vol. 2.*

24 Nam tranſlatio iuris die legati cedẽte non poteſt in ſuſpenſo verſari, *l. ult. D. comm. prædior.* ſed ſtatim vel perpetuò deficit, vel irrevocabiliter operatur, *l. videamus, D. hoc noſtro tit.* ibi: *Sufficit enim ſemel perveniſſe ad proximum heredem, & perpetua actio eſſe cœpit. Iaſ. conſ. 220. num. 13. vol. 2. gloſſ. in l. 7. verb. Pervenire, verſ. Sed non eſt ita, C. de ſecund. nupt.* ubi notat in perpetuum ab alijs diſcedere, quod ad unum pervenit, alioquin crebra, & quaſi ludibrioſa eſſet talis ſucceſsionis creatio, & frequenter tam naſceretur, quàm deſineret, contra *text. in l. fin. §. ſin autem, C. de curat. furioſi, Alciat. conſ. 119. num. 11. lib. 9. Bald. conſ. 111. num. 1. vol. 2. Mier. de maiorat. 2. par. quæſt. 6. num. 47. Greg. Lop. in l. 2. tit. 15. par. 2. gloſſ. 19. verſ. Sed pone, quòd tempore delationis, Hieron. Torniel. in quæſt. ad l. Gallus, num. 50. D. de lib. & poſthum. Molin. lib. 1. cap. 13. num. 36. & 37. Caſtill. lib. 3. cont. cap. 15. num. 2. uſque ad 17. & tom. 5. cap. 91. Mich. Graſſ. in §. fideicommiſſum, quæſt. 17. prope fin.*

25 Vbi recognoſcens in fideicõmiſsis cõditionalibus reſpicientibus perſonas, caſus præſentes & futuros, non ſolùm de-

debêre comprehendi iam natos tempore quo teſtator è vivis excedit, ſed etiã poſteà naſcituros, quia alijs & alijs provehit ſubſtitutio gradualis, advertit hoc eſſe intelligendum, dummodò reperiantur nati, vel etiam tantùm concepti tempore evenientis conditionis, *Tiber. Decian. conſ. 1. num. 194. vol. 1. Albert. Leonin. conſ. 97. n. 33. Marzar. conſ. 28. n. 15. Albert. Brun. de ſtat. exclud. fœmin. art. 13. n. 32. Bald. in cap. 1. n. 5. verſ. Et dixit Iacob, de eo qui ſib. & hered. ſuis, Palac. Rub. in repet. Rubr. de don. inter. §. 69. n. 33. Baeç. de non melior. filiab. rat. dot. cap. 10. num. 5. Gregor. Lop. in l. 3. tit. 13. col. 8. verſ. Quid autem ſi filius, Didac. Per. in l. 1. tit. 6. lib. 1. Ordin. verſ. Probatur etiam.*

26 Denique cùm ſucceſsio trãſit in deſcendentem eiuſdem generis, cui teſtator indulſit, abſque dubio eſt eo ſolo reperto, & ſine oppoſitore legitimo, cùm vacat feudum, vel maioratus; quamvis poſteà naſcatur, non impedire, nec annihilare illam acquiſitionem ſemel perfectam, ſeu conſummatam, *Cravet. conſ. 984. num. 174. verſ. Conſequens, vol. 6. Cephal. conſ. 318. num. 23. Natta conſil. 675. num. 13. & 74. Decian. conſ. 60. num. 9. vol. 1. Iacob. Berret. conſ. 27. num. 4. Albert. Leonin. d. conſ. 97. n. 24.* cui ſubſcripſerunt omnes *DD.* egregiæ Vniverſitatis Lovanienſ. *Feder. Scot. reſp. 1. n. 254. lib. 2. verſ. Cõtraria Pauli, & aliorũ, tom. 1. Menoch. conſ. 413. n. 61. vol. 5. Mand. Albenſ. conſil. 106. num. 17. & 18. lib. 1. Hieron. Zaneh. in l. heredes mei, §. cùm ita, 4. par. num. 224. & 226. D. ad Treb. Sim. de Praet. de interpr. ult. volunt. lib. 5. interp. 2. dub. 2. num. 102. Crot. in l. filiusfamilias, §. Divi, num. 164. Ferd. Loaz. num. 197. D. de leg. 1. Curt. Iun. conſ 58. num. 12. Rot. diverſ. lib. 1. deciſ. 38. num. 1.*

27 Hinc reſultat, quòd etiam in caſibus, ubi fœminæ in defectum maſculorum vocatæ ſunt, ſi deficiente maſculo tempore vacantis ſuccedat fœmina, non vincit eã maſculus poſteà ſuperveniens; licèt eſſet excluſurus, ſi natus reperiretur; veluti expendit *Bald. in cap. 1. n. 5. de eo qui ſib. & hered ſuis, Iacobat. in tract. de feud. §. & fœminis, num. 17. Molin. lib. 3. cap. 10. num. 13. Monſer. de ſucceſſ. requi. num. 33. Cald. Pereir. de nomin. emphyt. quæſt. 24. num. 89.* quod protinus ſine intermiſsione aliqua defertur ſequenti poſt obitum anterioris, *l. 1. §. ſi intra centeſimum, D. de ſucceſſ. edict.* ibi: *Si mortuus ſit prior, ſtatim ſequens admitti debet*: egregiè *Ioan. de Monte Sperel. conſ. 1. nu. 22.* Hæc ſunt, quæ pro prima opinione urgêre videntur.

28 Sed pro ſecunda premunt ſequentia. Primò, *text. in l. 45. Taur.* ibi: *Que muerto el tenedor del mayorazgo, paſſe la poſſeſſion civil i natural en el ſiguiente en grado, que ſegun la diſpoſicion del miſmo mayorazgo debiere ſuceder, aunque aya otro tomado la poſſeſſiõ en vida del tenedor, ò deſ-*
29 *pues de muerto.* Ergo non habet pro ſequenti vivum, & natum tempore mortis ultimi poſſeſſoris, ſi ſecundùm ordinem linearum, & vocationum conſtitutarum ab erectore non debuerit ſuccedere, ſed re ipsâ conſtat maioratum diſtribui in lineas correſpondentes primogenituræ, & reſpectu eius perpetuitatis in unaquaque linea de per ſe comprehendi omnes tam natos, quàm naſcituros; & donec poſsibile fuerit extare ſucceſſorem primæ lineæ, non venit tempus ſecundę, & illarum ſeries conditionem non ſolùm ſuſpenſivam, ſed etiam poſteriorum, ſeu remotiorũ ex-
30 cluſivam efficit. Quia gradus ſubalterni nunquam poſſunt primo gradui adiungi; nam ordo facit conditionem, unde primus in ordine excludit poſteriores, *Bald. in l. cùm in teſtamento, num. 1. verſ. Quæritur, an poſſit, D. de hæred. inſtit. Pontan. de fideicomm. cap. 28. nu. 39.* ubi reſolvit, diſpoſitiones lineales nunquam deferre fideicommiſſum ſecundæ lineæ donec non fuerit inhabilitata prima taliter, ut non valeat habêri ſpes eius introductionis in aliquo tempore.
31 Quoniam ordo datus lineis, qui tractũ ſucceſsivum præſupponit, inducit caſua-

ſualem conditionem, cuius natura ſuſ-
pendit gradus inferiores, uſque dum ſit
totalis impoſsibilitas; ut primi naſcan-
tur, formentur, & admittantur; & om-
nes leges, quæ limitãtur ad natos, cùm
teſtator moritur, aut cùm ultimus poſ-
ſeſſor, loquuntur de ſucceſsionibus de-
latis à *legibus 12. Tabul.* quæ proximio-
res tunc natos dumtaxat reſpiciebant:
porrò cùm ſint diſpoſitiones incluſivæ
cuiuslibet filij, ac nepotis præſentis, ac
futuri, nullus deſcendens ſecundi voca-
ti locũ habet, donec potuerint eſſe deſ-
cendentes primi, licèt exiſtat exillinc
à multis annis. Idemq́; adnotavit *Guid.*
32 *Pap. decis. 612. num. 2.* Igitur toties quo-
ties ſupervenerit quilibet deſcendens
lineæ favorabilioris, & dilectioris, quã-
vis ſequentis, ſicut iam natus maioratũ
præoccupet, ademptutus eſt bonorum
poſſeſsionem; hicque ordo linealis ſuſ-
pendit irrevocabilitatẽ dominij in præ-
occupãte, donec poſsit venire, aut naſci
alia perſona, quæ ſi cum eo concurre-
33 ret, eum excluſiſſet. Quia non reſpicit
lex nudum eventum prioris exiſtentiæ,
ſed originalem locum, & aptitudinem
prioris incluſionis, ibi: *Que ſe traſpaſſe
la poſſeſſion civil i natural en el ſiguiente
en grado, que ſegun la diſpoſicion del mayo-
razgo debiere ſuceder, aunque otro aya to-
mado la poſſeſſion en vida del tenedor del*
34 *mayorazgo, ò èl muerto.* Itaque etſi con-
tingat deficere heredes lineæ primæ,
cùm vacat maioratus per mortem ulti-
mi poſſeſſoris, ſi eſt potentia proxima,
vel remota, ut ex illa aliquis superve-
niat, ſemper manet eius prærogativa
impediendo ſolâ ſpe digreſsionem ad
lineam diverſam, *Hippolyt. Riminald.
conſ. 564. n. 13.* uſque *ad fin. vol. 5. Vinc.
de Franch. decis. 169. num. 12. & 13. Ca-
rol. Ruin. conſ. 22. num. 12.* uſque *ad 15.
vol. 2. Iacob. Nig. de gradib. ſucceſſ. cap.
28. num. 33. Alex. Raud. de analog. lib. 1.
cap. 34. num. 313.* uſque ad *332. Surd. cõſ.
125. n. 57. vol. 1.* qui textibus contrarijs
reſpondit; ſicut *Hippolyt. d. conſ. 564.* Au-
thoribus pro primâ opinione laudatis.

35 Et quamvis *Molin. lib. 3. cap. 10. num.
44. & 45.* in caſu mortis cõcludat, quòd
ſi tempore vacantis non erat natus deſ-
cendens primæ lineæ, erit irrevocabilis
ſucceſſor ſequentis, ad quem translata
fuit per *l. Taur.* poſſeſsio civilis & natu-
ralis, & in caſu contraventionis idem
erit, ſi obtinuerit ſententiam, & occu-
paverit bona, antequàm naſcatur alia
perſona melioris lineæ; realiter in am-
bobus caſibus à præceptis legalibus
36 deviat, loquiturque adverſus certiores
opiniones, & communiores, quia dare
translationem legalem in gradu ſequẽ-
ti in defectum primi, non impedit no-
ſtrum conceptum, videlicet, quòd in-
telligatur translatio revocabilis, ſi fi-
lius naſceretur, vel nepos lineę anterio-
ris; qui ſecundùm clauſulas, ſi natus eſ-
ſet, debebat ſuccedere: & igitur *l. 45.*
attendit ordinem graduum conſtituro-
rum in maioratu: hic ſenſus naſcitur ab
ipſa lege, ſicut videmus in quæſtione,
quam proponit *Iſern. in cap. 1. de eo qui
ſibi, vel her. ſuis maſc. poſt gloſſ.* ibi in ca-
ſu, quo ſunt prælati maſculi fœminis
dubitat, ſi ſuccedente fœminâ in defe-
ctum maſculorum, ſuperveniẽte poſteà
maſculo, amittet ſucceſsionem acqui-
ſitam, & reſolvit, quòd ſic, *Mart. Laud.
in eodem cap. 1. num. 11. Prapoſit. num. 3.*
37 ubi adfirmat, quòd exiſtente vocatione
graduali, ut in defectum cuiuſdam li-
neæ qualificatæ admittatur alia infe-
rior, ſemper ſequens in gradu, cuius ſuc-
ceſsio fuit anticipata propter non exi-
ſtentiam in præcedenti linea heredis
vivi, nec nati, acquirit dominium, cum
propria conditione graduum, & linearũ
factarum à defuncto, ſcilicet, quòd do-
nec primi deficiant, non admittantur
poſteriores; & ſic admiſsio donec dila-
ta fuit conceptio, & nativitas heredis
ſuperioris, procedet limitatè, ut naſ-
cendo devolvatur feudum, aut maiora-
tus ad primum ordinem, & recuperet
naſcens, quod ad diverſam perſonam
translatum fuit; quæ non potuiſſet cum
eo concurrere, ſi tunc natus; vel con-
cep-

ceptus eſſet, *Valent. Forſter. de ſucceſſ. ab inteſt. lib. 3. cap. 19. n. 12. Iacob. de Sanct. Georg. in tract. de feud. verb. & fœmin. numer. 17.* ubi hanc opinionem in ſecreto iuris veriorem eſſe profiretur, *Celſ. Hug. conſ. 26. num. 48. verſ. Et hæc uſque adeò verum eſt, fol. 72. Franc. Curt. de feud. 3. par. quæſt. 16. Petr. Surd. deciſ. 230. num. 11. & 12.* & idem agnovit *Molin. d. lib. 3. cap. 10. num. 25.* ſed ſe ſtatim involvit *in num. 36.* uſque *ad 42. cum l. 45. Taur.* quæ non permittit pendêre poſſeſsionẽ maioratuum; ſed protinùs eam transfert ad gradum ſubſequentem, & ſi reminiſceretur naturæ feudorum, vidêret in illis propriam regulam: quoniam poſſeſsio feudalis continuatur in ſequenti ſucceſſore ipſo iure, *Bald. in l. cùm in antiquioribus, num. 18. verſ. Decimò, C. de iur. deliber. Iaſ. in l. quoties, num. 32. C. de reivind. Ioſeph. Cumia de ſucceſſ. feud. in cap. ſi aliquem, num. 101. fol. 333. Molin. Theolog. diſp. 634. tom. 3.* in terminis.

38 Sequitur ergo, quòd ſi tranſitus ad ſequentem gradum per miniſterium, & operationem legis faceret ſemper irrevocabile eius dominium, fœmina filia ultimi poſſeſſoris, ad quam tũc propter defectum maſculi tranſivit feudum naturaliter ſine neceſſaria apprehenſione exteriori conſervatura erat bona, quãvis naſceretur maſculus ex alia fœmina; cùm privilegium lineæ illi faveat; & velox trãslationis legalis curſus. Sed
39 *DD.* conſiderant non eſſe incompatibile operari legem, & tranſire poſſeſsionẽ ad fœminam immediatam eius patri cum qualitate reſtituendi eam viro cuiuſcunque lineę, quæ ſuperveniret, dũmodò ſit deſcendens à fundatore: quia inveſtitura fuit, quòd ſuccederent fœminæ in defectum maſculorum: quam doctrinam acutiſsimè exornat *Marta de ſucceſſ. legal. 1. par. q. 1. art. 3. n. 10.* uſque *ad 15.*

40 Eſſentia tandem maioratus non debet eſſe in pendenti, hoc eſt, exiſtere, aut non exiſtere maioratum, poſt fundationem inſtitutionemque erectoris,
ſed effectus ſucceſsionis benè poſſunt
eſſe ſuſpenſi ſecundùm accidentia, quæ
fuerint oblata ad correſpondendum in-
tentioni proprij teſtatoris, ſeu facultati
& privilegio perſonæ magis dilectæ, &
melioris qualitatis, quæ in tempore fu-
turo ſupervenire valeat; quæ ſi accedat,
excludit illum, qui propter eius defe-
ctum, cùm eſſet minoris pręrogativę,
41 hereditatem occupaverat. Quia ordi-
narium axioma eſt, attendi tẽpus mor-
tis, in quo ſuccedit vacans, ex volunta-
te tamen diſponentis tardius produci
l. 19. D. de condit. & demonſtr. ut adnota-
vimus.

42 Tandem iam animadvertere oportet, an ſi maioratus metu ſit conſtitutus, & de eo filij, ſeu uxor poſt viri obitum conquerantur, inefficax reddatur? Quam quæſtionem adfirmativè reſolvit *Molin. lib. 2. de Hiſpan. primogen. cap. 3. à num. 9.* Tamen ſi metus reverentialis exiſtat, dictat non eſſe ſufficientem ad invalidationem, niſi cum eo minæ & verba iniurioſa concurrant; aut ſi is, cui reverentia debetur, nimis crudelis ſit, & ſævitiam præſeferat; & ijs abſtractis enormiſsima læſio adſtet.

43 Quæ quidem ſententia (ſalvâ eius pace dixerim) non eſt tenẽda, cùm metus reverentialis gravis ſit ad invalidationem, ut alibi probavimus, & in eam inclinet *Molin. Theolog. diſp. 578. num. 29. tom. 3.*

44 Obſervandum eſt, maioratum metu inſtitutum, in quò iam filius primogenitus ſucceſsit, eo metu à parente illato, annullandum eſſe, quamvis filius ipſe natu maior cæteris fratribus nullũ metũ incuſſerit: eſt enim actio quod metus causâ, in rem ſcripta; ideòque adverſus quemcunque poſſeſſorem, qui metũ non incuſſerit, exercêri poterit; quarenus ex ipſo metu locupletior effectus fuit, *l. metum autem præſentem, §. fin. cum duabus legib. ſeqq.* & utrobique per *Scrib. D. hoc tit.*

45 Verùm ſi in tali maioratu metu conſtituto iuramentum interveniat, ab illo ab-

abſolutio petenda non eſt, unde non debet audiri *Molin. dict. cap. 3. num. 13.* hanc veritatem oppugnans, cùm quotidiana praxis contrarium edoceat, ut *ipſe* teſtatur, *& Covarr. lib. 1. variar. cap. 4. num. 7. & de ſponſ. 2. par. cap. 3. §. 5. num. 2.* & alij paſsim.

46 Iterum quærendum eſt, ſi pater revocet maioratum, quem priùs in unius filij favorem effecerit, & in alium cōſtituat perſuaſionibus illius, in cuius favorem fuit ſecundo loco inſtitutus, an teneat iſte ſecundus maioratus, & alius ſit revocatus?

47 In qua quæſtione dupliciter diſtingui debet. Primò, quòd ſi filius ſecundus, in quem ſecundo loco pater facit maioratum, blanditijs licitis & honeſtis patrem attraxerit, ut in eum maioratum conſtituat, & à primo revocet, in iſto caſu ſecūdus maioratus valebit, & primus non habebit effectum: quod probatur *ex l. ultim. D. ſi quis aliquem teſtar. probibuer. & in l. fin. C. eod* ibi: *Iudicium uxoris in ſe p ovocaverit maritali ſermone, non eſt criminoſum*, *Burſat. cōſ. 189.* facit *text. in cap. ultim. qui cler. vel vovent. Menoch. conſ. 442. num. 58. lib. 4. Socin. Iun. conſ. 183. num. 5. lib. 2.* & eſt notabilis *l. 27. tit. 1. par. 6.* ibi: *Sin premia, ni fuerça no le fizieſſe, mas rogandole por buenas palabras lo adduxeſſe*: tradit *Navarr. in Manual. prælud. 6. num. 8. & cap. 17. num. 70. & cap. 26. num. 36. Ripa reſp. 133. num. 12.*

48 Et hoc quidem corroboratur ex eo, quòd tutor blando ſermone teſtatorem inducere poteſt, ut relinquat ſibi, quod pupillo relinquere volebat, ſecundùm *Cynum, Alber. & Salicet. in l. quidquid, C. arbit. tut. Baeç. de decim. tut. cap. 2. numer. 129. Bellon. conſ. 73. num. 7. Durand. de art. teſt. tit. de acquir. vel repud. hered. caut. 4. num. 4. Hippolyt. ſing. 526. Bern. Diaz reg. 798. Suar. alleg. 20. num. 20. Cavale. de tut. & curat. num. 280.*

49 Secundò, ſi perſuaſiones illius filij, in cuius favorem pater ſecundum maioratum fecerit, ſint cauteloſæ, vel in illis inſit dolus, vel fraus, primus maioratus non erit revocatus, quaſi pater non faceret illum ſecundum maioratum, niſi intervenirēt perſuaſiones illę fraudulentæ, captioſæ, & fallaces, ad quod probandum inducitur *text. in l. Lucius Titius, §. Sempronia, D. de legat. 2.* ubi probatur, quòd quando quis dolo induxit teſtatorem, qui primo loco volebat alium heredem inſtituere, ut illud mutaret, & perſuadentem inſtitueret, ſuccurritur actione de dolo illi, quem primitùs teſtator volebat heredem inſtituere, *dict. l. 27. tit. 1. p. 6. Clem. 1. § quibus etiam, de privil.* confirmat *Ripa reſp. 134. num. 11. Gabr. conſ. 90. num 7.* notáter *Neviz. in ſilv. nupt. lib. 4. num. 39. Ludovic. de Molin. de inſtit. & iur. diſp. 135. Sforz. de reſtit. in integ. par. 2. quæſt. 58. art. 8. num. 43.* latè proſequitur *Mier. de maiorat. 1. par. q. 25. tota.*

50 Ratio eſt, quia nimia perſuaſio filij inducentis parentem, ut revocet maioratum, maximè ſi ſit valdè ſenex, habetur loco coactionis, & compulſionis, *l. 1. §. perſuadere, D. de ſerv. corrup. l. eum qui, C. de apoſt. l. unica, C. de rapt. virg.* notat in pulchro caſu *Caſt. conſ. 174. n. 3. lib. 1. Socin conſ. 263. lib. 2.* & alij, quos refert *Cravet. conſ. 192. num. 1. Peralt. in l. ſi quis, in princip. num. 94. D. de leg. 3. Sylveſt. verb. Ludus, quæſt. 9. num. 9. Iaſ. in l. 1. §. ſi vir uxori, D. de acquir. poſſ.*

51 Minor probatio perſuaſionis, ſeu minor perſuaſio eſt efficacior in matre, quàm in patre, ad hoc ut eius prætextu maioratus primitùs factus revocatus non dicatur: quia fœmina eſt mutabilis, *cap. forus, de verb. ſignif. l. filia, C. de inoffic. teſtam. Tiraq. in l. 1. conn. p. 1. gloſſ. 1. num. 70. cum ſeqq. & l. 9. gloſſ. 1. par. 9. num. 129. Perez in Rubr. tit. 4 gloſſ. 1. pag. 110. lib. 1. Ordinam. & l. 1. gloſſ. 1. pag. 86. tit. 2. lib. 5. Menoch. lib. 6. præſumpt. 37. num. 42. & lib. 4. præſumpt. 165. numer. 22. Azeved. in l. 7. num. 20. tit. 9. lib. 3. nov. Recopil. Delrio Mag. lib. 5. quæſt. 13. Peralt. in l. Lucius Titius, §. Lucius Titius in 1. num. 36. D. de leg. 2.*

52 Et quâ facilitate inducitur ad faciendum actum, perſuadetur ad revocandū, notat *Dec. conſ.239. num.2. per l. ſi mulier, C. ad Vellei. l.d. li mali, §. diverſum, D. de except.* faciunt ſcripta per *Bertazol. clauſ.7. gloſſ.4.*

53 Notandum etiam eſt, quòd quando pater revocat maioratum à primo, & conſtituit in ſecundo, eſt quædam præſumptio, & conjectura revocationem fuiſſe factam perſuaſionibus ſecundi: parer enim potiùs præſumitur diligere filium primogenitum, quàm ſequentes, *Geneſ. cap.27.* ibi: *Ecce odor filij mei, ſicut odor. &c.* & poſteà, *Det tibi Deus de rore cœli, & de pinguedine terræ abundantiam frumēti, & olei: eſto dominus fratrū tuorū, & incurventur ante te, &c.* & ad hoc eſt bona *l.2. tit.15. par.2. Tiraq. de primog in princ. num.37. cum ſeqq. Menoch. conſ.434. num.37. lib.5. Mier. dict. quæſt. 25. à num.47.* cum ſeq.

54 Succedit altera indagatio, quid verò dicendum ſit, ſi precibus, & ſuaſionibus alterius tertij, puta uxoris, motus pater filium communem melioravit etiā iure maioratus? Quo quidem caſu magis atque magis filijs primi matrimonij iura favent in eorum favorem præſumendo, quod ex verbis *l.4. D. de inoffic. teſtam.* vidère licet, ibi: *Non eſt enim conſentiendum parentibus, qui iniuriam adverſus liberos ſuos teſtamento inducunt, quod plerumque faciunt malignè circa ſanguinem ſuum inferentes iudiciū novercalibus delinimētis inſtigationibúſve corrupti*: ex quo textu notat *Bald.* ibi, præ-

55 ſumptionem eſſe contra novercas, & ſimiliter *Angel.* in eas inſurgit, quæ per falſas ſuggeſtiones maritum ad iniuriā proprio ſanguini faciendam inducunt: & *Paul.* ibi ait notandum, novercam eſſe privignorum inimicam, & eius ſuaſionibus patrem contra filium aliquid feciſſe, & non eſſe tolerandū, eleganter *Petr. Peeb. de teſtam. coniug. lib.1. cap.9. num.9. cum ſeq.* (& mulieris vis ad pervincendum virum demonſtrat in facto Samſonis victo à Dalila, *Ambroſ. epiſt. 170. Fern. in Geneſ. tom.1. cap.3. ſect.2. fol. 335. col.1.* comptè *Plato dial.10. de Repub.* ibi: *An ille mihi liber videatur, cui mulier imperat, cui leges imponit, præſcribit, iubet, vetat, quod videtur. Qui nihil imperanti negari poteſt, nihil recuſare audet, poſcit, dandum eſt, vocat veniendum, eijcit abeundum, minatur extimeſcendum. Ego verò iſtum modò ſervum, etiam ſi in ampliſſima familia natus ſit, appellandum puto*: mirè *Sherlogus in Cantic. antel. 4. ſect.4. num.28. fol. 116. col.2.* ubi de vi

56 mulierum.) Quæ verba *Pauli* notandiſſima eſſe, cùm inducat ex illâ lege generalem præſumptionem, ſcribit *Petr. Peralt. in l. ſi quis in principio teſtamenti, num.219. D. de leg.2.* notabiliter *Rebuff. 2. tom. ad cōſtit. Reg. tit. de ceſſ. action. art. 2. gloſſ.3. n.16. Maſcard. de probat. concl. 112. n.1. cum ſeqq. Cagnol. in l. hoc colore, num.9. cū ſeq. D. de inoffic. teſtam. Alberic. in dict. l.4.* dicit: *Nota veridicam legem, quæ decidit parentes ad iniuriam filiorum propter blanditias, & deceptiones novercarum moveri*: & *Peralt. ubi ſup.* verbum illud, *Veridicam*, expendit, quòd ideo dixerit, quia præſumptionem illam pro

57 veritate habuit, id eſt, præſumptionem eſſe iuris, & de iure, contra quam probatio non admittitur, *l. antiquæ, C. ad S.C. Vellei. l. à D. Pio, §. ſi pignora, D. de re iud. gloſſ. in l. ult. verb. Præſumptionibus, D. hoc noſtr. tit. & in cap. ferrum, 50. diſt. Bald. conſ.250. num.16. lib.1. Tuſch. litt. P. concluſ.614. Maſcar. de probation. concl. 1223. num.2. & 3. Menoch. lib.1. præſumpt. 60. num. 11.* Quia & proba-

58 tionis, & confeſsionis vim habet, mirus text. *in l. ſi qui adulterij, in fin. C. ad leg. Iul. de adult. Alvarad. de conject. ment. defunct. lib.2. cap.3. num.44. & ſeqq.* Contra novercas plura ſingularia ſcribit *Tiber. Decian. in pract. crimin. tom.1. lib. 3. cap.25. num.83. Montalv. in l. ult. tit. 11. lib.1. Fori, Ripa in cap. ſæpè, num.81. de reſtit. ſpoliat. Menoch. de recup. remed. 9. num.58.* eleganter *Senec.* matrem al-

59 loquens *in conſolat. cap.2.* ibi: *Crevisti ſub noverca, quam tu quidem omni obſequio, &*

& pietate quanta, vel in filia conſpici po-
teſt, matrem fieri coëgiſti; nulli tamen non
magno conſtitit & bona noverca: & ab-
ſolutè dixit *Menand. in ſentent. Comic.*
Græc.cap.24. Nullum maius malũ nover-
60 *ca.* Sibaritis tulit *legẽ Charondas.* ut qui
liberis novercam ſuperinduxiſſet à cõ-
ſilio Senatus, & patriæ ſubmoveretur,
nunquam ab eo exiſtimans patriam re-
ctà, ac ſalubria conſilia ſperare poſſe,
qui liberis olim proprijs malè cõſuluiſ-
ſet, refert *Diodor.Sicul.lib.12. Bibliotb.*
61 Dixerunt Antiquiorum quidam, no-
vercam quaſi novam arcam nuncupari,
gloſſ.in §.ſocrum, Inſtit.de nupt. Meliùs
tamen quaſi nova, vel recens princeps:
ea enim (ut inquit *Petr.Greg.lib.9.ſyn-*
tagm.cap.26.num.31.) in domum tradu-
62 cta mariti prioris matrimonij liberis
nititur abrogare imperium, ut ſibi &
ſuis adroget, ſtatim inſtituens bellum,
& odium irreconciliabile in eos, quos
ſuis impedimento eſſe arbitratur; quod
63 inſigniter exprimit *Euripides in Al-*
ceſte:

Inimica enim eſt ſubiens noverca liberos
Priores, vipera nihilo mitior. —

64 Abijt in Proverbium, *Novercale o-*
dium, pro truci inimicitia; & apud *Cor-*
nel.Tacit. 1. Ann. Novercales manus; &
apud *Senec. lib.4. controv.6. Novercales*
oculi; proque inſigni malo *noverca*, ut

Dies quandoque parens, quandoque no-
verca.

Nec potuit Canidiæ veneficæ odium
ſupremũ exprimere ſignificantiùs *Ho-*
rat.lib.Epod.Od.5.

Quid ut noverca me intueris?

De *novercis* eleganter agit *Pat. Ioann.*
Ludov.de la Cerda in comment.ad Virgil.
tom.1. Eclog.3.n.7.fol.49.Valenç. conſil.
86.num.15. Senec.lib.4. cont. 29. Helio-
dor. lib.1. Hiſt. Æthiop. fol.17. cum ſeq.
Delrio ad Senec. in Hippol. ℣. 335. fol.
153.

65 Liberis alienis ſummopere nocent.
Agrippina à Claudio Cæſare ſuperin-
ducta protinùs operam dedit, ut eius fi-
lius Domitius Nero ab eo adoptare-
tur, & id conſecuta, ei imperium parẽs
ſtatim è cõſpectu matris ſubduxit Ger-
manicum è prima uxore natum, atque
verita, ne contra quam moliretur, acci-
deret, immendicabile venenum mari-
to, Locuſtę veneficę ope, in Boleto por-
rexit, *Dion Caſſ. lib.60.* Dehinc & Ger-
manicum & eius ſorores interfecit abſ-
condito mariti teſtamento, *Xiphilin.*
in Nerone.

66 Haud ſolùm liberis alienis noverca
præiudiciũ gignit; verùm & ſæpè, quæ
nuptias repetit, proprijs officit, & fœ-
minæ immoderatæ, & intemperantes,
plerumque novis maritis non ſolùm res
filiorum, ſed eius vitam addicunt, ut ait
Conſtantinus Cæſar in l. lex quæ tutores
22.§.lex enim, C.de admin.tut.Ioan.Gri-
bell.deciſ. Dolan.40. num.28. Ideò cùm
Septitia mater Trachalorum filijs ira-
ta, & in contumeliam eorum, cùm iam
parere non poſſit, Publio ſeni admodum
nupſiſſet, poſteà quoque utrumque te-
ſtamento præterijſſet, aditus Auguſtus
& nuptias mulieris, & ſuprema iudicia
improbavit, *Valer.Maxim. lib.7.cap.7.*
67 Hinc adnotari oportet, quòd novercæ
beneficium pro malis artibus etiam in
iure noſtro capitur *in l.ex damno, § quo-*
ties, de damn. infect. & in l. inter, D. de
furt. & in l.27-C.de inoff. teſt. Gutber. de
offic. dom. Auguſt. lib.1. cap. 37.fol. 187.
& 188.

68 Hinc quæri debet, an educatio filio-
rum remaneat apud matrem ad ſecun-
das convolantem nuptias?

Filiorum educatio, illorumque dire-
ctio ad bonos mores ſummopere com-
mendata exſtat lege Divina, *Geneſ.*
cap.9.& 19. & lib.1. Reg.cap.23. & 28.
& Tob.cap.4.& 1.Paralip.cap.28.& Ec-
cleſ.cap.7. & 30. Natvrali, *l.1.§. ius*
naturale, D.de iuſt. & iur. Civili, *l. ſi*
quis à liberis. D.de liberis agnoſcendis, l.2.
C.de infantib.expoſit. & Regia, *l.1.tit.*
9.part.4. cum pluribus adductis *à Divo*
Ambroſ. & alijs *ſanctis Patribus*, poſt
Ariſtot.lib.5. Politic.cap.9. & lib.8. cap.
1. Xenophont. in Cyrop. Laërtium, lib. 2.

caſ.

cap.8.& lib.5. cap.1. & 5. Plutarc.in libell.de liberor.educatione, Ælian.lib.12. de var. hiſtor. & à Noſtris *in l. 1. C. ubi pupill. educ. debeat*: latè *Gutierr.* poſt alios, *de tutel.2. par. cap.3.à num.1.& ſeq. Eſcobar de ratiocinijs, cap.22.num.5.*

69 Et ſic in huius quæſtionis reſolutione ſolummodò debet attendi, ubi meliùs ad benè, beatèque reliquam vitam peragendam filij imbuantur diſciplinâ, ut poſt ſuperiùs adlatos, & alios notarũt elegantiſsimè *Adam Contzen lib. 3. Politic. cap. 1. & ſeqq. & Carol. Scriban. in inſtit. Politic. Chriſt.cap.1 Sherlog.in Cant. anteloq. 5.ſect. 5. numer. 112.fol. 230.* His ità habitis, guſtatiſque.

70 Adverſus matrem eſt *text. in l. 1. C. ubi pupillus educar. debeat.* ibi: *Educatio pupillorum tuorum nulli magis, quàm matri eorum, ſi non vitricum eis induxerit, committenda eſt*: ubi *Bald. l. 19.tit.16.part.6. Cravet. conſil.18.num. 3.& 11.& conſil.190.num.6. Curt. Iun. conſil. 94. numer. 9. Franc. Marc. deciſ. 612. par.2. Spin.in ſpecul.teſtament. gloſſ. 29.num.13. Menoch.caſ.168. numer.10. Gig.conſil.36.numer.12.Surd.de aliment. titul.4.queſt.18. num.15. Gregor.in dict. l. 19. gloſſ.1. Gutierr.de tut.par.2.cap.8. à num. 21. Carroc. deciſ.129. à numer.9. Ioann. Petr. Fontanel. de pact. nuptial. clauſ. 5.gloſſ.8.par. 11.tom. 2.* & in patre idem tenet *Ioſeph. Ramon. conſil. 4. num.76. verſ. Quamquam, in fine.* Quia per tranſitum ad ſecunda vota lex diffidit de matre, *l. lex quæ tutores, §. lex enim, C.de adminiſtr. tutor.* ibi: *Lex enim non ſolùm contra tutores, ſed etiam contra fœminas immoderatas, atque intemperantes proſpexit minoribus, quæ plerumque novis maritis non ſolùm res filiorum, ſed etiam vitam addicunt.* Docet *Guid.Pap. deciſ. 539. num. 2. Franc. Marc.deciſ.131.num.3.par. 1. D.Mart. in D. noviſſ. tom. 5. tit. pupillus, cap. 5. Bacc.de decim.tut.cap.4.num.54.*

71 Sed pro matre conſtanter tenendum eſt: non obſtat *d.l.1.* nam poſt quàm regulam de matris prælatione generalē protulit in educatione filiorum, ſtatim reſtrictionem adiecit, ibi: *Si non vitricum eis induxerit*: & animadvertens ſecundò nuptam (qui caſus limitationis extitit) eã ſublimitavit, ibi: *Quando autē inter eam, & cognatos & tutores ſuper hoc orta fuerit dubitatio, aditus Præſes Provinciæ, inſpecta perſonarum qualitate, & conditione, perpendet, ubi puer educari de-
72 beat.* Quaſi diceret, quòd ſi matre ſecũdo nuptâ inter eam, cognatoſque pupilli, & tutores concertatio ſuper educatione fuerit, in iudicis maneat arbitrio eam matri tradere. Dictio enim, *inter eam*, repetit qualitatem proximam præcedentem, ſcilicet inter eã, quæ vitricum filijs induxit, ſicque intellexerunt *d.l.1.gloſſ.* ibi, *verb. Quando autē*, & ibi *Alberic. num.3.* ſequitur *Paul. in l. ſi paterno, num.3. C.de negot. geſt. Ripa in l. ex facta, num.66.D.de vulg. Bald.in l.omnem, n.11, C.ad Tertul. Angel. in §.actionum, Inſtit.de act. q.31. n.48. Curt. Iun. conſ.94.num.9.Greg. in d.l.19.verb. Que caſare, tit.16. par.6, Surd.de aliment. tit. 4. quæſt.13. num. 18. Gutierr.de tutel. 2. par.cap.8.num.22. Cald. in l. ſi curatorē, verb. Sine curatore, num. 110, Molin. de iuſt. & iur. tom. 1. diſputat. 224. col. 2. Thom, Sanch.* fusè & latè, *tom.2.diſp.88. num.17.* meliùs & abundantiùs omnibus *Annæus Robert.lib.1.rer.iudic.cap.8.* ubi eleganter advertit in fundamentis pro Męvia.

73 Quod quidem cõfirmatur. Primò ex eo, quòd licèt ius præſumat patrem ad ſecundas tranſeuntē nuptias amittere primorum filiorum amorem, *ex l.4. D. de inoffic.teſt.* non ei illorũ educatio admitur, ut docent *Matienç. in l.3. gloſſ.2. n.8.tit.1. lib.5. Recop. Spin. in ſpec. gloſſ. 29.num.14.Sanch.d.quæſt.88.n.20.* Ergo multò minùs matri, quam, quamvis ſecundò nubat, indebito filiorum amore non defecturam ſperare debemus. Quo argumento utitur eruditè *Robert. d.cap. 8.pag.142.*

74 Secundò, nã cũ ſit fortior pręſumptio quæ contra vitricum reſultat, ut ei pri-

vignorum educatio denegetur, *Mainard. deciſ. Tholoſan. 29. lib. 3. Ioann. Aloiſ. Ricc. collect. deciſ. 1214. par. 4.* eleganter *S. Ephren ſerm. de pœnitent.* ibi: *Vitricus enim cùm ſit, alienis filijs non parcit*; tamen ſi de eo nihil fœdi ſuſpicari poſsit, poteſt ei credi educario, ut conſtat *ex l. ſi paterno 15. C. de negot. geſt.* ibi: *Si paterno adfectu privignas tuas aluiſti*: & ibi notat *Paul. num. 3. Alex. num. 1. not. 2. Bald. in l. omnem, num. 11. C. ad Tertull. Curt. Iun. conſ. 94. num. 9. Greg. in d. l. 19. verb. Que caſare, tit. 16. par. 6. Cald. in l. ſi curatorē n. 110. verb. Sine curatore, Ant. Fab. in ſuo Cod. tit. ubi pupillus educari debeat, definit. unic.* exornat varia referens exempla *Robert. ſup. pag. 143. Dionyſ. Gothofred. in dict. l. 1. litt. O.* noviſsimè *Perez de Lara in compēd. vita homin. cap. 19. num. 15. verſ. Sed & vitrico.*

Nec ſuperioribus refragatur *dict. l. 19. tit. 16. par. 6.* quę eſt intelligenda eodem modo, quo *l. 1. C. ub. pup.* ut obſervant *Montalv. & Greg.* ibi, *Matienç. in l. 3. tit. 1. gloſſ. 2. num. 8. lib. 5. Recop. Sanch. dict. diſp. 88. num. 17.*

Pro matre ſtant diverſorum Tribunalium deciſiva teſtimonia, ut vidêre licet ex *Seraphin. deciſ. 1357. Franch. deciſ. 350. num. 3. Vivius deciſ. 16.* & multoties deciſum in Senatu Pariſienſi refert *Annaeus Robert.* ſæpè laudatus, *cap. 8. pag. 141. & lib. 1. rerum iudic. cap. 9. in fin.* & in Cancellaria Granatenſi iudicatum adfirmat *Thomas Sanchez dict. num. 17. Franc. Leo deciſ. Valent. 201. tom. 2.*

Sed animadverti debet, pupillum educandum non eſſe apud eum, qui ei ſucceſſurus eſt, ex generali diſpoſitione *text. in l. 1. §. & ſolet, l. penult. D. ubi pup. educ. l. 2. C. eod. l. 19. tit. 16. par. 6.* ibi: *E que ſea tal, que muriendo el moço, no aya derecho de heredar lo ſuyo. Corn. conſ. 175. num. 13. verſ. Quintò quia, lib. 3. & conſil. 198. num. 20. lib. 1. Guid. Pap. quæſt. 539. Menoch. caſ. 198. num. 15. Berous conſil. 180. n. 2. lib. 2. Ramon. dict. conſ. 4. num. 25. & 26. Valenç. conſ. 36. num. 39. cum ſiqq.* Vnde Perſius:

--- Pupillúmve utinā quē proximus heres Impello, expungam. ---

Et ſanè iſta iuris reſolutio maximâ innititur ęquitate, ne ſcilicet detur occaſio inſidiandi vitæ pupilli *dict. legib.* Etenim malæ educationis periculum lōgè præponderat provenienti ex mala adminiſtratione. Nam iſtud eſt diminutionis, ſubverſionis, ſeu amiſsionis rei familiaris; illud vitæ minoris, ut poſt *Iacob. Cuiac.* diſertè notat *Ant. Fab. in ſcholijs ad definitionem 1. lib. 5. tit. 30. ſui Cod. Paul. Chriſtin. deciſ. Belg. 160. numer. 4. vol. 3.*

75 Et quòd mater ſit filij educatione privanda ob ſpem ſucceſsionis, *Aimon. conſ. 18. num. 3. Gutier. poſt Surd. & alios 2. par. de tut. cap. 8. num. 17. Franc. Leo d. deciſ. 201. num. 15. Sanch. d. quæſt. 88. num. 19. in fin.* ubi dicit, maiori morū honeſtate lucêre debêre ne illi educatio denegetur; & ex *Salic. & Bald.* tradit *Vrſil. ad Afflict. deciſ. 183. num. 2. Peregr. deciſ. 28. num. 4.* ſed *in verſ. Notandum iſt* adſeverat, cum *Barbat. conſ. 61. à num. 3. vol. 3.* ſuſpicionem in matre non cadere, *Flam. Cartar. deciſ. Gen. 133. numer. 13.*

76 Denique tota hæc materia iudicis arbitrio relinquitur, *l. 1. D. ubi pup. educ.* cum multis ſimilibus, *Menoch. de arbitrar. caſ. 168. Surd. Cavalc. Curt. Iun. Cravet. Franc. Marc. Seraphin. Franch.* congeſti *à Franc. Leon. dict. deciſ. 201. à numer. 4. Pariſ. conſil. 56. Ioann. Aloiſ. Ricc. collect. deciſ. 455. par. 2. & 1940. par. 5. Paul. Chriſtin. dict. deciſ. 160. num. 5. Tuſch. pract. tom. 6. concluſ. 977. num. 32. litter. P. Ramon dict. conſil. 4. num. 54. Ioan. Maria Novar. collect. 79.* qui perpenſis circumſtātijs iudicium proferet. Nā ſi mater nobilis ſit, nulla de eâ oritur ſuſpicio, ut ex multis *Tiraq. de nobilit. cap. 30.* vel ſi ſummâ virtute coruſcet. Ex qua vera nobilitas ſumit originem, *Epicharmus apud Stobeum*, ibi: *Quiſquis ſuaptè natura proclivis ad bona*

bona fuerit, nobilis eſt, quamvis matre genitus Æthiope. D. Anſelm. de contempt. mund.

Nobilis eſt animi quiſquis virtute refulget:
Degener eſt ſolus, cui mala vita placet.
Nec genus, aut mores veneratur Curia cœli:
Et cœlum iu ſtus, non generoſus habet.

Senec. epiſt. 44. Piebar. in tract. de nobilit. comm. num. 76. Vincent. Turturet. de nobilit. Gentil. lib. 1. cap. 8. Sberlog. in Cantic. antel. 4. ſect. 3. fol. 115.

77 Iam fax accenditur reſolutioni, & matrem educatione arcendam non eſſe iudico, niſi fœda ſuſpicio, aut odium filiorum intercedant, aut ex aliquibus cauſis præſumantur, vel deducantur.

78 Huic contigua eſt & alia quæſtio: An mater, quæ ad ſecunda vota migravit defuncto ſecundo viro, poſsit iterum reaſſumere filiorum tutelam?

79 Diſſentientium ſunt in hac quæſtione Authorum ſententiæ, quas componendas ſuſcipimus, ut nulla ſubſit deinceps dubitatio.

80 Et primâ fronte videtur aſſerendum, matrem (quæ per tranſitum ad ſecunda vota filiorum tutelam amittit, *Authent. ſacramentum, C. quando mul. tut. offic. fung. poſſ. l. 5. tit. 16. par. 6. l. fin. tit. 7. lib. 3. For.* cum multis, *Melch. de Baeç. in tract. de decim. tut. cap. 4. num. 50. Ioan. Matienç. in l. 3. gloſſ. 2. num. 9. tit. 1. lib. 5. Recop. Ioan. Gut. de tut. 1. par. cap. 9. toto. Ant. Fab. in ſuo Cod. lib. 5. tit. 21. definit. 2. Ioan. Pet. Font. tom. 2. de pact. nupt. clauſ. 5. gloſſ. 8. par. 11. à num. 8. cum plurib. ſeq. Carot. caſu, ſeu deciſ. 129.*)

81 Etiam ſi contraxerit ſponſalia de futuro; plures, quos refert *Thom. Sanch. de matrim. tom. 2. diſp. 88. num. 5. in princip. Gutierr. dict. cap. 9. à num. 4. cum aliquib. ſeq.* licèt contrarium proferat cum alijs *Eſcob. de ratiocin. cap. 6. à num. 3.* reaſſumere nequire tutelam. Nam cùm ipſo iure adimatur, ut probãt innumeri laudati ab *Aug. Barboſ. in cap. ex parte M. 67. num. 3. de appellat.* nullæ remanent reliquię, *l. tutelas, D. de cap. minut.* ac per conſequens nulla actio ad reaſſumptionem, cùm etiam ipſo facto videatur ei renuntiare per nuptum, eleganter *Bald. in dict. Authent. ſacramentum, n. 1. circa fin.* quæ opinio fuit *Pet. & Cyn. in Auth. matri & aviæ, num. 8. q. ult. C. quand. mul. tut. offic. fung. poſſ.* quos ſequitur *Myſing. cent. 3. obſerv. 83.* refert *Ariſmin. Tepat. tom. 2. var. tit. 469. cap. 8. D. Marta in Dig. noviſſ. tom. 5. tit. tutela, cap. 4.* & ità deciſum dicit *Peguera deciſ. Cathal. 166. tota, Ioann. Aloiſ. Ricc. collect. deciſ. 315. par. 1. Tiraq. de ceſſ. cauſa, limit. 12. num. 8. Surd. conſ. 175. num. 29. vol. 2.*

82 Et ſic ſtante renuntiatione nunquam ampliùs admitti debet: quia renuntiantibus iura ſua non datur regreſſus, *l. quæritur, §. ſi venditor, D. de ædilit. edict. l. Herennius, in princip. D. de evict. l. fin. de remiſſ. pign. gloſſ. in cap. quàm ſit periculoſum 7. q. 1. & in l. quoties ab omnibus, C. de fideicomm. Covar. lib. 2. variar. cap. 4. n. 1. Mari. Ant. variar. lib. 1. reſol. 104. num. 14. Ioan. Ant. Mang. in tract. de imput. quæſt. 91. num. 7.* & quòd tutela ſemel repudiata nunquam reſtituatur, voluit *Speculat. in ſuo ſpecul. tit. de tut. §. nunc dicendum, verſ. Quid ſi mater, Salicet. in d. Authent. ſacramentum, num. 6. Cyn. in d. Auth. matri & aviæ, num. 9. Surd. deciſ. 106. num. 20.*

83 Quàmplura I. C. reſponſa hoc dicterium communiunt: & in primis *l. homo liber 21. D. de ſtat. hom.* ibi: *Homo liber, qui ſe vendidit, manumiſſus non ad ſuũ ſtatum revertitur, quo ſe abdicavit*: igitur ſi mulier ſecundo orbetur viro, ad tutelam aditus non fiet.

84 Secundò, *l. fin. D. de evict.* ibi: *Si alienam rem mihi tradideris, & eandem prò derelicto habuero, amitti authoritatẽ, id eſt actionem, pro evictione placet*: ergo ſi re habitâ pro derelicto amittitur actio, ſimiliter muliere tutelam derelinquẽte per ſecundas nuptias amittetur, ut nũquam pateat ad reaſſumptionem.

85 Tertiò, *l. ſi pater filiũ, D. de adoption.* ibi: *Si pater filium ex quo nepos illi eſt in*

poteſtate emancipaverit, & poſteà eum adoptaverit, mortuo eo, nepos in patris non revertitur poteſtatem. Nec is nepos in patris revertitur poteſtatem, quem avus retinuerit filio dato in adoptionem, quem denuò redadoptavit. Ex quo clarè percipitur, & arguitur, quòd licèt mater ad viduitatis ſtatum revertatur, nullo modo poſsit iterùm reaſſumere tutelam, cùm filius emancipatus retentus ab avo non reincidat in patris poteſtatem, eo mortuo; licèt redadoptatus exiſtat: ſemel enim de paternis ſacris extractus fuit.

86 Quartò, *l. 2. §. ei qui 4. D. de cap. min.* ibi: *Ei qui debitorem ſuum adrogavit, non reſtituitur actio in eum, poſtquàm ſui iuris fiat.* Depromitur evidenter ex eo, quòd licèt mater ſui iuris, vel poteſtatis denuò exiſtat, actionem non reſtitui, ut alterà vice filiorum tutelam reaſſumat.

87 Quintò, *l. Lucius Titius 22. D. de legat. 2.* ubi Lucius Titius teſtator in ſuo elogio Publio Mævio, *Militiam ſuam, ſive pecuniam eius, quæcunque redigi ex venditione eius potuerit cum ſuis commodis*, legavit. Qui ſupervivens militiam vendidit, & pretium exegit, eique dedit, & poſteà obijt: Mevius iterùm militiam, ſeu pretium eius ab heredibus Lucij Titij exigebat, & Celſus exiſtimavit preſtari non oportère.

88 Que deciſio Conſulti ſuadetur ex eo, quòd obligatio ſolutione tollitur, *l. verborum obligatio 107. l. ſolutam, D. de ſolut. l. obſignatione 9. C. eod. l. pupillus, D. ad leg. Falcid. princip. Inſtit. quibus mod. toll. obligat.* & actio nō ſuſcitatur iterū, *l. eius qui delatorem, §. fin. D de furt. Tiraq. in l. ſi unquam, verb. Suſceperit liberos, num. 191. in fin. C. de revoc. donat. Zaneb. in l. heredes mei, §. cùm ita, par. 8. num. 161. D. ad Trebell. Surd. deciſ. 113. num. 4.* & ſic cùm Mævius exſolutus eſſet, nulla illi remanſit actio ad iterùm petendum legatum. Igitur ſi mulier per nuptum tutelam amittit, licèt poſt mortem ſecundi viri peritionem eius repetat, non eſt admittenda, cùm ſine actione experiatur, *l. ſi pupilli, §. videamus, D. de negot. geſt. l. quoties, §. qui temporali, D. de admin. tut. Gomez. tom. 2. var. cap. 11. n. 24. Seſſe deciſ. 189. num. 2. Tuſch. pract. tom. 1. litt. A. concl. 109.* cum relatis à *Velaſc. in Axiom. iur. litt. A. num. 79.*

89 Sextò & ultimò, *l. ſervi electione 5. D. de leg. 1.* Vbi ſemel factâ electione, non poteſt variari. *Quia omne ius legati prima teſtatione, qua ſumere ſe dixiſſet, cōſumpſit*, eleganter *Labeo in l. apud Aufbidium 20. D. de opt. leg.* Quid ergo clarius ad rem? Nam ſi mulier per ſecundas nuptias ius tutelæ amiſit, nullo modo ad id regreſſum habêre quivit. *Ruin. conſ. 86. num. 5. lib. 5. Menoch.* cum alijs, *conſ. 278. n. 15. tom. 3.*

90 Nuper relatæ ſententiæ alia opponitur, quæ dictat, mulierem poſſe iterùm reaſſumere tutelā. Cuius opinionis præcipuus Author adſtat *Speculator in ſpecul. lib. 1. par. 3. tit. de tutor. §. nunc dicendum, num. 7.* quem ſequuntur *Angel. in Authent. matri, & avia, & Ioan. Fab. in Authent. ſacramentum, C. quando mulier tutelæ officio fungi poſſit. Alexand. in addit. ad Bart. in l. ſciant, C. ad Tert. Marant. in repetit. l. is poteſt 15. n. 253. D. de acquir. hered.*

91 Pro qua ſententia advertas ſequentia. Primò, quòd ſi mater per ſecundas nuptias inhabilis manêret ad reaſſumendā tutelam; eſſet quodammodò illas punire contra expreſſas Canonicas Sanctiones non deteſtantes, *cap. cùm ſecundùm Apoſtolum*, (ubi cum infinitis *Aug. Barboſ.*) *de ſecund. nupt. cap. aperiant, cap. Deus maſculum 31. q. 1.* eleganter *Annæ. Robert. lib. 1. rer. iudicat. cap. 8. pag. 139.* ibi: *Lex Divina parentibus filiorum charitatē commendat, ſi liberorum charitatē ſecundæ nuptiæ tollerent; non utique Divino Numini gratæ eſſent, neque uno omniū conſenſu permitterentur.*

92 Quamobrem non eſt punienda ex eo quòd benè fecit, *l. Gracchus, C. ad leg. Iul. de adult. l. illud, D. quod quiſque iur. Cardin. Tuſch. tom. 6. litter. P. concluſ. 208. Campanil. in diverſ. Iur. Canon. rubric. 11. cap. 33. numer. 26. verſ. Inſuper, Fla-*

Flamin. de confid. q. 5. num. 47. Mar. Anton. variar. lib. 3. reſol. 42. num. 2. Steph. Graf. cap. 960. num. 15. tom. 5.

93 Secundò, causâ ceſſante ceſſare debet effectus, *l. adigere*, §. *quamvis*, *D. de iur. patron. Velaſc. in Axiom. iuris, litt. C. à num. 40. cum ſeqq.* & ideò ſi mater orbata virò exiſtat, repetere tutelam debet. Conducit perbellè *text. in l. tutores*, §. *curatores*, *D. de adminiſtrat. tutor.* ubi aſſerit *Papinian. Procuratores adoleſcentis mutui periculi gratia cautionem invicem ſibi præbuerunt, & in eam rem pignora dederunt. Cùm officio depoſito ſolvendo fuiſſent, irritam cautionem eſſe factam, & pignoris vinculum ſolutum adparuit*, eò quòd ſublatâ causâ tollatur effectus.

94 Tertiò, auxiliatur huic *text. in l. fin. C. de ſentent. paſſ.* ubi patria poteſtas redintegratur per reſtitutionem: ergò ſimiliter tutelæ redintegratio locũ habère ſecundo viro defuncto debet.

95 Quartò, ſi tutela legitima caſu amittitur, ceſſante caſu, redintegratur à iure; probat expreſsè *text. in l. ſi quis ſub conditione* 11. §. *fin.* ibi: *Planè ſi duo pluréſve fuerint tutores teſtamentarij, in locum eius, qui deceſſit, vel in civitate eſſe deſijt, poterit dari alius; cæterùm ſi nullus ſuperſit, vel in civitate ſit, legitima tutela ſuccedit, D. de teſtamentaria tutel.*

96 Quintò facit *l. ſi eborus 79.* §. *area legata, D. de leg. 3.* ibi: *Area legata ſi inædificata medio tempore fuerit, ac rurſus area ſit, quamquam tunc peti non poterat, nunc tamen debetur.*

97 Sextò, favet *text. in l. in tantum 6.* ibi: *Alioquin ædificio dilapſo quaſi iure poſtliminij revertitur locus in priſtinã cauſam, D. de rer. diviſ. l. 2. C. de reivind.* ibi: *Si fuerit diſſolutum, eius materia ad priſtinũ dominium reddit.*

98 Septimò, adſtipulatur *l. ſi totas 5. C. de inoffic. donat.* ubi loquens Imperator de inofficioſis donationibus reducendis, & moderandis uſque ad debitum bonorum ſubſidium dicit, quòd tota res reducta ad patrimonium parentis revertatur, ibi: *Ut filij, vel nepotes poſteà ex quocunque legitimo matrimonio nati debitum bonorum ſubſidium conſequantur, ad patrimonium tuum revertetur.*

99 Quibus hæc opinio fomentũ & robur accipit.

Sed ne ſint DD. diſsidentes ſententiæ, ſic componas. Nam opinio Speculatoris procedit, cùm filij nullum habent tutorem, itaque mater in ſubſidium admittitur; quâ de causâ eius dictum non oppugnat *Petr. & Cyn.* ſed temperat, quod aſſeverat in matris excluſionem, ſic coniungunt Authores, & ſedant *Salicet. in Authent. ſacra-*
100 *mentum, num. 5. C. quando mul. tut. offic. fung. poſſ. Boër. deciſ. 266. tota, Surd. deciſ. 106. num. 11. Gutierr. dict. cap. 9. num. 26. verſ. Quid ergo tenendum, Anton. Fab. in ſcholijs ad definit. 2. num. 11. tit. 21. lib. 5. ſui Cod. Ariſmin. Tepat. variar. tom. 2. tit. 469. cap. 8. Paul. Chriſtin. deciſ. Belg. 149. à num. 5. vol. 3. Gregor. Lopez in l. 5. gloſſ. 2. tit. 16. part. 6. Iaſ. conſil. 53. numer. 17. volum. 3. Aim. Cravet. conſil. 991. num. 3. vol. 6. Stephan. Bertrand. conſil. 185. num. 3. par. poſteriori, vol. 2.*

101 Quæſtionis nunc eſt, an clericus, vel religioſus, qui non poſſunt ſuccedere in feudis, nec in maioratibus, id non admittentibus ex clauſula expreſſa (ut advertit *Molin. de primogen. lib. 1. cap. 13. num. 99.*) ad ſucceſsionem admittantur, ſi ob metum clericatum, vel religionem adſumerent?

102 Cui quæſtioni adfirmativè reſpondẽdum eſt: nam ſi pater, vel alius, qui poteſt metum incutere, compelleret, vel valdè inſtaret filiũ, ut efficeretur clericus, vel religionem profiteretur, & tũc ob metũ, vel preces importunas conarentur claricatũ adſumere, vel religionem profiteri, ſucceſsio locum habet, eleganter *Bald. in cap. 1. de feud. fœm. in. Vulteius in tract. de feud. lib. 1. cap. 9. numer. 67. verſ. Quintus eſt*, ubi dicit, quòd

hoc procedit, ſi filius ſtatim mortuo patre clericatum deponit, vel religionē deſerit, *Afflict. in cap. 1. num. 10. verſ. Sed dubitabat, ne milite vaſſallo, qui arma depoſuit, Menoch. conſ. 54. num. 39. & 40. & conſ. 519. num. 18. vol. 6. Barbat. in tract. de præſtant. Cardin. par. 1. quæſt. 5. num. 3, Graſſ. de cleric. effect. 4. num. 113.*

103 Ratio eſt, quia quando erat clericus, vel religioſus non erat dominus feudi, vel maioratus, unde non poterat perdere, quod non habebat; *arg. l. denique, D. ex quib. cauſ. maior.* cum ſimilibus.

104 Cæterùm nullo iure adfirmari poterat, quòd dictus clericus, vel religioſus feudum, vel maioratum amitteret ob metum, & dolum in eo admixtum, cùm non ex ſuo libero motu adſumptio ordinis, vel acceptio religionis procederet, eleganter *Rebuff. conſ. 68. & 69.*

105 Verùm ne in hoc fallamur, ſub diſtinctionis apparatu res hæc habenda eſt; nēpè, quòd clericus, vel religioſus nullo iure poſsint à ſucceſsione maioratus excludi, ſi dictus maioratus ex tertio bonorum erectus exiſtat, *ex l. 27. Taur.* probant *Caſtill. lib. 5. variar. cap. 99. & 100. num. 13. Lara in compend. vitæ homin. cap. 30. à num. 121. cum ſeq.* ubi alios laudat.

106 Quâ de causâ etſi metus dictis clerico, vel religioſo incuteretur ad ordinis, & religionis acceptionem, nō ideò excluderentur à ſucceſsione, licèt ordo, & profeſsio tenēret, quæ nullatenus ſubſiſtunt, ut probabimus alibi.

107 Attamen quoties maioratus non eſſet de tertio, & tunc clauſula exprimeretur excluſionis, dictus clericus, vel religioſus ob metū ordinatus, vel profeſſus, in maioratu, vel feudo ſuccederet, ex *dict.*

108 Quod tamen ſublimitati debet in religioſo, qui etſi ſtatim poſt mortem patris religionem non deſerat, admittitur, dummodò id faciat intra quinquenniū à die profeſsionis ex diſpoſitione *Concil. Trident.* ut in ſuo loco latiùs diſpungemus.

SVMMARIVM.

1 *Religioſus ſtatus laudatur.*
2 *Iure Divino fuit conſtitutus.*
3 *In ipſiſmet Apoſtolis initium habuit.*
Quamvis eius perfectio à ſolo Apoſtolorum tempore fuerit, quædam tamē eius adumbratio fuit in lege veteri.
5 *Explicatur ſacer text. in c. 19. Matth.*
6 *Status religioſus Iuris Divini eſt.*
7 *Convincitur Vazquez. & 8. 9.*
10 *Vota ſolennia ſunt de ſtatus religioſi eſſentia.*
11 *Omnia iura de religionis ingreſſu loquētia intelliguntur de religionis ingreſſu per profeſſionem.*
12 *Profeſſio expreſſa verbo, vel ſcripto emittitur.*
13 *Novitius proprijs profeſſorum actibus ſe ſpontè ingerens cenſetur profeſſus.*
14 *Ad profeſſionis tacitæ valorem quinque conditiones requiruntur.*
15 *Vtrùm autem poſt Concil. reperiantur profeſſiones tacitæ, traditur.*
16 *Deferens ſpontè diſtinctiſſimum profeſſorum habitum cenſetur profeſſus.*
17 *Requiritur in coacto tridui perſeverantia.*
Alij negant.
18 *Conciliat opiniones Sanchez.*
19 *Ad profeſſionis valorē profitentis traditio, & poteſtas in accipiēte requiritur.*
20 *Intelligitur text. in cap. conſuluit, qui cler. vel vov.*
21 *Nō eſt ſolius Abbatis ad religionis profeſſionem admittere, ſed exigitur quoq; conſenſus maioris partis Conventus.*
22 *Quādo profeſſio eſt irrita defectu ſolius poteſtatis in admittēte, ſatis eſt ad eius valorē, ut is ratā habeat, nō mutata prioris profeſſi volūtate per actū contrariū.*
23 *Requiritur in profeſſione conſenſus profitentis.*
Furioſus profitendo non obligatur.
24 *Profeſſio ratificatur poſt furorem.*
Negat Abbas.
25 *Spontè quis ingredi debet religionem.*

Pro-

26 Profeſſio gravi metu facta nulla eſt.
27 Votum metu mortis, & gravi factum irritum eſt ipſo iure.
28 Metus extrinſecus non vitiat.
29 Profitens coactus aliquo levi metu etiã extrinſeco tenetur obſervare regulam.
Intra quinquennium debet peti annullari profeſſio.
30 Prædictum quinquennium in profeſſione expreſſa procedit.
31 Non reclamans intra quinquennium propter impedimentũ poteſt reclamare, vel uti remedio reſtitutionis in integrũ.
32 Reſtitutionis petitio debet fieri coram Sanctiſſimo.
Contrarium tenet Cevallos.
33 Profeſſio irrita à principio non poteſt fieri rata, & valida, niſi voluntariè ratificetur.
34 In foro conſcientiæ poſt quinquennij lapſum ex voti vi religionis regulas, nec vota ſervare occultè nõ tenetur ſic profeſſus.
35 Imò nec per promotionem ad ſacros ordines ſi durabat cauſa metus. & 36.
37 A ſeparatis non fit illatio.
38 Explicatur Concil. Trident. & 39.
40 Non ratificatur profeſſio, quæ eſt ipſo iure nulla, niſi profitens ſciret eam eſſe talẽ, & animum haberet eam adprobandi.
42 Epiſcopus debet explorare à virginibus, an profeſſionem emittere valeant, aliàs profeſſio nulla erit.
43 Metus reverentialis annullat profeſſionem. uſq. 49.
50 Negat altera opinio. & 51.
52 Reſpondetur cap. fin. qui cler. vel vov. & 53.
54 Mulier vi & minis coacta religioſum habitum ſuſcipiens ad vota ſervanda nõ tenetur. & 55.
Cogentes fœminas intrare monaſterium educationis cauſa incidunt in excommunicationem Concilij. ibi.
Profitens per metum poteſt deſerere religionem, ibi.
Et etiam per preces importunas, ibi.
Commiſſiones in Curia Romana pro aſſerentibus ſe coactè vi, metu, vel ob paternam reverentiam, ſive timorem religionem ingreſſos fuiſſe expediuntur, ibi.
56 Exiens à religione ob ſævitias Abbatis non eſt apoſtata. uſque 66.
67 An apoſtata gaudeat fori privilegio. uſque 99.
Religioſus profeſſus per metum an gaudeat fori privilegio.
Religioſus propter timorem habitum eijciens, ut ſi tranſiret pro loca periculoſa, in quibus ſi cognoſceretur periculũ vitæ pateretur, non eſt apoſtata. ibi.
100 Filius ob egeſtatem patris poteſt religionem deſerere.

CAPVT X.

De Profeſsione.

1 RELIGIONIS ſtatum (quē eſſe perfectionis per tria vota perpetuò adipiſcendę docuit *D. Tho. 2. 2. q. 186. art. 1. ad 4. & art. 3. & 4.* ſequuntur, & explicãt *Bellarm. to. 2. cont. lib. 2. de Monach. cap. 2. in initio, Sãch. to. 2. Decal. lib. 5. cap. 1. n. 14. cũ ſeq. Baſil. de matr. lib. 7. cap. 4. toto.*) & profeſsionem perfectiſsimam ſeculi abrenuntiationem, & opus excellentiſsimum univerſa alia vitæ humanæ ſuperans, dixit *D. Bernard. lib. de præcept. & diſp. ad fin.* quod ſummis laudibus extollũt *Baſil. conſtit. Monaſtic. cap. 19. S. Aug. lib. de morib. Eccleſ. cap. 3.* eruditè *Leonard. Leſſ. in opuſc. de ſtat. vit. delig. quæſt. 3. tota.*

2 Iure Divino fuit conſtitutus, quem CHRISTVS Dominus noſter alijs prædicavit, & ſequendũ propoſuit, ut ex multis *SS. PP.* & Scripturæ locis probant *Bellarm. d. lib. 2. de Monach. c. 4. Platus de bono ſtat. religioſ. lib. 2. cap. 20. Vazquez 1. 2. quæſt. 96. diſp. 165. cap. 5. à num. 44. uſque ad 49. Azor lib. 11. inſt. moral. cap. 23. quæſt. 5. Baſil. dict. lib. 7. cap. 3. toto.*

3 Atque in ipſiſmet Apoſtolis initiũ habuit tribus illis paupertatis, caſtitatis, & obedientiæ votis adſtrictis docent

DD. communi ſenſu, *S. Thom. 2. 2. quæſt. 88. art. 4. ad 3. & quæſt. 188. art. 7.* voviſſe ait religionis ſtatum, quando CHRISTVM relictis omnibus ſecuti ſunt, *Palud. in 4. diſt. 38. quæſt. 1. defin. 5. concl. 3. Vvaldenſ. de Sacram. tit. 9. cap. 83. num. 4. & 5. Auguſt. Triumph. in ſumm. de poteſt. Eccleſ. quæſt. 84. art. 1.* & alijs ſeqq. *Alvar. Pelag. lib. 2. de Planct. Eccleſ. cap. 56. Cliebtov. in opuſc. de laud. Monaſt. Religion. cap. 3. Albert. Pighius de vot. Monaſt. controv. 14. Ioan. Dried. de Dogmatib. lib. 4. cap. 5. par. 5. Albert. Pius lib. 5.* qui eſt *de Monach. litt. E. Oſſius Cardin. in confeſſ. Polonic. cap. 88. Ambroſ. Catber. lib. 2. contr. Caiet. Franc. Turrian. lib. 5. pro epiſt. Pontif. cap. 2. Alan. dialog. 2. cap. 3. 4. 5. 6. 7. Alphonſ. de Caſtr. adverſ. hæreſ. verb. Votum, Domin. Sot. lib. 7. de iuſtit. quæſt. 5. art. 1.* poſt *6. concl. 3. & quæſt. 2. art. 2. ad 3. & quæſt. 6. art. 1. ad 1. Alphonſ. Salmer. tom. 8. in novum Teſtam. tract. 52. in ſolut. 8. obiect. Orant. lib. 5. contra Calvin. cap. 24.* prope fin. *Bell. ubi ſup. cap. 5. Platus d. cap. 20. Greg. de Valenc. 2. 2. diſp. 10. gen. quæſt. 4. punct. 1. cap. 1. & in controv. lib. de ſtat. & vot. Religioſ. cap. 2. Ioan. Azor tom. 1. inſtit. moral. lib. 11. cap. 23. quæſt. 8. Navarr. in Apolog. de reddit. contra Sarmient. quæſt. 1. mon. 9. & ſeq. in 4. comm. de regul. cap. 29. & 30. Gabr. Vazq. tom. 2. diſp. 165. cap. 5. à num. 44.* eleganter & doctè probat *Baſil. dict. lib. 7. cap. 2. toto.*

4 Et quamvis eius perfectio à ſolo Apoſtolorum tempore fuerit, quædam tamen eius adumbratio fuit in lege veteri, ut latè probat *Platus de ſtat. Relig. lib. 2. cap. 19.* imò ante diluvium probat *Bellarm. dict. lib. 2. cap. 5.*

5 Quod confirmat expreſsè ſacer *text. in cap. 19. Matth.* in illis verbis: *Ecce nos reliquimus omnia, & ſecuti ſumus te*; quibus tria indicantur vota; nam in illo, OMNIA, tam terrena bona, quàm uxores intelliguntur. *Quorſum enim* (ut inquit *Hieronym. lib. 1. contra Iovinian.*) CHRISTVS *poſteà de præmio ob uxores relictas ſermonem tuliſſet, niſi in illo omnia uxores etiam intellexiſſet?* Sic ergo in illo, OMNIA, Diſcipulorum paupertas, & caſtitas: in illo verò, ET SECVTI SVMVS TE, perfecta obedientia agnoſcitur; cōptiſsimè *Baſil. variar. diſp. 1. par. quæſt. 3. ſchol. cap. 3. fol. 40.* unde ſtatum perfectum cum tribus votis ab Apoſtolis accepit Elias, *Ioſeph. Antioch. lib. 1. de perfect. milit. prim. Eccleſ. cap. 12. D. Iſidor. de Monach. Sherlog. in Cantic. antel. 7. ſubſect. 3. num. 130. fol. 362.*

6 Ex quo fluit ſtatum Religioſum Iuris Divini eſſe, quidquid in contrarium promat *Gabr. Vazquez tom. 2. in 1. 2. diſp. 165. cap. 5. num. 48.* dupliciter diſtinguens, quatenus exiſtimat, quòd ſi eum excogitari inſtituere eſt, & invenire, aliiſque ſequendum proponere, de Iure Divino eſſe; ſi verò inſtituere ſtatum Religionis, idem ſit, quòd reverâ illum erigere ſub alicuius capitis poteſtate, & iuriſdictione dicendum eſſe inſtitutionem huius ſtatus non eſſe factam à CHRISTO DOMINO; neque Iuris Divini, ſed tamen Eccleſiaſtici eſſe.

7 Huius fundamentum eſt, quia ad ſtatum Religioſum requiritur iuriſdictio, ratione cuius Prælatus acceptans vota ſub ſua poteſtate contineat ſubditum. Ea autem iuriſdictio conferri non poteſt ex vi votorum, neque ex natura rei, ſed tantùm ex voluntate Pontificis ad id habentis poteſtatem.

8 Evidenter convincitur *Vazquez* ex eo, quod dictum eſt ex ſanctis Patribus, & Authoribus ſuperiùs congeſtis dicētibus CHRISTVM DOMINVM inſtituiſſe, & Apoſtolos verè religioſos fuiſſe; ergo non ſolùm inſtituit, ſed etiam erexit; ſi enim erant veri religioſi; igitur cum obedientiæ voto, neque enim ſine eo religio conſtat; quare non tantùm eius ſtatus prædicatio, ſed etiā erectio

9 à CHRISTO eſt. Nam Apoſtolos verè religioſos fuiſſe, & ſine capite, cuius iuriſdictioni parērent, repugnans eſt: ita eruditè philoſophatur *Baſil. dict. lib. 7. cap. 3.* per totum.

10 Hinc adverti debet, vota ſolennia eſ-

eſſe de ſtatus religioſi eſſentia; probati videtur ex *Clem. 1.* in initio, *de religioſ. domib.* ubi cùm *text.* quaſdam mulieres non eſſe religioſas decidat, reddit rationem his verbis: *Neque profiteantur aliquam regulam adprobatam*; & clariùs *in cap. religioſo, ad fin. de ſentent. excomm. in 6.* ibi: *Quamvis is, qui religionem ingreditur, religioſus cenſeri cum effectu non poſſit, donec ſit tacitè vel expreſsè profeſſus*; *cap. porrectum, de regul.* ibi: *Cùm monachum non faciat habitus, ſed profeſſio*: ubi *gloſſ. verb. Monachum*: tradunt *Caiet. 2. 2. quæſt. 188. art. 1. circa ſolutionem ad 4. & Sot. lib. 7. de iuſt. quæſt. 5. art. 1. concl. 8. Navarr. in cap. non dicatis 12. q. 1. num. 15. Sanch. in ſumm. lib. 5. cap. 1. num. 22. Campanill. in diverſ. Iur. Canon. lib. 12. cap. 4. num. 5. Bellet. diſquiſit. cleric. par. 1. tit. de diſciplin. cleric. §. 15. num. 10. Azor inſt. moral. 1. par. lib. 12. c. 2. q. 3. Aug. Barboſ. in dict. cap. porrectum, n. 2.*

11 Cui addendum eſt, omnia iura de religionis ingreſſu loquentia, intelligi de religionis ingreſſu per profeſsionẽ, ut paſsim dictant *DD.* quaſi compertum habeant, ſolâ profeſsione fieri quempiã religioſum, atque ita videntur ſentire *D. Thom. 2. 2. quæſt. ult. art. 2. ad 1. gloſſ. in cap. 1. verb. Dedicanda, de relig. domib. D. Anton. 3. par. tit. 16. cap. 3.* ſtatim *in princ. Sylveſt. verb. Votũ 4. q. 5. verb. Religio 1. in princ. & verb. Religio 3. initio, Angel. Tabien. & Armill. eod. verb. n. 1.*

12 Bifariam profeſsio emitti poteſt, aut expreſsè, aut tacitè: expreſsè, quoties verbo, vel ſcripto emittitur; aut tacitè faciendo aliqua profeſsis propria, & peculiaria, atque eandem obligationem utraque parit, *cap. vidua, cap. ad noſtram, de regularib. cap. unico, de vot. lib. 6. cap. 2. de regul. eod. lib.* benè explicat *Sanch. tom. 2. Decal. lib. 5. cap. 3.* ubi de expreſsâ agit. Nos tamen de tacitâ tractabimus, & conditiones ad illam requiſitas proponemus.

13 Certum eſt, novitiũ ſe proprijs profeſſorum actibus ſpontè ingerentẽ cenſeri profeſſum, tradunt *Tiraq. de iur. marit. gloſ. 7. num. 52. Palat. Rub. in repet. Rubr. de donat. int. rubr. 57. num. 4 Valdes ad Suar. par. 2. pag. 96. Navarr. conſ. 5. num. 9. ſub tit. de ijs quæ vi, & conſ. 41. ad fin. de regularib. Menoch. lib. 6. præſumpt. 83. num. 5. Maſcard. de probat. cõcl. 1237. num. 19. Azor inſtit. moral. par. 1. lib. 12. cap. 2. quæſt. 3. & cap. 4. quæſt. 3. Valer. Reginald. in prax. for. pœnit. lib. 18. n. 386. Sanch. de matrim. lib. 6. diſp. 14. num. 20.* & latè *tom. 1. Decal. lib. 2. cap. 3. à num. 14. Fr. Ludovic. à Mirand. in Man. Pra-*
14 *lat. tom. 1. quæſt. 24. art. 8.* advertentes præcipui duo ultimi ad cuiuſcũque profeſsionis tacitæ valorem præmittendas eſſe quinque conditiones generaliter petitas. PRIMA, ut actus per quem tacita profeſsio induci debet, fiat authoritate & conſenſu eius, cuius eſt in eam religionem admittere. SECVNDA, ut ſpontaneâ voluntate fiant ea, per quæ profeſsio tacita eſt inducẽda. TERTIA, ut ea ſcienter fiant, nempè, ut ijs actibus utens norit eos ad ſolos profeſſos pertinêre. QVARTA, ut ijs actibus utẽs verum profitẽdi animũ habeat. QVINTA & VLTIMA, ut ijs profeſſorum actibus utens ſit conſtitutus in legitimâ ætate iure petitâ ad profeſsionis expreſsę valorem.

15 Vtrùm autem nunc poſt *Concil. Trident. ſeſſ. 25. de regul. cap. 15. & 16.* reperiantur ſic tacitæ profeſsiones, & aliquã vim habeant? Quæſtio eſt ad præſens inſtitutum non contemnenda; in qua dicendum videtur, per illud non tolli profeſsiones tacitas, ſed in ſuo priſtino valore manêre, dũmodò inducatur trãſacto novitiatus anno, & expletis ſexdecim ætatis profitentis annis, ut docent *Navar. ſub tit. de regul. conſ. 35. numer. 5. & conſ. 28. num. 5. Sorb. in compend. privil. Mendic. verb. Novitius, poſt 3. notab. §. 1. aliquid operatur, Menoch. conſ. 396. num. 12. Fr. Eman. in ſumm. to. 2. cap. 8. num. 1. & quæſtion. regul. tom. 3. quæſt. 17. art. 1. in fin. & art. 2. Azor inſt. moral. par. 1. lib. 12. cap. 4. quæſt. 6. Humad. in l. 7. gloſſ. 3. num. 1. tit. 7. par. 1. Gal-*

Gallet.verb. Profiteri 4.Sancb.dict. lib.2. cap 3.num.36.Fr.Ludovic. Mirand.dict. quæſt.24.art.12.

16 Tacita profeſsio ex eo facta cẽſetur, cùm quis ſciens,& prudens defert ſpontè triduo diſtinctiſsimum profeſſorum habitum;ſcilicet,qui eſt patẽter diſtinctus in colore , ſciſſurâ , vel formâ à veſtitu,& habitu novitiorum, ut per *Azor Inſtit.moral.1.par.lib.12.cap.4.q.3.verſ. Altero modo,Valer.Reginald.in prax.for. pœnit. lib. 18. num. 386. verſ. Secundus, Sancb.tom.2. Decal.lib.5.cap.3. num.24. Baſil.de impedim.matrim.cap.5.in fin.*ubi etiam dicit poſt *Concil. Trid.* hunc tacitę profeſsionis modum ceſſaſſe.

17 An autẽ ad huiuſmodi tacitã profeſſionẽ requiratur tridui perſeverantia in eo actuum exercitio;adfirmant quidam ex eo,quòd petatur *in d.cap.ad noſtrã,de regul.*ad tacitæ profeſsionis ex habitus profeſſorum delatione prę ſumptionem: alij autem negant; quia id nõ petitur *in d.cap.vidua,eod.tit.*ut refert *Azor d.cap. 4.quæſt.3.*

Verùm *Sancb.d. cap.3.n.21.* poſt *Navar.4.de regul.n.73.* & alios , utramque ſententiam ità eſſe conciliandã exiſtimat, ſi concurrant hæc duo, nempè ad-
18 ſumptio habitus peculiaris profeſsis, & exercitiũ actus illis ſolis ; ſive iure, ſive conſuetudine competentis nõ exigitur tridui perſeverãtia,& ſic procedit *text. in d.cap.vidua*, quia ad eam profeſsionẽ præſumendam ponderavit aſſumptionẽ habitus,& oblationem cũ alijs monialibus, quæ ſolis profeſsis competebant; ac nulla tamen dui mentio fit. Quod ſi alterutrum ſolùm ex his cõcurrat, opus eſt eâ tridui perſeverantiâ, atque in his terminis procedat *text.in d.c. ad noſtrã,* ubi *Aug.Barboſ.*ſimiliter adnotavit.

19 Non ſufficit ad profeſsionis valorem ſola profitẽtis traditio,ſed oportet quoque adeſſe perſonam habentẽ poteſtatẽ acceptandi nomine ipſius religionis, illamque obligandi ipſi profitenti , firmant *Azor inſt.moral. p.1.lib.12. cap.5. q.3. Valer. Reginald. in prax. for. pœnit. lib.18.num.385.Sancb.dict.tom.2.lib.5. cap.4.à num.62. Aug. Barboſ. in cap. porrectum 13.num.3.de regul.*

20 Haud obſtat *text.in cap.conſuluit,qui cleric.vel vovent.*dum ait,profeſsionem emitti poſſe ſuper altare,quia intelligitur acceptante eo,qui habet poteſtatẽ admittendi ad religionem , ut benè docent *in d.cap. porrectum Innoc.n.5.Ioan. Andr.num.4.Hoſtienſ.num.13. Abb.n.10. Ancbarr.à num.3. Henric.in fin. Sylveſt. verb.Religio 3.q.18.dict.2. Navarr.cõm. 4.de regul. num. 74.* quos refert & ſequitur *Sancb.dict.cap.4.num.62.in fine.*

21 Imò non ſolius Abbatis eſt ad religionis profeſsionẽ admittere , ſed exigitur quoque conſenſus maioris partis Convẽtus,ut per *Anton.Cucb.lib.3.inſt. Maior.tit.1. num.59.Eman. Sà in ſumm. verb. Religio, num.65. Lap. alleg.31. n 3. Navarr. ſub tit. de conſtit.conſ.9. à num. 19.& cõm.3. de regul.n.5. Spin.in ſpecul. teſtam.gloſſ.12. princ. num.2. & 3. Azor d.lib.12.cap.20.q.ult. Menocb.lib.6.præſumpt.83 num.9.cum ſeqq. Leſſ.de iuſt. & iur.lib.2.cap.41.dubit.7.n.61.Fr.Eman. quæſt.regul.tom.3.q.17.art.7.* quorum aliquos congerit *Sancb. d.cap.4. num.65.*

22 Vtrùm autẽ quando profeſsio eſt irrita defectu ſolius poteſtatis in admittẽte,ſatis eſt ad eius valorem , ut is ratam habeat non mutatâ priori profeſsi volũtate per actum contrarium? Reſpondẽt adfirmativè *in d cap. porrectum Innoc. n.5.Ioan. Andr.n.4.Henr.n.5.& Ancbar. n.6. Navar. ſub tit.de regular.conſ.6.n.7. & conſ.40. n.7. Azor d.lib.12. cap.5. q.7. Fr.Eman.in ſumm.tom.2.cap.8.n.13.cõl. 12.& to.3. q.17.art.12.* plures, quos refert & ſequitur *Sancius dict.cap.4. n.80.*

23 Requiritur in profeſsione conſenſus profitentis,ut advertit *Thom.Sãcb. tom. 2.Decal.lib.5. c.4.* quâ de causâ furioſus profitendo nõ obligatur, niſi factus ſanæ mentis ratũ habuerit, ut per *Boer. deciſ. 23.n.69.Azor inſt.moral. p.1. lib.12.cap. 2.q.5.Sancb.to.1.Decal.lib.4.cap.1. num. 5.& ubi ſup. num.53.Aug. Barboſ.in cap. ſicut 15.*per *text.*ibi *num.2.de regularib.*

Du-

24 Dubium reverâ eſt, an ratificetur ea profeſsio, ſi ille ſic profeſſus ad ſanã mẽtem rediens, conſciuſque profeſsionis à ſe emiſſæ non contradicat, aut habitum profeſſorũ non deponat? Nonnulli adfirmativè reſolvunt, ut *Hoſt. & Anchar. in d. c. ſicut, in fin. Andr. & Zabarell. n. 2.* ſed negativè, meritòque *Abb.* ibi, *num. 4. Sylveſt. verb. Religio 5. q. 2. Azor d. q. 5.* poſt *Concil. Trid. ſeſſ. 25. de reg. cap. 15.* nõ erit locus huic tacitæ profeſsioni; niſi quando ante furorem præmiſſus erat integer novitiatus annus, vel poſt ſanam mentẽ præmittitur, ut advertit *Sanch. dict. lib. 5. cap. 4. num. 53. in fin.*

25 Spontè religionem quis ingredi debet, *cap. proclivis 20. q. 3.* quâ de causâ profeſsio gravi metu facta nulla eſt, *text. in cap. 1.* ubi *gloſſ. fin. & Abb. num. 3.* extrà, *hoc tit. Proſp. Farin. deciſ. 175. n. 5. par. 1. Valer. Reginald. in prax. for. pœnit. lib. 18. num. 373. in fin. Bonac. de clauſur. & pœn. eam violantib. q. 2. punct. 10. Sanctarell. var. quæſt. 48. tota, Fr. Bart. di Vecch. in prax. ſervanda in admittẽdis ad religionis ſtat. novit. diſp. 13. dubit. 12. numer. 1. Rebuff. conſ. 68. & 69. Ponte conſ. 11. num. 19. vol. 2. Oter. 2. par. quæſt. 18. Auguſt. Barboſ. in cap. 1. num. 3. de regularib. Cardoſ. in prax. verb. Regularis, num. 10. Oſſuald. in Donell. lib. 15. comment. cap. 38. litt. G. Villal. 2. par. ſumm. tract. 35. diffic. 23. Ioan. Aloiſ. Ricc.* cum plurib. *in prax. rer. quotid. reſol. 401.*

26 Ratio eſt, quia votum metu mortis, & gravi factum irritum eſt ipſo iure, *Frat. Ludovic. 1. par. inſtruct. conſc. cap. 45. col. 4. Eman. Sà in Aphoriſm. verb. Votum, num. 8. & verb. Metus, num. 2. Tolet. in ſumm. lib. 4. cap. 17. num. 5. Valenç. in 2. 2. diſp. 6. quæſt. 6. punct. 4. col. ult. Fr. Eman. in ſumm. tom. 2. cap. 93. num. 1. & quæſt. regul. tom. 3. q. 17. art. 15. Azor inſt. moral. par. 1. lib. 11. cap. 15. q. 7. & lib. 17. cap. 5. q. 9. Menoc. conſ. 2. n. 232. cum ſeqq. Navarr. comm. 4. de regul. n. 71. Sair. de clav. Regia, lib. 2. cap. 2. n. 11. & lib. 6. c. 4. num. 17. Suar. de Relig. tract. de vot. lib. 1. cap. 7. num. 9. Sanch. tom. 1. Decal. lib. 4. cap. 3. num. 12.* Quod in dubio non præſumitur, eleganter *Oter. diverſ. quæſt. 1. par. quæſt. 20. tota.*

27 Metus tamen intrinſecus, quã ſit mortis non excuſat, nec votum invalidum reddit; & ille, qui præ timore mortis, infirmitatis, ſeu belli hoſtiũ vovet, ſimiliter non excuſatur, quominùs votum adimpleat; *cap. ſicut nobis*, ubi *gloſſ. 1. & Abb. num. 5. de reg. cap. Gonzaldus 17. q. 2. Navar. in Manual. cap. 12. num. 52.*

28 Profitens verò coactus aliquo levi metu etiam extrinſeco tenetur obſervare regulam, & ordinem religionis, *cap. inſinuãte*, ubi *gloſſ. verb. Modica, & Abb. num. 3. qui cleric. vel vovent. cap. cùm dilectus*, ubi *DD.* extrà, *hoc tit.*

29 Obſervandum eſt, quemcunque regularem prætendentẽ ſe per vim, & metũ ingreſſum eſſe religionem, volentẽque habitum dimittere ex quacunque causâ, aut cum eo diſcedere ſine licentiâ ſuperiorum non eſſe audiendũ, niſi intra quinquenniũ tantùm à die profeſsionis, & tunc non aliter niſi causas, quas prætẽderit, deduxerit coram ſuperiore ſuo & ordinario, *Concil. Trid. ſeſſ. 25. de regularib. cap. 19.* de cuius materiâ, & intellectu latè agunt *Eman. tom. 3. q. 17. art. 16. & ſeq. Fr. Ioan. de la Cruz de ſtat. religion. lib. 1. cap. 8. dubit. 4. verſ. Secunda concluſio, Leo in Theſaur. for. Eccleſ. p. 2. cap. 1. num. 42. Flamin. de reſign. benef. lib. 13. q. 5. num. 45. cum ſeqq. Spin. de teſtam. gloſſ. 12 num. 62. cum ſeq. Fr. Ludov. Beja reſp. caſ. conſciẽt. par. 4. caſ. 18. Aloiſ. Ricc. in prax. for. Eccleſ. deciſ. 657. & 44. Cur. Archiep. Neapolit. par. 4. Ioan. Valer. in differ. utri. for. verb. Regularis, differ. 2. Sanctarell. variar. quæſt. 48. per totã, Bonac. de clauſ. religioſ. q. 2. punct. 10. Camp. in diverſ. iur. Canon. lib. 12. cap. 13. num. 129. Azor inſtit. moral. par. 1. lib. 12. cap. 4. q. 10. Sanch. de matr. lib. 7. diſp. 37. Leſſ. de iuſt. & iur. lib. 2. cap. 41. dubit. 7. num. 93. Flor. de Men. var. lib. 3. q. 23. num. 68. Armendariz in addit. ad Recop. leg. Navarr. lib. 2. tit. 18. l. 7. de religionib. n. 38. & 51. Fr. Ludovic. Mirand. in Manual.*

Præ-

Prælat. tom. 1. quæſt. 30. art. 1. cum ſqq. Linglois deciſ. 7. quæſt. 4. num. 4.

30 Prædictum quinquennium procedit
in profeſsione expreſsâ à die quo quis
illam emiſit; in tacita, à die quo fecerit
actus ſolummodò profeſsis peculiares,
& proprios, quibus inducitur, *Leo d. cap.
1. num. 42. Mirand. d. quæſt. 30. art. 1. côcl.
unica, prope finem, Azor dict. cap. 4. q. 10.
verſ. Poſtremò, Bonacin. d. punct. 10. diffi-
cult. 4 num. 1.* ubi *num. 2.* tenet diem illũ
computandum eſſe à die profeſsionis
etiam in illo, qui tunc temporis labora-
bat ignorantiâ invaliditatis profeſsionis,
aut alio impedimento.

31 Non reclamans intra quinquennium,
vel propter impedimentũ, vel propter
iuſtam ignorantiam, etiã poſt illud re-
clamare, vel uti remedio reſtitutionis
in integrum valet, ut audiatur, reſolvũt
*Bimius conſ. 57. num. 8. & ſeqq. Eman. d.
q. 17. art. 16. Azor d. q. 10. verſ. Poſtremò,
in fin. Frat. Ludov. de Mirand. dict. art. 1.
concl. unica, prope fin. Flor. de Men. dict. q.
23. num. 68. Sanch. dict. diſp. 37. num. 22.
Sanctarell. dict. quæſt. 48. num. 3. Bombin.
conſ. 22. num. 7. Iacob. de Graffijs conſil. 1.
n. 8. de regul. tom. 1. Villalob. 2. par. ſumm.
tract. 35. diffic. 25. num. 8. Dian. tract. 2. de
dubijs regul. reſol. 62. par. 3. fol. 49.*

32 *Aloiſ. Ricc. dict. deciſ. 657. num. 6. verſ.
Tandem*, advertit huiuſmodi reſtitutio-
nis petitionem debêre fieri corã SAN-
CTISSIMO, & conſequẽter ex eius ſpe-
ciali reſcripto obtinêri cognito metu,
& illatâ vi ſummo iudicio procedendũ
eſſe, quamvis contrariũ teneant *Cevall.
quæſt. 500. in fin. Flamin. de reſignat. lib. 13.
quæſt. 5. num. 46. Armendariz in addit. ad
Recop. leg. Navar. lib. 2. tit. 18. l. 7. de re-
lig. num. 19. Bonac. dict. punct. 10. diffi-
cult. 4. num. 4.*

33 Suggeritur evidens ratio. Profeſsio e-
nim irrita à principio nõ poteſt fieri ra-
ta & valida, niſi voluntariè ratificetur;
nam Deus (ut habetur *in cap. ſi quid in-
veniſti 14. q. 5.*) cor reſpicit, non manũ;
& qui nunquam voluit eſſe profeſſus, ſed
renuit, nunquam erit talis: unde in foro
externo (non conſcientiæ) præſumitur
religioſus, docent *Navarr. conſ. 23. n. 5.
& conſil. 89. n. 6. & 7. de regularib. Hen-
ric. in ſumm. lib. 11. cap. 6. in commento, &
cap. 8. §. 9. in comm. Sanch. d. lib. 7. diſp. 37.
num. 9. Sanctar. d. quæſt. 48. num. 18.* Ita-
34 que in foro conſciẽtiæ etiam poſt quin-
quennij lapſum ex voti vi religionis
regulas, nec vota occultè ſervare non
tenêri, tradunt *Azor par. 1. lib. 12. cap. 5.
q. 1. Fr. Eman. in ſumm. par. 2. cap. 92. cô-
cluſ. 5. Sanch. d. diſp. 37. num. 36. Sancta-
rell. dict. quæſt. 48. à num. 24. Bonac. dict.
punct. 10. diffic. 1. num. 1.*

35 Imò nec per promotionem ad ſacros
ordines, ſi talis metus durabat, præſu-
mendum eſt quempiam tacitè eſſe pro-
feſſum, *Fr. Ludov. Mirand. d. art. 1. concl.
unica, in fin.* & dicit *Navar. conſ. 6. de his
quæ vi*, profeſsionem propter metũ pa-
tris mortem minantis in religione ad-
probatâ factam, & in qua per tres annos
manens ſacris ordinibus ad titulum re-
ligionis promovetur, per promotionem
ad eos validam non cenſeri; cùm votũ,
quod ab initio ob metum aliquem nul-
36 lum eſt, ſolo tractu temporis neque co-
ram Deo, neque coram hominibus (cõ-
currente etiam geſtatione habitus, &
permanſione in monaſterio, & præſta-
tione ſuffragij in capitulo, & alia faciẽ-
do, quæ ſolis profeſsis competunt) con-
valeſcit, *cap. non firmatur, de reg. iur. in
6. l. quod ab initio, D. eod. tit. cap. auditis
29. de elect. Barboſ. in l. 1. par. 4. num. 95.
D. ſolut. matr.* multoque minus per ſuſ-
ceptionem ordinis durante iuſtâ causâ
metus profeſsionem ſuã ratificare præ-
ſumi debet, quę res eſt ſeparata à pro-
feſsione; & à ſeparatis non fit illatio, *l.
37 Papinianus exuli, D. de minorib. l. fin. D.
de calumn. Surd. conſ. 127. num. 23. Alex.
Ludov. deciſ. 115. n. 4. Mantic. de tacit. &
ambig. convent. lib. 16. tit. 16. n. 12. tom. 2.*

38 Nec huic ſententiæ opponitur *Côcil.
Trid. d. ſeſſ. 25. de regul. cap. 19.* ubi intra
quinquenniũ reclamationem faciendã
eſſe ſtatuit; ut audiatur reclamans, aliàs
poſt illud vim & metũ allegare nequi-
vit;

vit; cùm tanto tranſacto tempore tacuerit: mirè hîc captantur verba *text. in cap. 1 de frigid. & malefic.* ibi: *Et ſi reclamare voluit, cur tandiu tacuit?*

39 Satisfit, rationem, ob quam Conciliũ dictum quinquennium ſtabilivit, eam fuiſſe; ut per illud temporis ſpatium regularis inter ſe deliberationẽ efficeret ad profeſsionem admittendam, aut reſpuendam; ideò ſi intra conſtitutum tẽpus non faciat (videtur enim cõſentire) reclamationi non eſſe locum decernit. Quę ratio nõ procedit, quoties ab initio, ſicut poſt quinquennium renuit, & vim allegare proponit; & cauſa metus ineſt, aliàs daretur abſurdum à tãtis *PP.* alienum ut nolente, imò contradicente regulari, profeſsio valida exiſteret, cùm in conſcientiæ foro nec verus eſſet religioſus, nec ſecluſo ſcandalo ad votorum, ordiniſque regularum obſervationem teneretur, ex *dictis ſup.*

Nec obſtat Declaratio Cardinalium de menſe Martio ann. 1598. quatenùs ſtabilit, ultra quinquennium reclamationem non eſſe, etiam ſi metus cauſa duraverit. Quoniam oppugnat mentẽ Concilij, cùm, ſi durat cauſa metus, fieri poſsit reclamatio, nam tempus impedito non currit, *l. 2. D. ſi quis caut.*

40 Vnde inferas, non ratificari profeſsionem, quæ eſt ipſo iure nulla, etiã ſi profeſſus perſiſtat per longũ tempus in religione, ſed oportet ſe ſcire ipſam fuiſſe nullam, & animo adprobandi, & ratificandi eam in eâdem religione perſiſtere, quod ſi non fecerit intra quinquẽnium, imò verò & ultra quinquenniũ, poterit reclamare, ſi alleget iuſtas, atq; legitimas cauſas, ob quas nõ potuit anteà id facere; ſolummodò enim quis tacitè conſentire videtur, cùm ſciẽs profeſsionem eſſe nullam à die ſcientię per annum integrum non interpollatũ animo eã adprobandi, & ratificandi in religione perſiſtat, quod ſi noluerit facere intra prędictum quinquenniũ, imò verò & ultra illud reclamare poterit, *Navar. d. cõm. 4. n. 71. & conſ. 9. de his quæ vi, & conſ. 34. n. 4. & conſ. 89. n. 3. de regul. Fr. Ludovic. Mirand. d. q. 30. art. 3. concl.*
41 *unica.* Nec diſplicet, ſi ſecundùm receptam *DD.* ſententiam teneãt, religioſum volentem ratificare priorem profeſsionem irritam, fieri verum religioſum, nec requiri, ut annum novitiatus iteret, cũ *Navar. conſ. 27. n. 2. de regul. Azor d. lib. 12. cap. 1. q. 6. verſ. Si quæras, Bonac. de clauſ. relig. q. 2. punct. 10. diffic. 1. n. 5. Sanctarell. d. q. 48. n. 33. cum ſeqq.* & ſatis eſſe ſi eam ratificet, nec denuò requiri conſenſum, & acceptationem ſuperioris, cum *Navar. Sorb.* & alijs tenet *Sanctarell. d. q. 48. n. 30.* (adverſus *Sãch. d. lib. 7. diſp. 37. n. 64. & lib. 2. diſp. 35. n. 4. Bonac. d. punct. 10. diffic. 1.* contrarium tenentes) idem facit *Auguſt. Barb. de offic. & poteſt. Epiſcop. par. 3. alleg. 104.*

42 Explorare debet Epiſcopus à virginibus, an profeſsionem emittere velint, aliàs namque profeſsio nulla erit, *Cõcil. Trid. ſeſſ. 25. de reg. cap. 17.* ubi *Aug. Barb. in remiſſ. Azor inſtit. moral. par. 1. lib. 12. cap. 1. col. 1160. Eman. tom. 3. q. 12. art. 2. Sanch. tom. 2. Decalog. lib. 4. cap. 18. num. 32. cum ſeqq.*

43 Denique diſpungendum eſt, an metus reverentialis annullet profeſsionem? Aientium & negantiũ *DD.* in hac quæſtione ſunt ſententiæ. Prima habet, metum reverentialem ſolum ſufficere ad profeſsionem religionis annullandã, ità *gloſſ. in cap. præſens, verb. Patrem 20. q. 3.* in hoc differentiam conſtituens inter matrimonium carnale, & ſpirituale; ut illud ſolùm metus reverentialis abſque minis minimè irritet, hoc autem benè irritet, ſequuntur *Hippolyt. ſing. 347. Mẽchac. illuſtr. lib. 1. cap. 35. num. 17. iunct. num. 19. Campeg. de dot. par. 3. q. 88. num. 2. & 3. Navarr. conſil. 26. num. 4. lib. 4. de ſponſal. Iacob. de Graff. in aur. deciſ. 1. par. lib. 2. cap. 55. num. 17. & 18. Burſat. conſ. 72. num. 21. vol. 1. Baſil. de matrim. lib. 4. cap. 11. à num. 15. cum ſeqq. Leſſ. in opuſc. de ſtat. vitæ delig. q. 8. num. 90. Ricc. collect. 932. prope fin. par. 4. Paul. Laym. tom. 2. tract. 4. cap. 5. num. 6. & 7. Graff.*

ex-

except.11. num.23. Mogoll. cap.4. §.2. à
num.2. Peregr.lib.6. variar. n.75. Dian.
tract.2.de dubijs regular. reſol.92.fol.59.
par. 3.

44 Huius ſententiæ ratio ea eſſe poteſt,
quia in iſto contractu ex mea parte fit
traditio, ac ex parte religionis eſt pro-
miſsio obligationis in futurum ; quæ
promiſsio datur in compenſatione tra-
ditionis factæ per profeſſum, ſed pro-
miſsio debet eſſe rei utilis, ut adno-
45 tat cum alijs *Baſil. lib. 4. cap. 6.* & gra-
tæ acceptanti, vel ei cui fit promiſ-
ſio; in hoc autem caſu non eſt utilis,
neque grata; qui enim ſe invitus tra-
dit, non vult acceptare, neque iudi-
cat aliam promiſsionem ſibi gratam,
neque utilem, quin potius reijcit, &
moleſtè fert. Ergo naturali iure non ſub-
ſiſtit eiuſmodi profeſsio; & etiam iure
poſitivo non valêre dicendum eſt, ſic
olim docuit *Navarr. in ſumm. cap. 20.*
num. 51. & in cap. non dicatis 12. quæſt.
46 *1.* quia reverentialis metus gravis eſt,
teſtatur cum pluribus *Baſil. dict. lib. 4.*
47 *cap. 5. à num. 6.* Sed profeſsio metu gra-
vi facta nulla eſt iure poſitivo, *cap. 1.*
cap. cùm dilectus, extr. *hoc tit.* Ergo etiam
facta reverentiali metu.

48 Deinde in hanc rem ſunt expreſſa
iura, *in text. in cap. puellæ 20. quæſt. 1.*
ubi nulla dicitur profeſsio eius, quæ
profitetur coacta parentum imperio à
contratio ſenſu, ut inducit *Clemens III.*
in cap. cùm virum, de regul. Cùm enim
dicitur coacta parentum imperio, in-
dicatur non ſolùm ex obedientia præ-
cepti paterni habitum ſuſcepiſſe, quia
ſolùm ex præcepto agere nõ eſſet me-
tuere, ſed in præcepto coactionem in-
terveniſſe, qualis orîtur ex metu reve-
rentiali.

49 Idem videtur colllgi *ex cap. præſens*
20. quæſt. 5. ſed magis pro hac ſententia
facit declaratio *Cardin. in ſeſſ.25. de re-*
gul. cap. 11. § 2. quę ſic habetur: *Obtenta*
eſt cauſa cuiuſdam Dominæ ad annullandã
profeſſionem ex metu reverentiali factam
anno 1586. menſe Februarij in Rota co-
ram Domino Oradino, quam ſententiam
ſequendam duco.

50 Secunda ita diſponit ſententia, ni-
hil diſtare in hoc inter matrimonium,
& profeſsionem; & ſic ſolum metum
reverentialem non annullare profeſsio-
nem, ſicut nec annullat matrimonium,
tenent *Covarr. de ſponſalib. par. 2. cap. 3.*
§. 6. num. 7. & 8. Matienç. in dialog. Re-
lat. par. 3. cap. 10. num. 4. Padill. in l. in-
terpoſitas, num. 17. C. de trãſact. Salzed. ad
Bern. Diaz reg. 353. ampl 1. Henr. in ſum.
lib. 11. de matrim. cap. 9. §. 5. Beltramin.
in addit. ad Alex. Ludov. deciſ. 385. Sanch.
de matrim. lib. 4. diſp. 6. num. 18. Sair. in
clavi Regia; lib. 6. cap. 4. num. 18. Suar. de
religion. tom. 3. lib. 6. cap. 4. num. 16. Otter.
2. p. diverſ. quæſt. 22. tota, Fr. Barthol. de
Vecch. in prax. ſervand. in admitt. ad re-
lig. ſtat. novit. diſp. 13. dubit. 12. num. 11.
ubi num. 12. poſt *Henric. Sair. Soar. num.*
17. citat. loc. & Azor inſtit. moral. par. 2.
lib. 12. cap. 5. quæſt. 9. Sanch. tom. 1. De-
51 *cal. lib. 4. cap. 3. num. 26.* ſubdit, quòd
quando præceſſerunt minæ, vel ver-
bera, & filius metu reverentiali emi-
ſit profeſsionem, tunc talis profeſsio
cenſetur invalida, eò quòd adeſt me-
tus, ſeu timor cadens in conſtantem vi-
rum, *Auguſt. Barboſ. in cap. fin. num. 5.*
qui cler. vel vovent. Ricc. dict. reſol. 401.
num. 4.

52 Iſtius opinionis fautores pro ſe addu-
cunt *text. in d. cap. fin. qui cler. vel vov.*
qui noſtri ſententiæ non pugnat, nec cõ-
tradicit. Nam non loquitur in termi-
nis de quibus noſter eſt ſermo, vis ergo
potius afferebatur mulieri, ut nuberet,
non ut voveret, ibi: *Vt maritũ acciperet*
ei ſub obteſtatione regia ſuggeſſerunt. Et
infr. *Nos igitur attendentes, quod in emiſ-*
ſione voti, quod præceſſit, nulla vel modica
coactio adfuiſſet: igitur nullo modo pro-
poſitum probat, ita explicat graphicè
Baſil. d. cap. 11. n. 17. in expugnat. Sanch.
Conducit mirè *l. 10. tit. 1. lib. 5. Recop.*
ubi non valet reſcriptum Regis diſpo-
nens virginem, aut viduam nubere cõ-
tra ſuam voluntatem.

Pro

54 Pro colophone adverti debet, quòd mulier, quę vi, miniſque coacta religioſum habitum ſuſcepit, ad vota ſervanda non tenetur, *B. Ioan. Pap. VIII. epiſt. 226. fol. 985. tom. 3. Concil. Gen.*

Indagari oportet, utrùm cogentes fœminas intrare monaſterium educationis causâ incidant in excommunicationem latam *in Concil. Trident. ſeſſ. 35. cap. 18?* & adfirmativè reſpondendũ eſt, ut docent *Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſcop. alleg. 104. num. 5. par. 3. Filliuc. tom. 1. tract. 14. cap. 6. num. 89.*

Quæ quidem ſententia probatur ex ſeqq. Primò, quia Concilium expreſsit ſuſceptionem habitus, aut profeſsionẽ, ſic etiam expreſsit disiunctivè Monaſterij ingreſſum, ſed in alternativis ſufficit alterius partis veritas, *cap. in alternativis, de reg. iur. in 6. cap. inter cæteras, de reſcript. l. ſi hæredi plures, D. de cõdit. inſtit. l. ſi ita quis ſtipulatus fuerit, D. de verb. oblig. l. ſi is qui ducenta, §. utrùm, D. de reb. dub.* Ergo.

Secundò, quoniam *Concilium* expreſſit, ac prohibuit ſine ulla diſtinctione, & ſimpliciter ingreſſum monaſterij, & ubi lex nõ diſtinguit, nec nos diſtinguere debemus, *l. 1. §. generaliter, D. de legat. præſt. cum ſimilibus.*

Tertiò, quia per ingreſſum monaſterij datur occaſio, ut poſteà puella in monaſterio ob verecundiam fœmineam, & monialium ſuaſionem ſuſcipiat habitum involuntaria, ita ratiocinatur *Anton. Dian. par. 2. tract. 1. miſcell. reſol. 57. fol. 69. col. 1.*

Quod limitari debet in parentibus nobilibus; qui dictant ſuis filiabus ſe nõ habêre dotem convenientem, quã eis impertiant; ideò ipſis religioni ſe addicentibus non peccant, quia non coëgerunt aliquo metu, nec reverentiâ, *Ricc. in prax. tom. 1. reſol. 599. num. 4. Portoles ad dub. regul. verb. Moniales, n. 11. Villalob. in ſumm. 1. p. tract. 17. dubit. 31. n. 11.*

55 Vnde *S. Petr. Damian. opuſc. 16.* inſurgit contra Abbates, qui avaritiæ causâ invitos tondent. Quod quidem in tantũ eſt verum, quòd ità ob metũ profitẽs poteſt ad ſuum libitũ deſerere monaſteriũ, ut probat *Rebuff. conſ. 68. num. 18. Graff. de clericat. effect. 4. numer. 115.* Quidquid in contrarium dixerint *Sarmient. lib. 2. ſel. cap. 11. num. 9. Tapia in Auth. ingreſſi, in verb. Ingreſſi, cap. 12. n. 28. de ſacroſ. Eccleſ.*

Hoc idem procedit, ſi profeſsio non fuerit facta per minas, vel verbera, ſed per importunas preces illius, cui reverentia debetur; quia actus factus per tales preces iudicatur ut meticuloſus, *Oſaſc. deciſ. 169. num. 4. Mandell. conſ. 77. num. 10. lib. 1. Honded. conſ. 29. num. 34. lib. 1. Franc. Monal. conſ. 5. num. 48. lib. 1. Menoch. lib. 4. præſ. 11. num. 10.*

Hinc commiſsiones pro aſſerentibus ſe coactè, vi, metu, vel ob paternam reverentiam, ſive timorem religionẽ ingreſſos, tam marium, quàm fœminarũ ſæpè in ſignatura SANCTISSIMI porriguntur, circa quod ſecundùm *Innoc. in cap. ſi quis, n. 2. de regul.* licèt coactè ingreſsi ſint, tamen quandocunq; ante pubertatis annos exire valebunt, ſed non quando legitimè profeſsionẽ emiſerint, habitumque profitentibus dari ſolitum ſumpſerint, ſeu niſi tempus currat, putà ſi in minori ætate ſumât habitum, illum poſteà maiores facti portando, dũmodò habitus diſtinctio nõ fiat, ſeu alia intercedat ſolennitas anno elapſo, ſeu probationis tempore finito perſeverando, tacitè videtur quoque profiteri, dato etiã quòd per vim monaſteriũ ſint ingreſsi, quatenus tamen in illo alia non ſit conſuetudo, ſive quòd certo tẽpore vocalis profeſsio fiat, vel aliç ſolennitates, quia illo caſu niſi illis ſervatis profeſsio non emitteretur. Sed ſi nec mutatio habitus, neque diſtinctio inter profeſſos, & pueros deferri ſoliti abſque alio ſigno fiat, per talis habitus adſportationẽ non dicuntur profiteri.

At ſi de metu, vi, coactè, vel alijs ſimilibus fiat proteſtatio, factaque nõ reperiatur illo actu, maximè quando profeſsio emittitur proteſtationi iam factę

per

per votum & profeſsionē emiſſam renūtiaſſe videtur. Proteſtatio etenim ſecūdùm *Bald.in cap.cùm M.Ferrarienſis,in princ.de conſt.* eſt rei præordinatæ teſtatio, quę ſemper reſpicit ad principium faciendo: imò ſecundùm *Cravet. conſ. 120.num.3.in fin.* eſt mentis declaratio, & ipſa publicè, quando fit à metum paſſo, fieri debet, non clandeſtinè, ut tertio præiu licet, ut ibi *Cravet. num.3. & ſeq. Alex.conſ.7. num.2.& ſeq.vol.3.*

Vlteriùs ſi anno elapſo eundē habitū portaverint, profiteri præſumūtur, dato etiā quod habit⁹ diſtincti maximè ſint, an in puero religionem ingreſſo elapſis quindecim annis facto pubere, an velit necne in religione permanēre? Interrogatio ſequi debet, quia ſecùs erit, ſi per quindecim annos, vel per multū tēpus in religione ſteterit: nā ſi facta tali interrogatione profiteri nō intelligitur tacitè; dummodò aliquid ex certa ſcientia nō faciat, quod monachi facere poſſunt.

Et quando per vim & metū ingreditur, licèt profeſſus ſit, quādiù metus duret, prȩiudicium ei non infertur; ſed illo ceſſante, niſi in cōtinēti reclamaret, vel religionis ſepta egrediatur, habitūque dimittens exeat, ratúm habēre videtur, ità pariter poſt annum tacendo; ſi autē reclamaverit, & profeſsio & ratificatio ceſſant, ut ibi *Innoc.num.3.& 4.*

Nam ſecundùm *Bald. in cap. cùm terra, n.11. de elect.* metus violentiā detegit, & eorum ignorantiā diſcooperit, nihilque ſub Sole tā contrariū ſicut metus: & ibi ploratus, ac ululatus, ubi paſſio cor penetrās, eodēque modo per viā ſigni metus probatur. Quāvis teſtes metum probare neſciant per viā cauſæ, eò quia ululatū & cruciatū audiverūt, ſubdēs in *c.cùm inter,n.8.eod.tit.* quòd metus in ſe conſenſum habet, ac diſſenſum ſimul; ac cōtrariorū permixtionē in eodem ſubiecto. Quare in animo mixtum quoddam reſultante diſſentit libertas animi ſenſualitate conſentiente, ut metus patiatur detrimentum. Et rurſus idē *Bald.in cap.ſuper hoc,n.8.de renunt.* metum vehiculum animi ſe fore adſerit, qui in tuto ſe nequit collocare: elegāter *Marqueſan. de commiſ.1.par. cap.2.num. 447.cum ſeq.fol.92.* ubi mirè agit.

56 Nunc quæritur, utrùm monachus, qui ob ſævitias Abbatis, ſeu Prælati religionem deſerit, ſit apoſtata?

57 Pro cuius quæſtionis reſolutione adverti debet, quòd quatuor in correctione (ut ſit recta) requiruntur.

58 Primò, quòd debet procedere ex amore: *Ideò* enim (inquit *Ioan. Apoc.3.ỷ.19.*) *ego quos amo, arguo, & caſtigo:* & *Iſai.11. egredietur virga de radice Ieſſe*: quod interpretatur incendiū; id eſt, quòd virga correctionis debet egredi de incēdio amoris: erudite *S. Petr. Dam. opuſc. 12. cap.28.* explicans illud *4. Reg 4.* quærit cur Giezi puerum defunctū non ſuſcitavit? poſito baculo ſuper faciē pueri; ſed Eliſeus poſitis ore, oculis & manibus, cū ore, oculis & manibus pueri, & ità reſpondet: *Quē terroris virga ſuſcitare nō potuit, per amoris ſpiritū puer ad vitā redit.*

59 Secūdò, quòd debet fieri cū cōpaſsione. Vnde *D. Aug.* inquit, *quòd in peccatore duo ſunt homo & peccator; quia peccator, corripe; quia homo miſerere*: refertur *in c. duo 23.q 4.& D.Greg. Ideò permiſit omnipotēs Deus, quòd P. inceps Apoſtolorum caderet, ut in culpa ſua diſceret, qualiter alijs miſereri deberet. S. Ildebert. epiſt.25. Glorioſa virtus eſt in Principe extrà punire, quàm liceat; virtus eſt ad vindictā neceſſitate trahi, non voluntate venire. Bonus Princeps neminem ſine pœna punit, neminē ſine dolore proſcribit. Baſil.Seleucieſ.orat. 12.in Ion.* ibi: *Indignans miſeretur, minitans ſalvare deſiderat; & cùm apertè iram gerat, occulto clementiam monſtrat.*

60 Tertiò, quòd debet fieri māſuetudine. Vnde *Pſal.89.n.10. Superveniet manſuetudo, & corripiemur:* & *Senec. Sicut vitia animi, ità & vitia corporis leniter tractāda ſunt. Leo epiſt. 90.* ibi: *Odio habeantur peccatores, nō homines; corripiātur tumidi, tolerētur infirmi, & quod in peccatis ſeverius caſtigare neceſſe eſt, nō ſavientis plectātur animo, ſed medentis: cap.odio 86.diſt. Lucian.in vit. Philoſophi Demonactis,* dicens: *Si aliquis illi eſſet increpandus, ipſa*

qui-

quidem peccata reprehendebat, cæterùm peccāti benignè ignoſcebat, exemplum illud à medicis petitū vſurpās, qui morbos adhibitis pharmacis propulſare ſolent: iracunda verò erga ægrotantes utuntur minimè, exiſtimabat hominis eſſe peccare, Dei verò, aut hominis Dijs proximi errata emendare.

61 Vndè Valentinianus cùm Mediolanenſis Eccleſia Paſtore vacaret, exhortatus eſt Epiſcopos, ut habetur *ex Hiſtoria Tripartita lib.7.cap.8.ex cap. novit de iudicijs*, & refertur *à Gratiano in cap. Valentinianus, diſt.63. Talem*(inquit)*in Pontificali conſtituite Sedem, &c. cuius monita dum tanquam homines delinquimus neceſſariò veluti incurantis medicamina ſuſcipiamus: Anaſtaſ. Germon. de ſacror. immunit. lib.2.c.13.num.14.*

62 Quarto, quòd modeſtia interveniat, *Turrecremata in cap ſunt namque, num.3. & 4. diſt.45.* Denique de modo corrigendi regulares, *Perez in reg. D. Ben. cap.2.part.3.num.47.& cap.38.à num.3. cũ ſeq.* latè egit *Fr. Octavian. Spatharius in peculi. tractatu.*

63 Quare his præhabitis correctio Monachorum non realis, ſed verbalis, non verberibus, ſed verbis debet fieri, ut admonent ſacri Canones, *cap.1. & 2. diſt. 45. Rodriguez tom.2. reg.q.21. art.1. Ledeſm. in ſumm. p.1. c.4. de correctione fraterna, concluſ.26.* favent *Anton. de Butr. in cap. novit, n.69. & Abb. n.46. de iudic.*

64 Vndè ad reſolutionē fax accenditur, & *Bald. in c. ad noſtram de appellat.* tenet, quòd Abbate nimis ſæviente in Monachos licet illis fugere de Monaſterio, nec dicuntur apoſtatæ, *Dec. ibidem n.2. D. Valenç. conſ.43.num.158.*

65 Quam ſententiam expreſsè cōmunit *l.2.§.dominorū, D. de his qui ſunt ſui*, iunctis ijs, quæ in eius declaratione cōgeſſit *Macrob. lib.1. Saturn. c.12.* ubi ſervus ob ſævitiam domini rectè fugere quit.

66 Rurſus animus, nō fuga facit apoſtatam, mirè *text. in l. quid ſit fugitivus 17. §. idem Cælius ait, D. de ædil. edict.* ibi: *Idē Cælius ait, ſi ſervus cùm in fundo eſſet, exiſſet de villa ea mente, ut profugeret, & quis eum priusquàm ex fundo tuo exijſſet, comprehendiſſet, fugitivum videri, animum enim fugitivum facere, Seſſ. de inhibit. cap. 26. num.17.*

Nunc quæri debet, ſi iſte Religioſus delinquat poſt deſertionem religionis, an tanquam apoſtata amittat fori privilegium?

67 Difficilis ſanè, dubiaq; eſt huius quæſtionis indagatio & diſcuſsio: attinet enim ad Fori cōpetētiam, cùm clericus, aut regularis inſtitutum ſemel ſuſceptū deſerunt, & à religionis ſtatu deviare præſumunt, ſeu retrocedūt; qui apoſtatæ nominātur (advertit elegāter *Roder. Acu-*
68 *ña in c. vlt. n.250. diſtin.*) & aliquādo iuxta Latinorū uſum apoſtaſia etiam de rebus civilibus, ut apoſtatare à Rege, vel Imperatore dicitur, adnotante *Decian. tractatuum crimin. lib.5.c.7.n.1.* & tunc contingit dubitari, an ſecularis debeat de clerico, aut regulari, crimen, ſeu delictum patrāte cognoſcere, & iudicare? an ad ſuum iudicem remittere? Ardua res eſt, ſed prout vires ſuppetant, diſputationē ſuſcipiā, & ad amuſsim agam; & poſteà quid ſentiam, fundamentis penſatis dicere non morabor.

69 Et quòd apoſtata ſub iudicis ſecularis iuriſdictione, & imperio ſit, probatur. Primò, *ex text. in c.1. de apoſtat.* ibi: *Clerici, qui relicto ordine clericali, & habitu ſuo, in apoſtaſia tanquam laici converſantur, ſi in criminibus comprehenſi tenētur, per cenſuram Eccleſiaſticam non præcipimus liberari.*

70 Secundò, ex *text. in c. cùm nō ab homine 14. §. in articulo, de ſentētia excōmunic.* ibi: *Occiſores clericorū, aut presbyterorū, qui contēpto clericali habitu tyrannidi, & enormitati ſe inverecundæ immiſcent, in odium clericalis exceſſus, & terrorem, atq; correctionem ſimiliū, canone latæ ſententiæ minimè coërcentur, Roland. conſ.4.n.28. vol.1. Carol. de Graſſ. de effect. cleric. effect. 9.n.212. cum alijs.*

71 Tertiò, ex *textu in c. perpēdimus 23. eod. tit.* ibi: *Perpendimus ex litteris tuis, quòd quidam Sacerdos pro eo quòd ſe filius Regis*

falſo nominare præſumpſit, & armis acceptis ſeditionem fecit, & guerram à B. Comite iuſſus eſt fuſtigari, qui poſteà eius mandato traditus patibulo exſpiravit; & infrà: *Fraternitati tuæ duximus reſpondendum, quòd ſi memoratus, Sacerdos tali modo exceſſit, & non propulſando, ſed inferendo iniuriam fuit occiſus, non videtur nobis, quòd interfectores eius propter hoc ad obtinendã abſolutionem Apoſtolicam ſedem adire cogantur, Sayr. de cenſur. lib. 3. c. 27. num. 9. & 10. Paul. Comitol. reſp. moral. lib. 1. q. 96.*

72 Quartò facit, quòd clericus ſeu regularis poſt delictũ commiſſum factus, & ſic poſt iudicis ſecularis præventam iuriſdictionẽ, ab eius poteſtare non eximitur, ſed ab eo puniri poteſt, *l. ſi quis poſteà quàm, l. ubi cœptum, D. de iudic. cap. propoſuiſti, de for. compet. Ioan. And. in c. 1. de obligat. ad ratioc. Bart. in l. 1. D. de pœn.*

73 Quinrò, textus *in c. 19. ſeſſ. 25. de reg. in Conc. Trident.* ibi: *Quòd ſi anteà habitum ſpontè dimiſerit, nullatenus ad allegãdum quamcunque cauſam admittatur, ſed ad monaſterium redire cogatur, & tamquã apoſtata puniatur: interim verò nullo privilegio ſua religionis iuvetur*; ex quo ſic probat *Horat. Mandoſ. de privil. ad inſt. gloſ. 3. n. 10. Chokier. tom. 1. de iuriſ. lib. 1. quæſt. 20.*

74 Sexrò, ex eo quod dicit *Avendañ. lib. 1. de exeq. mand. c. 22. n. 12.* Ad hoc ut clericus coniugatus ſuo privilegio potiarur, debère incedere in habitu & ronſura, aliàs id amittere: ergo cũ apoſtata habitum dimittat, nullo favore debet uti, *Triviſ. decis. 17. lib. 2.*

75 Seprimò, notat in terminis *Bobadill. lib. 2. Polit. c. 18. n. 98.* apoſtatã apud iudicem ſecularem poſſe puniri.

76 Octavò, prævẽtionẽ inter Eccleſiaſticum & ſecularem locum habère in hoc caſu probat *Thom. Triviſ. deciſ. Veneta 48. num. 20. lib. 2.* ibi: *Et ideo talis clericus ita enormiter vivens, ut facilius puniatur, duos habet iudices, Eccleſiaſticum & ſecularem, unum ratione ordinum in anima impreſſorum, & ſic indelebilium, & ſecularem ratione ſceleris, & delicti, & illius efficitur reus, cuius fuit præventio.*

77 Prævenrio enim eſt iuriſdictionis adpropriatio ſibi ſoli in aliqua cauſa, quæ principalirer, in ſolidum, & in actu pluribus comperebat, *Marian. Socin. in c. propoſuiſti, de for. compet. Marta de iuriſd. p. 2. c. 2. num. 2.* innumeri congeſti à *Mario Giurba conſ. 48. num. 28.*

78 Nonò, iudex ſecularis reum ad Eccleſiaſticum non remitrit, ſi calumnioſa eſt, quæ petitur, remiſsio, *Felin. in cap. ſicut, num. 8. de for. compet. Dec. lib. 4. crim. cap. 19. num. 24.* ergo ſi apoſtara ad ſuum iudicem petar remitti, deber abnegare, cùm ralis ſemper adverri poſsir petitio.

79 Decimò, ſi iudex à quo, remitri petitur reus, ſuſpicerur, quòd iudex, cui remirtirur, illum non punier, remiſsionem valet denegare, *Calder. in cap. 1. de rapt. Socin. in dict. cap. propoſuiſti, num. 15. Abbas in cap. fin. de for. competent. Decian. dict. num. 24. Guazin. de defenſ. reor. def. 1. cap. 17. n. 69. Marſil. in prax: §. opportunè, num. 33.* igitur cùm reus ad ſuum iudicem remittitur, aut non punitur, aut leviter caſtigatur, & ſic iuſtâ de cauſã non dabitur remiſſio.

80 Sed his fundamentis minimè refragãtibus conrrariæ ſenrẽtiæ me ſubſcribo, priusquàm illis ſatisfaciam, & reſponſum adhibeam, huius dicterij clara ſpecimina demonſtrabo, iuriſque gigantæa robora adducam in comprobarionem & elucidationem.

81 In primis ex *textu in cap. ſi diligenti, de foro competent.* ubi probatur, clericos nec invirè, nec volunrariè poſſe privilegio fori renunciare, *Franch. deciſ. 400. num. 6. Anaſtaſ. Germ. de ſacr. imm. lib. 3. cap. 15. num. 51.* latè *Carol. de Graſſ. de effect. cleric. effect. 1. num. 42. Azor inſtit. mor. part. 1. lib. 5. cap. 22. quæſt. 10.*

82 Ratio eſt, quia privilegium fori eſt in-

introductum in publicũ totius ordinis clericalis favorem, *Scac. de iudic. lib. 1. cap 11. num. 35. & 36. Surd. conſ. 396. num. 14. & ſeqq. Bellet diſquiſit. cleric. p. 1. tit. de favore cleric. perſon. §. 2. num. 21.* & pacto privatorum iuri publico minimè derogatur, *Navarr. in tractat. de finib. hum. act. num. 29. Armendariz in addit. ad Recopilat. leg. Navarr. in procemio, num. 23.*

83 Secundò, clericus etiam ſi iuret, fori privilegio renunciare nequit, *dict. cap. ſi diligenti, Thom. Sanchez* latè *de matrimon. lib. 1. diſput. 32. num. 8. & 9.* & in vaſſallo, quòd per talem renunciationem non noceat Baroni, per *l. ſi convenerit*, & ibi *DD. D. de iuriſdict. omn. iud.* tenet *Capic. in inveſtit. feudal. gloſ. cum cognit. cauſar. Giurba dict. conſ. 48. num. 13.*

84 Tertiò, reus non poteſt tribuere iuriſdictionem in præiudicium ſui ſuperioris, *Bart. in l. 1. §. & poſt operis, D. de nov. oper. nuntia. Capic. deciſ. 9. Bellug. in ſpecul. Princip. rubric. 15. §. ſed quod iudices, num. 6. Gail. lib. 1. obſerv. 1. num. 6. Capiblanc. de Baron. pragm. 8. num. 227. Ponte de poteſt. Proreg. titul. de elect. offic. §. 1. n. 22. Boer. deciſ. 114. Fab. de Ann. conſ. 107. num. 11. & 12. Franc. deciſ. 417. num. 2.*

85 Quartò, ſecularis Iudex iuriſdictione cōtra clericum uti Iure Divino prohibetur, atroci etiam in crimine, *Giurba* copioſim *DD.* Phalangem adglomerans, *conſ. 67. num. 7.* etiam falſæ monetæ, vel læſæ Maieſtatis, *Franch. deciſ. 691. num. 3. Guaz. reor. defenſ. 20. cap. 9. num. 1.*

86 Quintò, pulchrè conducit *conſil. 15. Marij Giurbæ* multos probantis, ubi quidam laicus, qui tempore commiſſi criminis clericus tonſuratus erat, fuit remiſſus ad Iudicem Eccleſiaſticum, ut patet *num. 42.* Favent expreſsè *Rebuf. ad conſt. Galliæ, tom. 2. tit. de immu. Eccleſ. art. 1. gloſ. 1. n. 24. Camil. Borrel. tom 1 ſum. Deciſ. tit. 43. num. 52. Dian. p. 1. reſol. 129. fol. 61. col. 1. P. Pet. Gambacurt. de imm. Eccleſ. lib. 7. c. 16. num. 2.*

87 Sextò, ex *text. in c. Abbates 18. q. 2.* ubi probatur, quòd apoſtatas & fugitivos à religione poteſt Abbas cum omnibus per ipſos acquiſitis vendicare, *Carol. de Tap. in authen. ingreſſi, C. de ſacroſ. Eccleſ. verb. Sua, c. 7. n. 2. Cabed. deciſ. 196. n. 1. p. 1. Navar. in cap. non dicatis, n. 64. & in c. ſtatuimus, n. 24. Mol. de iuſt. tract. 2. diſp. 140. col. 12. verſ. Religioſus etiam, Sanch. ad præcept. Decalog. tom. 2. lib. 7. cap. 33. à num. 5.*

88 Nec obſtant *textus in dict. cap. 1. & in c. cùm non ab homine, & in cap. perpendimus.* Quia reſpondetur, quòd licèt clericus ſe immiſcendo in enormitatibus perdat privilegium Canonis, non tamen Fori, *Bellet. diſquiſ. clericał. part. 1. tit. de favore cleric. Canon. §. 2. num. 43.* quare hos textus non loqui de privilegio Fori meritò adſerit *Marta de iuriſd. p. 4. caſ. 135. num. 5.*

89 Ratio autem quare perdatur privilegium Canonis faciliùs, quàm Fori, ea eſt, quia illud indultum eſt à iure Poſitivo, hoc autẽ à iure Divino, *c. quamquam, de cenſib. in 6. gloſ. penult. in c. ſi Imperator 96. diſtin. Rol. conſ. 4. n. 30. vol. 1. Soc. conſ. 12. num. 10. vol. 1.* quos refert & ſequitur *Bellet. d. §. 2. n. 44.*

90 Prætereà regularis, vel clericus non poſſunt ſine trina monitione privilegiũ clericale amittere, *cap. fin. de vit. & hon. cler. c. in audientia 25. c. contingit 36. de ſenten. excomm. Covar. pract. cap. 31. num. 1. in princip. Avend. dict. cap. 22. num. 14. Decian. tractat. crim. lib. 4. c. 9. num. 88. Farin. in prax. part. 1. q. 8. num. 60. Barboſ. in l. Titia num. 34. & 35. verſ. Vnde in hac materia, ad fin. D. ſolut. matr. Ricc. collect. 1610. part. 5. Triviſ. dict. deciſ. 48. num. 16.*

91 Non impedit quartum. Nam ſatisfit, reum adſumpto poſt maleficium clericatu non à ſeculari, ſed ab Eccleſiaſtico cognoſcendum eſſe, *Cane. lib. 2. var. cap. 2. num. 133. Marta de iuriſd. p. 4. cent. 2. caſ. 121. num. 5. 10. & 11. Scacia de iudic. 1. part. c. 12. num. 1. Valaſc. conſ. 48.*

& 65. Bobadill. in Politic. lib. 2. cap. 18. ex num. 77. Cevall. 3. part. quæſt. 1. num. 1020. cum ſequentib. Surd. deciſ. 110. num. 3. Thor. in compend. deciſ. verb. Relegatus, pag. 451. col. 1. & verb. Remiſſio 462. col. 2. & verb. Clericus, Tridentin. ſeſſ. 14. de reform. c. 7. Mar. Giurb. conſ. 15. n. 2.

92 Quia mutato foro mutavit ſimul ſtatum & perſonæ conditionem, *Amorin. n. 25. Barboſ. num. 298. 215. in d. l. ſi quis poſteà quàm, Franc. deciſ. 308. n. 9.*

93 Haud refragatur textus *in d. cap. 19. ſeſſ. 25. de regul.* Nam non loquitur de quibuſcunque apoſtatis, ſed de his qui recedunt à religione ſpontè, & non coactè ob ſævitias habitum dimittentes prætendentes profeſſionem eſſe nullam. Vnde cùm ſit pœnale hoc decretum, non eſt ad alios apoſtatas, in quibus hæ conditiones nõ concurrunt, extendendum; ità *Thomas Sanch. ad præcepta Decalogi, lib. 6. c. 8. num. 34.*

94 Rurſus cùm loquatur per verbum futuri, non importat ſententiam latam, ſed ferendam, ut contra multos à ſe relatos tenet *Tiraquel. in l. ſi unquam, verb. Revertatur, num. 152. & ſeqq. C. de revoc. donat. Covar. in cap. ſi heredes, num. 10. de teſtam. Azev. in l. 4. num. 9. titul. 3. lib. 7. nov. Recop. Mol. tom. 1. de iuſt. diſput. 88. col. 531. initio*, ubi ex hac doctrina infert, legem Luſitanam ſtatuentem in pœnam, ut contractus ſit nullus exigere ſententiam iudicis, eò quòd in ea adponatur verbum futuri, & in ſimilibus terminis *eius Trident.* tenet *Navarr. lib. 1. conſ. titul. de temp. ordin. 1. edit. toto conſ. 19. in 2. toto conſ. 27.* Nam cùm *Tridentinum ſeſſ. 7. de reform. cap. 20.* ſtatuat, ut initiati cum dimiſſorijs Capituli ſede vacante intra vacationis annum amittant privilegia clericalia, his verbis: *Nullo privilegio clericali præſertim in criminalibus gaudeant*, ait *Navar.* ibi exigi iudicis ſententiam, quia GAVDEANT eſt verbum futuri.

95 Nullum negotium faceſſit *Avendañ.* quia intelligendus eſt, ſi clericus coniugatus tertio monitus non reſipiſcat, ut adſerit *Auguſt. Barboſ. in d. c. in audientia, n. 2. de ſent. excomm. & in cap. ſi quis ſuadente 17. q. 4. num. 14.*

96 Nec remoratur noſtram ſententiam *Bobadilla*; nam *textus* quibus ſe fundat, verba faciunt de privilegio Canonis, non fori, ut advertimus ſupr. & authores, quos laudat, interum non probãt, ut ex eorũ lectione percipitur evidẽter.

97 Non audiendus eſt *Triviſ.* qui in noſtris terminis præventionem dari profitetur. Reſponſum enim eſt, quòd ut præventioni locus ſit, incompetens iudex eſſe non debet, *Clem. fin. ut lit. pend. Decia. lib. 4. crim. c. 20. n. 19. Põte conſ. 99. num. 3. & 4. Azeved. in l. 10. num. 41. tit. 13. lib. 8. Recop.* & dubitari nequit iudicem ſecularem incompetentem eſſe in cauſa clerici, vel regularis.

98 Et offendiculum ex 9. argumento deſumptum leve eſt. Semper enim in remiſſionibus talis calumnia quivit animadverti, & tamen cùm iuris eſt, remiſſio non impeditur, ut multoties quotidie videmus iudicatum.

99 Tandem non offendit 10. Satis enim ſit, ſi dicamus, nõ ideò quòd reus ad ſuũ iudicem remittatur pœnam effugere, cùm eũ puniat, & condignã ſatisfactionem iniũgat pro delicti qualitate. Quãobrem ſi reus ſuum iudicẽ petat, non eſt ut à pœna ſe furetur (cùm certo ſciat illi eſſe imponẽdã) ſed ut ab ignominia & infamia ſe liberet, quæ illi proveniret, ſi à iudice ſeculari animadverteretur in eũ, cùm eſſet clericus, vel regularis, in quibus fœdiùs & deteſtabiliùs crimen adpâret.

Hîc ſuccedit diſpungere, an religioſus profeſſus per vim & metum cadentem in conſtãtem virum ſine intentione profitendi gaudeat fori privilegio?

Cui quæſtioni reſpondendũ eſt, quòd ſi profeſſio eſt nulla ex impedimento exiſtente in poteſtate ipſius nulliter profeſſi, quia fecit ex metu animo nõ profitendi, & iſte petijt declarari nullitatem volẽs redire ad ſeculum, manſitq; in ea voluntate publicè, aut notoriè in conven-

ventu uſque ad tempus delicti, cùmque eſſet in præcinctu exeundi (quod poterat, *cap. cùm virum, de regul.*) deliquit, ſiquidem deprehenſus eſt abſque habitu, videtur omnino carêre fori privilegio: præſumitur enim iam executus eſſe ſuã voluntatem deſerendi vitam religioſam, *l. penult. D. de teſtam. milit.* Si verò deprehenſus eſt cum habitu religioſo, habet ipſe ſimul & religio aliquẽ prætextum petendi forum, quamquã ſi nullum uſque ad eam horã dedit ſignũ pœnitentiæ, ac voluntatis permanendi in religione, adhuc debeat præſumi egreſſus animo deſerendi religionem, *§. Pavonũ, Inſt. de rer. diviſ.* habitum autẽ geſtaſſe, vel in fraudẽ, ut poſſet ſub eo velamine prętendere forum, vel quia nondum habêre potuit habitum laicalem.

Verùm ſi dum publicè probat nullitatem profeſſionis, oſtendebat animum perſeverandi in religione, ac denuò profitendi, vel cùm prius habêret animum exeundi, dedit ſigna pœnitentiæ, ac mutatâ voluntate petebat denuò ad profeſſionem admitti, *arg. l. 3. de divort.* & intereà antèquã de novo validè profiteretur, committit grave delictum, ſinedubio gaudet privilegio fori; quia ſaltem gaudêre debet, ut novitius, *textus in c. religioſo, §. quamvis, de ſentent. excom. in 6.* Quod quidem intelligendum eſt, ſi cum habitu ſit deprehenſus; ſi enim habitum deſeruiſſet, nonnihil dubitarem, magis tamen aut minùs, prout dediſſet ſigna voluntatis permanendi in religione, ab ea recedendi; quãvis enim voce diceret ſe velle perſeverare, ac denuò profiteri; poterat tamẽ factis oſtendere volũtatem omnino contrariam, *l. ſi reprehendenda, C. de inſt. & ſubſt.* doctiſſimè *P. Pet. Gambae. de imm. Eccleſ. lib. 7. c. 16. n. 6. & 7.*

Tamen utcunque hæc ſe habeant, dicendum eſt talem religioſum nõ debêre gaudêre fori privilegio: quia cùm iſte publicè proferat nullitatem profeſſionis metu factæ, ſequitur apertè non eſſe verum religioſum, cùm non ad vota, nec ad regulas teneatur, ex ſuprà dictis: igitur non potietur foro Eccleſiaſtico, cùm ſecularis habeatur. Alioquin nihil metus operaretur ad invalidationẽ profeſſionis meticuloſæ, contra *text. in c. 1. hoc tit.*

99 Vnde Religioſus ſi propter timorem habitum eiecit, ut ſi tranſiret per loca periculoſa, in quibus ſi cognoſceretur, periculum vitæ pateretur, tunc enim poſſet abſque labe apoſtaſiæ habitum mutare, *gloſ. in c. clerici, in verb. Cauſa timoris, de vit. & hon. cleric. ubi etiam Hoſt. Bellamer. & Abb. n. 17. Idem Abb. in c. 1. n. 3. & Sotin. n. 5. de apoſtat. Port. cõſ. 84. n. 10. & 11. per totum. Graff. in deciſ. aur. p. 2. lib. 3. c. 16. n. 9. Menoch. de arbitr. caſ. 546. n. 40. Carol. de Graſsis de effectib. cleric. effect. 1. num. 1064.*

100 Quæri tamen debet, an filius qui ob egeſtatem patris & matris religionem deſerit, ſit apoſtata? Et reſolutivè dicendum eſt, quòd non: ut enim eis ſubveniat, poteſt filius de ſuperioris licentiâ religionem relinquere, ut tradit *D. Thom. 2. 2. quæſt. 101. art. 4. Navarr. conſ. 65. num. 1. titul. de regularib. lib. 3. & conſ. 1. num 8. titul. de apoſtat. lib. 5. Leſſ. de iuſtit. lib. 2. cap. 41. dubit. 3. num. 34. verſ. Si filius, Velaſc. de privil. pauper. 1. part. quæſt. 11. à num. 15. cum ſeqq.*

101 Comprobatur hæc ſententia *ex l. qui cum uno 4. §. fin. de re milit.* ubi emanſionis crimine excuſatur filius, qui ob parentum adfectionem aliquandiu abſque ſuperioris licentia caſtra deſeruit.

102 Ex quo inferas, religionem egredi etiam ſuperiore renitente, & contradicente, ut extremæ parentum egeſtati ſubveniat, filium profeſſum tenêri. Cùm in tali neceſsitate, & ad ſubveniendum extraneo, etiam renitente Prælato, ſi non ſit alius, qui ſubveniat, Monachus clauſtrum egredi teneatur, ità docent *Caiet. Maior. Adrian. Abulenſ. Metim. Tabien. Armill. Ledeſm. Paſſarell. Angl. Lopez, & Conrad.*

 quos

quos refert & ſequitur *Sanch. ad praecept. Decal. lib. 4. cap. 10. num. 14.* tenèrique, etiam ſi id opus eſt, habitum dimittere, cum *Cordub. in ſum. q. 4 art. 2. opin. 4. punct. 1. verſ. I no es lo miſmo.* Redire tamen tenetur, cùm primùm neceſsitati ſubvenerit, *Sanch.* cum pluribus *dict. lib. 4. cap. 10. num. 14.*

SVMMARIVM.

1 DEfinitur promiſſio.
2 Eſt contractus.
3 Differt à pollicitatione.
4 Omnis pollicitatio eſt promiſſio.
5 Diſtat promiſsio à pacto, & 9. 10. 11.
Si tacenti, & præſenti fiat promiſſio, pollicitatio erit, an pactum? adfirmatur.
6 Negatur, & 7.
8 Non ſolent, quæ abundant, vitiare.
12 Diſterminatur ab ſtipulatione.
13 Stipulatio contractus eſt, & nominatus, & 14.
15 Promittendi verbo ſæpè pactum ſignificatur, & 16. 17.
18 Definitur obligatio.
19 Obligari dicitur vulnus à Chirurgo, & ſimilia.
Obligatus nuncupatur adſtrictus.
20 Sine iuſta cauſa non poteſt quis manere obligatus.
21 Iure Civili pactum nudum nullam inducit obligationem, ſecùs iure Canonico.
22 Contrarium etiam de iure Canonico.
23 Expenditur & explicatur l. 2. tit. 16. lib. 5. Recop.
24 Convincitur Turrian. & 25.
26 Verba ſunt ſigna mentis.
27 Verba oſtentativo ſeu urbano modo prolata non obligant, & 28.
29 Definitur iactantia.
30 Qui non habuit animum ſe obligandi, non obligatur.
31 Voluntas regit promiſſionem.
32 Interpretatur l. iuris Gentiū 7. §. ſed cū nulla 4. verſ. Igitur nuda, D. de pact.
33 Explicatur l. 2. §. circa, D. de dol. excep. Convincitur Parlador. & Pich. ibi.
34 Sine acceptatione promiſſio non obligat.
35 Promiſsio deliberatione & voluntate eſt conſtituenda.
36 Nullus eſt contractus, qui conſenſum nō habeat & 37. 38.
39 Furioſus non poteſt promittere.
40 Promiſſio metu extorta non tenet.
41 Etiam ex metu levi.
42 Etiamſi iuramentum accedat ex veriori ſententia, quam tenet Author, & 43.
44 Confirmatur ex cap. ex litteris de deſp. impub.
45 Confirmatio nullum ius tribuit.
46 Aliquis actus ob publicam utilitatem probibitus ſi iuramento ſtabiliatur, nullam parit obligationem.
47 Iuramentum adverſus leges præſtitum non ſuffragatur.
48 Non obligat, ubi deeſt conſenſus.
49 Abſurdum evitari debet, & 50.
51 Promiſsio metu reverentiali facta non tenet ex una ſententia, & 52.
53 Et ſic filius obligatur ſi minæ aut verbera deficiunt.
54 Confutatur hæc opinio.
55 Obligatio facta per ſubditum Baroni nō tenet, & 56.
57 Metus reverētialis præſumitur in ſubdito, qui non exegit collectas à domino.
In præſtatione collectarum facta per vaſſallos non procedit præſcriptio.
58 Quod in præſcriptione immemoriali locum non habet, & 59.
Si nobilis pignoratur, non ſtatim poteſt agere de metu, ibi.
60 Officialis cum iuriſdictione prohibetur regulariter contrahere in loco officij cum ſubdito.
61 Si ſubditus nolit ſtare contractui.
62 Quod intelligitur, quoties officialis cum ſubdito contrahit, non autem cum non ſubdito.
Probibitio an cōprehendat agnatos, ibi.
Explicantur verba QVI CIRCA EOS SVNT, *l. principalibus, D ſi certū pet. ib.*
Iudex non poteſt mutuam pecuniam accipere à litigantibus, ibi.
63 Obligationes mulieris pro viro nō tenēt.
64 Metus reverentialis nō ſufficit ex DD. ſine minis.

65 *Tamen ſi enormis læſio adpareat, ſuffi-
ciens eſt.*
66 *Si tunc mulier remaneat indotata, &
67. 68.*
69 *Authoris mens proponitur.*
70 *Obligatio mulieris, cùm etiam durat
cauſa metus, non tenet, & 71.*
72 *Mulier cum marito obligata niſi pro-
betur medietatem pecuniæ ad ipſam per-
veniſſe, non tenetur, & 73.*
74 *Preces importunæ annullant promiſſio-
nem, uſque 81.*
82 *Promiſſio dotis metu facta non tenet.
Promiſſio arrharum nõ tenet ob metum,
ibid.
Quid ſit arrha, exponitur, ibid.*
83 *Obligatio facta ad ſavorem militis an
teneat?*

CAPVT XI.

De Promiſſione, & Obligatione.

1 PROMISSIO *eſt datio fi-
dei firma, & ſpontanea de re
licita*, tradunt *Leſſ. lib. 2. de
iuſtit. cap. 18. dub. 1. num. 2.
Rebell. de obligat. iuſtit. tom.
1. lib. 18. cap. 1. Luiſ. Turrian. de iuſt.
2 *diſput. 74. dubit. 1. num. 2.* quæ latiori
ſignificatu contractus dicitur elegan-
ter *Azor inſtitut. moral. tom. 3. lib. 11.
3 *cap. 1. quæſt. 1.* Differt tamen à *polli-
citatione; quæ eſt ſolius offerentis pro-
miſſum, l. 3. D. de pollicit.* diſertè *An-
ton. Gobean. in l. 5. num. 3. D. ad l. Fal-
cid.* non ſecutâ acceptatione, elegan-
ter *Anton. Gomez tom. 2. reſol. cap. 9.
num. 1. Hilliger. in Donell. lib. 12. com-
ment. cap. 6. lit. B. Leſſ. dict. cap. 18. dub. 2.
num. 16.* diſſentiunt *Vacon. lib. 5. decla-
rat. 65.* putans pollicitationem quoque
habère duorum conſenſum, & poſt *Co-
nan. 5. comm. 8. Facbin. lib. 8. cont. 64.*
4 quia *in d. l. 3.* non dicitur ſolius offeren-
tis conſenſus, ſed promiſſum; unde
omnis pollicitatio eſt promiſſio, non è
contra.
5 Similiter etiam diſcriminatur à *pa-
cto, quod eſt duorum conſenſus, atque con-
ventio, dict. l. 3. D. de pollicit.* Quid
igitur ſi præſenti, & tacenti fiat pro-
miſsio, pollicitatio erit, an pactum?
Incerti rem certant; authoritates, &
rationes hinc inde adducit *And. ab E-
gea de pact. num. 12. & ſequentib.* acce-
dens *num. 78.* probatio non (ſeu refert)
ſententiæ, quæ vult eſſe pactum, &
Ioan. Baptiſt. Caccialup. eodem tract. quæſt.
6 *5. num. 4.* Sed pro contraria aſſiſtunt
*Gom. dict. cap. 9. num. 2. Facbin. dict. cap.
64. Parlador. lib. 2. rerum quotidian. cap.
3. num. 4. & 5.* (qui hanc receptiorem
eſſe teſtatur; cui adhæreo) quia in hoc
non conſiſtat diſcrimen; ſed in eo, quòd
ad pactum neceſſarius tractatus, *An-
ton. Pichard. in princip. tit. de verb. num.
30.* & ultrò citròque conventio, non
item ad pollicitationem, *Turamin. E-*
7 *piſtol. Academ. 13.* Hoc ampliùs poſſe
etiam præſenti, & conſentienti fieri,
uti Procuratori Reipublicæ, ſi is polli-
citationem recipiat, neque enim dici
poteſt hoc caſu pactum eſſe, quia id eſt
conſenſus duorum in idem. Hîc verò
neuter conſentit in pactum. Hîc con-
ſenſus Procuratoris vitiat pollicitatio-
nem, quoniam ei perfectæ accedit ad
exſequendam, non ad perficiendã obli-
gationem, neque eius ſubſtãtiam ingre-
8 ditur: non enim ſolent, quæ abundant,
vitiare, *l. abundantia, D. de reg. iur.* Nec
9 definitur pollicitatio *in l. 3. D. de polli-
cit.* ſed docetur quomodo differat à pa-
cto. Differt autem non in eo, quòd hîc
10 nequeat adeſſe conſenſus recipiẽtis, ſed
quòd is, ſi adſit, pollicitationem nõ in-
grediatur. Ità ratiocinatur *Turamin.*
11 Quin & præſenti fieri debère pollicita-
tionem, probat *Cuiac. lib. 26. obſervat. c.
19.* ex vocula *offerentis, in d. l. 3.* iunctâ
l. 25. depoſ. & ex l. 9. D. de pollicit. in ver-
bis *apud Rempublicam*; & quia per epi-
ſtolã facta nõ valet, *l. 5. D. eod. Ant. Pich.
in princ. Inſt. de verb. n. 17. & 18.*

12 Diſterminatur à ſtipulatione, quæ eſt
verborum conceptio, quibus is qui interro-
gatur daturũ, facturúmve ſe id quod inter-
rogatus eſt, reſpondet; principio Inſtit. de
verb. oblig. l 5. §. ſtipulatio, D. eod. ubi
Aleiat. num 4. Mendoça lib. 1. diſput. cap.
13. num. 3. ſequitur Parlador. lib. 2. rer.
quotid. cap. 3. num 2. Anton. Pichard. in
principio Inſtit. eod. num. 7. qui per partes
hanc definitionem explicat, Ant. Gom.
tom 2. cap. 9 num. 1. 2. & 3. Sylveſt. verbo
Pollicitatio.

13 Advertas tamen ſtipulationem con-
tractum eſſe. Omnes enim, qui rectè iu-
dicarunt, itá ſentiunt, quibus favet l. non
ſolùm 31. D. de obligat. & act. l. eandem 9.
D. de duob. reis, l ſi donationis 7. C. hoc ti-
tul. l. præpoſteri 25. C. de teſtam. Itẽ & l.
1. in principio, & in §. reo trahitur, & §.
verbis, D. de oblig. & act. §. fin. Inſtit. de
obligat. iuncto principio, quibus mod. re cõ-
trahend. obligat. & de verb. oblig. quibus
probatur, obligationem ex contractu,
aut contrahi re, aut verbis, aut litteris,
14 aut conſenſu; undè conſtat ſtipulationẽ
contractum eſſe; quam ſentẽtiam recep-
tam conteſtantur latiùs probantes So-
cin. num. 312. reiecta cõtraria Accurſij o-
pinione in §. conventionales, verbo Rerum
contrahendarũ, Inſtit. de div. ſtipul. & in
§. prius, verb. Ex contractu, Inſtit. de obli-
gat. & in l. Labeo 19. §. contractum, verbo
Vltro citróque, D. de verb. ſign. quem cõ-
muniter ibi ſecutũ adfirmat Rebuff. Co-
raſ. in Rubr. D. de verb. oblig. num. 11. My-
ſinger. in Rubr. Inſtit. de oblig. quæ ex qua-
ſi contractu, Mant. de tacit. & ambig. con-
vention. tom. 1. tit. 1. lib. 1. nu. 4. Iuris Ci-
vilis, ut nervosè & eruditè probat An-
ton. Pichard. in d. principio, titul. de V. à
num. 15. cum ſeqq. Et nominatum ve-
lut poſt longam diſputationem defen-
dit Mendoça lib. 1 diſput. cap. 13. Mant.
de tac. & ambig. convent. tom. 2. lib. 14. tit.
2. num. 9.

15 Promittendi verbo ſæpè pactum ſig-
nificatur, & pollicitatio; omniſq; con-
tractus, l. 9. D. de duob. reis, l. 5. C. de verb.
oblig. l. 19. §. 2. D. de ædilit. edict. ſubri-
liter Anton. Fab. de error. pragm. decad.
45. error. 8. à num. 14. cum ſeqq. Oſſuald.
Hilliger. in Donell. lib. 14. comm. cap. 36.
litt. C. Et importat ſtipulationem, §. ſi
ſcriptum 7. ubi Pichard. Inſtit. de inutil.
ſtipul. l. 1. C. de contrahend. ſtipul. Surd. de-
ciſ. 115. num. 4. Maſc. de probat. concluſ.
1336. Molin. de primog. lib. 4. cap. 2. num.
76. Gutier. de iurament. confirm. 1. p. cap.
28. Barboſ. in l. 1. part. 3. num. 46. D. ſolut.
mat. latè Ioſeph. Gonçal. var. quæſtion. cap.
34. toto, Azeved. in l. 2. num. 13. tit. 16. lib.
5. Recop. Iacob. Canc. lib. 3. variar. cap. 7
num. 198 Vbi deinde diſpungit, an id
16 procedat tã in ſcriptura privata, quàm
in publica, ſic, ut in quacunque verbum
PROMITTO reperiatur, cenſeatur im-
portare ſtipulationem.

17 Idem quòd verbum PROMITTO im-
portet ſtipulationem non pactum nudũ
procedere, inquit Afflict. deciſ. 120. quã-
do per teſtes probaretur eo aliquẽ fuiſſe
uſum dicens in fine, ſic Senatum Nea-
politanum in occurrenti caſu pronun-
tiaſſe: quam deciſionem pluribus ornat
ibidem Vrſil. in addit. ſequitur Ioan. Pet.
Fontanel. tom. 1. de pact. nuptial. clauſ. 4.
gloſ. 8. num. 13.

18 Obligatio eſt iuris vinculum, quo ne-
ceſſitate adſtringimur alicuius rei ſol-
vendæ ſecundùm noſtræ civitatis iura,
principio Inſtit. de oblig. ubi Anton. Pi-
chard. l. obligationum 3. l. ſub hac 8. D. eod.
l. creditores 10. l. creditor. 55. l. debitor 108.
de verb. ſign. l. in venditis 13. C. de cont.
empt. conſonat l. 1. tit. 11. l. 5. tit. 12. p. 5.
explicant Petr. Greg. lib. 21. ſynt. cap. 3.
Conan. lib. 2. cap. 3. Loriot. de pact. axiom.
1. Vacon. lib. 1. declarat. cap. 21. num. 18.
19 Donell. lib. 12. comm. cap. 1. Et metapho-
ricè in iure ſumitur; nam obligari dici-
tur vulnus à Chirurgo, arbor ab Agri-
cola; à Iudicis ſtatore deprehenſus fa-
cinoroſus, Eguinar. Baro lib. 1. de divid.
& individ. obligat. cap. 4. Atque hinc
obligatus nũcupatur adſtrictus, obſtri-
ctus, illigatus, alligatus, itá Pet. Fab. ad
l. 35. D. de reg. iur. Oſſuald. in Donell. d. lib.
12. cap. 1. lit. C.

Non

20 Non poteſt quis efficacirer manère
obligatus, quàm ſi iuſta cauſa præce-
dat, l. iuris Gētium 7. §. ſed cùm nulla, ver-
ſic. Igitur nuda, D. de pact. Anton. Gom.
tom. 2. var. cap. 11. num. 3. Pichard. in Ru-
bric. quib. mod. re contrah. obligat. num.
4. & 5. Card. Fran. Mantic. de tacit. &
ambig. convent. tom. 2. lib. 24. tit. 8.

21 Hinc inferas pactum nudum Iure Ci-
vili nullam inducere actionem, etſi Iu-
re Canonico ſecùs ſit, Covar. in cap. cùm
in officijs, num. 32. ad fin. de teſtam. & in
cap quamvis pactum par. 2. §. 4. à num. 12.
Ant. Gom. tom. 2. var. cap. 9. num. 2. So-
cin. reg. 14. verſ. 9. fallit, Alciat. lib. 5. Pa-
radox. cap. 3. Conan. lib. 5. comment. cap. 3.
num. 5. Vacon. lib. 1. declarat. 23. Hippolyt.
de Marſil. in Rubr. de fideiuſ. num. 357. &
359. Marant. de ord. iudic. part. 6. tit. de
iuram. & quando, num. 35. Anaſtaſ. Ger-
mon. animadverſionum lib. 1. cap. 4. An-
gel. in §. in perſonam, num. 17. Inſtit. de act.
Per. in l. 3. tit. 8. lib. 3. Ord. & l. 1. gloſ. 1.
verſ. Dubitatur 2. tit. 8. lib. 4. Ord. Azeved.
in l. 2. tit. 16. lib. 5. Recop. Eruditiſsimus
Greg. Lop. Madera animadverſ. iur. Civil.
cap. 9. à principio, Greg. Lopez in l. 5. ver-
bo Qualquier, tit. 6. p. 5. Avil. ad c. 10. Præ-
tor. verbo Execucion, num. 20. Mendoça
diſput. iur. lib. 3. c. 9. q. 5. num. 31. Mozius
de contract. art. 3. de origin. contract. à nu-
mer. 22. Menchac. Illuſt. cap. 45. num. 15.
Mati. in l. 2. gloſ. 1. à num. 3. tit. 16. lib. 5.
Recop. Cevall. q. 315. & 543. Gut. de iura-
ment. confirmat. 1. part. cap. 34. Men. de
arbit. lib. 1. q. 57. num. 5. & conſ. 1. n. 236.
cum ſeqq. Cardoſ. in prax. verbo Pactum,
num. 6. Morl. in empor. iur. part. 1. tit. 3. q.
1. & 2. Ioſeph. Ludovic. deciſ. Peruſ. 9. à
num. 26. Cotta in memorabil. verbo Pa-
ctum, pag. 632. ubi de pacto nudo merca-
torum, Vivius tom. 1. commun. opinion. lib.
1. tit. 3. num. 13. ubi in principio dicit etiã
de iure civili producere actionem in fo-
to mercatorũ, & in verſ. Limitatur quo-
que, idem aſſerit de pacto nudo gemina-
to, Strach. de mercat. in ult. part. tit. quo-
modo procedendum ſit in cauſ. mercat. n. 6.
& tit. de except. num. 12. Seraphin. de pri-
vil. iuram. privil. 19. Molin. de iuſt. tom. 2.
tract. 2. diſput. 257. col. 2. in medio, & diſp.
256 verſ. Secũda cõcluſio, & to. 6. tract. 5.
diſput. 34. n. 2. Rebell. de obligat. iuſtit. p.
2. lib. 10. q. 1. à num. 17. cum ſeqq. plures
22 DD. referr Cened. ad Decret. collect. 31.
n. 5. Contrarium etiam de iure Canoni-
co voluerunt Loriot. de iur. art. tract. 17.
& ſeqq. axiom. 54. Cuiac. ad cap. 2. de
ſponſ. quos refert Oſuald. in Donel. lib. 12.
comment. cap. 9. lit. A. quia ex c. 1. de pact.
DD. opinio non probatur. Nam & Præ-
tor ſervat pacta non tamen datâ actio-
ne. Reliqua argumenta ſcribit, ſilen-
tio & contemptu digna eſſe, & Faebin.
2. controv. c. 100. Canones enim litium
minuendarum ſtudioſiſſimi, ubi nec ex
iurato pacto admittit, ut & Setſer. lib. 2.
de iuram. c. 1. num. 5. & ſeqq. Ant. Fab. ad
l. 7. §. 7. D. de pact. legis lator quoq; Põti-
ficius ait, hoc agit, ut lites minuat, ex-
ceptionibus autem datis lis non auge-
tur, ſed minuitur, cũ actiones repellant,
23 & Buſius ad l. 1. num. 6. & 7. D. eodem.

Lex Regia 2. tit. 16. lib. 5. Recop. Iuris
Canonici veſtigijs inhærens, diſpoſuit
obligationem quocumque modo factã
etiam ſine cauſa ſubſiſtere, ibi: Pareſcit-
do que alguno ſe quiſo obligar a otro por
promiſſion, ò por algun contracto, ſea tenu-
do de cumplir aquello que ſe obligò: quibus
verbis ſatis evidenter cõvincitur Luiſ.
24 Turrian. de iuſt. & iure, diſput. 74. dubit.
19. dicens, promiſſionem non conſiſte-
re in actu volũtatis; quia obligatio per-
miſſionis eſt obligatio fidelitatis: hæc
verò oritur ex verbis ſeu ſignis; & illa
requirit ſicut veritas; veritas enim aut
25 falſitas in enuntiatione reperiuntur.

Quæ ratio minimè ſuffragatur; nam
non ex ea deduci debet voluntatem ad
26 promiſſionem haud requiri, cũ in ver-
bis conſiſtat; quoniam verba ſunt ſigna
& teſtimonia mentis noſtræ, & animi
voluntatem demonſtrant, l. Labeo 7. §.
Tubero, D. de ſupell. leg. l. ſcire, D. de cur.
& tutor. dat. adhuc l. 1. §. Divus, D. ad l.
Corn. de ſicar. gloſ. Magiſt. verbo Ani-
mus in l. Fulcinius, §. quid ſit latitare, D.
ex

*ex quib. cauſ.in poſſeſſ.eat. Mari.Ant.Var.
lib. 1.reſol.4.num.9. Velaſc. in Axiomat.
iur.lit.V.num.15.Caſtill.lib.5.controv.p.
2.cap.107.num.2.* Et ſic cùm voluntas
per illã declaretur, neceſſariò fatẽdum
eſt, illam eſſe neceſſariam,ut promiſſio
27 ſubſiſtat, ita *Suarez lib.1.de vot. cap.13.
num.11.* Alioqui promittens non manê-
ret obligatus; nec ſuorum verborum
conſideratio habenda eſſet, quia non
fuerint dicta intentione effectivâ, ſed
modo oſtentativo, aut urbano, elegan-
ter *Bart. in l.ſi verò non remunerandi, §.
cùm quidam, D.mand. Card.* & univerſi
DD. in cap. cùm veniſſent, vbi *Auguſt.
Barboſa* cum alijs, *de inſtitut. Boer.deciſ.
153.num.37.Cald.Pereir.de nominat.em-
phyt.q.1.num.39.Ioſeph.Seſs.deciſ.182.n.
13. Hering.de fideiuſ.cap.20.§.33.num 9.
10.& 11. & eſt textus* formalis *in l.ſcië-
dum.§.1.D.de ædelit.edict.* ibi: *Ea autem
ſola dicta, ſive promiſſa admittenda ſunt;
quæcunque ſic dicuntur, ut præſtentur, non
ut iactentur,l.3.§.fin.D de act.& obligat.
l.ea, quæ, D. de cont.empt.* Taliter ut ſo-
lùm lex iubeat pro dicto habêri,& pro-
miſſo, quod dicitur, ut effectuetur, &
non quod proponitur per modum iacta-
28 tionis, aut exaggerationis ad cõplacẽ-
tiam, quia, *iactare, nihil aliud eſt, quàm
aliquid arroganter, & gloriando comme-
morare*; idque ſignificat *inaniter loqui,
l.fugitivus*, ibi: *Licèt id ſe facturum iacta-
verit. D.de verb.ſign. l.Imperatores*, ibi:
*Qui ſe legitimum creditoris heredem iacta-
bat, D.de tranſ.l. metum, C.hoc tit.l.Pau-
lus, D. de bonis libert. Simon. Schard. in
lexic.iur.fol.427. verſ. Iactare pro eo eſt,
col.2.Briſſon.de verb.ſign.lib.9. col.1.fol.
266.* ubi iactationẽ pro ambitioſa glo-
ria interpretatur, *ex l.6.§.eius,qui, D.de
iniuſt,rupt. D.Thom.2.2.art.117. cap.1.*
concludens iactantiam propriè adpel-
29 lari, quando aliquis nomen ſuum extol-
lit, dicendo de ſe ipſo id, quod eſt ſu-
pra ſe, & cui non ſufficiat, nec adęqua-
tur eius facultas, *Alberic. in ſuo Diction.
lit.I.col.1.*

30 Vnde notandum eſt, eum qui non
habuit expreſſum animum ſe obligan-
di, non manère obligatum, *Azor
inſtit. mor. lib.11.de pollicit.c.2.q.7.* etſi
contrarium doceat *Turrian.d.diſput.74.
dubit.13.*

31 Meritò ergo dicendum exiſtit, vo-
luntatem regere promiſsionem, ideòq;
in d.l.2.tit.16.lib.5.Recop. ſtatutum fuit,
ut quomodocunque quis ſe obligare
voluerit (id eſt animum ſuæ obligatio-
nis patefecerit) obſtrictus, illigatuſque
remaneat: quamobrem cauſa non re-
quiritur, cùm voluntas pro cauſa ha-
beatur, & ſufficiens ſit, ut is, in quem
fuit collata, ex ea agere, vel intendere
queat.

32 Nec obſtat *d. l. iuris Gentium 7.§.ſed
cùm nulla 4.verſ.Igitur nuda, D. de pact.*
nam facilè dilues, ſi conſideres, *d. verſ.
Igitur nuda*, regulam limitari, quoties
lex vel confirmat, vel aſsiſtit ſimplici
promiſsioni: tunc enim etſi nuda ſit,
actionem & obligationem producit, &
legitima conventio appellitur, quia à
lege confirmata eſt, *l.legitima 6. D. eod.*
ibi: *Et interdum ex pacto actio naſcitur*,
ità *Rebuff.in dict.l. iuris Gentium 7.§.ſed
cùm nulla, Ant.Pich.in §.1.& 2.Inſtit. de
donat.num.5.*

33 Nullum etiam negotium faceſsit *tex-
tus in d.l.2.§.circa, D.de dol. except.* pla-
nè enim *textus* ille loquitur, quando ſti-
pulatio facta eſt ob aliquam cauſam,
quam contrahentes ineſſe putabant, &
tamen non inerat; vel ſi inerat, aut non
eſt ſecuta, aut finita fuit: quem *textum*
ſic intelligit erudicè, & ingenioſè *Par-
lador. lib.2. rer. quotid. cap.3. à num. 59.
cum ſeqq. Pich. in §. in hac re, in princip.
& in verſ.Sed hæc ſolennia,num.7.Inſt.de
verb.oblig.*

Sed evidenter falluntur *Parlad. &
Pich.* circa *text.in d. §. circa* mentem &
intellectum. Nam nullatenùs eſt dicen-
dum iuſtam cauſam expreſsè, vel tacitè
adfuiſſe, vel ineſſe cõtractui; cùm adfir-
met *Vlp.* contrarium *in princip.*

Rurſus noviter in eos animadverte-
re cordi eſt in expugnatione ſolutionis,
quòd

quòd ſi contrahens crederet exiſtere cauſam, illâque innixus peteret, iniquū eſſet eum doli mali exceptione repelli, cùm iuſtam excuſationem habêret, ſed *Conſ.* exceptionem competituram eſſe conſtituit: igitur quia ſine cauſa (etiam præſumptâ) ſtipulatio intervênit.

Tertiò. Credulitas iuſtæ cauſæ poterat obligationem ſuſtinêre, ſed in *textus* ſerie illa corruit; igitur nec ſuſpicio cauſæ adfuit.

His præhabitis dicendum eſt, quòd etſi generaliter verum ſit nullum contractum eſſe, nullamvè obligationem deficiente conſenſu naſci, plures tamen eſſe caſus, in quibus niſi præter conſenſum aliud intervêniat, Iure Civili obligatio non naſcitur; quia non poteſt quis efficaciter manêre obligatus, quàm ſi iuſta cauſa præcêdat, *dict. l.2. §. circa,* ſic intelligenda, ut cum alijs reſolvit *Gom.2.var.11.num.3.* In contractibus autem, qui re celebrātur ante ipſius rei interventum nulla ſubeſt iuſta cauſa obligationis, ideòque non poteſt oriri obligatio, quoniam ex datione ſubſtantiam capit; *princip. Inſtit. de obligation. ex conſen* & ex re traditâ initium obligationis conſtituitur, *l.1.§.item emptio, D.de rer.permutat.* Eatenuſque quatenus datum eſt, contrahitur obligatio; *l.ſi tibi decem 17.in princ.D.de pact. l.rogaſti 11. §.1. D.ſi cert.pet. l.cùm ultra 9. C.de non num.pec.l.31. tit.11.p.5.* quam rationem expreſsit *Conſ. in dict. §.circa,* ubi ex generali regula infert ſtatim ad contractum mutui, qui rè celebratur, *ut princ.Inſtit. quibus mod.re contrab. oblig.* Quæ ratio ceſſat in obligationibus, ſive contractibus, qui ſolo conſenſu perficiuntur; quia ex utraque parte pariunt obligationem, ut conſtat *ex princ. Inſt. de oblig.ex conſ.* ſemper enim adeſt iuſta cauſa, ut quis manêat obligatus.

34 Dubium ſe offert ex *dict. l.2. tit. 16. lib.5.Recop.* an ex ea colligatur promiſſionem poſſe obligare ſine acceptatione? Adfirmativè ſenſit *Molin. tom.2. de iuſt.& iur.tract.2.diſpu.263.§.iuxta hæc,* *& diſput.264.in fin.* Sed negativè tenēdum eſt; ità reſolvunt *Enric.lib.3.de excomm.cap.17.num.1. Thom Sanch. lib.1. de ſponſ. diſput.6.num.19. Turri.d.diſput. 74.dubit.1.* quia lex nihil dicit expreſsè de acceptatione, & quoniā hæc eſt iure naturali neceſſaria; dicendum eſt legem ſolùm abſtuliſſe ſtipulationem.

35 Dicendum exiſtit, promiſsionem deliberatione, & voluntate eſſe conſtituendam, probat cum alijs eruditiſsimè
36 *Turr. dict. diſput.74.dub.11.* tota. Quia
nullus eſt contractus, qui conſenſum nō
habeat, *l.2.§.conventionis, D.de pact.* &
37 cōſenſus dicitur ſubſtantia omniū obligationum, *l.obligationum ſubſtantia, D. de oblig. & act. Coſta Sicul. conſ.73.num. 29.* ubi adſerit, fideiuſſorem non obligari ultra conſenſum proprium, ſed ſolùm ad ea, quæ expreſsè per ſolennem ſtipulationem promiſit, *ex l.qui ultra, C.de fideiuſſ. Alex.conſ.41. in fin. lib.6. Hond.*
38 *conſ.111.num.25.lib.1.* Idcircò ſi de hoc conſenſu non adpareat, fruſtrà de obligatione tractabitur; *Gait. de credit. cap. 4.quæſt.6.num.148.& quæſt.7.n.592.*

39 Ex hoc deducitur furioſum, vel ebriū non habêre idoneam libertatē ad promittendum; quia promiſſio ſive gratuita, ſive oneroſa requirit voluntarium conſenſum, ſine quo non eſt contractus; ſcitiſſimè tradiderunt *Sanch. lib.1. de ſponſ.diſp.3.n.15. Vazquez de matrim.diſp. 5.Turr.d.diſp.74.dubit.12.*

40 Quamobrem promiſſio humana per metū extorta eſt iure naturæ nulla; ſic docuerunt *Sylveſt. verb. Reſtitutio 2. §. 7. Navar. in ſumm.cap.17. num.30. Leſſ. lib.2.de iuſt.cap.18.dubit.1.Turr. diſput. 75.dubit.1.Vazq. 1. 2. diſput. 27. q.3. in fin. Azor tom.3. lib. 11. de pollicit. q. 3. Natta conſ.50.num.9.lib.1. Mogoll.cap. 9.num.1.& 26. Graſſ. except.11. num.4. Bonac.tom.3.q.12. punct.1. prop.1. num. 14. Dian. tract.5. miſc.reſol.118. fol.224. Arellan.de Imp. rat. lib.2.c.10.à num.10. cum ſeqq. Felic.alleg.25.p.1. Baſil.de mat. lib.4.cap.6.n.4.* cum pluribus: eleganter & facetè *Mart.lib.11.epig.59.*

Quid

Quid ſi me tonſor, cùm ſtricta novacula ſuprà eſt,
Tunc libertatem, divitiaſque roget?
Promittam; nec enim rogat illo tempore tonſor,
Latro rogat: res eſt imperioſa timor.
Sed fuerit curva, cùm tuta novacula theca:
Frangam tonſori crura, manuſque ſimul.

Cic.lib.1.offic.num.47. ibi: *Illis promiſſis ſtandum non eſt, quæ coactus quis metu, aut deceptus dolo promiſerit.*

41 Sed difficultas eſse poteſt, an ſit nulla, quando extorquetur per metum levem? & adfirmat *Leſſ. ubi ſup.* propter iniuriam enim illatam promittenti, cēſetur ipſe promittens rationabiliter invitus, ut non obligetur ad promittendum, neque ad implendam promiſsionem: itaque exiſtimat *Turr. d. diſp.75. dubit.1. num.8.* ex alia ratione, nempè, quia inferens metum, tenebatur remittere eam promiſsionē, & ideò alter non tenetur implêre, ut concedit *Sanch.lib.4.de mat.diſput.19.num.6.*

42 Quid autem erit, ſi promiſſioni iuramentum accedat? In hac quæſtione triplicis opinionis Authores refert *Turrian.d.diſp.75. dubit.2.* Primæ ſunt *Ricard.in 4.diſt.29.q.2.circ.1. Paludan.* ibi, *q.1.art.5. Soto q.1.art.3.* quatenus aſſerunt non eſſe obligationem implēdi talem promiſsionem. His contrariantur *Caietan.in 3.diſt.39. art.3. q.2. in ſolut. ultimi argumenti, Sylveſter verbo Sponſalia, q.6.§ 8.* Imò & *Sotus 8. de iuſtit. q.1. art.7.* adfirmantes, obligationem adimplendi talem promiſsionem adeſſe.

43 Alij tenent, tale iuramentum non obligare; ità videntur ſentire *Ricard.& Palud. dictis locis, Alan.in 4.diſt.29.in fine, Sanch.lib.4.de matrimon. diſput.21. num.3.* cum pluribus, quos laudat, cui aſſentior; *Frater Emanuel in ſumm. tomo 1.cap.231.concluſ.4.num.4.& c.244. concluſ.4. num.4. Auguſt.Barboſ. in cap. ex litteris num.4.de deſponſ.impub. Caſtillo lib.3.controv.cap.2.num.26. Ioan.Pet. Fontan.de pact.nupt.tom.2.clauſ.6.gloſ.2. p.7.num.12.*

44 Hanc ſententiam non leviter confirmat *textus in d.cap.ex litteris de deſponſ, impuber.* ibi: *Ex litteris tuæ fraternitatis accepimus, quòd puella quædam anno ſeptimo iurata fuit, & deſponſata cuidam puero*: ubi probatur ſponſalia metu contracta irrita eſſe, etſi iurata ſint. Et per conſequens iuramentum minimè obligare, nec indigêre relaxatione, ad quod faciunt ſequentes animadverſiones.

45 Prima fit ex eo, quòd confirmatio nullum ius tribuat; ſed, quod anteà erat, conſervet; *cap.præceptis,* ibi: *Non novum aliquid, 12.diſt. cap. inter dilectos, verſic. Cæterùm, de fide inſtrum.* ibi: *Confirmari tanquam prius habita, donari tanquam tunc tradita; cap. quia diverſitatem, in princ.* ibi: *Non obſtante confirmatione, de conceſſ. præb.* probat cum pluribus *Auguſt.Barboſ. in c.cùm dilecta 4. num.6. de confir.utili vel inutil.* ergo ſequitur evidenter, iuramentum promiſſionem nullam non confirmare, quia nullo iure poteſt ſuſcitare, quod nullum eſt, cùm ius, quod confirmet, non inveniat, imò non adpareat.

46 Secunda dimanat ex eo, quòd quoties aliquis actus ob publicam utilitatem prohibetur, ſi iuramento ſtabiliatur, iuramentum nullam parit obligationem, nec indiget relaxatione (ut perbellè probavit *Sanch.lib.1.diſput. 32. n. 9.* cum alijs) ſed nemo inficias ibit, publicam utilitatem verſari in eo, quòd promiſsiones nullâ compulſione, ſeu metu conficiantur. Ergo iuramentum nullum ſortietur effectum, nec confirmationem.

47 Tertia orîtur ex eo, quòd iuramentum adverſus leges præſtitū non ſuffragatur, *l.non dubium in fine, C. de legib l. iuris Gentium, §. generaliter, D. de pact. Merend.cont.lib.1.cap.1.num.13.& 22.* expreſsè *gloſ.2. in l.29. titul.15.part.3.* ubi iuramentum metu extortum in caſu à lege prohibitum non tenet. Sed ſic eſt, quòd promiſſio coacta eis annul-

nullatur, ut notum adſtat. Ergo.

48 Quarta naſcitur ex eo, quòd iuramentum non obligat, ubi deeſt conſenſus, *l. ultima, C. de non num. pecun. cap. veniens, & cap. Quintavallis, de iur. iuran. Aret. conſ. 24. num. 1. Facbin. lib. 2. controv. cap. 17. Iacob. Canc. lib. 3. var. cap. 1. num. 104.* Sed cùm adeſt metus, conſenſus abeſt. Ergo.

49 Quinta fluit ex incompatibilitate, & abſurdo: nam ſi iuramentum obligaret, ſequeretur inconveniens, quòd ex parte promiſsionis nullitas adeſſet, & ex parte iuramenti obligatio; quod non eſt dicendum, *arg. l. conventicula, C. de Epiſc. & Cler.* cum vulgarib.

50 Rurſus ſi tibi hæc non placuerit opinio tot fundamentis fulcita, & corroborata, media eſt, & ſequeſtra alia *Turriani dict. diſput. 75. dubit. 2. num. 5.* ubi in hæc verba: *Mihi ſanè videtur, iuramentum eſſe implendum, quoties actus promiſſionis neque ſecundum ſe eſt in alijs, neque annullatus eſt iure poſitivo ob commune bonum, & hoc probant, quæ ſupra attulimus pro opinione aſſerentium, iuramentum eſſe ſervandũ, legatur P. Azor tom. 3. lib. 11. de pollicit. c. 3. q. 2.*

51 Quæſtionis eſt, an promiſſio facta ex metu reverẽtiali ſit valida? Quam diſpunxit *Turrian. dict. diſput. 75. dubit. 3. tota.* Sic diſtinguens; aut ſermo eſt de metu reverentiali, ſeclusâ iniuſtitiâ, ſeu timore mali iniuſtè inferendi, & tunc non reddit invalidam promiſsionem, quia talis metus purus, & reverentia non infert vim, & ideò non eſt cauſa nullitatis: nam neque ex parte defectus ſimpliciter voluntarij, quia eſt ſimpliciter voluntaria, neque ex alia iniuſtitia adiuncta, quæ prudenter timêri poſſit: ponimus enim nullam talem eſſe.

52 Si autem talis metus oriatur non ſolùm ex reverentia debita ſuperiori, ſed ex minis, vel ex malo aliquo, quod timetur prudenter, promiſſio erit nulla propter vim & coactionem, quæ eſt adiuncta.

53 Hinc deſcẽdit, quòd ad hoc ut filius (qui metu reverentiali ſe cũ patre obligavit) reſtituatur, & ab obligatione eximatur, eſſe in iudicis arbitrio, nullis præcedentibus minis, aut verberibus, eleganter *Morla in empor. tit. 8. q. 23. Menoch. de arbit. caſ. 136. Suar. alleg. 24. num. 5. circa finem*, ubi dicit debére attendi, an perſona maior, cui reverentia debetur, ſit homo auſterus, ſeverus, ſeu crudelis erga ei non obtemperantes, & conſiderare etiam qualitatem ſubditi, an ſit meticuloſus, & qui nullatenus audêret voluntati ſuperioris reſiſtere, & ſi eſt modicæ ætatis, & ſimilia; quem refert multis alijs cõgeſtis *Monter à Cuev. in reſp. pro uxor. amit. part. 1. num. 56.* Conſiderari ſimiliter læſio debet, cùm nullam utilitatem ex ea ſentire poſſet, & quòd filius nullatenùs ſe obligaſſet: quo caſu metum reverentialem ſufficere ad reſcindendum contractũ per iudicis officium, notant *Navar. conſ. fin. titul. de ijs quæ vi, lib. 1. vol.* 1. & cum multis *Iacob. Mandell. conſ. 77. num. 21. lib. 1. Iacob. Canc. lib. 3. var. cap. 1. à num. 86. cũ ſeqq.*

54 Hinc ex eo, quòd metus reverentialis gravis, & ſufficiens ſit, dicendum eſt, promiſsionem metu reverentiali factam nullam eſſe, & non valêre probant *Bonac. & Dian. in locis ſuprà laudatis.*

55 Inferas ſecundò, obligationem factã per ſubditum Baroni, ubi coniecturæ prædictæ concurrerent, metu conſtitutam cenſendam eſſe, *DD. & gloſ.* cum *Bart. in l. 1. §. quæ oneranda, D. quar. rer. act. non detur, Mandell. conſ. 186. num. 8. lib. 1. Carol. de Graſſ. except. 11. num. 29. Sanch. de matrim. lib. 4. diſput. 6. num. 25. Ioan. Petr. Fontan. tom. 2. de pact. nupt. clauſ. 7. gloſ. 2. part. 7. num. 56.* circa fin.

56 (quod etiam procedit licèt domini non ſint ex his, qui non recognoſcunt ſuperiorem, prout ex *Gaſpar Roderic. de ann. redditi. lib. 1. q. 15. n. 69.* docet *Canc. 3. p. var. c. 15. n. 243.*)

57 Facit elegans *Anchar. conſ. 260.* ubi dicit, præſumi metum reverentialem

in

in ſubdito, qui non exegit collectas à
domino, ex doctrina *Innoc.in cap.ſi dili-
genti,num.5.de praeſcript.* adſerentis,præ-
ſumi ſubditos ex timore præſtare ſervi-
lia gravamina domino; & ob id ex mul-
tis reſolvit *Grammat.conſ.147. num.15.
in civilibus* in præſtatione collectarum
factâ per vaſſallos domino, non proce-
dere præſcriptionem, eò quòd per me-
tum videatur facta: conducit quod tra-
dit *Padilla in l. ſi aquam, C. de ſervit. &
aq. Boer.decis.132. num. 4. Balçaran. de
feud.lib.2.tit.56.quæ ſint reg.ad verb.An-
gariarum n.5.fol.398.*

58 Quod ultimum in præſcriptione im-
memoriali locum non habet, ad tradita
per *Marc.Salon.de Paee conſ.15.n.32.* qui
multos citat, & *Morl.in empor.iur.tit.6.
n.26. Renat.Kopin.de privil.ruſticor.lib.
1.part.2.cap.1.num.2.* ubi prædicta de
cauſa dicit agricolam detrectãtem bi-
norum caponum ſolutionem, quos per
decennium quot annis penſitârat, non
tenêri interdicto uti poſsidetis, aliâ vè
actione, niſi ius pẽſitationis annuæ, vin-
culumque obligationis aliter probarẽ-
59 tur; ex *Speculat.* & alijs, adducens non
induci præſumptionem contractæ obli-
gationis ex diutina annui redditus præ-
ſtatione adverſus ruſticos, contra diſpo
ſitionẽ *l. cùm de in rem verſo, D. de uſur.*

Hinc adverti debet ad explicationẽ
l.7 tit.11.lib.2.Recop. (ad materiam no-
bilitatis) ubi ſi nobilis pignoratur, aut
deſcribitur in libro debentium ſolvere;
quòd etiam ſi proteſtetur, & nihil aliud
intercedat, non ſtatim poteſt agere de
metu & vi, quia non dicitur ille metus,
& vis, quæ ordinatur ad executionem
iuris, *Bald.in Rubr.C.hoc tit. Roland.cõſ.
83.vol.2. decis.Peruſin.2. Flor. de Men.
var. lib. 2. quæſt.21.num.248.* in termi-
nis; ideò ſi nihil aliud adſit, planè nullus
metus eſt; aliud tamen eſſet, ſi nobilis
repelleretur à Civium numero, & eius
grex eijceretur à paſcuis, & interdice-
retur ab commoditate loci; tunc enim
rectè ratio metus, & vis induceretur;
ſola autem deſcriptio, aut pignoratio,
quæ fiunt iuris authoritate nullam coa-
ctionem efficiunt; ſecùs in oneribus im-
poſitis, in quibus nulla eſt executio iu-
ris, ut per *gloſ.verb. Debenlos ſervir, l.6.
tit.25.p.4.* elegãter in terminis *Garc. de
nobilit.gloſ.17.num.31.*

60 Inferas tertiò, officialem cum iuriſ-
dictione prohiberi regulariter in loco
officij contrahere cum ſubdito, *l.1.C.de
contract.iud.* quia præſumit lex metum
reverentialem poſſe intervenire; *arg. l.
1.C.ſi Rector.Provinc.* doctè & latè *An-
ton. Lanarius conſ.43.num.16.* & in hanc
rem boni ſunt *text. in l.auferetur, §.quod
à Præſide, D.de iur.fiſc.l.penult.& fin. C.
hoc titul.l.principalibus 33. D.ſi cert.pet.
Ariſt.3.Pol.3. Oſſuald. in Donel.lib.12.
comm.cap.23. Azeved.in l.2. num.9. cum
ſeqq. lib.3.tit.6.Recop.Cacher. decis.144.
num. 12. Capiblanc. de Baron. pragm.1.
num.346.& 347. Cevall.q.445. Hering.
de fideiuſ.cap.8.à num.137.Cuiac.lib.16.
obſ.cap.13.Gait.de credito, c.2.tit.7.q.5.
num.20.21.cum ſeqq.fol.124.*

61 Vnum tamen eſt, quòd ſi ſubditus
quo cum officialis contraxit, nolit con-
tractum reſcindi, ſed ei ſtare velit, non
poſſe eo invito reſcindi, cùm eius favo-
re factum ſit, ut reſcindi, annullari vè
poſsit, *Iacob.Canc.lib.1.var.cap.13.num.
44. cum ſequent. & lib.2.cap.1. num.97.
& 98.*

62 Quod intelligi debet, quoties offi-
cialis cum ſubdito contrahit, nõ autem
cum non ſubdito; quia ceſſat ratio pro-
hibitionis, ut pulchrè declarat *Ioan.
Anton. Lanar. dict.conſ.43.num.24.* & in
officiali perpetuo *Peregr. de iur.fiſc. lib.
4.tit.7.num.14. Mati. in dial.Rel.3.p.c.
27.n.9. Aviles in c.Prat.2.num.23.* vel
ubi contrahit palàm & bonâ fide, *Ber-
tazol.conſ.71.n.31.lib.1. Lanar. d. conſ.
43. Bertrand.conſ.201. num 6. & 7. Ra-
mon.conſ.35.toto, & n.17. Gait. ubi ſup.*

Nunc quærendum eſt, vtrùm prohi-
bitio facta iudicibus *in l. principalibus
33. D.ſi cert.petat. & in Rubrica, C.de
contract.iudic.* in his verbis, ibi: *Qui cir-
ca eos ſunt*, comprehendat eorum adfi-

nes

nes & cognatos? Et quòd videantur comprehendi, ſuadetur *ex l.unica, C.de cont. iudic.* ibi: *Hac autem etiam ad domeſticos,& conſiliarios eorum trahi neceſſarium duximus.*

Quibus verbis non ſatis adparet eſſe adfines & cognatos perſonas prohibitas: verbum enim, *domeſticos*, ſignificat officiales,& hoc probat *textus in l.conſiliarios 3. C.de aſſeſ. & domeſtic.* ibi: *Et eos, qui domeſticorum funguntur officio,* & *in l.nemo 5. C. eod. Cuiac. in paratit. ad titul. C.de cont. iudic.* ibi: *Pro aſſeſſoribus; vel domeſticis, & alijs officijs, Azo in ſumm. ſub Rubr. de aſſeſſoribus & domeſticis, num.2.* ubi dicit: *Domeſtici autem alij habebant deputata ſibi officia in Republica, quæ tamen apertè non iuſtificabantur in libro, Pancirol. in notitia Imper. Oriental. cap.9. Gutber. de offic. dom. Auguſt. lib.2.cap.15.fol.347. Buleng. lib.4. de Imper. Roman. cap.38.fol.436.* Hique officiales eligebantur ex officio iudicum, & illos non poterant nominare iudices,ut probat *text. in l.nullus 8.C.de aſſeſ.& domeſt.* & eis præbebatur ſalatiũ, & ſolvevabatur de publico, tradit *Cuiac. in paratitl. eiuſdem tit. in fin.* dicens domeſticos iudicum; *de quibus puto nomen commune habere cum domeſticis protectoribus Principum, eamdemque ſuſtinere militiam & creari ex officio iudicum,* & protinùs, *& annonas de publico ferre,* ut *Caſſiodor. refert. 9. var. ſicut aſſeſſores & cancellarios.* Itaque ſicut officiales & Miniſtri iuſtitiæ ſyndicabantur, ut probat *textus in dict. l. Conſiliarios, C. de aſſeſ. & domeſt.* in hæc verba: *Et eos qui domeſticorum funguntur officio, poſt depoſitam adminiſtrationem quinquaginta dies in Provincia reſidere præcipimus*, & non poterant religi ad eadem officia, *l.nemo, C.eod. tit.* Igitur verbum *Domeſticos*, quo utitur lex, ſolùm intelligitur de illis domeſticis, & familiaribus, qui ſunt de collegio officialium, & adpellatione Cohortis comprehenduntur,ut aſſeſſores,qui iudicibus adſident, & inſtruunt ad cauſarum deciſionem, & Cancellarij, qui ſunt notarij, ut *dicit gloſſa in l. verbo Cancellarios, C.de aſſeſ. & domeſt. Azo ibi, Rubrica* Cornicularij, aliàs Apparitores Præfecti Prætorio, quos vocamus executores, *Toletan. in Lucerna Rubricar. tit.53. de Apparit. Præfect. Præt.* Cæteriq; miniſtri, ſeu officiales, ut expendit *Alciatus in d. l. principalibus num.9* dicens: *Sed quos intelligemus circa eos eſſe?& Legati, Comites, Conſiliarijque videntur intelligendi. Item Præco, Medicus, Lictor, officiumq; omne ab eo adductum, quales Cornicularius, Commentarienſis, Adiutor, Actuarius. Exceptores, Apparitores, cæterique, quos ſecum duxerit, quoſque lex cohortis adpellatione videtur intelligere, quique alibi domeſtici Præſidis dicuntur.*

Sic etiam explicat illam clauſulam: *Qui circa eos ſunt, Matienç. in dial. Relat. part.3. cap.28. num.15. Cuiac. in parat. de contract. iudic. verſic. Qui circa eos ſunt, Petr. Gregor. lib.47. cap.40.* ubi exponit, qui dicantur Apparitores, qui Lictores, Satellites, Oſtiarij, de quibus & à quibus creentur, dicens appellatione Cohortis venire tamen familiam Iudicum & Magiſtratuum, qui eorum iuſſa, & mandata executur, *num. 4.* ibi: *Et ſic quando in hoc titulo* COHORTIS *mentio fit, accipienda eſt pro familia Iudicum & Magiſtratuum, ideſt pro Collegio, & ſocietate apparitorum & officialium, ſeu Miniſtrorum; qui iudicibus in ſuo officio deſerviunt, eorumque mandata, & iuſſa exequuntur.*

Cui rei mirè adſtipulatur, quòd adpellatione FAMILIAE non veniunt, niſi Præpoſiti ad officium, ut *per text. in l. pronuntiatio, §. ſervitutum*, tenet ibi *Rebuf. in princip. D. de verb. ſign.* & hoc probat *text. in l.1.§ familiæ, D.de public. & vectig.* ibi: *Sive igitur liberi ſint, ſive ſervi alieni, qui publicanis in eo vectigali miniſtrant, hoc edicto continebuntur*: per quem textum ſic notant omnes, & præcipuè *Alberic. ibi n.2.* elegant et *Farinac. tom.3. q.111. n.140.*

Vn-

Vnde colligas, quòd iudex non poteſt mutuam pecuniam à litigantibus recipere, *Caball. caſ. 195.* toto, idque fortiùs per vim exigēdo, quæ res propriè dicitur concuſsio, *ad text. in l. 1. verb. Rapuerit*, ubi *Fulgoſ. C. ad l. Iul. repet. & Bald. in l. iubemus, in princip. & ibi Odofred. C. eod. l. 1. de concuſ. Gram. conſ. 51.* ubi ait, quòd officialis habet præſumptionem contra ſe, quòd ſcilicet concuſſerit, ideſt, terrorem incuſſerit, *Bald. in l. noviſſimè, in fin. D. quod falſ. tut. autb. Paris de Put. de ſyndic. in verb. Iudices ſyndicantur, cap. 7. Decian. lib. 8. cap. 35. Ioan. Philipp. Teſtai alleg. 9. num. 102. cum ſeqq. Men. de arbit. caſ. 342. Bobad. lib. 2. cap. 102. num. 61.* Eoque pertinet, quòd pro huiuſmodi crimine efficitur inhabilis de cætero ad officia, *Maſt. de Magiſtr. lib. 6. cap. 8. num. 32.*

63 Inferas quartò, mulieris maritatæ obligationes, quas pro marito fecit reſcindendas eſſe velùt metu reverentiali conſtitutas, pleniſsimè ex relatione multorum *Caſtill. lib. 3. cap. 1. num. 159.* ubi ex *Monter. deciſ. 45.* dicit iudicem facilem eſſe debēre ad pronuntiandum mulierem non ſpontè contractui conſenſiſſe, imò præſumere debēre renuntiationes, obligationes, & alios cōtractus à mulieribus ſub virorum poteſtate conſtitutis celebratos, ad eorum preces, inſtigationes, & nutum fieri, & metu reverentiali adductos. Alios in idē eamdem opinionē tenens adducit *Gaſpar. Anton. Theſaur. lib. 1. quæſt. 51. num. 9. Ioan. Pet. Fontan. tom. 2. de pact. nupt. clauſ. 7. gloſ. 2. part. 3. à num. 45. cum ſeqq. & par. 5. cum ſeqq. Cevall. q. 727. ex num. 20. cū ſeqq. Gratian. c. 108. n. 14. & 52. lib. 1. Ioan. Gribell. deciſ. Dolan. 20. num. 27. Ioſeph. Ramon. conſ. 96. toto, Hercul. Mareſc. lib. 2. var. c. 5. à num. 1.*

64 Cæterùm & ſi dicatur ſolū metū reverentialē ſufficientem non eſſe ad reſciſſionem, ut ex multis probāt *Carol. de Graſſ. d. except. 11. ex n. 11. Afflict. deciſ. 69. & 246. Boer. deciſ. 100. Gramm. 103. n. 48. Capic. deciſ. 95. Ioſeph. Ludovic. deciſ. Luc. 18. Hippolyt. à Fontan. in addit. ad Anton. Olivan. p. 2. lib. 1. cap. 9. num. 13. Gabriel Pereir. deciſ. Portug. 30. num. 3.*
65 *Iacob. Maur. alleg. 47.* Concors eſt DD. opinio, quòd ſi cum reverētia viro debita cōcurrat mulieris enormiſsima læſio, tunc contractus eſt ſine dubio reſcindēdus, & annullandus, obligationes & firmæ factæ cum marito, vel pro eo proſternendæ. Ex hoc enim deprehenditur, & colligitur præſumptio metus, neque enim eſt præſumēdum, quòd mulier tantæ læſioni conſenſiſſet, niſi metu, vi, & dolo ad id inducta fuiſſet, firmant hanc reſolutionem *Surd. conſ. 395. num. 29. Caſtill. d. c. 1. num. 155. Theſaur. d. q. 51. Mant. de tacit. & ambig. convent. lib. 11. tit. 19. num. 37. Ant. Fab. in ſuo C. lib. 2. titul. 8. defin. 2. Franc. Molin. de rit. nupt. lib. 3. quæſt. 98. num. 14. Acac. Anton. Ripol. var. reſol. cap ult. à num. 520. cum ſeqq.*

66 Hoc quidem procedit ſub diſtinctionis apparatu, cùm mulier ſolam dotem apud maritum habet; nam tunc *Anton. Theſaur. deciſ. 223. num. 9.* ex multis, quos allegat, ſic diſtinguit: Aut mulier remanet ex ſua obligatione taliter læſa, ut prorſus remaneat indotata, vel in maiori parte, & habet reſciſsionem, quia per eam læſionem cenſetur metu, vi, vel dolo inducta. Si verò læſio non eſt in tota dote, vel in maiori parte illius, tunc ſecùs, nec iudicatur contractus meticuloſus, coactus, aut doloſus, nec per conſequens reſciſſione, aut annullatione dignus. Hanc diſtinctionem (inquit *Theſaur. dict. deciſ. 223. num. 13.* & eius filius *Gaſp. Anton. Theſaur. lib. 2. q. 65. n. 1.*) ſequitur etiam *Rot. Roman. apud Farinac. deciſ. 247. n. 7. in 2. vol. & deciſ. 581.* quam tranſcripſit *Staph. Pacific. poſt ſuum tract. de Salvian. deciſ. 115.* & alijs in locis, *Amat. deciſ. 62. n. 15. in fin. Coſt. de portion. rata, q. 42.* nonnihil *Cevall. dict. q. 727. num. 26. Steph. Grat. d. cap. 108. n. 8. Ioan. Pet. Fontan. tom. 2. de pact. nupt. clauſ. 7. gloſ. 2. p. 6. num. 7.*

67 Quâ ratione quoties mulier totam dotem obligat, ne remaneat indotata, obligatio nõ tenet, ex traditis poſt *Surd. deciſ. 86. in fin. per Paſchal de vir. pat. poteſt. par. 3. cap. 5. num. 17.* idque ſupponit *Gam. deciſ. 318.* & clariùs *Farin. deciſ. 74.* per totam: niſi maritus famis neceſſitate gravaretur, ut advertit *Paſchal.* poſt citatos; ex quibus omnibus poterit recipi, aut refutari *Franch. deciſ. 578.* quando enim remanet penitùs indotata, vel non habet ſalvam dimidiã partem ſuæ dotis, obligatio hęc nõ tenet etiã pro excarceratione viri, *Seraphin. deciſ. 1187. n. 2.* pluriesque deciſum refert *Gratian. cap. 723. n. 12. & 18. to. 4. Gait. de cred. cap. 4. quæſit. 7. n. 961. cũ tribus ſeqq.*

68 Idem erit, ſi viro morti propinquo, exigẽtique, ut ipſius debita ſolvat, promiſerit ex reverentię metu ſe ſoluturam; non enim tenetur ſolvere, *Baſil. de matrim. lib. 4. cap. 11. num. 7.*

69 Hęc tamen etſi dicta ſint, non verò ex neceſsitate, cùm noſtra ſententia expreſsè metum reverentialem abſque alijs adminiculis ſufficere teneat; quare promiſsionem mulieris nullam eſſe declaramus, ſed fortè, ne ſi diſplicuerit opinio, aliud fundamentum deficiat, ità propoſuimus, quæ ab *DD.* fuerunt expoſita, & exarata, utpotè favorabilia.

70 Ex dictis dubitatio exoritur, ſcilicet, quędam mulier, quæ maritum ſeverum habebat, unà cum ipſo contraxit; poſteà obligationem à ſe factam reſcindere volebat virtute inlati metus à marito, quem probavit, & aperuit, teſtes autem per creditorem miniſtrati mariti conditionis mutationem in melius, & hoc à decennio retrò indicarunt: quæritur, an creditor ſuam intentionẽ conſequi poſsit?

71 Cui dubitationi negativè reſpondẽdum eſt; quia conſtabat tempore contractus metum interveniſſe; idemque adhuc durare, cùm adhuc matrimoniũ conſtaret; metus enim ille, qui à principio intervenit, non cenſetur purgatus ex conditionis mutatione exiſtẽte primævâ causâ, nempè, cohabitationis cum marito, *Bart. in l. 2. C. hoc tit. Alexand. conſ. 98. vol. 3. Iaſ. conſ. 165. volum. 5. Dec. conſ. 219. num. 7. Aretin. conſ. 14. Socin. Iun. conſil. 77. num. 2. Roland. à Valle conſ. 2. num. 87. & conſ. 95. num. 33. Acacc. Ant. Ripol. variar. cap. 14. num. 529. cum ſeq.*

72 Advertendum eſt, mulierem unà cũ marito obligatam in nihilum tenêri, niſi probetur medietatem pecuniæ ad ipſam pervêniſſe, hoc diſponit *text. in Authent. ſi qua mulier, C. ad Vellei. Honded. conſ. 45. num. 3. vol. 2. Ant. Fab. in ſuo Cod. lib. 5. tit. 6. defin. 8. Ioan. Bapt. Thor. in compend. deciſ. Neapol. in verb. Vxor inſimul.*

73 Vnde eſt neceſſarium, quòd probetur pecuniam fuiſſe verſam in ipſius mulieris beneficium; nec ſufficit probare numerationem, vel confeſsionem uxoris, niſi manifeſtè probetur ad eiuſdem uxoris utilitatem verſam, ità iudicatum in Camera Imperiali dicit *Gail. lib. 2. obſerv. 89. ſub num. 1.* Confeſsio enim mulieris, quòd pecunia verſa eſſet in ſui utilitatem fuiſſe factam in legis fraudem; & ipſam adhibitam, ut ipſa fideiuberet pro viro, *Abb. conſ. 44. num. 1. vol. 1. Franc. Marc. deciſ. 508. num. 7. vol. 1. Theſaur. dict. deciſ. 223. num. 2. & 4. Camill. Borr. tom. 3. ſumm. Dec. tit. 13. num. 110. 111. 112. & 113.* Vnde uxor promittens aliquid metu mariti excuſatur toto tempore vitæ ipſius mariti, ſi non egit in iudicio, quaſi ſemper videatur timuiſſe maritum, *Conan. lib. 1. de pact. cap. 6. num. 47. Surd.* cum plurib. *conſ. 513. num. 42.*

74 Tandem quærendum eſt, an preces importunæ promiſsionem nullam efficiant? In hac re triplex ſententia adſtat. Prima eſt, preces importunas, etiam ſi cum metu reverentiali coniungantur, non inferre metum cadentem in virum conſtantem, ſic docent *Henric. lib. 11. de matrim. cap 9. num. 5. Ludov. Lop. 2. par. inſtruct. de matrim. cap. 40. §. adde tamen, Turrian. dict. diſput. 75. dubit. 4. num 4.* quia non vidẽtur tantam

vim habêre,ut virum conſtantem commovêre debeant.

75 Secunda exiſtimat, importunas pre-
ces niſi metu reverentiali coniunctas
non cadere in virum conſtantem, ità
ſentit *Covarruv. de matrimon. 2. par.
de ſponſal. cap. 3. §.6. in fin. Veracruz 1.
par. ſpecul. art. 8. poſt 7. concluſ. dub. 2.*
& abſolutè idem adfirmat *Sanch. lib. 4.*
76 *de matrim. diſp. 7. n. 7.* Ratio ea eſt, cùm
enim importunæ preces ex ſe mag-
nam vim habeant, ſi illis adiungatur
reverentiæ metus, ſufficere videntur, ut
virum conſtantem moveant.

77 Tertia eſt, preces importunas ſeorſim conſideratas efficere metum iuſtum, & cadentem in virum conſtantem, docet abſolutè *Nald. verb. Metus, num. 4. Oſaſc. decis. 179. num. 4. Baſil. lib. 4. de matrim. cap. 5. num. 17.* (quem ſequor) importunas voco eas, quę inſtantiſsimæ ſunt, ſæpiùs repetitæ, & inculcatæ, iuxta *l. 1. C. de petit. bon. ſubl. lib. 10.* ibi: *Inverecunda petentium inbiatione cõſtringimur:* & *Iud. cap. 16.* ibi: *Cùmque moleſta eſſet ei, & pro multos dies iugiter adhæreret, ſpatium ad quietem non tribuens.*

78 Huius ſententiæ fundamentum a-
liud non eſt, niſi quia ſpectatâ naturâ ip-
sâ rei, & rationis iudicio adeò gravem
moleſtiam inferunt inſtantiſsimæ pre-
ces, ut meritò movêre debeant virum
conſtantem ad aliquid efficiendum. Si
79 enim metus cruciatus alicuius corpo-
ralis eſt cadens in virum conſtantem;
gravior cruciatus animæ eſt inſtantia
precum aſsidua. Itaque prudentes ho-
mines graviſsimam moleſtiam ſemper
iudicarunt, *Luc. 11. Propter improbitatẽ
tamen eius ſurget;* congruit *Trident. ſeſſ.
22. in Decr. de obſerv. in celebr. Miſſ.* ibi:
*Necnon importunas, atque illiberales elee-
moſynarum exactiones, potiùs quàm po-
ſtulationes:* eleganter *Chryſol. ſerm. 39.*
ibi: *Quicunque ſemel pulſaverit, indigna-
tur, mox ſi non fuerit auditus, iſte non eſt
petitor ſupplex, ſed imperioſus exactor:*
compte *Caſſiod. 12. var. epiſt. 8.* ibi: *Gra-
ta enim eſt ſine inſtantia compulſoris exa-
ctio, & hoc devotus facere, quod vix pote-
rat coactus implere. Ioachim. Abbas lib. 5.
concord. novi, & veter. Teſtam. cap. 43.* ibi:
*Sed Lot ſalvatus in Segor videns ſeverita-
tem iudicij omnipotentis Dei; li. èt extor-
ſerit potius, quàm obtinuerit à Domino
prece ſua, ut permitteretur manere in Se-
gor; timuit tamen manere ibi.*

80 Vnde improbitas hæc precum extorquere dicitur, quod obtinet, quod verbum violentiã denotat, *Extrav. execrabilis Ioan. XXII. de præbend.* & Principes ſe conſtringi ſentiunt improbitate petentium, *l. 1. C. de petit. bonor. ſubl.* pulcher *text. in cap. unico, de religioſ. dom. in 6.* ibi: *Sed quia non ſolùm importuna petẽtium inbiatio illarum poſtmodum multiplicationem extorſit:* quòd ſi apud Principes, quorum ſuprema in Republica authoritas eſt, importunæ preces adeò gravem moleſtiã adſerunt, ut ſępè annuant votis poſtulantium; quis dubitet etiam ſecundùm rectæ rationis iudiciũ adeò moleſtas eſſe inſtantes preces, ut meritò metui cadenti in virum conſtãtem æquiparari poſsint?

81 Iam face accensâ prælucet reſolutio quæſtionis, ut dicatur promiſsionẽ precibus importunis, ſeu inſtantiſsimis factã nullam eſſe, ità docet eruditus *Baſil. lib. 4. de matrim. c. 12. toto*, licèt renuat *Turrian. dict. diſp. 75. dubit. 12. num. 4.*

82 Reſtat indagare, an promiſsio dotis metu facta ſit omnino irrita? Et adfirmativè dicendum eſt per *text. in l. ſi mulier 22. §. ſi dos, D. hoc tit.* ubi promiſſio dotis facta per metum ipſo iure cẽſetur nulla, dictant, & ità tenent *Novell. de dote, par. 6. privil. 39. num. 1. Sanch. de matrim. lib. 4. diſp. 12. num. 23. Barboſ. in Rubr. D. ſolut. matrim. par. 4. num. 28. & ſeqq. Auguſt. Barboſ. in cap. 2. n. 6. hoc tit. gloſſ. unica, in cap. Abbas 2. & ibi Hoſtienſ. verb. Quæ metu, & Ant. de Butr. num. 8. Zabarell. num. 1. verſ. Secundus caſus,* & ibi *Abb. num. 9. hoc tit. Calder. conſ. 2. hoc tit. Præpoſit. in cap. cùm locum, de ſponſal. num. 4. verſ. Vltimò adducitur, Padill. in*

l. in

l.interpoſitas, n. 7. C.de tranſact.Flamin. de Rubeis conſ.70.num.118.& 119.lib.2. Quod quidem procedit in promiſſione arrharum matrimonialium, *l.fin.tit. 11.par.3.Padill.in d.l. interpoſitas, n.7. C.de tranſact. Picbar. in §. actionum 28. num.33.Inſtit.de act.*

Cuius rei occaſione indagandum eſt, quid ſit arrha,& quid ſignificare intendat? Et dicendum adeſt, quòd arrha ſit ſymbolum,&argumentum alicuius celebrati contractus, *princip. Inſt.de empt. & vend. l. 17. C. de fid.inſtr.*notāt*Briſſon.Hotbom.& Pratei.verb.Arrba*, quo ſenſu accipitur *in l. quod ſæpè 35. D.de contrab.emption. l.de lege, l.fin. D.de leg. commiſſ.l. 2. C. quand. lic. ab empt. diſc.* Quâ voce uſus eſt *Plaut.in Rud. & Terent.in Heaut.*

Aliquando ſumitur pro pignore complendi matrimonij, *l. arrbis, l.fin. C.de ſponſ. l.1. tit. 11. par.4.* Hinc ſuccedit diſcrimen verſans inter arrham & pignus,ut advertit *S.Remigius ſup.D.Paul. in cap.1.ad Ephes.*in hæc verba: *Dicit B. Hieronymus in explanatione huius epiſtolæ; quia melius eſt dicere, qui eſt arrba hereditatis noſtræ, quàm pignus, quia ita habetur in Græco: Interpres enim, qui hanc tranſtulit epiſtolam, non intelligens proprietatem verbi, per arrba tranſtulit pignus. Aliud ſiquidem eſt pignus, aliud arrba. Pignus eſt vadium, ſive vadimonium; quod ideò datur, ut recipiatur, & ſolent hoc dare homines, quorum pecora inveniuntur in alienis ſegetibus, aut vineis, aut alicui aliquod damnum committunt. Arrba autem eſt, quam ſolent negotiatores dare illis, à quibus emunt aliquod, quæ ideò datur, ut non recipiatur, ſed ut quod deeſt, pretio compleatur. Vnde dicitur arrba à re complenda, pro qua datur, Aul. Gell. lib.17. cap.2. Cerd. adverſ.ſac. cap.155. num.12.Terent.in Heaut.act.5.ſcen.3.*

---- Reliqui filiam adoleſcentulam
Ea relicta huic arrhabon eſt pro illo argento.

Tertul.lib. de reſurr.carn. ibi: *Hìc ſequeſter Dei, atque hominum appellatus ex utriuſque partis depoſito commiſſo ſibi carnis quoque depoſitum ſervat, in arrhabonem totius ſummæ. Quemadmodum enim nobis arrbabonem ſpiritus reliquit, ità & nobis arrbabonem carnis accepit, & vixit in cælum pignus totius ſummæ illuc quandoque redigendæ.*

Exſtat quoque hęc ipſa vox, Arrhabonis, *Geneſ. cap.38. ẏ.18. & 20.* & *2. Corinth 1. ẏ. 22. & cap. 5. ẏ. 25. & 1. Epheſ. ẏ. 14.* & apud *Damaſc.* in precatione, quâ petit, ut particeps fiat divinorum & vivificorum myſteriorum ſine condemnatione, nec ad pœnam *in pignus futuræ vitæ & Regni.*

Et quamquam *Hieron.* hanc vocem (quæ non ſolùm Græcis, ut apud *Heſych.* teſte *Iacob.Cuiac.lib.11. obſerv.cap. 17.* ſed etiam Hebræis, Chaldæis, & Latinis uſitata eſt) non debère verti pignus arbitratur; cùm *arrbabo* ſit futurę emptionis quaſi quoddam teſtimonium,& obligamentum; pignus verò pro mutua pecunia deponatur.

Vnde etiam ex *Suida,& alijs Stephanus* indicat, pecuniam ità appellari ad fidem maiorem faciendam ijs, quæ empta ſunt, perſolvendis. Tamen veriſimilius eſt, & pignoris ſignificatum ab illa voce non eſſe alienum, eâque ſignificari præſertim apud Hebræos omne id,quo cōfirmatur promiſſio. Recenſet etiam *Vvolfang. Lazius lib.1.comment.Reipubl. Rom. cap.2.pag. 28.* inter civitates limitaneas unam, quæ *Arrbabo* dicta eſt.

83 Quæri debet, utrùm obligatio facta ad commodum militis, dicatur geſta per impreſſionem?

Ad cuius quæſtionis elucidationem pręmitto, eſſe quinque ſpecies militū, ſcilicet *legitimi, evocati, tumultuarij, ſtationarij, & Ripparenſes. Legitimi* dicebantur illi, qui iurabant non evitare mortem pro Republica; quibus enſis figebatur, & ſtigma in brachio impingebatur, & in matricula ſcribebantur militum,& examinabātur,an eſſent ſufficientes ad bellum, ſecundùm *gloſſ. in*

O 2 *l.mi-*

l.miles, D.ex quib.cauſ.maior. quàm vocat ſingularem *Panorm.in cap.in noſtra, num.8. de procurat. Tuſch.pract.litt. M. concl.232.num.1.*

Alij verò dicũtur milites *evocati*, qui ex provincijs, ſocijſque civitatibus æquo fœdere, & iure iunctis non Latini nominis, militiæ munere fungebantur, qui non milites, ſed prò militibus habiti ſunt.

84 Alij *tumultuarij* dicebantur; qui adventu hoſtium repentino, cùm in diſcrimine extremo res foret, per trepidationem & metum raptim militiæ adſcribebantur.

85 Alij verò nuncupabantur *ſtationarij*, quorum meminit *Paul.I.Conſultus in l. Liminarchæ, D. de ſerv.fugit.* vel *milites præſidiarij*, vel *ripparenſes*, qui in hoſtiũ finibus habitare ſolent ad repentinos hoſtium incurſus intenti, *l. contra publicam, C.de re milit. lib. 12. Humada in l. 23.tit.21.gloſſ.1.à num.1.par.2. Buleng. lib.3.de Imper. Rom. cap. 9.fol. 378. litter. C. & lib. 7. cap. 22.* & Nos (Deo dante) *in Digladiat. de Competentia iuriſdictionum, q.2.à n. 1. cum ſeqq.ſect.1.*

86 Vnde etſi *Ferrand.Diacon. Carthagin. tom. 6. Bibliothec. PP. in Paranetico ad Reginum Comitem* dicat; *quòd milites huius ſeculi paſſionibus, & deſiderijs varijs tenentur obnoxij, milites Dei carnem ſuam crucifigunt; illi dapibus nutriuntur, iſti virtutibus; illi rapere aliena conantur, iſti etiam propria, vel patienter perdere, vel miſericorditer contendunt erogare; illis vivere labor eſt, & mori ſupplicium, iſtis vivere* CHRISTVS *eſt, & mori lucrũ:* & *Salv. lib.3.de gubern.Dei*, ibi: *Quid aliud militantium vita, quàm rapina eſt?*

87 Tamen dicendum eſt, non quæcunque cum militibus geſta per vim & impreſsionem facta intelligi debêre, *l.ſtipendia 9.C.de procurat. l.ratas 7.C.de reſcindend. vendit.* Sed tamen ſi vis à debitore obiiciatur, in tanta quanta paſſim hodie eſt gladiorum impunitate, militaris audaciæ odium facit, ut non priùs pro inſtrumẽto præſumi oporteat, quàm debitor in vi & impreſsione probando defecerit.

88 Ratio eſt; quia præſumptio ſola non ſufficit ad condemnandum militem; quia lex probationem requirit, *l. Lucius 83.de condit.& demonſtr.* ità in terminis philoſophatur *Anton. Fab. in ſuo Cod. lib.2.tit.11.defin.5.*

SVMMARIVM.

1 IVriſdictionis definitiones. & 2.
3 Vera definitio. & 4.5.
6 Poteſtatis verbo plura ſignificantur. & 7.
Quoad Magiſtratus Imperium.
8 Patria poteſtas olim apud Romanos magna fuit. & 9.10.
11 Expenditur Paul. in l. poſtliminium, §. filius, de capt.& poſtlim.reverſ.
Pater ius dicere in filios nequit.
12 Hodie non poteſt eos occidere.
13 Domini in ſervos vitæ, neciſque poteſtatem habebant; eorum tamen poteſtas hodie ſic eſt limitata, ut eis ſine cauſa in ſervos ſuos ſupra modum ſævire non liceat. & 14.
15 Iuriſdictio dicta eſt à iure dicundo.
16 A Principe fluunt iuriſdictiones.
17 Omnis poteſtas apud Populum erat.
18 Rector, ſeu Princeps ab alio, quàm ab ipſa Republica conſtitui non poteſt.
19 Monarchia eſt præſtantior, & cæteris Principatuum formis præferenda.
20 Reſpublica Romana in Auguſtum Cæſarem omne ſuum Imperium contulit, LEGE REGIA *de eius imperio lata.*
21 Quæ fuerit LEX *hæc* REGIA *ad ornatum: Vlpian.in l. 1. de conſtit. Princip. explicatur.*
22 LEX REGIA *ideò dicta, quòd ius Reges creandi lege lata Romulus Romano Populo conceſſerit.*
23 Quod non placet. uſq.29.
30 Reges non valebant omnem iuriſdictionem exercere ſoli, ideò conſtituerũt dominos, & officiales.

Ma-

91 Manu Regia iuſtitia miniſtrabatur iure Gentium primævo.
Iuriſdictionū, Magiſtratuumque diſtinctiones Iure Civili inductæ fuerunt. ibi.
32 Privilegium & conſuetudo dant iuriſdictionem.
33 Conſuetudo non habenti dat, auget, & minuit.
34 Qod præſertim verū eſt in perſona habente aliquam iuriſdictionem.
35 Et privativè etiam ad ſuperiorem.
36 Vt nec contraria admittatur probatio.
37 Iuriſdictionem exercere privilegio non conceſſam uſurpare eſt.
Et tenetur arbitrariè, ſi ut eam ſibi acquireret, exercuiſſet aliquis.
38 Per unum actum non uſurpatur.
39 Iuriſdictio privilegio tributa privativa eſt.
40 Precario conceſſa pro libito revocari poteſt.
41 Similiter ex gratia.
42 Ex cauſa oneroſa non.
43 Immemorabilis præſcriptio privativè iuriſdictionem dat.
44 In præſcribēda iuriſdictione tres actus requiruntur.
45 Proponuntur. uſq. 50.
47 De tolerantia remiſſivè.
51 Iuriſdictio metu extorta non valet.
52 Expenditur l. 2. D. de iudic.
53 Opponitur text. in l. ſi mulier, §. ſi metu, hoc tit.
54 Reſpondetur. & 55.
56 Actus ſine iuriſdictione facti nulli ſunt.
57 Explicatur text. in l. interdum, D. quod falſ. tut. auth. & 58. 59. 60.
61 Tamenetſi unica dictio eſt. & 62.
63 Conciliantur l. 2. & l. interdum.
64 Reprobatur Card. & 65. 66.
67 Iudex in alieno territorio iuriſdictionem exercere nequit.
68 Conſenſus iudicis ordinarij non eſt neceſſarius, ſed ſatis eſt illum non contradicere.
69 Partium collitigantium conſenſus expreſſus requiritur.
70 Iudicis illius loci, ad quem fit prorogatio, conſenſus requiritur.
71 Metus eſt contrarius conſenſui.
72 Prorogationem irritat.
74 Ratio p oponitur.
75 Si non iudex ſed alius metum incutiat, ut conſentiat ad iudicem, etiam nō valebit prorogatio. & 75.
Explicatur dict. l. 2. de iudicijs.
Modus Iudicum, & iudicandi olim.
Explicatur l. ſi convenerit.
Conciliatur cap. 1. de iudic.
76 Iudicia agitata per Tyrannū nihil valent, vel per officiales ab eo creatos.
77 Error impedit prorogationem iuriſdictionis fieri.
78 Delicta voluntate pendent.
79 Error facit ceſſare delictum.
80 Metus impedit prorogationem.
81 Vter magis vitiet iuriſdictionis prorogationem error, an metus? diſpungitur. uſque 85.

CAPVT XII.

De Iuriſdictione.

1 VARIAS iuris Authores attulêre definitiones, ut iuriſdictionis ſignificatum, & proprietatem propalarent, quas in unum congeſſerunt *Oſſuald. in Donell. lib. 17. comm. cap. 6. litt. F. Camill. Borrell. tom. 1. ſumm. Deciſ. tit. 41. à n. 1. cum ſeqq. Marc. Ant. Pereg. lib. 1. var. cap. 1. à num. 4.*

2 *Accurſius* tamē *in l. 1. verb. Poteſt, D. de iuriſd. omn. iudic.* tradidit, *Iuriſdictionem eſſe poteſtatem de publico introductā, cum neceſſitate iuris dicendi, & æquitatis ſtatuēdæ;* ibique *Bart. num. 3.* probat adiungens: *Tanquam à perſona publica ſtatuendæ:* quos communiter ſequuntur ibi *DD. Roland. conſ. 42. num. 20. vol. 2. Frāc. Marc. deciſ. 280. num. 1. & 368. num. 6. vol. 1. Forcatul. in Necyomant. iur. dialogo 20. num. 4. Ludou. Sacc. conſ. 2. num. 75. 76. volum. 2. Peregr. ubi ſup. num. 4.* & alij paſsim.

3 Quæ definitio, etſi communis, nun-

quam mihi arridêre potuit; aptè ſatis, & adpoſitè definivit *Glaperijs in tract. de iuriſd. concl. 1. n. 2.* dicens: *Iuriſdictio eſt iuris dicendi poteſtas iure publico conſtituta, ut unicuique quod ſuum eſt, officio iudicis tribuatur*: ubi adfirmat verba addita per *Bart.* ſuppletionis loco repelli, ut patris, tutoris, & domini poteſtatem excludat; quia dominus in ſervos, tutor in pupillos, & pater in filios ius
4 dicere non poſſunt, *l. qui iuriſdictioni, D. de iuriſd. l. ſi quis à liberis, D. de libır. agnoſc. l. qui liberos, D. de rit. nupt.* Neque neceſsitatem iudicandi ab *Accurſio* poſitam admitti; hæc enim magis ad ius dicentis officium, & iuriſdictionis exercitium pertinet, *l. de qua re, D.*
5 *de iudic.* quàm ad genus iuriſdictionis: quoniam non quidquid in poteſtate iudicis poſitũ eſt, iuris neceſsitati ſubijcitur, *l. non quidquid, D. eod.* Finis, & ſcopus iuriſdictionis eſt ius reddere, & ſuũ unicuique tribuere.

6 His adverſus communem definitionem adnotatis, recurrendũ eſt ad exornationem, & explicationem; quia igitur in ea pro genere ſtat poteſtas, eius acceptiones referam. Adſerit *I.C. Paul. in l. poteſtatis 215.* ubi *Rebuff. de verb. ſign. Poteſtatis verbo plura ſignificãtur, in perſona Magiſtratuum imperium, in perſona liberorum patria poteſtas, in perſona ſervi*
7 *dominium.* Quoad imperium Magiſtratuum illam eſſe iuriſdictionis poteſtatẽ, non leves authoritates confirmant, *Geneſ. cap. 41. Iſai. cap. 45. & 1. Petr. 4. l. Imperium, D. de iuriſd. l. 2. §. populo, D. de origin. iur. l. 3. D. de reb. cor. l. qui dolo, D. ad leg. Iul. de vi pub. l. qui accuſare, D. de accuſ. l. 1. D. quod quiſq. iur. l. nec Magiſtratibus, D. de iniur. 2. Paralip. 9. Eſdr. 3. cap. 4. 1. Machab. 1. Matth. c. 21. Marc. 10. Luc. 20. Ioan. 19. ad Rom. 13. l. 1. D. ad leg. Iul. repetund. Cic. contr. Rull. orat. 2. Omnes poteſtates, imperia, curationes ab univerſo Populo Romano proficiſci convenit. Sueton. in Claud. cap. 23. Iuriſdictionem de fideicommiſſis quotannis, & tantum in Vrbe delegari Magiſtratibus ſolitam in perpetuum, atque etiam per Provincias poteſtatibus demandavit*; eleganter *Arellano lib. ſingul. lect. iur. cap. 1. num. 67.*

8 Quoad verò ad paternam poteſtatẽ in filios, magna quidem olim fuit apud Romanos: *Parentum in liberos omne ius eſto religandi, vendendi, & occidendi.* Vltimum verò caput poſtmodum mollitum fuit, de eo tamen meminit *Paul. in l. in ſuis 11. D. de liber. & poſth. l. fin. C. de patr. poteſt. Anton. Fab. in Iuriſp. Papin. tit. 8. princip. 1. pag. 291. circa finem, & princip. 5. in initio, Pandulph. Prateius in Iuriſp. vetere in Romuli l. 19. Valentin. Forſter lib. 1. Hiſteriæ iur. cap. 32. num. 6. Ioann. Solorç. Pereir. lib. 2. de parricid. cap. 7. toto. Petr. Fab. lib. 2. ſem. cap. 2. Valençuel. conſil. 5. à num. 2.* latiſsimè *Carrança de part. cap. 4. à num. 17. cum ſequenti, fol. 293. F. Mauſon. de cauſis*
9 *execut. lib. 1. ampl. 10. num. 83.* Hâc de causâ & authoritate inſultus Virgineus filiam cultro accepto occidit, de quo *Pompon. in l. 2. §. & cùm placuiſſet, D. de origin. iur.* Manlius Torquatus filium è medio ſuſtulit, quòd cum hoſte contra præceptum ſuum dimicaſſet, hoſtéque ſuperaſſet, ſatiùs eſſe iudicãs patrem forti filio, quàm patriam diſciplinâ militari carêre, *Valer. Max. lib. 2. cap. 2. Tit. Liv. 1. dec. lib. 8.*

10 (Hinc Æneas militibus ſuis præcepit, ne ſe abſente, vel inſcio quidquam cõtra hoſtẽ attentarent, *Virgil. lib. 9. Æn.*

Namque ita diſcedẽs præceperat optimus armis
Æneas, ſi qua intereà fortuna fuiſſet,
Neu ſtruere auderent aciem, neu credere campo:
Caſtra modò, & tutos ſervarent aggere muros.

Obſervat *Andr. Gail. lib. 1. de pac. public. cap. 4. n. 27. & 28. Ioan. Solorç. Pereir. lib.*
11 *2. de parricid. cap. 4. in fin.* quò fortè reſpexit *Paul. I.C. in l. poſtliminium, §. filius, D. de capt. & poſtl. rev.* dum ait: *Diſciplinam caſtrorum antiquiorem fuiſſe Romanis, quàm charitatem liberorum.*)

12 Verùm hic caſus non fuit poteſtatis paternæ intuitu, ſed quia Magiſtratus erant; nondum enim lex facta fuerat, quę patri ius dicere in filios vetat, *l. qui iuriſdictioni D. de iuriſd.* Hodie tamen vetatur patrem poſſe occidere filios, *l. Divus 5. D. ad l. Pomp. de parric.* ibi: *Divus Hadrianus fertur, cùm in venatione filium ſuum quidam necaverit, qui novercam adulterabat, in inſulam eum deportaſſe, quòd latronis magis, quàm patris iure eum interfecit; nam patria poteſtas in pietate debet, non atrocitate, conſiſtere.*

13 Quòd verò ad ſervos attinet, dicendũ eſt, quòd etſi olim antiquiori iure domini in ſervos vitæ, neciſque poteſtatem habêrent, hodie tamen eorum poteſtas ſic limitata eſt, ut eis ſine legitima cauſa in ſervos ſuos ſupra modũ ſævire non liceat, §. *1. Inſtit. de his qui ſunt ſui*, ubi *Anton. Pichard. Caius lib. 1. inſtit. 3. & in l. 1. D. eod. l. 1. C. de emendat. ſervor. l. 1. tit. 12. lib. 9. C. Theodoſ. l. 8. tit. 2. par. 3. l. 6. tit. 21. par. 4. Macrob. lib. 1. dier. Saturn. cap. 2. Alexand. lib. 3. Dier. Genial. cap. 20.* & ibi *Tiraq. Conan. lib. 2. cap. 2. num. 3. Menoch. lib. 2. de arbitr. caſ. 364. ex num. 1. Bodin. lib. 1. de Repub. cap. 5.*

14 Ex his patet iuriſdictionem nõ dici, quam pater in filios, dominus in ſervos habent, nec quam tutor in pupillos exercet.

15 Dicta eſt autem iuriſdictio à *iure dicundo*, quia probatur ab effectu ex eo, qui ius dicit, *l. 1.* ibi: *Ius dicentis, D. de iuriſd. omn. iud.* ità tenet *Vacon. lib. 6. declar. 77. n. 1.* quod contra *Accurſ.* dixerat priùs *Corraſ. lib. 3. miſcell. iur. cap. 17. n. 1. Ferrand. Adduenſ. explicat. lib. 1. cap. 11. Alciat. lib. 2. diſpunct. cap. 24. in fin. Marta de iuriſd. 1. p. cap. 8. n. 3. Oſſuald. Hillig. in Donell. lib. 17. comm. cap. 6. litt. F.*

16 A Principe tanquam à perenni fonte omnes iuriſdictiones fluunt, *Peregrin. de iure fiſci, lib. 1. tit. 1. num. 10. & 11. Peguer. deciſ. 36. num. 1. Sacc. conſ. 8. num. 36. vol. 1. Camill. Borrell. de praſt. Reg. Cathol. cap. 21. n. 17. & de Magiſtrat. edict. lib. 1. cap. 1. num. 39. Marius Giurb. conſ. 52. num. 24. Franch. deciſ. 511. num. 6.* ubi *Viſcont. in addit. par. 2. Caſan. conſil. 43. num. 1.*

17 Sed ut hoc clariùs pateat, rem hanc ab antiquitatis ſinu eruemus. Apud omnes ferè Gentes primum quidẽ ius, omnemque poteſtatem apud Populum fuiſſe, qui cũ non ſufficeret ad regimen, Magiſtratus & Gubernatores in eius locum ſubrogavit; teſtantur *Pet. Greg. lib. 1. de Repub. cap. 1. & 2. lib. 5. cap. 30. num. 20. & lib. 24. cap. 7. Covarr. pract. cap. 1. num. 2. Buleng. de Imper. Rom. lib. 1. cap. 32. litt. D. Gutber. de offic. dom. Aug. lib. 1. cap. 31.*

18 Vnde Rector, ſeu Princeps ab alio, quàm ab ipſa Republica iuſtè, & abſque tyrannide conſtitui non poteſt. Ergo quælibet Reſpublica poteſtatem quam habet, in alium, vel alios transferre valet: in unum, ut in Monarchiæ Principatu; vel in plures, ut in Ariſtocratia, ſeu Optimatum ſtatu; in pauciores, ut in Democratia, quando maior pars civium, ut ſic violenta gubernatio popularis, ſeu Ocholocratia evitaretur, docet *Actuarium Politicum lib. 2.*
19 *de Repub. admin. cap. 4.* Inter quas gubernationis ſpecies Monarchia præſtantior eſt, & cæteris Principatuum formis pręferenda, firmant *Pet. Gregor. lib. 5. de Repub. cap. 1. & ſeq. & lib. 18. ſyntagm. cap. 2. Ioan. Chokier theſaur. Polit. lib. 1. cap. 3. Bobad. lib. 1. Polit. cap. 2. num. 14. & ſeqq. & lib. 3. cap. 6. num. 103. & 152. Amai. lib. 1. cap. 1. n. 17.* & elegãter confirmat *Dio lib. 53.* qui de Romana Republica diſſerens ait: *Enimverò quemadmodum Reſpublica in meliorem, ac ſalubriorem formam (neque enim fieri poterat, ut ſub populi imperio eadiutiùs eſſet incolumis) fuerit commutata, expoſitũ eſt.*

20 Hinc Reſpublica illa Romana, cùm Reges initio elegerit, poſteàque in annales Conſules ſummam poteſtatem contulerit, tandem Monarchiæ formam ſortita in Auguſtum Cęſarem omne ſuum Imperium, poteſtatemque

contulit LEGE REGIA de eius imperio latâ, graphicè *Bobad.lib.2.Polit.cap.17. num.3. & 4. Torreblanc. lib.3. de Mag. cap.3.à num.18.cum ſeq.* eleganter.

21 Quæ fuerit reverâ LEX hęc REGIA, cuius meminit *Vlpian.in l.1. D.de conſt. Princip. & Iuſtin.in l.1.§ ſed & hoc ſtudioſum,C.de veter.iur.enucleand.* quęque LEX IMPERII dicitur *in l.3. C.de teſtam.* & Auguſtum privilegium *in l. unica, C. de caduc. tollend.* & Regimenta Reipublicæ *in l.unica, D.de offic. Præfect.Prætor.l.1.D.ad leg.Iul.de amb. l.Barbarius, D.de offic. Prætor. cap.1. diſt.8.* maximè ſolet inter Interpretes controverti, ut conſtat *ex Othomano, Charond. Alciat. Corraſ.* & aliis, quos laudat *Covar.dict. cap.1.num.3. Duaren. lib.2. diſp. cap.19. Conci. lib.2. lect. cap.8.Govean. Mēchac.* & relatis *à Pichard. in §.ſed quod Principi placuit, Inſtit. de iur. natur. Conan. lib.3.comm.cap.16.num.3. Mendoç.lib.1. de pact. cap. 1. num.14. & ſeqq. & lib. 3. cap.13.num.1.Anton. Fab.in Iuriſp.tit.2. princip.8.illat.1.Suarez.cont.Regē Angl. lib.3. cap.2. num.12. Pet. Greg.de Repub. lib.9.cap.1. & lib.13.cap.12.num.14. & lib.47.ſyntagm.cap.20.Gaſp.Schiforḋeger. lib.3.ad Ant.Fab. tract.19. quæſt.11. Robles de repræſent. lib. 3. cap. 16. num. 8.*

22 Frequentiori tamen calculo obtinuit LEGEM REGIAM (nō *Rhenniam*, ut ſomniat *Corraſ. lib.6.miſcellan.cap.8.*) idcircò dictam, quòd ius Reges creandi legelatâ Romulus Populo Romano conceſſerit,ut *Livius & Halicarnaſ.* ſcribūt. Proindeque Tarquinij Servio Tullio obijciebant, quòd iniuſſu Populi Romani Regnum invaſiſſet, cùm itaque Octavianus Auguſtus à Populo creatus eſſet Imperator, videtur antiqua illa Romuli lex (quæ REGIA dicta eſt) in uſum revocata.

23 Verùm hæc non placent, ex ſeqq. Primò,quoniam poſt exactos Reges exſoluerunt Romuli leges,lege ad id Tribunitiâ latâ, *l.2. §. exactis 3. D. de origin. iuris, Govean. lib. 1. lect. cap.21.* quas tamen poſt tot ſecula ſuſcitatas fuiſſe non eſt credendum.

24 Secundò, quia non ſatis conſtat, an hęc lex poteſtatem dederit Populo Regem creandi, an Senatui: cùm *Livius* doceat, Ancum Martium à Populo creatum,& poſteà Patres electionē adprobaſſe: & *Dionyſius* adſerat contrariū, ut agnoſcit *Sabellic.lib. 4. Hiſtoria Enneade 2.* & tamen electus fuit, quoniam Numæ erat nepos.

25 Tertiò, ſcimus quoque Tarquinium Servio Tullio ſocero mortem intuliſſe, ut avi ſui Tarquinij Regnum repeteret, ſic enim & diſceptatio priùs intervenerat in concione de hac re inter eos, in qua Tarquinius accito populo acervè Servij perfidiam incuſabat, quòd avito ſe Regno ſpoliaſſet, *Sabellic. lib. 5. Enneade 2.* Ergo ſi lex aliqua Romuli eſſet, non hanc pro ſe Tarquinius adduxiſſet rationem.

26 Quartò, ſententia *Corraſij* apertè corruit,*ex dict.l.1.D.de conſtit.*ibi: *Nam lege Regia, quæ de eius imperio lata eſt:* quæ verba niſi de Imperatore intelligi non poſſunt, cùm denotent in individuo Imperatoris latam legem, & *Iuſtinian.* id adſtruit *in dict. l.1. §. ſed & hoc ſtudioſum*,ibi: *Cùm enim lege Antiqua, quæ Regia nuncupabatur, omne ius, omniſque poteſtas Populi Romani ad Imperatoriam tranſlata ſunt poteſtatem.* Ergo ad poteſtatem in Imperatorem transferendam lata fuit illa LEX REGIA.

27 Quare dicendum eſt cum *Covar.ſup.* quòd cùm Auguſtus rerum potitus eſſet devicto Antonio, ne videretur ſtatim veterem Romani Reipublicæ ſtatum uſurpare, & tyrannide eam opprimere(ut fecit *Iulius*,teſtantibus *Eutrop. lib. 7. & Suet. in eo*) paulatim Regiam poteſtatem cœpit adſumere,nam Conſulatum per deceñiū accepit, & Cenſuram mox Tribunitiam,poteſtatē perpetuam; & legum Regimen æquè perpetuum, ut ait *Suet.in eo cap. 26. & 27.* (ubi nota legum Regimen idem eſſe,ac quod *lib.15.Strab.* dixit, omne ius belli, & pacis in eum translatum) conſentit etiam

etiam *Dio lib.53.* adſerens Auguſtũ imperatoriam maieſtatem in decem annos accepiſſe,& his finitis prorogatam donec Monarchiam perpetuò fuerit adeptus, ut *Zonar.* quoque *2.tom. in vita Octavij:*& *Dio d.lib.53.Pet.Greg.lib.47. ſyntagm.cap.20.num.4.*adſtipulantur.

29 Quod ut commodiùs fieret, lex illa fuit lata, quæ REGIA dicta, id eſt, de Regno,ſeu Imperio Principis, ut deſignaretur unus, qui omnem Populi poteſtatem, ſicut ſolebāt Reges,obtinèret; quæ omnia eleganter indicat *Tacit. lib. 1. Annal.*ſtatim *in princ. Arma in Auguſtum ceſſere,qui cuncta diſcordijs civilibus feſſa nomine Principis ſub imperium accepit poſito Triumviri nomine Conſulem ſe ferens, & ad tuendam plebem Tribunitio iure contentum, ubi militem donis, populum annona, cunctos dulcedine ocij pellexit inſurgere paulatim munia Senatus, Magiſtratuum legem in ſe trahere nullo averſante.*Quidquid itaque habuitReſpublica latenti alluvione in Principem fuit translatum, *Arellan.de Imp.rat.lib. 4.cap.7.num.11.& 12.& lib.ſing.lect. iur.cap.2.q.4.tota,à pag.74.& ſeq.*

30 Vnde infert *Pet.Belluga in ſpecul.Princip. rubr. 22. §. & quia, num. 53. in fin. & ſeqq.*ubi *Camill.Borrell.in addit.*quòd cùm Principes haud valêrent omnem iuriſdictionem ſoli exercêre,conſtituerunt dominos,& officiales; qui tanto oneri ſuppetias ferrent in eoſque merum & mixtum imperium contulerunt.

31 Taliter quòd iure-Gentium primævo ſolummodò iuriſdictio univerſalis extitit,&potentiâ,manuque Regiâ iuſtitia miniſtrabatur, ſed iuriſdictionum, Magiſtratuũque diſtinctiones Iure Civili introductæ fuerunt, *l.2. D.de origin. iur. Felin. in cap.quæ in Eccleſiarum, n.55.de conſtit.*eleganter *Iaſ. in l.ex hoc iure, col. 2. D. de iuſt. & iur. Didac. Perez in l.1. tit.1. col. 758. verſ. Sic octavò quæro,lib. 3.Ordin.*& dependent à Rege,ſeu à cõſuetudine,*Petr.Greg. lib.32.ſyntagmat. cap. 10.num.8. in fin. Bobad. lib.2. Polit. cap.16.num.4.in fin.*

32 Duo ſunt,quæ iuriſdictionem conſervant,& dant privilegium, & conſuetudo, *Surd. conſ. 465. num.5. Mar. Giurb. conſ.53.num.2. Morla in empor.iur.tit.2. de iuriſd. quæſt. 22. num 3.* Conſuetudo
33 non habenti dat, auget, & minuit, *cap. conqueſtus 9.quæſt.3.cap. irrefragabili, §. 1. cap. dilectus, de offic. ordin. l. 1.* & ibi *DD.C.de emancip. liber. gloſſ. in cap.2.de except. in 6.Valençuel. conſ. 26. num.17. Maceratenſ. lib.1. reſol.103.num.6. Seſſ. de inhibit. cap.8.§.4. num. 33. & 34. & Deci.conſ.113.num.72.& 73.*
34 Quod præſertim verum eſt in perſona aliquam habente iuriſdictionem,*Felin. in cap. ſignificaverunt, num. 3. de iudic.Natta conſ.98.num.12. Decian.lib.4. crim. cap.27. num.2. Macerat. dict.reſol.*
35 *103. num. 7.* Et privativè etiam ad ſuperiorem,*cap.irrefragabili, §.exceſſus.de offic.ordin. Abb. num.7. Felin.num.11.in cap. Paſtoralis, eod. tit. Mantic. deciſ. 296. num.1. Mareſcot. lib.1. variar. cap.*
36 *54.num.5.* Vt nec contraria admittatur probatio,*Bobad.lib.6. Politic.cap.10.numer.11.& 12.*

37 Iuriſdictionem exercêre privilegio non conceſſam uſurpare eſt, *Lanar.conſ. 5.n.14.Theſaur.deciſ.131.n.2.*& tenetur arbitrariè uſurpans,*Mainer. in l.non videtur, num.17. D.de reg. iur. Capic.deciſ. 130. num.21. Afflict. in conſtit.ea quæ ad ſpecial.& deciſ.265.num.101. Ball.tract. var.lib.6.de ſyndic.quæſt.5. num.9. Ruginell. pract.quæſt.45.num.24.*ſi ut eam ſibi acquireret,exercuiſſet, *Foller.in conſtit.de quibus,num.15.& 16.Mar.Giurb. conſ.24.num.19.*

38 Sed nec per unum actum uſurpatur, *l.2.D.de uſucap. Afflict.in conſtit.duram, vel diram, num. 6.8.& 14.Ball. d.quæſt. 5.num.10.*cum plures requirātur, *Intrigliol.ſing.139.*

39 Tamen ſi Iuriſdictio privilegio tribuatur, privativa præſumitur, *Paull. Eleaz.& Cardin. in Clem.1. de celebrat. miſſar.Felin.in cap. irrefragabili. num.2. de offic.ord. Gramm.deciſ.30.num.12.Decian.lib.4.crim. cap.20. num.23.Guazin. reor.*

reor.defenſ.1. cap.10.num.17. Azeved. in l.10.tit.13.num.45.lib.8.Recop. Menoch. lib.2. præſumpt.18.num.23.Cravet.conſ. 411.num.31. & 33. Marius Giurb.conſ. 48.num.31.

40 Precario conceſſam iuriſdictionem pro libito Princeps revocare valet, *Menoch.de arbitr. in ſcholijs ad quæſt. 55. numer. 5.* optimè *Petra de poteſt. Princip. cap. 29. num. 1.* ut revocationem hanc conqueri nec quis poſsit; *natura enim contractus precarij ita ſuadente, tamdiù is, qui rogavit, utatur, vel quaſi, quamdiù concedens patiatur: l. 1. D. de precar.* Atque ità accipiendos eſſe, *Guid. Pap.conſ.65. num. 4. Gramm. deciſ. 46. num. 2. & 3.* probat *Petra dict.cap.29.num.2.* ſed precario poſsideri præſumuntur, quæ ad Principem ſpectant, *Sacc. conſ. 2. num. 145.*

41 Similiter etiam ex gratia præſtitam iuriſdictionem pro ſuo arbitrio moderari poteſt, ſi urget cauſa, ità *Bald.in l. qui ſe patris, num.10. verſ. In conceſſis, C. und.lib.Caſtr.conſ.288.num.2.in 1.Brun. conſ.97 num 2. Menoch.conſ.1.num.181. & in ſcholijs dict. quæſt. 55.num.5. Manent. conſ.109 .à num. 22. Belluga in ſpecul.Princip. rubr.26. §. Princeps, num.3.*

42 Nequit autem Princeps ex cauſa onerosâ datam moderari, ex *Bald. in dict. l.qui ſe patris, num.10. Caſt. Brun.* nuper citatis, *Caſan.conſ.43.num.59.Ruin.conſ. 230. n.4.& 9. in 1. Belluga in d. §. Princeps, num.3. Men. in ſchol.dict. quæſt.55. num.2.& conſ.1156.Canc.3. par.variar. cap.13.à n.62.ad 74. & 158. Maſtrill. de magiſtrat. lib.3. cap.2. num. 57. Ponte de poteſt.Proreg.tit.3.de elect.offic. §.1.n.13. & 23.Villar.conſ.8.n.28.31.& 32.lib.1.* Si cauſa etiam urgeat ingratitudinis, *Menoch.conſ.1007. Sixtin.lib.1. de regal. cap. 6. num. 13.* imò nec alterare eam poteſt, *Canc. dict. cap.13. num. 413. & 414.Mar. Giurb.conſ.89. num.12.13.& 14.*

43 Immemorabilis præſcriptio privativè etiam ad ſuperiorem iuriſdictionē acquirit, ſed in loco, quo officialis eam voluit exercêre, & prohibitus acquievit, *l.quiſquam, D. de diverſ. & tempor. præſcript.Felin.in cap.Paſtoralis, num.5. de offic.ord.Bald.in l.1.ad fin.C.de emanc. liber.& conſ.439. num. 12. in 3. Roland. conſ.80.num.23. & 24. vol. 2. Schrader. de feud.par. 10.ſect.1. num.134. Peregr. tract.var.1.n.72.Mareſc.lib.1.cap 54.*

44 Reverâ in præſcribenda iuriſdictione tres obſervandi ſunt actus, ex *Bald. conſ.439.ſub num 4.vol.3.Anchær. conſ. 132. Alex. conſ.16. ad fin. vol. 5. Giurb. conſ.59.num.41.& 42.*

Primus eſt, ſuperioris actus illius, nēpe, domini, adverſus quem præſcribitur, qui actus in ſua ſcientia, & patientia conſiſtit; dum ſcit, & patitur iuriſdictionalia exercêre: ex hoc enim actu acquiritur poſſeſsio præſcribenti; ſine qua non curreret præſcriptio, *ad not.in l.2.C.de ſerv.& aqua, Peregr. in.dict.tit.1.*
45 *num. 68.& 69.* Satiſque erit officialium Principis ſcientia, *Bart. in l. ſi publicanus, § in vectigalibus, D. de public. Hieron.à Monte de finib. cap.77. nu.6. Surd. Deciſ.4. num.6. Burſat. conſil. 259. num. 12. Natta conſ.518. num.6. Oſaſc.conſ.2. num.12.Iacob.Gall.conſ.47.à num.11.*

46 Quæ domini ſcientia tractum continuum habêre cenſetur, cùm ſit res animi, *ad not. in l. 2. §. & harum, D. ſi ſerv.vendic.Peregr.num.69.* Animus habet cauſam continuam, *Bart. in l.viæ, §.primò, D.de public.& in l.non iuſto, §. non mutat, D.de uſucap. Bald. conſil.439. num.2.*

47 Sed quia de tolerantia, & permiſsione nuper egimus, ne longior adſim, videas *text.in l.1. §. permittitur, D.de aq. quot.& æſtiv. l. 1. § Magiſtrum, D. de exercit.act. c.iamdudū 18. ad fin. de præbend.l.1.tit.3.lib.1.Compil.Avēd.1. par. Præt.cap.1.num.29.& 30. verſ. Septima cauſa, & 2.par.cap.12. num.11. Salic. & DD.in l.nullus, C.de iudic.Seſſe deciſ.113. à num. 150. par. 2. Honded. conſ. 100. ex num. 87. vol.2. Sanch. de matrim. lib.9. diſp.40.num.9.& 10.* & aureà *lib.8. diſp. 4.num.26.& lib.2. diſp.38. n. 12. Alfar.*

de

de offic. Fiſc. gloſſ. 20. §. 3. num. 50. Girond. de gabell. 1. par. num. 43. Maur. alleg. 18. num. 12. & ſeq. Peregrin. de iur. Fiſc. lib. 6. tit. 8. num. 25. & conſ. 21. num. 19. lib. 2. Salas de contract. tit. de empt. & vend. dubit. 23. Gonç. ad reg. 8. Canc. gloſſ. 5. in princ. num. 87. Tuſch. tom. 8. verb. Tolerãtia, concl. 324. Menoch. conſ. 275. ex n. 50. vol. 3. Gutierr. lib. 2. pract. q. 180. n. 7. & 11. & de gabell. q. 5. n. 10. Laderch. conſil. 205. Coſt. de fact. ſcient. diſt. 49. n. 10. & ſeqq. Decian. conſ. 21. num. 78. vol. 1. & conſ. 124. n. 16. vol. 3. Raud. deciſ. Piſana 36. num. 163. Grat. cap. 56. num. 6. & ſeq. Magon. deciſ. Florent. 26. num. 23. & 45. cum ſeq. Burſat. conſ. 177. num. 46. lib. 2. Lapus alleg. 89. cum addit. Iacob. de Graph. lib. 1. deciſ. Aurear. cap. 14. num. 10. & 11. Menchac. illuſt. cap. 84. num. 13. Farin. in prax. tom. 3. q. 103. ex n. 289. Medic. in §. lex eſt, dubit. 74. n. 4. & 5. Caſanate conſil. 41. ex num. 17. Cravet. conſ. 137. & conſ. excuſſ. poſt deciſ. Pedem. num. 39. Chaſſan. ad conſuet. Burgund. rubr. 4. §. 7. gloſſ. 5. n. 55. refert Ariſmin. lib. 1. tit. de conſuet. fol. 53. Crot. ad cap. 1. de conſtit. in 6. n. 20. Panorm. in cap. niſi eſſent, de præbend. n. 4. Paciſn. conſ. ult. num. 135. & 136. Surd. conſ. 396. præſertim n. 33. vol. 4. Cened. q. ult. num. 28. & ſeq. ex num. 56. Mart. de iuriſd. par. 4. caſ. 101. num. 10.

48 Secundus cõſideratur in perſona præſcribentis, qui cùm primùm per actus iuriſdictionales animo poſsidẽdi acquiſivit ſibi poſſeſsionem, eius animus ſucceſsivè præſumitur continuatus, Bart. in dict. §. non mutat, Pereg. num. 70.

49 Nam tribunal ſuum erectũ in perpetuũ eſt, & banna ſua ſemper loquuntur, l. Arriani, C. de heret. nec inſpicitur, quòd actus ſint diſcõtinui; quia animus cõtinuus ſufficit, Bart. & Pereg. nuper cõgeſti.

50 Tertius advertitur in perſonis ſubditorũ paſsivè, in quos exercetur iuriſdictio; nã citra eorũ patientiam iuriſdictionis poſſeſsio nõ acquireretur, Innoc. & Abb. in cap. olim 3. de reſtit. ſpoliat. Afflict. deciſ. 301. Peregrin. dict. lib. 1. num. 71.

51 Iam ergo cùm iuriſdictio ſolũmodò privilegio, cõſuetudine, & præſcriptione quęratur, evidenter ſequitur iuriſdictionẽ metu extortã nullã eſſe ipſo iure, ut docent gloſſ. in cap. 2. verb. Coactus, ad fin. hoc tit. ubi Ant. n. 10. Anch. n. 3. Abb. n. 12. & 17 Imol. n. 4 gloſſ. in l. 1. verb. Nõ valet, in §. fin. D. de authorit. tut. Bart. in l. 2. poſt princip. D. de iudic. & in tract. de tyrann. n. 14. Bald. in l. decernimus, num. 5. C. de ſacroſ. Eccleſ. Marian. Soci. in cap. ſignificaſti, num. 39. de for. compet. Panorm. in cap. P. & G. in fin. de offic. deleg. & conſ. 3. q. 6. in fin. lib. 2. Corn. conſ. 127. n. 48. lib. 2. Aim. Cravet. conſ. 982. num. 17. vol. 5. Sebaſt. Medices de fortuit. caſib. 1. par. quæſt. 7. num. 40. Farin. 2. par. frag. crim. verb. Metus, num. 32. Tuſch. pract. litter. M. concl. 221. num. 20. & 21. Baſil. de matrim. lib. 4. cap. 8. num. 14. Auguſt. Barboſ. in cap. 2. num. 7. hoc tit. Dionyſ. Gothofr. in l. 2. litt. M. D. de iudic. Valençuel. conſ. 87. num. 96.

52 Hanc ſententiam mirè comprobat Vlpian. in l. 2. D. de iudic. ibi: Aut ſi tũ reſtitiſſet, quivis ex litigatoribus viribus Prætura cõpulſus eſt, nulla eſt iuriſdictio, ubi gloſſ. verb. Nulla, ait, ipſo iure. Si ergo metus annullat prorogationẽ iuriſdictionis, à fortiori debet impedire ipſius trãſlationem, ſic intelligit Bald. in l. ſi qui ex conſenſu, num. 7. C. de Epiſcop. aud.

53 Cui repugnat text. in l. ſi mulier, §. ſi metu 4. D. hoc tit. ibi: Si metu coactus ſim ab emptione, vel locatione diſcedere, videndũ eſt, an nihil ſit acti, & antiqua obligatio remaneat: an hoc ſimile ſit acceptilationi, quia nulla ex bonæ fidei obligatione poſſimus niti, cùm finita ſit, dum amittitur, & magis eſt, ut ſimilis ſpecies acceptilationis ſit, & ideò Prætoria actio naſcatur: quibus verbis geſta per metum mero iure valère demonſtratur, & per actionem huius tituli venire reſcindenda.

54 Sed facillimo negotio ſatisfiet, ſi animadvertatur diſtinctio quædam, nẽpè, quòd ſi metus adhibeatur per ſuum iudicẽ, tunc actus valet mero iure, ſin autẽ per eũ, qui non ſit eius iudex cõpetens, tũc actus ſit nullus ipſo iure, Curt. Iun. in d. l. 2. D. de iudic. Aug. Berous conſ. 9. num. 24. vol. 1. qui ita procedere dict. l. ſi mu-

ſi mulier, §. *ſi metus*, *& d. l.2.* adſeverat,
& in concordiam videtur adducere.
55 Ratio eſt, quòd ubi coactio adeſt,
ibi iuriſdictio exiſtat, *l. eum qui 13. D.
de iuriſd.omn.iud. Gratian.cap.169.n.17.
vol.1.* ideò ſi proprius iudex cogat ſub-
ditum iudiciũ accipere, iuriſdictio tene
bit; ex natura enim illius dimanat coa-
56 ctio, & cõpulſio: ſed tamen ſi incompe-
tens iudex metum & vim incutiat, cùm
ex parte illius nulla ſit poteſtas, & impe
rium, & ex parte compulſi deſit cõſen-
ſus, manifeſtum adparet iuriſdictionem
nullã exiſtere, & actus omnes ab eo fa-
ctos, cùm iuriſdictione careat, eſſe nul-
los, *gloſſ.in Clement.1.verb. Nõ obſtante,
de ſequeſt. Berous in cap. 1. n.10. de iudic.
Theſaur.deciſ.220. n.1. Carrot.except.22.
n.4. q.1.n.11. Turret. conſ.7.n.7. vol.3.
Scac.de iud.c.66.ſub n.1. Mar.Giurb.cõſ.
79.n. 26.* ut nec partiũ conſenſu recon-
validari poſsint, *Pariſ. conſ. 100. ad fin.
vol.1. Triviſan.deciſ.68.n.45.lib.1. Bor-
rell.tom.1.ſumm. Deciſ.tit.41.num.291.*
57 Nec remoratur noſtram ſententiã al-
ter *text. in l.interdum, D. quod falſ. tut.
auth.* ibi: *Interdum tamẽetſi ſciẽtia noceat,
tamen reſtitutio facienda erit, ſi à Prato-
re compulſus eſt ad iudicium accipiendum.*
58 Sanè ideò *in d. l. interdum*, reſtitutio
fuit conceſſa adverſus ſententiam pro
pupillo latam; quia ibi erat iudex ſuus,
in *dict. l.2.* non ſuus; ità interpretatur
gloſſ.ibi, litt.Z.
59 Quæ interpretatio nullatenus animũ
in quietẽ reponit, ſed potiùs involvit, &
intricat paucis tamẽ additis quieſcit,
nec renuo Accurſiana ſcholia, comple-
ctor, impono commentaria, & ut hoc
clariùs pateat, altiùs rem repetam, & è
veſtigijs evolvam. Certũ eſt in integrũ
reſtitutionẽ non dari ei, qui ſcienter, ſed
ignoranter contraxit, *l.1. §. fin. D.quod
falſ.tut.auth.* ibi: *Ait Prator, ſi id actor ig-
noravit, dabo in integrũ reſtitutionẽ*; ſciẽti
nõ ſubvenir merito, quoniã ipſe ſe dece
pit: *Sfortia Odd. de reſtit. 1. p.q.22. art.2.
Cuiac.lib.22.obſerv.cap.20. Donel.lib.21.
cõm.cap.5.* ubi *Oſſuald.in not.lit.E.* Quã
60 regulam idẽ *Vlpian.* limitavit, & reſtrin-
xit in caſu, quo cõpulſus à Prætore con-
traxit: *Interdũ tamenetſi ſcientia noceat,
tamen reſtitutio facienda erit, ſi à Pratore
compulſus eſt ad iudicium accipiendũ. Odd.
61 de reſtit.1.p.d.q.22.art.2.* Quaſi diceret,
quamvis (ut explicat *Cuiac.lib.1.obſerv.
cap.14.* non audiendus in interpunctio-
ne *tamenetſi* & relinquẽs *tametſi*, quia *ta-
menetſi* unica dictio eſt, ut *in l.7. §. 3.
D. de uſufr. accreſc. l.7. §. 11, D. ad S.
C.Maced. Muret.11.var.lect.17; Auſon.
Popma de uſu antiquar. locut. lib.1.cap.6.
pag. 42. Dionyſius Gothofredus in dict. l.
interdum, D. quod falſo tutore authore.*)
62 Scienti reſtitutio non detur, *dict. l.1.§.
fin.* tamen ſi Prętor compulſionẽ effi-
ciat, cùm proprius ſit iudex, & eius po-
teſtatẽ effugere nequeat cõtrahens, re-
ſtitutionẽ impertiendã adfirmat: quia
cùm contrahendi noluntas ſatis adpa-
reat, ex eo quòd ſciat falſum eſſe tuto-
rẽ, iudicique liqueat; & imperioſus ad
iudicium coëgit; dictat *Vlpian.* limita-
tionem propoſitam; ne damnũ & contu-
meliam patiatur contrahens, cùm preſ-
ſus tanto imperio iudicium acceperit.
63 Iam in amicitiã rediguntur *text. in d.
l.interdũ, & in d.l.2.* Ratio diſcriminis
propalatur: ideò *in d. l. interdũ* iudiciũ
tenuit, quia proprius, & cõpetens iudex
extiterat, ad compulſionẽque poteſtatẽ
tenebat; *in d.l.2.* nõ proprius, imò extra-
neus, & incompetens erat, ut ex textus
verbis, & ſerie haud dubiè deducitur,
ſic iudicium nullum adſeruit *Vlpian.* ra-
tione defectus, & impotentiæ, iuriſdi-
ctione enim carebat.
64 Nullatenus audiendus eſt *Cardin. in
cap.2.num.unico, verſ. Quintus caſus, hoc
tit. & in cap.licèt, q.31.de elect.* (quem ſe-
quitur *Thom. Sanch. de matrimon. lib. 3.
quaſt. 39. num.13.*) qui ducitur, quia *d.
l. 2.* in contrarium adducta loquitur in
caſu ſpeciali, dum litigantes compel-
luntur conſentire in iudicem non ſuum;
& ità prorogare eius iuriſdictionẽ, quæ
prorogari nequit niſi liberã eorum vo-
luntate; ſicque cùm ſit caſus ſpecialis
exceptus à regula generali tradenti
metu geſta tenere, non debet extendi;
quã

qua de cauſâ veriùs eſſe iuriſdictionem
metu extortam validè transferri intre-
pidè proponit.

65 Quia ultrà quòd in *d.l.2. D.de iudic.*
contrariũ apertè ſit, ibi: *Nulla eſt iuriſ-
dictio*, dicendum eſt, nullã verſari ratio-
nem differentię inter iuriſdictionem, &
prorogationẽ metu extortam, cùm idẽ
in effectu adſit in datione, ac proroga-
tione, ex eo quòd in utroque caſu de iu-
riſdictione agatur, vel ut detur, vel ut
prorogetur, & ſic non militat differens
ſpeculatio, *l. illud*, cum mille vulgatis,
D.ad leg.Aquil.

66 Manet ergo indubitata concluſio,
quòd iuriſdictio metu extorta nullius ſit
momenti, nullumque ſortiatur effectũ,
DD.in l.ſi mulier, §.ſi dos, D.hoc tit.

67 Nunc de prorogatione agendũ eſt, ut
ſatis & undequaq; noſtra materies per-
cipiatur: patet evidenter in alieno ter-
ritorio iudicem extraneũ inter ſuos ius
dicere nõ poſſe, contradicente illius lo-
ci ordinario, *cap.Epiſcopatum 9.q.2.gloſſ.
in cap.ut litigantes, de offic.ord. in 6. Bar-
boſ.in l.1.art.2.n.11.D.de iud. Cane.2.p.
var.c.2.n.216.Macerat. lib.1. reſol.103.
n.3.Lanar.conſ.72. n.7. Maſſul. in addit.
ad Capic.deciſ.118.n.3. Capiblanc.de Ba-
ronib.pragm.3.n.146. Rugin.pract.q.45.
n.27.Roſent.de feud.p.2. cap.12. concl.5.*
68 *n.31.* Cuius conſenſus expreſſus eſſe non
debet, ſed ſatis illum non contradicere,
*Caſtr.Alex.Marſil.& Cagnol.in l.fin. D.
de iuriſd.omn.iud.Tuſch.litt. T. concl.51.
num.3.Muta deciſ.99.num.11.Schrader.
de feud. par.10.ſect.3.num.126.*

Partium verò collitigantium cõſen-
69 ſus expreſſus requiritur, *arg. l.D.Pius,*
& ibi *not. Caſtr. D.de ſervit. ruſt. pred.
Panorm.in c.P.& G.de offic.del. Barboſ.
in l.1.art.2.n.5.D.de iudic.Rugin.d.q.45.
n.27.Schrad. d.n.126. Roſent. d.num.31.*
Nec tacitus ſatis eſt, *cap.ſtatutum, §.in
nullo, de reſcript.in 6. Curt.Iun.n.4. Caſt.
n.2.in l.2.§.& ſi iudex, D.de iud.Iaſ.in d.
l.fin.num.6.Felin.in cap.cùm olim, 1.n.2.
de offic. deleg. Marant.de iudic. par.4. di-
ſtinct.14.num.12.Menoch.conſ.340.n.56.*

70 Iudicis tamẽ cõſenſum requirũt illius
loci, ad quem fit prorogatio, *Abb.n.15.
Mant.n.47.in cap. P.& G. de offic. deleg.
Abb.in c. cùm olim, eod.tit. gloſſ.in Clem.
1.verb. Indulgemus, de for.cõpet. Socin.in
cap.ſignificaſti, n.33. eod.tit. Manſ.n.22.
194. Iaſ. num. 10. in l. fin. D. de iuriſd.
Roman.ſing.50. Marant. 4. par. diſt. 12.
num.3. Vant.de nullit.tit.quib. mod. ſent.
repar.p ſſ.num.79. Schrad. d.ſect.3.num.
126.Mar.Giurb. conſ.52.num.18.*

Ex quibus inferas, quòd cùm metus
71 ſit contrarius conſenſui, *l. nihil cõſenſ.ui,
in princ.D.de reg.iur.* metus impediens
conſenſum irritabit prorogationẽ, quod
probat *l.poſt principiũ, D.de iudic.& l.ſi
quis ex cõſenſu, C.de Epiſ.& Cl.* ſecũdũ in-
tellectũ *gloſſ.ibi fin.& l.15.tit.22.p.3.* ac
ità receptũ eſt, quòd metus irritet pro-
rogationem ipſo iure, notat *Paul.in l. in
criminali, n.7.C.de iuriſd.omn.iud. Rolãd.
conſ.2.num. 86. lib.1.& 57. à n.54. lib.3.
Ant.de Matheac.de prorogat.iuriſd. n.19.
verſ.Quartò principaliter, Decian.in tra-
ctat. crimin.lib.4.c. 23. n.14. Petr. Bar-
boſ.in l.1.art.3. n.44. D.de iudic. Oſuald.
in Don.lib.17.c.10.litt. M. Guaz. defenſ.
3.c.7.num. 19. Giurb. conſ.77.num.26.
Hering. de fideiuſſ.cap.5.num.195.*

72 Huius rei ratio eſt, quòd quando quis
viribus Præturæ coactus eſt proroga-
re, in effectu iubet Prętor ſe fieri iudi-
cẽ, quod LEGE IVLIA (de qua agũt *Aul.*
73 *Gell.noct. Attic.lib.14.c.2.Macrob.lib.1.
Saturn.c.10.*) erat prohibitũ, *l.ſed etſi in
ſervũ, §.1. D.de recept. arb.l.4. D.de tut.
& curat.dat.ab his, l. fin.D.de offic.Prat.
l.Præſes 9.D.de offic.Præſ.* Vnde lege pro
hibente meritò nulla acquiritur iuriſ-
dictio metum inferenti, *l. non dubium,
C.de legib. Hering.de fideiuſſ.cap.18.n.63.*

74 Quinimò etſi nõ iudex, ſed alius ali-
cui metũ incutiat, ut cõſentiat in iudi-
cẽ, etiã nõ valebit prorogatio, *l.ſi qui ex
conſenſu*, iunctâ *gloſſ.fin. C. de Epiſc. aud.*
& eſt ratio, quia Prætor ratũ poſteà ha-
bens, perinde eſt, ac ſi à principio man-
daſſet, *l.fin.C.ad S.C.Maced.* & ſic ad-
huc militat animadverſio propoſita.

Item

75 Item Prætor promittit ſe per metum geſta rata non habiturum, *l. 1. D. hoc tit.* adeò, quòd poſteà in iudicio magis declaretur per metum geſta à Prętore nõ fuiſſe rata, quàm quòd de novo reſcindantur, *Bart. in l. metum, §. volenti, num. 2. hoc tit.* Si igitur prædicta rata habêret, eſſet ſibi cõtrarius, ſi autem illa rata non habeat nolenti, non potuit quæri ulla iuriſdictio, iuxta tradita *per Panorm. in cap. P. & G. num. 22. de offic. deleg.*

76 Vel dici oportet, quòd *dict. l. 2. D. de iudic.* procedit, & interpretanda eſt ex *l. ſi convenerit, D. de iuriſd. omn. iud.* ad cuius veram intelligentiam præmittẽdum eſt, apud Romanos diſtributis Decurijs non omnes continuò iudicare; nã Auguſtus ſanxit, ut ſingulis per vices annua vocatio eſſet, ut ex *Sueton. in Auguſt. cap. 72.* omnium enim Decuriarum demptâ illâ tunc iudicãte, cùm lis vertebatur, & facti controverſia dirimẽda erat, certus numerus adſumebatur, & ſcripta eorum nomina tabellis in urnã coniiciebãtur: Vrbanus Prætor, ad quẽ dandi iudices adminiſtratio, & adſignãdi iuriſdictiones attinebat, ſorte iudicaturos eiiciebat, & ſi partes in initio illos nõ reiiciebant, iuriſdictionẽ adſumebant (aliàs autem nova ſors mittebatur; nam ut inquit *Cic. pro Cluent. Voluerunt Patres noſtri non modò de exiſtimatione cuiuſquã, ſed nec de pecuniaria quidẽ re minima aliquem eſſe iudicem, niſi qui inter adverſarios conveniſſet*) & ſic iudex ex conſenſu datus dicebatur in *l. 23. de appell. & in l. obſervandum 47. de iudic.* licèt ſi nominatus ab actore, reo nõ diſpliceret, dicebatur iudex inter eos conveniſſe, & tunc illum Prætor addicebat; patet ex *Mureto in tit. de iuriſd. pag. 137. Revard. pro Tribunali, c. 11.* Vbi de illis tribus verbis, *do, dico, addico,* carminum *Ovid. Faſtor. lib. 1. Polet. lib. 5. Hiſt. cap. 5. Valer. Max. lib. 2. c. 3.* & de hac iudicis addictione fit mẽtio *in l. ſi in iudicis nomine 80. & in l. iudex datus 46. & in l. cùm furioſus iudex addicitur, de Iudic. l. 59. §. ult. ad Trebell. l. 4. in fin.* ubi malè *Curt. Iun. ad Fratrẽ, cap. 9.* reponit *addictus, D. de eo quod cert. loc. Sigon. lib. 2. Antiq. cap. 18. pag. 234. Tiraq. de primog. quæſt. 17. opin. 1. num. 54. Petr. Greg. lib. 47. ſyntagm. cap. 23. num. 6. Petr. Nanius, lib. 9. miſcell. cap. 7.* Quamvis iſtæ ſortes fuerint frequentiores in iudicijs publicis, quàm in particularibus, ut advertunt relati; quo quidem intelligitur *text. in l. denuntiaſſe 17. §. fin. ad leg. Iul. de adult.*

Vnde ex iſta Decuria & albo iudices eligebantur; & cùm una partium nominarim aliquem iudicem expoſcebat, adverſarium ſuum ſolenni formulâ rogabat his verbis: *Si alium procas, nive eum procas*; ut patet ex *Feſt. lib. 14.*

Quamobrem cùm ſolùm iudices ex conſenſu & conventione partium fiebant, ex ipſa conventione, & conſenſu eſt capienda, & obſervanda, *dict. l. 2. D. de iud.* explicat *Gipban. & Gilken. in l. apertiſſimi, C. eod.*

Hinc infertur rectè ſenſiſſe *Bald. in cap. P. & G. de offic. deleg.* quòd vulgaris renuntiatio *dict. l. ſi convenerit*, quã ſemper notarij ſcribunt, inutilis eſt; quia ſi nec pacto, nec ſtipulatione poteſt iuriſdictio prorogari, nec etiam renuntiatione poterit; præcipuè cùm *d. l. ſi convenerit*, nullum tribuat privilegium, cui renuntietur, ſed tantùm decernat ſolo conſenſu minimè iuriſdictionem progari, ſed conſenſu & ſubiectione, ut *in d. l. 1. & in d. l. ſi convenerit*, ibi: *Priùs quàm adiretur.* Ratio autem quare conſenſus ſimul, & ſubiectio requiratur, ea (ni fallor) eſt; quia quidditas iuriſdictionis ex parte iudicis imperare, & ex parte ſubditi obedire, ut dixit *Vlpian. in l. unica, §. 1. D. ſi quis ius dic. non obtemp.* ibi: *Is videtur ius dicenti non obtemperaſſe, qui quod extremum in iuriſdictione eſt, non fecit.*

Obſtat *text. in cap. 1. de iudic.* ubi qui promiſit coram iudice litigare, ſi fuit contumax in non cõparendo, excõmuni-

nicari poteſt, donec præmiſsâ ſatisfactione abſolvatur: ergo is, qui in alicuius iudicis iuriſdictionem conſentit, re integrâ ad libitum pœnitere nō poteſt, & à promiſsione recedere.

Nam reſpondetur, *text. in dict. l. ſi convenerit, & in d. cap. 1.* ità conciliari, nempè diſtinguendo inter convētionem de proroganda iuriſdictione iudicis non ſui, & conventionem de non declinanda iuriſdictione iudicis ſui: nā in pacto de proroganda iuriſdictione alieni iudicis locus eſt pœnitentiæ re integrâ, de quo loquitur *text. in d. l. ſi convenerit*, ut indicant *I.C.* verba ibi: *Si convenerit ut alius Prætor, quàm cuius iuriſdictio eſt.* Atverò in pacto de non declinanda iuriſdictione ſui iudicis non habet locum pœnitentia, de quo loquitur *text. in dict. cap. 1.* etiam lite nondum cœptâ, & re integrâ, ità *Corraſ. lib. 4. miſcellan. cap. 5. Fach. lib. 1. cont. cap. 61. Gobean. lib. 2. de iuriſd. ad text. in dict. l. ſi convenerit*: & ibidem *Cuiac. & tract. 7. ad African. in princip. Calder. de error. pragm. lib. 1. cap. 1. num. 6. & 10.*

Ratio diſcriminis inter utramq; ſpeciem eſt, quòd in pacto de non declinā da iuriſdictione ſui iudicis agitur de abdicanda quadam exceptione parti competente, quæ rectè potuit iuri per ſe introducto renuntiare, *argum. text. in l. ſi quis in conſcribendo, C. de pact.* Atverò in pacto de prorogāda iuriſdictione alieni iudicis agitur de præſtanda iuriſdictione ei iudici, qui illam non habebat, eique ſine ipſius acceptatione adquiri non poteſt; quare re integrâ, cùm nondum adſit acceptatio iudicis nō eſt mirum, quòd pœnitentia locum habeat, *arg. text. in l. qui abſenti 38. D. de acq. poſſ.*

Aliter & meliùs diſcriminat doctiſſimus & ſapientiſsimus *D. Ioan. Valboa de Mogrovo. in dict. cap. 1. à num. 42.* nempè, ut *text. in dict. l. ſi convenerit*, procedat ex pacto nudo, quod Iure Civili nullam producit obligationem: *text. verò in dict. cap. 1.* habeat locum in pacto nudo, quod Iure Canonico inducit vinculum, & ibi contrarijs acutiſsimè reſpōſum iecit vidēdus. Hodie verò ſubmiſſio facta iudicibus non operatur, ut executio fiat, niſi ſe ſubmitrés reperiantur in loco, ubi ſubmiſsio fuit facta, aut bona poſsideat intra quinque leucas, quia tunc expedietur requiſitoria, ut in illis bonis executio mittatur, *ex l. 20. tit. 21. lib. 4. Recop. ubi Azeved.*

76 Et hinc procedit, quòd iudicia agitata per Tyrannum nihil valēt, vel per officiales ab eo creatos, *Bart. tract. de tyrann. n. 16. Panorm. in cap. Abbas, à n. 12. hoc tit. Ruin. conſ. 105. n. 1. lib. 1.* Sed extra prædictos terminos geſta per metū iudicis iuriſdictionem habentis mero iure valent, & veniunt reſcindenda, *l. 3. §. fin. D. hoc tit.* nam tunc ceſſant rationes adſignatæ. Similiter ſi iudex cogat partem litem conteſtari, vel quid ſimile facere, valebunt mero iure, quod in ſpecie probat *l. interdum 5. D. quād falſ. tut. auth. & poſt Angel.* reſolvit *Iacobin. in l. 2. in princip. num. 11. D. de iudicijs.*

77 Cæterùm iuriſdictionē prorogari impedit error, *l. ſi per errorem, D. de iuriſd. omn. iud.* ibi: *Nihil enim tam contrarium conſenſui, quàm error, qui imperitiam dete-*
78 *git.* (Hinc fit, quòd cùm delicta à cōſenſu & voluntate pendeant, *cap. non eſt cuiquā, cap. meritò 5. q. 1.* & errantis nullus ſit conſenſus, *d. l. ſi per errorē, Felin. in cap. inter Monaſteriū, n. 9. de ſent. & re iudic. Vultei. in l. 1. n. 175. C. de iuriſd. Pariſ. conſ. 150. n. 22. in 4. Tuſch. litt. E. concl. 327. Hering. de fideiuſſ. cap. 5. n. 172. Surd. conſ. 28. n. 122. Macerat. lib. 3. reſol. 1. n. 63.* latè *Schrad. de feud. par. 10. ſect. 1. n. 141.* Er-
79 rorē impedientē voluntatē facere ceſſare delictū, *l. ſi ignorans.* ibi: *Non enim contemnit diſciplinā, qui ignoravit militē, D. locat. l. itē apud Labeonē, § ſi quis virgines, D. ad leg. Iul. de adult.* confert *text. in cap. ſi verò 2. de ſent. excōm. gloſſ. in l ſi qua per calumniā, C. de Epiſc. & Cler. Abb. & Berous n. 35. & 36. de conſt. Schrad. de feud. par. 9. cap. 3. num. 13. & 52. p 2. q. 9. ſect. 7. n. 64. & 65. Mar. Giurb. conſ. 32.*
80 *num. 13. cum ſeqq.*) Sed & maius adhuc im-

impedimento quominus ut iuriſdictio prorogetur, *d.l.2.in fin. D. de iudic. gloſſ. unica, in cap.2.hoc tit.* & ibi *Ant.de Butr. num. 10. Zabar. n. 1. verſ. Quintus caſus, & Abb.n.12. Padill.in l.interpoſitas, n.7. C.de tranſ.* Dubium tamẽ exoritur, uter magis vitiet iuriſdictionis prorogationem error, an metus? *Gloſſ.* verò *in l.ſi per errorem ſcholio tam contrarium,* contẽdit maius impedimentum metum adferre, quàm errorem; unde dicit *Vlpian.* illis
81 verbis: *Nihil tam contrarium,* per hyperbolem fuiſſe locutum (quę eſt figura, cũ ſentẽtia aliqua fidem excedit augendæ rei gratiâ. *Virgil. 12. Æneid.*

Qui candore nives anteirent, curſibus auras.

Cicer. in Topic. Senec. de benef. lib.7.cap. 23. Quintil.lib.8. cap.6.) cuius ſententiã tuetur ibi *Fulgoſ. col. 1. verſ. Dicetis ergo;* cui adhæreo, & meum præbeo calculũ: ſequitur *Corraſ. lib.4. miſcell.c.11.*

82 Quę tamen gloſſa ab alijs cõmuniter dãnatur contrariũ ſentientibus, videlicet plus obſiſtere prorogationi iuriſdictionis errorem, quàm metum; & Iuriſconſultum propriè effatum; is enim qui per metum actum facit, cõſentire dicitur; unde vulgò dici ſolet, quòd coacti
83 voluntas, voluntas eſt, *l.ſi mulier, § ſi metu, el 2. D.hoc tit.* At qui errat, nullo pacto conſentit, ſiquidẽ errantis voluntas voluntas non eſt, *l.cùm teſtamentũ, C.de iur.& fact.ignor.* ita tradit *Bart. in dict.l.ſi per errorẽ, col.1.n.1.verſ.Certè dico, Bald.in 1.lect.num.2.verſ.Itẽ gloſſa, quæ incipit, Hyperbolicè, Alber.col.1.n.2. verſ.Item dicit gloſſa, Angel.col.ult. n.7. verſ.In gloſſa, Alex.col.2.num.7. Iacob.de Sanct.Georg.in 1.lect.col.1.num.7. Curt. Iun.col.2.num.12.verſ.Circa gloſſ. Scipio Rendina in prompt.recept.ſent.tit.64.n.3.*

84 Non me remorantur prædicti Authores, ut à prima ſententia deflectam, quia, etſi daremus Conſultũ propriè fuiſſe locutũ *in d. l. ſi per errorem;* idẽ præcisè fatendũ eſt effeciſſe *in l.nihil cõſenſui, D.de reg.iur.* ibi: *Nihil conſenſui tam contrariũ eſt, qui & bonæ fidei iudicia ſuſtinet, quàm vis, atque metus.* Ergo nullo iure potentior eſt effectus erroris, quàm metus, qui conſilia omnia depellit, *Plutarch.in Artox. Id hominis erat, cui præſens formido conſilia de ſumma rerũ excuſſit, & qui officium prodidit Ducis;* metus quippè omnes ſenſus hebetat; inde *Euripid.in Elect.* timor dat difficultatẽ in cognoſcendo, *Ammian.lib.14. Solẽt manum iniectantibus fatis hebetari ſenſus hominũ, & obtundi:* probè ergo de homine timido ità *Virgil.12.Æneid.* fatur:

Sed nec currentem ſe, nec cognoſcit euntẽ.

SVMMARIVM.

1 R*Enuntiatio definitur.*
2 *Verbum* renuntiare *habetur pro* repudiare.
3 *Renuntiata adfinitas dicitur.*
4 *Et renuntiare nuptijs contractis, & antequàm ſint contractæ.*
5 *Repudium dicere.*
6 *Formula repudij. & 8.*
7 *Repudium primum poſt annum 600.* VRBIS CONDITAE *factum fuit.*
Emendatur Agellius.
9 *Habetur pro* dimittere.
10 *Et pro* referre.
11 *Artifices, quibus eſt commiſſa videnda res, poſteà debent iudici renũtiare, quid eis de prædicto actu videatur.*
12 *Renuntiatores revelant Regis ſecreta.*
13 *Renuntiare eſt declarare.*
14 *Dicitur renuntiare alicui hoſpitium.*
15 *Qui ad locationem perpetuam, vel ad cenſum rem tenet, non poteſt illi renuntiare invito domino.*
16 *Etiam dicitur vitæ renuntiare.*
Habetur pro remittere.
17 *Carpitur renuntiare pro cedere.*
18 *Renuntiatio debet dirigere ſermonem ad rem renuntiatã, ſicque excludit perpetuò renuntiantem.*
19 *Indefinita renuntiatio continet futurã ſucceſſionem.*
20 *Renuntiatio iuris de futuro non valet, niſi pacto, & ſtipulatione.*

Item

21 *Item per hæc verba*, renũtio iuri, quod habeo, & 22. 23.

24 *Filius, vel filia hereditati paternæ renuntians habetur pro mortuo.*

Poteſt in teſtamentò præteriri.

25 *Renuntiatio tranſlativa eſt acquiſitio, & 26.*

27 *In renuntiatione iurata certioratio nõ eſt neceſſaria.*

28 *Renuntiationes de futura ſucceſſione etiã iuramẽto vallatæ Iure Civili adhuc non confirmantur.*

29 *Secùs autem Iure Canonico, & 30.*

31 *Ius nondum delatum pendente conditione renuntiari poteſt, quod non poteſt repudiari.*

32 *Differentiæ ratio proponitur.*

33 *Renuntiatio eſt ſtricti iuris.*

34 *Renuntians inſtrumento non cenſetur renuntiare debito.*

35 *Renuntiatio de certis bonis ad alia bona non extenditur.*

36 *Renuntiatio facta ex una cauſa, non extenditur ad ius competens ex alia cauſa.*

37 *Filia, quæ renuntiavit hereditatati patris, non cenſetur excluſa, quominus poſſit ſuccedere ex perſona fratris.*

38 *Id procedit, quando hereditas eſt adita per filium.*

39 *Filia dote contẽta renuntians bonis paternis, & maternis ex teſtamẽto, vel ab inteſtato nõ excluditur à donatione inter vivos ſibi facta per patrẽ, aut matrẽ.*

40 *Renuntiãs iuri, quod habet in hereditate, & bonis paternis, excluſa eſt à petitione dotis maternæ.*

41 *Renuntians omni iuri quod habet, aut habere ſperat, intelligitur ex cauſa de præſenti.*

42 *Renuntiatio non comprehendit niſi id, quod expreſſum eſt, & 43.*

44 *Renuntiatio intelligitur, rebus ſic extãtibus.*

Religioſus factus Epiſcopus poteſt revocare renũtiationẽ factam in ingreſſu, ibi.

45 *Renuntiatio cenſetur donatio.*

46 *Ignorans donare non dicitur.*

47 *Renuntiatio metu facta non tenet.*

48 *Filia renuntians ob metum reverẽtiæ ſine minis, aut verberibus, nõ eſt excluſa, etiam ſi iuramentum accedat, uſq. 58.*

59 *Confunditur hæc ſententia, uſq. 68.*

61 *Reverentia eſt honor exhibitus cum pavore, & 62. 63.*

Mortuo patre poteſt filia petere dimidiam dotis data alteri filiæ, ibi.

69 *Quanta debeat eſſe læſio expromitur, uſq. 76.*

77 *De congruitate dotis.*

78 *Explicatur Martialis, uſq. 80.*

81 *Obligatio dotis quando incipiat, uſq. 90.*

91 *Renũtiatio beneficij propter metum periculi imminentis perſonæ ipſius clerici renuntiantis totaliter eſt nulla.*

92 *Idem autem erit, ſi periculum immineat conſanguineo, vel ſi eius frater, vel parẽtes ſint incarcerati.*

Qui graviſſimo Regis metu iuravit renũtiare Eccleſiam ſuam, & renuntiavit, non obſtante illa abiuratione poteſt illam rehabere.

93 *Exceptioni metus poteſt renũtiari, non in uno, eodemque inſtrumento, ſed in ſeparato.*

94 *Nimia reverẽtia uxoris erga virum facit præſumere renuntiationem meticuloſam.*

CAPVT XIII.

De Renuntiatione.

1 R*Enuntiatio eſt propria rei,*
vel iuris ſpõtanea refutatio,
c. ſuper hoc 5. de renũt. Rebuf.
in l. inter divortiũ 191. D. de
ver. ſig. Alcia. in l. ſi actionẽ,
n. 7. C. de pact. Renũtiare verbũ in ſigni-
ficatione maxe variũ eſt, & latè acci-
2 pitur. Primò, idem exiſtit cũ repudiare,
reſignare, cedere, *l. naturaliter, §. nihil*
cõmune, in fin. D. de acq. poſſ. l. ſed et ſi quis,
§. quæſitũ, ibi: *Spontè renuntiatũ eſt, D. ſi*
3 *quis caut.* Inde renũtiata adfinitas dici-
tur, quãdo renũtiatur matrimonio, quod
fieri ſperabatur, *l. videamus 2. in princip.*
D. de uſur. & renũtiare nuptijs etiam an-

P te-

tequam cõtractæ ſint, ait Conſ. *in l. 2. in*
4 *prin. D. de priv.* Imò cõtractis, *Cic. ad At-*
tic. lib. 1. ibi: *Vxori Cæſarẽ nuntiũ remiſiſſe,*
& *in Topic. Si mulier cùm fuiſſet nupta cũ*
eo, cui connubij ius non eſſet, nuntiũ remiſit.
5 Hinc repudiũ dicere, *l. 57. D. de don. in-*
ter, mittere, ſcilicet, abſẽri, *Teren. Phor-*
mion. act. 5. ſcen. 8. & renũriare *act. 4 ſcen.*
6 *4.* Formulã autem renunriarionis, & re-
pudij (quod primũ poſt annũ 600. Vrbis
conditæ factũ fuir, ur air *Tertul. de Mo-*
nogam. ibi: *Adeò repudium à primordio nõ*
fuit, ut apud Romanos poſt annum ſexcen-
teſimũ Vrbis conditæ id genus duritiæ fuiſ-
ſe denotetur: & in Apolog. Annos fermè ſex-
centos ab Vrbe condita nulla repudium do-
7 *mus ſenſit.* Quamobrẽ *Agell.* cùm ſcrip-
ſit *lib. 4. c. 3. quinzentis ferè annis*, emen-
dandus eſt, *ex Tertullian. ſexcentis*: ſcri-
bit autem *Dionyſ. lib. 2. primum divortiũ*
ab Sp. Carvillio factum Romæ, Valer. Ma-
xim. lib. 2. c. 1. Plutarch. in problem. c. 13.
eleganter *P. Ioan. Ludov. à Cerda advei-*
ſar. ſacror. c. 160. n. 3.) Ità illam tradidit
Iuriſcõſultus in l. 2. D. de divort. & repud.
ibi: *Tuas res tibi habeto;* & etiã alio mo-
8 do: *Tuas res tibi agito.* Concernunt iſta
verba divortium, quia vir uxori ſuas res
habêre iubebat, ut dicit *Fabius Quinti-*
lian. declamat. 262. Plaut. in Amphit. act.
3. ſcen. 2. Valeas tibi, habe res tuas, redde
meas, & in Trinum. Apageſſis amor, res
tuas tibi habe. Iuven. mi ire comites, refert
Camill. Borrel. tom. 3. ſumm. Deciſ. tit. 3.
n. 7. uſque *ad 10. Martial. lib. 10. epigr. 41.*

Mẽſe novo Maij veterẽ Proculeia maritũ
Deſeris; atq; iubes res ſibi habere ſuas.

Iuven. Satyr. 6. ỷ. 145.

Collige ſarcinulas, dixit libertus, & exi.

Apulei. lib. 5. Mileſiar. Cõfeſtim thoro meo
divorte, tibiq; res tuas habeto. Cicer. Anto.
2. Frugi factus eſt ruinam illã ſuam, res ſuas
ſibi habere iuſſit, Ovid. lib. 2. de rem. Amor.
& Iodoc. Badius Aſcenſ. notat.

Tutius eſt, aptumq; magis diſcedere pace;
Quàm petere à thalamis litigioſa fora.
Munera, quæ dederis, habeat ſine lite, iubeto,
Eſſe ſolent magno damna minora bono.

Plenè & eruditè *And. Tiraq. in ll. cõnub.*
gloſ. 8. Thom. Dempſter. ad Roſin lib. 5.
Antiq. Roman. c. 38. qui multa ſcitu dig-
na congeſſit, *Alex. ab Alex. lib. 4. Dier.*
Genial. c. 8. fol. 350. ibique *Tiraq. in ad-*
notat.

5 Secundò, renuntiare eſt pro dimitte-
re, *l. ſi abſenti,* ibi: *Licèt legationi, quã ſuſ-*
cepit, non renuntiaverit, D. de legat. vel
poteſt exponi pro referre, nũtiare, dice-
re, quid in legatione effectum ſit, *l. 1. in*
princ. D. ſi menſ. falſ. mod. dix. ibi: *Intereſt*
noſtra, ne fallamur in huiuſmodi renuntia-
tione, & in fin. ibi: *Is autem tenetur hac*
actione, qui renuntiavit, Matth. 2. ibi: *Ite;*
& renuntiate mihi, Cic. 8. Philip. ibi: *Cùm*
legati renũtiarint (quod certè renũtiabũt)
Antonium non eſſe in veſtra poteſtate. Cæ-
ſar 1. comm. bel. Gallic. ibi: *Qualis eſſet na-*
tura montis, & qualis eſſet in circuitu aſ-
cenſus, qui cognoſcerent, miſit, renuntiatum
eſt facilem eſſe, Cornel. Tacit. lib. 20. ann.
At Veſpaſiano poſt Cremonenſem pugnam,
& proſperos undiq; nuntios cecidiſſe Vite-
llium multi cuiuſque ordinis pari audacia,
fortunaque hybernum mare aggreſſi nũtia-
vere....

10 Sed renuntiaſſe eum accipere debe-
mus, qui per alium renunciavit, *l. 3. &*
l. ſi menſor, D. ſi menſ. falſ. mod. dixerit,
l. 1. §. 1. de ventre inſpic. l. 1. §. ſi Præſes,
D. de Magiſt. conv. l. magis puto, §. ne ta-
men, D. de reb. cor.

11 Vnde experiẽtes Magiſtri Artifices,
quibus eſt commiſſa vidẽda res; poſteà
debẽt Iudici renũtiare, quid eis de præ-
dicto actu videatur, *l. qui fundum, D. de*
contr. empt. & ſi quis ob renũtiãdũ fal-
ſum teſtimoniũ pecuniã acceperit, fal-
ſi pœnâ tenetur, *l. 1. §. ſed etſi quis, D. ad*
leg. Cor. de fal. & cauſaria miſſio eſt, cũ quis
vitio animi, vel corporis minùs idoneus mi-
litiæ renũtiatur, ideſt, mittitur, remittitur,
l. milites agrum, §. cauſaria, D. de re milit.

12 Inde renuntiatores dicũtur, qui reve-
lant Regis ſecreta, *l. ſi quis aliquid, §. 1.*
ibi: *Transfugæ ad hoſtes, vel conſiliorum*
noſtrorũ renuntiatores, aut vivi exurãtur,
aut furca ſuſpendantur, D. de pæn.

13 Item renuntiare eſt declarare *Terent.*

in And. ibi: Quaſi nõ renũtiata ſint hæc, ſic
fore, Tertull. de pall. cap. 4 ibi: Suadeo re-
vertere habitũ unius interim erroris tui re-
nũtiatorẽ, Cic. pro leg. Man. & pertinet ad
Dignitates, idẽ Cic. pro Pompei. ibi Præ-
tor Primus cunctis Centurijs renuntiatus,
Buleng. de Imp. Rom. lib. 2. c. 2.
14 Similiter dicitur renũtiare alicui hoſ-
pitium, Cicer. 3. Verrin. ibi: Atq; iſte Sthe-
nio vehementer infenſus hoſpitium ei renũ-
tiat, domo emigrat. Sic renuntiare condu-
ctionem apud eundem epiſt. 1. ad Attic.
15 Is tamen, qui ad locationẽ perpetuã,
vel ad cenſum rem tenet, non poteſt illi
renũtiare invito domino, ſed eo vocato
tantùm, & ſolutis omnibus reliquis, &
in iudicio permitti eiſdem ſolet abſque
domini detrimento per ea, quæ ſcribit
Bart. in l. is cũ quo, D. de aq. pluv. arcend.
Iacob. Rebuff. in l. qui utilia, C. de omn. agr.
deſert. lib. 10. Paul. in l. etſi fortè, §. etiam,
ſi ſervit. vendic. Ioan. Raynald. in compre-
hen. feud. in Rubrica de prohibit. feud. alien.
per Feder. §. pœna, Petr. Rebuf. in l. inter
ſtuprum 101. §. divortium, fol. 427. col. 2.
D. de verb. ſign.
16 Denique etiã dicitur vitæ renuntiare,
Sueton. in Galb. c. 11. Acceſſit ad tãta diſ-
crimina mors vindicis, qua maximè cõſter-
natus, deſtitutoque ſimilis, nõ multum ab-
fuit, quin vitæ renuntiaret: & habetur pro
remittere, Quintil. lib. 10. Bud. in annot.
Pandect. in l. minor, D. de min.
17 Rurſus renuntiare id eſt cedere, & ius
ſuum repudiare, l. ſi quis in conſcribendo,
iunctis ijs, quæ ibi ſcribit Alciat. C. de
pact. l. deſtitiſſe, D. de iudic. l. ſi filius, D. de
minor. l. ſi mãdavero, §. ult. D. mand. Al-
ciat. in l. deteſtatio, col. 4. in princip. D. de
verb. ſign. & ità eſt hîc accipiendum.
18 Quibus in verbi explicatione præ-
notatis, de renũtiationis partibus agen-
dum nũc eſt. Certum adeſt ipſam diri-
gere debére ſermonẽ ad rem renuntia-
tã, prout inquit Pariſ. conſ. 26. n. 40. &
44. lib. 3. Minad. conſ. 22. n. 5. & 6. Eſtque
iſta renuntiatio realis expreſſa, quæ pa-
rum habet neceſsitatem interpretatio-
nis, cùm excludat perpetuò renuntian-
tem, Fran. Ponte conſ. 40. num. 11. Sicut
videtur in c. 1. de eo qui fin. fec. ubi tota-
liter abdicatus exiſtit renuntians, quòd
meliorem obtinet locum, cùm omnibus
hereditatibus competẽtibus, vel com-
petituris renuntiavit, perinde enim eſt,
ac ſi renuntiaſſet ſucceſſioni, unde libe-
ri, unde agnati, & unde cognati, Men. conſ.
401. num. 104. & optimè Iſern. in d. c. 1.
Liparul. ibidem ad. Andr. & Lofred. de
nat. ſucc. feud. col. 12. verſ. Cùm ergo, in fin.
& verſ. ſeq.
19 Quia indefinita renuntiatio cõtinet
futurã ſucceſsionẽ, ut concludit Caſan.
conſ. 4. in 1. dub. & meliùs futura com-
prehendentur, quando de futuris in ſpe-
cie eſt in renuntiatione dictum, DD. in
l. 1. C. de pact. ubi Bart. n. 4. circ. fin. Iaſ. n.
20 17. Dec. n. 12. Et licèt inter DD. ſit indu-
bitatum renuntiationẽ iuris de futuro
non valère, ut in l. ſi ita ſcriptum, §. ſi ſub
conditione, D. de leg. 2. Iſern. in tit. qui ſucc.
ten. col. 6. in fin. pacto valet, ut ibi per eũ:
item ſtipulatione, Pariſ. d. conſ. 26. n. 4.
& 44. Minad. d. conſ. 22. n. 3. Anna conſ.
45. n. 24. cum ſeqq. Sicque ipſam renun-
tiationem firmat dictio in perpetuum,
prout notat Laurent. de Pino conſ. 69. n.
21 15. Item quando renuntiatio proceſsit
his verbis, Renũtio iuri, quod habeo, & ha-
bere ſpero in futurũ in bonis illis; quo caſu
etiam quando illa bona à patre ad fra-
trem pervenirent, eſſet ab illis excluſus
renuntians, Menoch. dict. conſ. 401. n. 117.
22 Item ſi in ſucceſsione paterna, vel fra-
terna vellet ſibi præferri quẽlibet con-
ſanguineum remotiorem, vel etiam fiſ-
cum, iuxta cautelam traditam à Go-
mez. in l. 22. Taur. num. 12. verſ. Quod ta-
men, Iſern. in cap. 1. §. ſapientes, de eo qui
finem fec. ut etiam dixit hanc abdica-
tivam renuntiationem Ruin. conſ. 11.
vol. 1. num. 10. cùm fit, ut ſuccedant re-
motiores, vel excludãtur etiam ex nova
cauſa ſuperveniente, quo caſu dicunt
DD. eſſe penitùs excluſam perſonã re-
nuntiantem, ità Menoch. dict. conſ. 401.
23 n. 119. & ſeqq. Quemadmodũ cùm renũ
tiatio eſt facta ad ſtabiliendũ perpetuũ

P 2 ma-

maiotatum,nam tunc per perpetuitaté
maiotatus ſemper excluditur renũtiãs,
optimè *D.Mol.lib.2.de primog.c.3.n.48.*
24 Hinc fit,filiũ vel filiã hereditati pa-
ternæ renũtiantẽ habêri pro mortuo, *l.
1.§.qui habebat filiũ,l.ſi poſt mortẽ,§.libe-
ri,D.de contra tab.l.ex facto,§.ex facto,ad
Trebel.l.ſi neceſſe, §.ſi deportatus, l.ſi ex
modica,§ ſi filius,D de bon.lib.§.1.Inſtit.
de ſucc.lib.Pereg.de fideicom.art.26.n.17.
Surd.cõſ.237.n.3.lib.2.*&, quod plus eſt,
poſſe in teſtamẽto paterno præteriri,ac
ſi nõ eſſent, cũ reputẽtur extranei, *Bart.
in l.1.§.qui habebat,n.6.de contra tab.Cu-
man in l.ſi filius qui in poteſtate,n.18.Iaſ.
n.10.de liber.& poſth.Paul.Caſtr.in l.qui
ſuperſtitis, n.4.D.de acquir.hered.Iacob.
Canc.lib.1.var.c.3.nu.16.cum duob.ſeqq.
& c.4.n.40.& lib.3.var.c.15.à n.6.cum
ſeqq.*qui benè explicat videndus, *Anton.
Gom.in l.29.Taur.num.*18.
25 Sic etiã non eſt de renũtiatione quæ-
rendũ, quæ fuit penitus translativa, nã
illa non eſt vera renũtiatio, ſed acquiſi-
tio, & ceſſio alteri facta, ut quando fit
favore unius ex pluribus heredibus,
aliàs omnibus acquireretur ius renũtia-
tũ,prout ex *Paul.Caſtr.in l.ſi actionẽ,C.
de pact.* ex mente *Dyn.Franch.deciſ.14.
n.21.& deciſ.101.n.20.& deciſ.32.n.10.
Ann.conſ.45.& Grat.c.*132.& realẽ eſſe
renuntiationẽ illius portionis dixit *So-
cin.conſ.34.n.5.lib.4.* quando translatio
prædicta fit in ipſum, cui fit renũtiatio,
nec cadit in ea cõtẽplationis interpre-
26 tatio. Et ratio eſt, quia ex parte ipſius,
qui renuntiat,nõ dicitur renuntiatio,ſed
acquiſitio, & ad alium translatio,& ſic
diſponit renuntiãs poſt acquiſitionem,
quæ regulatur potiùs iuxta regulam
donationis, ità optimè *Aldobrandin.
conſ.26.num.19.lib.*1.cùm cõſtat, quòd
renuntians habuerit animum donandi.
27 Advertendũ adparet in renuntiatio-
ne iurata certiorationẽ nõ eſſe neceſſa-
riam ex veriori, & communiori ſenten-
tia *Bart.*quam tenet cum infinitis,quos
laudat *Caſtill.lib.3.controv.c.2.à n.8. &
11.Aldobrand.conſ.26.n.44.lib.1.*quid-
quid renuat *P.Molſeſ.in ſuis comment.ad
28 conſ.Neap.cap de renunt.q.11.* Tamen
obiter notabis, renuntiationes de futu-
ra ſucceſsione, etiam iuramento valla-
tas, Iure Civili adhuc non confirmari,
ſecundùm *gloßam verbo Improbatur,in l.
pactum dotali,C.de collat.Petr.Greg.lib.
41.ſyntagm.cap.10.n.9.Stephan.Foreat.
in Necyomant.iur.dialog.55.n.2.Hubert.
Gipban.in tract.de renunt.c.2.pag.51.poſt
med.Anton.Fab.de error.pragm.tom.2.
decad.41.err.5.* quas Ius Canonicum iu-
ramento confirmavit, *cap.quamvis pa-
29 ctum, de pact.lib.6.* qui textus non tan-
tùm procedit in filiabus,*DD.*ibi, & cũ
alijs *Ant.Gab.lib.3.commun.opin.tit.de
iur.dot.concl.1.num.1.Cacheran.deciſ.75.
num.fin.Capell.Tholoſ.q.457.And.Gail.
lib.2.obſerv.40.n.4.obſerv.42.n.9.& ob-
ſerv.147.in princ.Menoch.cõſ.650.vol.6.
Camill.Borrel.cõſ.4 num.5.Henr.Bocer.
Digeſtorũ 1.p.diſp.9.theſi.42.& diſp.claß.
1.diſp.13.Treutler.vol.1.ſelect.diſp.ad
Ius Civile,diſp.6.theſi 8.Andreas Dalner.
in tract.de renunt.c.4.num.17.Pat.Mol.
de maiorat.diſp.579.n.13.* Verùmetiam
in filijs, *Anton.Gab.dict.concluſ.1.n.13.
Covar.in 3.p.d.cap.quamvis pactum,§.1.
n.1.& ſeqq.*ubi *Ioan.Dauth.n.59.Ferdin.
Vazquez Mench.lib.2.de ſucc.creat.§.18.
n.85.Daln.d.c.4.num.59.Kellembentz.de
renun.ſucc.q.2.Molin.d.diſput.579.n.13.
& 27.*
30 Et talis renuntiatio valet,dum inter-
veniãt cætera requiſita, de quibus *Ant.
Gom.in l.22.Taur.Covar.*& cæteri *DD.
in dict.cap.quamvis pactum, Mench.lib.
3.controver.uſufr.à cap.43.Ioachim.à
Beuſt.in l.1.num.223.D.de iur.iur.Petr.
Greg.dict.lib.41.cap.11.Ant.Fab.tom.1.
de error.pragmat.decad.11.ab error.3,&
decad.13.& 14.*paſſim *Bern.Græv.lib.2.
pract.concl.147.Gipban.d.pag.50.cũ ſeqq.
& Dalner.d.c.4.à n.17.*
31 Indagationi ſe offert quædã ſpecula-
tio, an ius nondum delatum pendente
cõditione renuntiari poſsit? In quo caſu
reſolutio adfirmativè ſe habet, *ex text.
in l.1.C.de pact.l.& heredi 21.§.filiafa-*

mi-

milias, l. pactum 46. in fin. D. eod. quod diſſimiliter procedit in repudiatione, quæ hereditatis nondũ delatæ fieri nequit; *l. is qui heres 13. l. is poteſt 18. D. de acquir. hered.*

32 Differẽtiæ ratio eſt, quia repudiamus tãtùm id, quod eſt noſtrũ, vel nobis delatum, vel acquiſitũ eſt de præſenti: nã repudiatio in iure cõſiſtit, *d. l. is poteſt 18. l. in repudiãda 23. D. de acq. hered.* Sed renuntiamus, ſeu paciſcimur quoquo modo de rebus futuris, quæ nõdũ nobis delatæ ſunt, *Fran. Duar. ad tit. D. de acq. hered. c. 9. quæ ſint neceſſaria ad repudiationẽ hereditatis, pag. 1081. in fin. Cuiac. Hothoman. & Ant. Fab. in d. § filiafamilias, Hubert. Gipban. in tract. de renunt.* ante *c. 1. pag. 15. poſt med. Briſſon. lib. 3. de ſolut. pag. 435. & Iul. Pac. diſput. 5. ad Pandect. iur. Civil. theſi 32.*

33 Illud tacitum relinquendum non eſt, renuntiationes, cùm ſint ſtrictiſsimi iuris, ſtrictiſsimè interpretari rã reſpectu rerum, ac iuriũ, *l. qui cum tutoribus, C. de tranſ.* quã perſonarũ, *l. ſi unus, §. ante omnia, D. de pact. Crav. cõſ. 42. n. 2. Rom. cõſ. 168. & Aret. conſ. 161. n. 9. Bald. cõſ. 437. n. 2. vol. 1. Paul. Caſtr. conſ. 86. n. 6. vol. 1.* & cum multis *Dalner. de renunt. cap. 1. num. 55. Becc. conſ. 111. num. 31. Honded. conſ. 29. num. 94. lib. 1. & Surd. conſ. 446. num 22. & 23. vol. 3. Blaſ. Robles de Salzedo in tractat. de repræſent. lib. 2. cap. 16. n. 87. & 96. Ioſeph. Ram. cõſ. 27. n. 30.*

34 Ex quo inferas. Primò, quòd renũtiãs inſtrumento nõ cenſetur renuntiare debito, ſed probationi inſtrumenti, *Iacob. Canc. lib. 2. reſol. c. 3. n. 28. Roland. à Vall. conſ. 43. n. 16.* ubi *Bald. Dec.* & alios cõgerit hâc ratione, quòd ſatis ſit, quòd dicta renũtiatio in eo operetur, *l. 3. C. de fid. inſtrum. Decia. conſ. 24. n. 76. vol. 2.*

35 Secundò, quòd renuntiatio de certis bonis ad alia bona non extẽditur, ut notat *Cavalc.* multis relatis, *deciſ. 22. n. 13. p. 3. Vivius deciſ. 316.*

36 Tertiò, renũtiatio facta ex una cauſa non extenditur ad ius competẽs ex alia cauſa, etiam ſi eſſet facta verbis generalibus, ità *Bart. conſ. 90. n. 5. Tiber. Decian. conſ. 169. vol. 2. Grat. conſ. 17. num. 46. & conſ. 66. n. 18. vol. 2.* allegat *textum in l. ſi domus, D. de ſervit. urban. præd. Ioſeph. Ram. conſ. 37. num. 31.*

37 Quartò, filia, quæ renuntiavit hereditati patris, non cenſetur excluſa, quominus poſſit ſuccedere in dicta hereditate delata ſibi ex perſona fratris, ità *Alex. & Neoteric. in l. 1. §. veteres, D. de acquir. poſſeſſ. Bald. in l. 1. D. de rer. diviſ.* multos refert *Dec. in l. quoties duplici, n. 6. & 7. D. de reg. iur.* ubi dicit, quòd licèt
38 multi *DD.* teneant id procedere, cùm hereditas eſt adita per filium, cùm eo caſu deſinat eſſe hereditas patris, *l. ſed ſi plures, §. filio, D. de vulg.* Tamen *Ipſe* cum relatis ab eo tenet idem, licèt hereditas per filiũ non fuiſſet adita, & ſufficere, quòd filia veniat ex perſona fratris, & ità eſt vera ſententia *Ioan. Petr. Fontan. tom. 2. de pact. nupt. clauſ 9. gloſ. unic. p. 1. n. 76. 77. & 78.*

39 Quintò, filia dote cõtenta renũtians bonis paternis, & maternis ex teſtamẽto, vel ab in teſtato, nõ excluditur a donatione inter vivos ſibi facta per patrẽ, aut matrem, *Afflict. deciſ. 351. num. 1.* & ibi *Vrſill. in Addit.*

40 Sextò, nec renuntians iuri, quod habet in hereditate, & bonis paternis excluſa eſt à petitione dotis maternæ, *Iacob. Canc. lib. 2. var. c. 6. n. 54. & ſeqq.*

41 Septimò, renuntians omni iuri, quod habet, ſeu habêre ſperat, intelligitur ex cauſa de præſenti, pro quo omnino vidẽdus eſt *Boer. deciſ. 147. Iaſ. in l. qui cũ tutoribus, in fin. D. de pact. Vinc. Carrot. deciſ. 62. n. 24. & 26. Maſc. de probat. concl. 1264. verſ. Renuntiatio generalis.*

42 Octavò, demũ ex quo renuntiatio eſt ſtricti iuris, non comprehendere niſi id, quod expreſſum eſt, & nõ debère extẽdi ad alias res, iura, caſus, vel perſonas, ſcribunt *Dec. conſ. 379. num. 3. Alex. conſ. 18. ad fin. lib. 2. & conſ. 56. lib. 5. Cardin. conſ. 120. Mand. conſ. 227. 340. & 545. Franciſc. Becc. conſ. 106. num. 45. & conſ. 11. num. 31. Ladereb. conſ. 127. num. 13.*

Vivi.deciſ.316.& deciſ.211.num.53.Maſcar.concluſ.1264. Ioſeph.Ram. conſ.37.n.
32. & Deeian.reſp.7.n.75.vol.3. ubi di-
43 cit renuntiationẽ, eò quòd ſit ſtricti iuris, factam quoad unũ, non præiudicare quoad alios: & ſubdit multò plùs id procedere in renuntiatione tacita, quæ reſultat ex patientia, vel contraventione, ut nunquã talis renuntiatio extendatur, niſi quatenus neceſſariò ex ipſo actu patientiæ, aut contraventionis inferatur, allegat l. ult. C. ne uxor pro marito, Bart. in l.1. §. hoc interdicto. D. de itin. actuq; priv. & gloſ. in Clem. ſæpè, in verbo Partibus, de verb. ſign. Carroc. deciſ. 57. n. 7. ubi dicit voluntatem, quæ ex aliquo facto colligitur limitari, quatenus ex illo facto neceſſariò infertur.

44 Vnde provenit, & dimanat, quòd renuntiatio intelligatur rebus ſic ſtantibus, c. 2. de renunt. Feder. de Sen. conſ. 77. Decius conſ. 265. n. 4. col. 2. verſ. Nec obſtant ergo adducta, vol. 1. Pariſ. conſ. 7. n. 70. & ſeqq. lib. 2. Mandel. Albenſ. conſ. 66. num. 2. vol. 2. Tiber. Deeian. conſ. 3. n. 123. & conſ. 52. n. 16. lib. 1. Menoch. conſ. 335. n. 9. conſ. 359. num. 13. & conſ. 371. n. 6. lib. 4. & conſ. 401. n. 94. & ſeqq. lib. 5. & conſ 848. num. 19. & ſeqq. lib. 7. Afflict. deciſ. 350. n. 4. Maſc. d. concl. 1264. n. 14. 17. & 20. Senec. de benef. lib. 4 cap. 35. & 39. ibi: Diſtituere levitas non erit, ſi aliquid intervenit novi. Quid miraris cùm conditio promittentis mutata ſit, mutatum eſſe conſilium? Eadem mihi omnia præſta & idem ſum, vadimonium promittimus, tamen deſeritur, non in omnes datur actio: deſerentem vis maior excuſat omnia debent eſſe eadem, quæ fuerunt, cum promitterem, ut promittentis fidem teneas. Quarè religioſus effectus Epiſcopus poteſt revocare renuntiationem per ipſum factam tempore ingreſſus, cum pluribus Ricc. in prax. aur. reſol. 152. Molpheſ. cõſ. 1. poſt vol. 1. comm. ad conſ. Neapol. & conſ. 39. poſt vol. 2. Paſch. de virib. patr. pot. 1. p. c. 3. n. 98. Gen. in pract. Eccleſ. q. 263. & renũtiationes nõ trahũtur, nec trahi poſſunt ad incogitata & ignorata, l. cùm Aquiliana,

D. de tranſ. l. mater decedens, D. de inoffic. teſt. Curt. in l. ſi de certa, n. 15. C. de tranſ.
45 ubi adſignat rationẽ, quia renuntiatio cẽſetur donatio, l. contra iuris, §. donatio, D. de donat. l. ſi mulier, D. de donat. ob cauſam (& in effectu nõ differũt, ut not. Decius in l. poſtquã liti, n. 11. C. de pact. Ripa in l. ſi unquam, q. 11. C. de revoc. donat. Covar. lib. 2. var. c. 4. n. 8. Menoch. de arbit. in
46 additionib. ad caſ. 436. n. 6.) Sed ignorãs donare non dicitur, l. nec ignorare, D. de donat. & renũtiatio ad ignorata non extẽditur, Socin. conſ. 163. n. 11. vol. 2. Alex. in addit. ad Bart. in l. repudiãda, D. de acq. her. & in l. ſciendũ, n. 29. de ver. obl. Ioan. Petr. Fontan. tom. 1. de pact. nuptial. clauſ. 4 gloſ. 28. n. 40. cum ſeqq. Mart. tom. 1. ſucceſſ leg. 1. p. q. 14. art. 4. n. 10.

47 Renuntiatio ex utraq; parte cõſenſum requirit, Aleiat. in l. conditionis, n. 25. C. de pact. Achil. Pedrocha conſ. 36. n. 174. Aimõ Crav. cõſ. 838. n. 3. vol. 5. & ſic cùm per metũ deficiat, l. nihil conſenſui 116. D. de reg. iur. ſequitur apertè meticuloſam renuntiationẽ nullam eſſe, Barbat. conſ. 30. in 3. Dec. conſ. 219. n. 4. Iacob. Philip. Portius conſ. 101. n. 7. Ruin. cõſ. 121. n. 19. & 20. in 4. Pariſ. cõſ. 5. n. 162. in 4. Rota deciſ. 1. tit. de renuntiat. in novis, iuncta deciſ. 7. Camill. Borrel. tom. 3. ſumm. deciſ. titul. 11. num. 91. Ioan. Pet. Fontan. tom. 2. de pact. nupt. clauſ. 9. gloſ. unica, part. 1. num 3. Petr. Gregor. lib. 41. ſyntagmat. cap. 14. num. 2. Pariſ. conſ. 5. num. 161. & 163. part. 4. Ioan. Aloiſ. Riccius in prax. rerum quotidian. reſolut. 35. num. 5. & 6. Vincent. Honded. conſ. 29. toto vol. 1.

48 Nunc quærendum eſt, an ſi filia ob metum reverentialem patris hereditati, ſeu ſucceſsioni renuntiat, teneat renuntiatio? Quem metum non eſſe ſufficientem ad reſciſsionem, niſi enormis læſio concurrat, Menoch. lib. 3. præſumpt. 127 num. 14. Seraph. de iuram. privil. 21. num. 31. Hondedeus conſ. 29. num. 48. Bertazol. conſ. 25. num. 9. Harthm. Piſt. in quæſt. Parl. 5. 69. Scip. Theodor. alleg. 36. num. 24. & 25. Cephal. conſ. 34. num. 31.

ubi

ubi quòd licèt aliàs videantur neceſſa-
49 tiæ minæ, vel ſaltem preces importunæ,
tamen quando filia, quæ patri renuntiat,
paritur damnum enormiſſimum , ob
hoc ſolum præſumitur renũtiaſſe prop-
ter paternam teverentiam, & renuntia-
tio reſcindi poteſt, idem firmarunt *Dec.*
in l.pactum quod dotali,n.7.C.de collat.&
in cap.cauſam matrimonij,num.6. de offic.
deleg. Paul. de Caſt. conſ.174.n.2. vol.1.
Mandell. conſ.77.num.21.& in conſ.100.
50 *n.4.Rimin.Iun.conſ.5.& conſ.42.* Idem
de ſorore fratri maiori renuntiante con-
ſuluit *Socin.conſ.263.num.3.& ſeqq.verſ.*
51 *Præterea.* Idem quando renuntiatio fit
in præſentia matris, præſertim ſi filiæ
renuntiantes eo tempote habitabant
cum patre, *Curt.Iun.conſ.141.num.11.*
Ruin.conſ.170.n.17.& 19.vol.1.& in
conſ.60.num.22.& per totum,vol.3. Ideò
Nevizan.in ſilva nupt.lib.2.n.82.verſ.
52 *Advertant ſecũdò*, præbet cautelã, ut pa-
ter cui per filiã renũtiatur, tẽpore renũ-
tiationis abſit, deinde per aliud inſtru-
mẽtũ ratificet reverẽtiâ, ne paternâ filia
renũtiaſſe videatur, & ſtãte dicta enor-
miſſima læſione renũtiatio reſcindatur,
Marta de ſucc.leg.to.1.p.1.q.14.ar.5.n.20
53 Vndè excluditur metus exceptio,
quando renuntiatio eſt facta per filiam
iam ſeorſum exiſtentem ab ipſo patre,
vel perſonâ de cuius coactione dubita-
tur, ut quia fit ab ea iam exiſtẽte in mo-
naſterio; non enim metus exceptionem
allegare poteſt, quæ actum renuntiatio-
nis fecit in ſui libertate exiſtẽs, *Aldobr.*
cõſ.26.n.52.& 53.lib.1.Giurb.deciſ.43.n.
19. noviſſimè, & elegãtiſſimè *Petrus de Lu*
na cõſ.46.toto diverſor.Siculor, ubi refert
multas cõiecturas , vel quia fit in aliena
domo exiſtente filiâ præſentibus con-
iunctis *Pariſ.conſ.26.num.68.*
54 Cæterùm in renuntiatione iurata fa-
cta per filiam de hereditatibus paterna,
vel materna, patri, vel matri, metus aut
dolus minimè præſumitur, probaturque
ex c.quãvis pactum,de pact.in 6.ſecundum
cõmunem inductionẽ DD. de qua teſtatur
Pariſ.d.conſ.26.n.66.lib.3. nã cũ ibidem
excipiatur caſus, quovis aut dolus inter-
veniat, liquidò datur intelligi, nec vim,
nec dolũ præſumi, quia tunc fuiſſet ne-
ceſſariũ excipere eum caſum, qui legis
præſumptione eſſet comprehenſus; imò
renuntiatio hæc, quæ fit patri, vel matri
favorabilis reputari debet, ex ſententia
Aret.conſ.93.col.4.verſ.Præterea etiã cõ-
currit, Bald.in l.pactum n.24.in 21.q.C.de
collat.Caſt.conſ.421.verſ.Secundò princi-
paliter,lib.2.Rip.lib.3.reſp.c.10.ſuper du-
bijs,col.10.Caſtill.lib.3.contr.c.2.n.70.&
71. Cui adſtipulatur , quòd ſola præſen-
55 tia patris non facit renuntiationẽ me-
tu extortam, *Alex.conſ.122.in fin. vol.6.*
Roland.conſ.95.n.29.vol.1. Petr. Greg.
lib.41.Syntagm.c.14.num.4.
56 Et metus reverẽtialis nõ præſumitur,
imò excluditur, quãdo minæ & verbera
nõ probãtur, *Aldobrandin.d.cõſ 26.n.51.*
vol.1.Pariſ.conſ.26.n.67. Lal.Caput. ad
conſuet. Neapolit.ad conſuet.ſi moriatur,p.
3.§.9.num.13. qui eleganter & latè de
renuntiationis materie pertractat.
57 Reverâ ſi in ipſa renuntiatione iu-
ramentum intercedat relaxationem &
abſolutionem eſſe neceſſariam teſtatur
Caſtill.d.lib.3.c.2.à n.26.cum ſeqq. ut re-
clamatio poſſit obtingere non obſtante
enormi, vel enormiſſimâ læſione.
Verùm pro hac ſentẽtia nuper dictis
non obſtantibus, veriorẽ cõtrariã duco
ex ſeqq. Primò, ex eo quòd ſi in metu
reverẽtiali neceſſũ adeſt, ut læſio enor-
miſ. inſit, & minæ, vel verbera proben-
tur, ſequeretur metũ reverentialem nõ
eſſe ſufficiẽtem ad reſciſſionem. Sed ijs
iunctis , quòd tamen nequit dictitari,
nã interveniente læſione, & minis vel
verberibus probatis nullo modo metus
58 reverẽtialis eſſet, imò cadẽs in conſtã-
tem virũ (quo nomine nuncupari debet)
ſed is reſcindit cõtractus, *l.1.D. hoc tit.*
Ergo non benè *DD.* metũ reverentia-
lem eſſe communi hemiſtichio procla-
mant, tantis qualitatibus accedenti-
bus, ut reſciſſionem efficiat. Secundò,
59 metus reverentialis eſt ille , qui prove-
nit ex reverentia, ſed importunę preces

inducunt iuſtum, ut ſuprà probavimus.
Ergo ipſa reverentia, *l.1.§.quæ onerãdæ, D.quar.rer.act.non detur.*

60 Tertiò, quoties intervenit nimia,
tunc ſufficit ſolus metus reverentialis
de per ſe, *l.penult. D.de furt. Caſtill.lib.
3.contr. cap.1.num. 163.* cum pluribus,
quos laudat; ſed nulla reverentia adſtat,
61 quæ talis non ſit, quoniam eſt honor,
qui exhibetur cum pavore, ut dicit *Ar-
chidiacon.in cap.2.* & ibi *Dominic. de S.
Gemin.de offic.deleg.in 6.Roderic.Acunn.
in cap.ad hoc 7.num.2.diſtinct.89.* Vel ra-
tione dignitatis, vel poteſtatis, *cap.viſis
16.quæſt.2.Ioan.Barclai.lib.5.Argen fol.
760.* in parv. ibi: *Veſtrum ſenium, iuven-
tuſque Archombroti reverentia, & terro-
re ſubiget omnes* (*D.Thom.2.2.q.103. art.
1.ad primum*, dicit, quòd reverentia non
eſt idem quòd honor, ſed ex una parte
eſt primum motivum ad honorandum,
in quantum aliquis ex reverentia, quam
62 habet ad aliquem, eum honorat, ex alia
verò parte eſt honoris finis, in quantum
ſcilicet aliquis ad hoc honoratur, ut in
reverentia habeatur ab alijs, *Policrat.
lib.5.cap.4.Chaſſan.1.par. conſiderat.71.*)
Ovid.

Ecce lacu medio ſacrorum nigra favilla
Ara vetus ſtabat tremulis circumdata canis,
Reſtituit, & pavido faveas mihi murmure dixit,
Dux meus, & ſimili faveas mihi murmure dixit.

Coripp.lib.1.

------ Senatus
Creverat, orabat Dominos, & poplite flexo
Plurima divinis ſupplex dabat oſcula plantis.

Item *lib.3.*

Vt clemens Princeps legatos ſurgere iuſſit
Officia ſtratos, iuſſu, monituq; iubentis
Erexere viros.

Stat. lib.5.ſilv.

Et mitem genium Domini præſentis adorat.

Claud.in 6.conſul.Honor.

----- Cùm regia (i. ei
Convexum gradibus veneratur purpura vulgus,
Conſenſuque cavæ ſublatus in Æthera vallis,
Plebis adoratæ reboat fragor.

63 Eleganter *Buleng. lib.1.de Imper. Rom.
cap.11.* Sicque cùm in ipſa reverentia
metus inſeratur, cur non erit potentior,
ut reſcindat renuntiationem; quæ evi-
denter propter reverentiam efficitur,
ſeu propter metũ, qui in ea latet, & abſ-
conditur?

Hinc, ſi pater habens duas filias, unã maritaverit pro modica quantitate, & alteri poſteà dederit in dotem omnia bona matris, præſente primâ filiâ, & eius marito, & non contradicentibus, nihilominus mortuo patre poterit prima filia petere dimidiam. Tum, quia taciturnitas illa non inducit conſenſum propter reverentiam. Tum, quia contradicere non poterat, nec debebat, probant *Cynus in l.1.num.3.verſ.Vltimò ſcias, col.2. C.de bon.mater.* & ibi *Alber. num.5.col.2. & Bald.num 12. verſ. Prima quæſtio eſt, col.penult.* & ibi *Angelus in fin.Fulv.Pacian.de probat. lib.1. c.29. num.82.*

Cui adſtipulatur, quòd metus reverentialis ſaltem in omni contractu per filium geſto in beneficium patris intervenire dicitur, mitè *Scipio Robit. pragmat. 1. de Senatuſconſulto Macedoniano, à n.59.fol.485.col.1.* cum pluribus.

64 Quartò, haud dubitationem recipit, quòd filiæ quoties renuntiant, plerumque id efficiunt ſuorum patrum reverẽtiâ, & ſuaſionibus, ſed ex pluſquàm violentæ compulſiones exiſtunt; *l.1. §. perſuadere*, ibi: *Perſuadere eſt pluſquàm compelli, & cogi ſibi parere, D.de ſerv.corr. Decian. conſ.65.n.2. lib.2.Mant. de coniect. ult. vol.lib.2.tit.7.n.4. Caſtill.lib.3.dict. cap.1.num.108.* igitur renuntiationes nõ tenebunt.

65 Cæterùm cui non venit in mentem, quòd filiæ, ut patris complacentiã conſe-

ſequantur, eiuſque captent benivolentiam, & eum adliciant, ſæpè ſucceſsioni, hæreditariique renuntiant, quam renuntiarionem in nullum alium contuliſſent, niſi paret huius lucis uſurâ potiretur; ſed ſi ex parte filiarũ hæc ànimadverſio verſatur, multò potiùs dicendum erit, ſuadente patre, & reverentiâ cogente. Ergo.

Suggeritur evidens ratio: quia torvus aſpectus inducit terrorem, *Iuven. ſat.* 4.

Tamquam de Chattis aliquid torviſvè Sicambris.

Vt doctè advertit *Claud. Muſembert. ad Mart. de ſpectac. epig.* 3. ubi dicit, ſe arbitrari *Satyricum torvos* ad terrorem dicere voluiſſe.

Vnde non eſt audiendus *Prado ad Mart. ubi ſup.* pro *torvis* reponens *tortis*. Mirè *Virgil. Æn.*

Talibus Æneas ardentem & torva tuentem

Lenibat dictis.

66 Demùm in terminis noſtræ ſententiæ dicit *Iacob. Canc. lib.* 3. *reſol. cap.* 1. *num.* 90. reverentiam, & minorem ætatem renuntiantis erga eum, cui renuntiatur, efficere præſumi renuntiationem per metum factam, & ſic conſuluiſſe quamdam renuntiationem factam per quamdam ſororem fratri ſuo maiori, quo cum ipſa habitabat, & ab eo gubernabatur, nullam eſſe, cùm idem metus reverentialis præſumatur circa fratrem maiorem, atq; patrem, ut re ipſâ experimur, & notat *Aretin. conſ.* 24. *n.* 6. & *poſt Ruin. & Socin.* tradit *Guid. Pancirol. conſ.* 1. *n.* 77. & *Eugen. conſ.* 12. *num.* 59.

Ratio eſt, quia mulieres imbecilles & puſillanimes ſunt, ob quod dixit *Virg.* 2. *Æn.* ỷ. 583.

---- Nullum memorabile nomen

Fœminea in pœna eſt, neque habet victoria laudem.

Vir dicitur à *virtute*, *mulier* à *mollitie*, ut notàvit *Dorleans lib.* 11. *Ann. Tac. fol.* 570. maiora arma ſunt voces, & quando magis vngues, *Paſſerat. ad Prop. lib.* 4. *eleg.* 9. ad illud,

Phyllidos iratos in vultus conyicit ungues.

Vnde ad invalidationem contractuũ non requiritur tantus metus in fœminis, quantus in viris, ut docet *Tiraquel. in l.* 9. *conn. num.* 159. *Oſſuald. in Don. lib.* 15. *comm. cap.* 38. *lit. C. in fin.* quaſi timor unicus ſit fœminarum, ut teſtatur *Cerd. ad Virgil. lib.* 11. *Æn.* ỷ. 734. ad illud,

Fœmina pallantes egit.

Et ita dixit eleganter *in Flav. Vopiſc.* Imp. Aurelianus in quadã Epiſtola, quã exaravit de ZENOBIA. *Timet quaſi fœmina, pugnat quaſi pœnam timens*, etſi olim in Amphitheatro pugnarent cum gladiatoribus, ut obſervavit *I. Lipſ. lib.* 2. *Saturn. c.* 4. *Bernarc. & Emeric. Crue. in comm. ad Stat. lib.* 1. *ſilv. in Kalen. Decembris*, ad illud,

Stat ſexus rudis inſciuſque ferri,

Et pugnas cupit improbus viriles.

Et ad iſtud videtur alluſiſſe *Virgil. lib.* 1. *Æn.* ỷ. 497.

Ardetquè viris concurrere virgo.

67 Quòd diiudico procedere non refragante iuramento: nam certum eſt illius relaxationem nõ eſſe neceſſariam, ut ex pluribus congeſtis à *Caſtill. d. cap.* 2. *num.* 26. ſatis conſtat, & ratione evidenti firmatur: quoniam iuramentum nullatenus poteſt conſiſtere ſine cõſenſu, *l. fin. C. de conſtit. pecun.* ſed ubi metus

68 intervenit, & adeſt, conſenſus abeſt, *ex l. nihil conſenſui* 116. *D. de reg. iur.* Ergo nullum eſt iuramentum, nullumque ſortitur effectum, nec confirmationem operatur. Ergo ſimiliter relaxatio, ſeu illius abſolutio nullatenus eſt neceſſaria: quo quidẽ evidenter convincitur; quod pro adverſa ſententia ab Authoribus eſt concinnatum.

69 Quòd ſi hæc noſtra diſplicuerit, primamque amplectaris, animadvertere oportet, quo tempore læſio in renuntiatione adverti debeat, an dotationis, an mortis patris? In qua quæſtione varij varia dixère, & in diverſa ivère dicteria. Sed diſtinctionis fœdere compo-

ponendam adſeruit *Fontan. tom.2. de pact.nupt. clauſ.9.gloſ.unica, p.unic. num.* 18. nempè, quòd aut pater dotavit filiam congruè inſpecto tempore ipſius renunciationis, & dotationis iuxta valorem bonorum ſuorum, & morem Re-
70 gionis, aut non. Primo caſu nulla eſt filiæ ſpes augendi ſuam dotem, nec reſcindendi renunciationem, quidquid de patris bonis contingat. Secundo verò ſic, *Covar. in cap.quamvis pactum, p.3. §.4.num.7. concluſ.12. Mantic. de tacit. & ambig.convent. lib.12.tit.24. num.14. verſ. Similiter, Anton. Fab. in ſuo Cod. lib.2.titul.3. defin.21. Gerard. Mainar. deciſ.19. num.4. verſ. Conciliatio autem, lib.4. Bocr. deciſ.62. Staphil. Paciſ. poſt tractatum de Salvian. deciſ. 160. num. 7. Pariſ.conſ.26.ex num.77.in 3.caſu, lib.3. Caſtill.lib.3.cap.2. num.65.* cum plurib. *Menoch. conſ.6.num.21.lib.1.Molino de ritu nupt.lib.3.quæſt.88.num.9. Lel. Caput.in conſuet.Neapol.part.8.§.9. à num. 13.* qui elegãter agit, *Camill.Borrel.tom. 3.ſum.deciſ.tit.4.à num.180.cum ſeqq.*

71 Fundamenta, quibus innituntur, ea ſunt. Primò, quia ſi pater dedit dotem filiæ cõgruam dotationis inſpecto tempore, non poteſt dici dolo malo verſari; non enim quivit divinare, ſe potuiſſe fieri locupletiorem; ideò non debet filia querelam proponere, cùm fecerit, quod debuerit, & ſicut, ſi diminuerentur poſteà bona, non peteret, nec pater, aut eius heres dotis diminutionẽ, poſtulare poſſet, ita nec filia augmentum, ſi augeantur, *l.fin.C.de ſolut.*

72 Secundò, quoniam quando filia fuit competenter dotata, non habet de quo conqueratur, etiam (quod eſt omnium fortiſsimum) minus legitimâ ſit ei pro dote datum, quia ut dixit *Fontan. tom. 2. de pact. nuptial. clauſul.5. gloſ.8. part. 1. num.37. & 38.* non commenſuratur dos cum legitima, quandoque poteſt eſſe minor, quandoque poteſt, & debet eſſe maior. Deinde ſi quando filia fuit cõgruè dotata, & renunciavit, non intraret diſpoſitio *cap. quamvis pactum, de pact.lib.6.* imò ea impugnaretur, & impugnari poſſet ſub prętextu læſionis fruſtrà emanaſſet, *dict. cap. quamvis pactum,* diſpoſitio & otiosè certè ea eſſet,
73 & tota renunciationum materia. Quorſum enim parentes ſtudérent filias renunciare, & quorſum remedia hæc à iure procedunt, ſi danda omnino legitima filiabus eſt? Quia clarum exiſtit, quòd pater datâ legitimâ filiæ de reliquo valeat pro libito diſponere, *l. Papinianus, §. quoniam autem, D. de inoffic. teſtament. l. parentibus, C. eod titul.* Vnde filia in renunciatione non poteſt prætẽdere læſionem, niſi reſpectu legitimæ, quia filia non habuit ius in alijs bonis ultra legitimam, de quibus poteſt pater pro ſuo libito diſponere. Et ſic quia
74 læſio præſupponit competentiam iuris, illo iure ceſſante ceſſat & læſionis nomen; ergo ſi ad validitatem dotationis cogũtur parẽtes legitimã dare, quæ eſt totũ ſuum debitũ, nõ eſt quòd renunciationes fiant adeò, ut fateri oporteat ad hoc ſervire, ubi minorem dote legitimã pater conſtituit, vel omnino neceſſarias eas non fuiſſe, & fruſtrà (ut dictũ eſt) introductam *Pontificiam conſtitutionem*: ut ergo aliquid ea diſpoſitio, & renunciatio operentur, dicẽdum eſt, quòd ſi competenter fuerit dotata, quamvis non uſque ad legitimam, non ſit querelæ mulieris locùs, ità pulchtè *Carol. Puteus conſ.unic.* quod eſt inter *conſ. Oddi, num.56. tom.1. Caſtill. dict. cap.2. num.88.*

75 Tertiò, quia vivente patre filiæ renunciantì nullum ius in legitima competit, niſi ſpes, quæ quidem ad effectum læſionis in conſiderationenon eſt, *per textum in l.1.§.ſi impuberi,* ibi: *Prematura enim eſt ſpes, D. de collat. Capic. deciſ. 159. num.13. ante fin. in verſ. Etſi dicatur, Aldobrand. conſ.26. num. 119. lib.1.*

76 Ex quo oritur, quòd ob incertitudinem hanc læſio aliqua conſiderari non debet, *Sotomaior dict.cap.2. num. 68. in fin.* & ſignanter *Rimin. conſ.128. n.23.*

lib.

lib.1.Craw.conſ.569. facit *l.ſi iactum re-
tis,D.de act. empt.l.de fideicommiſſo,C.de
tranſact.*
77 De congruitate dotis,ut læſio exclu-
datur,latè agit *Ioan.Petr.Fontan.tom.2.
de pact.nupt.clauſ.5.gloſ.8.tota p.1.* eam-
que arbitrariam eſſe adſerit *Lel.Caput.
ad conſuet. Neapolit.p.2.§.6.* ad quos re
remitto:quo ſatis aptè excluditur,quod
aliqui Critici voluêre dotis ſummam
certam fuiſſe,*ex Martial.lib.2.epigram.
65.*

Cur triſtiorem cernimus Saletanum?
*An cauſa levis eſt? extuli, inquis, uxo-
rem.*
O grande fati crimen? ò gravem caſum?
Illa, illa dives mortua eſt,Secundilla.
Centena decies,quæ tibi dedit dotis?
Nollem accidiſſet hoc tibi Saletane.

Nempè *Iuſt.Lipſ.ad Tacit. Ann.2. Ioan.
Bodin de Republic.5.c 2. Plat.de legibus,
dialog.6.Claud. Muſambert. in commoni-
torÿs,* & alij, quos taxat(etſi ultimus ta-
xare velit) *D.Laurent. Ramirez de Pra-*
78 *do in Hyponem. ad Mart.* qui dicit, nul-
lam certam, & præfixam dotis quanti-
tatem fuiſſe, ſed ætatem, familiam,
conditionem, natalia inſpici debère,
quos refert *Dempſterus ad Roſin. lib. 5.
Antiq.Roman.cap.37.fol.970.* & ſi dota-
79 tionē à Deo Opt.Max. probatam vi-
deamus *Geneſ. cap.29. & 30.* Vſui erat
in ſacra Scriptura apud Iſraëlitas dari
in dotem civitates, & urbes ab inimi-
cis captas,& agros. Inde in expugna-
tione Chananæorum Caleb vir fortis
edixit, qui percuſſerit Cariathſepher
& vaſtaverit eam;dabo ei Axam filiam
meam in uxorem,quam cum expugnaſ-
80 ſet Othoniel filius Cenex,& frater Ca-
leb minor habuit Axam in coniugem,
cui vir dixit,ut peteret à patre agrum,
quæ patri dixit, quia terram arentem
dediſti mihi, da, & irriguam aquis,de-
dit ei Caleb irriguum ſuperius, & irri-
guum inferius,ut habetur *Iudic. cap. 1.*
Eodem modo urbs Gazer, ſive Gezer
in tribu Ephraim, cuius Regē occidit
Ioſue, ut patet in *eius Hiſtoria c. 10. &
16.* Hanc eamdem civitatem cœpit
Pharao Rex Ægypti bello illā aggreſ-
ſus, occiſis ad unum habitatoribus, &
illam dedit in dotem filiæ ſuæ uxori
Salomonis Regis, *3.Reg.9.* quam Sa-
lomon, quòd eſſet naturâ munita, &
ad bella opportuna, denuò exædifica-
vit,ut teſtatur *Ioſeph.lib.8.Antiq.Iudaic.
cap.3.Pet.Greg.de Republic.lib.7.cap.16.
toto.*
81 Poſtquàm autem de cōgruitate do-
tis nuper egimus, nunc diſquiri debet,
an obligatio, hypotheca, & prælatio
dotis incipiat à die promiſsionis, an
verò à die contracti matrimonij?

Perquàm utilis, & neceſſaria huius
quæſtionis tractatio eſt, ſanè oppidò
controverſa,agitataque varij varia ſen-
ſerunt,& contrarias attulerunt ſenten-
tias: utraſque pandam, & prout vires
ſuppetant, iudicium(licèt exiguum)pro-
feram.
82 Pro opinione, quòd obligatio, hypo-
theca, ſeu prælatio incipiant à die pro-
miſſionis,quamvis fiat ante contractum
matrimonium, adſtant *Andreas Mol-
pheſ. in conſuet. Neapolit. part.6. de iur.
dot.q.2.ex num.16.Ioan.Gribell.deciſ.Do-
lan.133. Anton. Theſaur. lib.2.quæſt.34.
in fine,& lib.4. q.20. Anton Gama deciſ.
355.Ioan.Pet.Fonta.de pact.nupt.clauſ.7.
gloſ.2. p.1. n.35. Franch. deciſ.677. Ant.
Meren.lib.6.controver.c.35.Amato reſ.5.
à num.2.*
83 Eorumque ſententiæ patrocinium
retrotractio eſt, quæ in conditione ca-
ſuali, aut mixta (qualis eſt diſſolvendi
matrimonij, & reſtituendæ dotis) locū
habet, licèt ſecùs in poteſtativa,ut op-
timè declarant *Sarmien.lib.2.ſelect.cap.
2.num.10. Gratian.cap.53.ex num.1.cum
ſeqq.lib.1.Coſta de retrotraction.ib.caſ.31.
cap.8. à num.1.Amat.ſup.num.3.4.& 5.
Anton.Gom.lib.2.var.cap.11.n. 30.verſ.
Tertius effectus, Rota Genuenſ.deciſ.187.
num.11.*
84 Pro contraria, ſcilicet, quòd à die
contracti matrimonij, ſunt penè infini-
ti, *Bald. Novell. tract. de dot.p.10.n.37.*
Ne-

Neguſan. de pignorib. 4. memb. 2. par. num. 79. Petr. Barboſ. in l. 1. 3 part. num. 34. verſ. Poſtremò, D ſol. matr. Polidor. Rip. obſerv. 263. Mantic. de tacit. & ambig. convent. lib. 11. titul. 19. num. 12. Cavalcan. deciſ. 15. num. 14. part. 4. Franc. Aponte conſ. 80. num. 5. Trentac. lib. 3. variar. titul. de pign. & hypothec. reſol. 9. num. 26. Pacific. de Salvian. interd. inſpect. 3. cap. 4. num. 43. Franc. Becc. conſ. 114. num. 66. lib. 2. Belon. Praeſes conſ. 18. num. 81. & 82. Amat. num. 13. Gratian. cap. 804. lib. 5. Ioann. Dominic. Gait. de cred. in appendice num. 113.

85 Pro qua urget, quòd ſicut ante contractas nuptias dos non ſubſiſtit, *l. dotis appellatio, D. de iur. dot. l. fin. C. de donat. ante nuptias, Salic. in auth. maximis, C. de nupt. Surd. deciſ. 211. num. 28. Barboſ. in dict. l. 1. num. 95. Camill. Larath. conſ. 82. num. 19. Canc. lib. 3. var. c. 11. num. 131.* per conſequēs nec principalis actio dotis, *l. ſi ſerva 40.* aliàs *39. §. fin.* ibi: *Vt in caſtrato dicas dotem non eſſe, in eo qui caſtratus nō eſt, quia eſt matrimoniū & dos, & dotis actio eſt l. plerique, §. ſi antè, l. dotis promiſſio, D. de iur. dot. Franc. Leo deciſ. Valent. 180. num. 2. tom. 2.* nec hypotheca, *l. contrahi*, ubi *Bart. D. de pignor. act. l. 1. §. penult. D. pro dot.*

86 Expreſsè & ingenioſè *Bald. in l. legem quam, num. 2. C. de pact.* ibi: *Haec ſunt vera nondum contracto matrimonio, ſed poſtquàm matrimonium eſt cōtractum, pater nō poteſt ſibi ſtipulari in praeiudicium filiae, quia traditio eſt neceſſaria, ut D. qui pot. l. 1.*

87 Non impedit retrotractionis fundamentum, quo innituntur laudati. Quoniam certum & indubitatum exiſtit in poteſtate mariti eſſe dotem nolle recipere, *l. vir ab eo 50. D. de iur. dot.* & ſic cùm conditio ſit poteſtativa, in ea locum habêre non debet retrotractio, *l. qui balneum, D. qui pot. Bart.* commun. adprobatus, *in l. is qui pro emptore, num. 45. D. de uſucap.*

88 Nec ſunt obſtaculo rationes, quas *Amat.* & alij tradiderūt, nempè, ne mulier facto viri indotata remaneat, contra *l. 1. D ſolut. matr.* illeque abſque dote matrimonij onera ſubportet adverſus *l pro oneribus, C. de iur. dot.* & ſit obligatus illam reſtituere, cùm noluerit accipere. Facile diluuntur, mulier enim obſtrictum tenet obligationi reſtituendae dotis maritum, etſi non acceperit, *dict. l. vir ab eo*, ibi: *Cùm verò acceptam fecit, omnimodo periculum ad eum pertinebit, perinde enim eſt, ac ſi acceperit pecuniam, & eamdem promiſſori donaverit: ibique in ſcholiis Gothofred. D. de iur. dot. Barboſ. in dict. l. 1. 3. part. num. 33. verſ. Non obſtat tertia difficultas, D. ſol. matr. Amat. dict. reſol. 5. num. 7.* ergo dotis favor non ceſſat, & maritus ſi proprio facto ſe obligationi dedit obnoxium, ſentiat nocumentum, cùm potuerit ſibi conſulere, nec fecerit, *l. multū intereſt, D. de verb. oblig.* imò renuerit, *Camill. de Medic. conſ. 90. à num. 20. cum ſeqq.*

89 Ex quo fluit interpretatio genuina textus *in d. l. 1. D. qui pot.* quem adverſae opinionis fautores pro ſe adducunt. Nā intelligi debet, quando poſt promiſſionem contractum fuit matrimonium, ità Conſulti mentem aperuit *Pet. Barboſ. in d. l. 1. 3. p. d. n. 34. verſ. Poſtremò notabis, D. ſolut. matr.*

90 Cui conducit *textus in l. 4. D. quae res pign. oblig.* ibi: *Eo tempore pignoris obligationem contractam videri, quo pecunia numerata eſt*, dotem non ſcriptura dotalis, ſed numeratio facit, *l. 1. C. de dot. caut. non num.*

Manifeſtè percipitur, attendendum eſſe tempus contracti matrimonij, non verò promiſſionis dotis, quòd ſi tibi nō placuerit haec opinio (cui meum calculum praebeo)

Elige cui dicas, tu mihi ſola places.

91 Si quis renūtiat beneficio propter metum periculi imminentis perſonae ipſius clerici renūtiantis, renūtiatio totaliter
92 eſt nulla, *cap. ſuper hoc, de renunt.* Idem autē erit, ſi periculum imminet conſanguineo ſuo, ſcilicet quia eius frater, vel parentes ſunt incarcerati, ad hoc ut cle-

clericus renunciet beneficio, *Felin. in cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ, de conſtit. verſ. Decimotertiò quæro*, etiam facta cũ ſacramento, & idem pro liberatione patroni, *Rota in novis deciſ. 466.*

Vnde qui graviſſimo Regis metu iuravit renunciare Eccleſiam ſuam, & renunciavit, non obſtante illâ abiuratione poteſt illam petere, *cap. ad audientiã, hoc tit. Navar. in cap. accepta, de reſt. ſpol. in proœmio, ſub titul. confirmatio duplex ſummæ principalis, num. 4. verſ. 4. Suarez de relig. lib. 2. de iuram. cap. 26. num. 9. & cap. 41. num. 18.*

93 Quærendum eſt, an poſſit renunciari exceptioni metus, quod latè examinat *Ann alleg. 114. num. 6. lib. 2.* ubi ultimo loco tenet, quòd non, ſed intelligendus eſt, ſi renunciatio fiat uno, eodemque inſtrumento cum obligatione, ſecùs ſi fiat in alio inſtrumento ſeparato, & non perſiſtat eadem cauſa metus, *Coler. de proceſſ. exec. 1. p. c. 10. n. 222. Graſſ. except. 11. num. 80.*

94 Denique pro Colophone huius capitis advertendum eſt, quòd nimia reverentia uxoris erga virum facit præſumere actum ab ea factum eſſe meticuloſum, & ſimiliter renuntiationem factam, elegantèr *Iacob. Gall. conſ. 68. num. 20. Camill. Borrel. conſ. 4. num 37. cum ſequentib.*

SVMMARIVM.

1 Definitur reſignatio.
2 Reſignare verbum eſt æquivocum.
3 Capitur pro aperire.
4 Reſignatio teſtamentorum.
5 Teſtamenta priùs ſignabantur.
6 Reſignare eſt perfectè ſignare.
7 Significat claudere.
8 Explicatur Virgil. & 9. 10.
Oculorum & oris obſeratio defunctis fiebat, dum domi erant.
11 Intelligitur Martial.
Expenditur l. cùm pater 77. §. ſi pater pluribus. D. de leg. 2.
12 Obſignatio fiebat, ſi pecunia immittebatur in ſacculum, peram, & ciſtam, & ſigna imponebantur lino traiecto, aut ceræ impreſſo.
13 Ad hunc uſum annuli ferebantur.
14 Si pecunia obſerata deponatur, dominiũ non tranſit in depoſitarium.
15 Plurima de ritu pecuniæ in templis deponendi.
16 Reſignare eſt colligere.
17 Omnino pro theſaurizo.
18 Reſignare eſt reddere.
19 Ponitur aliquando pro perimo, abrogo, diſſolvo.
20 Reſignatum æs, quid ſit, explicatur.
21 Reſignare hic ſumitur pro dimittere beneficium.
22 Reſignationes debent fieri coram Epiſcopo, vel alio ſuperiore Ordinario.
23 Cauſæ, ob quas fiant reſignationes, proponuntur, uſque 33.
34 Beneficia iuris patronatus poſſunt reſignari coram Epiſcopo, accedente tamen patronorum conſenſu: & permutari, & 36.
35 Secus eo non interveniente.
37 Vt reſignatio non annulletur, neceſſum eſt reſignantem poſt reſignationem per viginti dies vivere.
38 Quod procedit in officijs ſecularibus.
39 Reſignatio debet eſſe libera & voluntaria, & ideò metu facta eſt nulla, uſque 45.
46 Renuntiatio facta de beneficio à capto per dominum ſecularem, & detentum, donec illud renuntiet, eſt nulla.
47 Imponentes metum, ut fiant renũtiationes, ſunt excommunicati.
48 Inferentes metum, ut fiant renuntiationes, privari debent beneficijs.
49 Renuntiatio metu facta valida eſt ipſo iure, uſque 53.
54 Huic ſentẽtiæ opponitur alia, quã tenet Author.
55 Comprobatur, uſque 58.
61 Per vim compulſivam ſpoliatus an ſit reſtituendus ante omnia?
Iudices Recuperatores qui? & de eorum

rum notione, ibi.

Executione rectè facta & non ritè, ſi ſolutio fiat ob vim compulſivam Iudicis, an retractetur? ibi.

59 *Reſpondetur contrarijs, uſque 62.*

63 *Metu non petens poſſeſſionem veram nō amittit.*

64 *Quando quis eſt ſpoliatus, ſi poſteà renuntiat, per metum renuntiaſſe præſumitur.*

65 *Pontifex poteſt renuntiare Papatui, & 66.*

CAPUT XIV.

De Reſignatione Beneficij.

1 RESIGNATIO *eſt Dimiſſio ſpontanea, & libera beneficij obtenti cum cauſa coram ſuperiore*: proponit, & ornat *Flamin. Pariſ. de reſign. beneſic. lib. 1. q. 1. à num. 34. cum ſeqq.*

2 *Reſignare* verbum æquivocum eſt, ut tradit *Mandoſ. in tractat. de ſignat. grat. verbo Reſignationes, verſ. Reſignare*: quod latè paret. Primò enim capitur pro aperire, *Plaut. in Trin.* ibi: *Iam ſi obſignatas non ferret, dici hoc poteſt apud Portitorem eas res reſignatas ſibi inſpectaſq; eſſe*; *Cicer. ad Attic. lib. 11.* ibi: *Quas ſi putabis illi ipſi utile eſſe reddi, reddes, nibil me lædet.*

3 *Nam quod reſignatæ ſunt, habet (opinor) eius ſignum Pomponia. Martial. lib. 9. epigram. 36. in Philomuſum:*

Verba Ducis Daci Cattis mandata reſignas,
Victricem laurum, quàm venit, antè vides.

4 Hinc reſignatio teſtamentorum appellata, *l. ſi teſtamentum, D. de teſtam. l. ſi teſtamento, quod ſignaverit,* & ibi *gloſ. D. eod. Rebuff. in l. 39. D. de verb. ſign. Horat. lib. 1. epiſt. 7.*

------ Et opella forenſis
Adducit febres, & teſtamenta reſignat.

5 Quæ quidem fiebat ex eo, quòd teſtamenta priùs ſignabantur, *Suet. in Octav. c. 101.* ibi: *Teſtamentum L. Planco, C. Silio Coſ. 3. Nonas Aprilis ante annum & quatuor menſes, quàm decederet, factum ab eo, ac duobus codicibus partim ipſius, partim liberorum Polybij, & Hilarionis manu ſcriptum, depoſitumque apud ſe Virgines Veſtales, cum tribus ſignatis æquè voluminibus protulerunt*: & *in Tiber. cap. 76.* ibi: *Teſtamentum duplex ante biennium fecerat, alterum ſua, alterum liberti manu, ſed eodem exemplo, obſignaverat que etiam humillimorum ſignis*: & *in Octav. cap. 44.* ibi: *Non multòque pòſt teſtamentum etiā conſcripſit, ac ſignis omnium Magiſtratuū obſignavit. Mart. lib. 5. epig. 40. in Carinum:*

Supremas tibi tricies in anno
Signanti tabulas, Carine, miſi
Hyblæis madidas thymis placentas.
Defeci: miſerere iam Charine.
Signa rariùs, aut ſemel fac illud,
Mentitur tua, quòd ſubinde tuſſis.

Et *lib. 9. epigram. 89. ad Lupercum.*

Septem poſt calices Opimiani
Denſo cùm iaceam triente blæſus,
Affers neſcio quas mihi tabellas,
Et dicis; Modò liberum eſſe iuſſi:
Zenas ſervulus eſt mihi paternus:
Signa. Cras melius, Luperce, fiet,
Nunc ſignat meus annulus lagenam.

6 Secundò, reſignare eſt perfectè ſignare, *Columel. lib. 3.* ibi: *Pluſquàm arbuſculas transferas rubrica reſignato, ut iiſdem, quibus antè ſteterunt, conſtituas eas*: *Mandoſ. d. loco.*

7 Tertiò, reſignare eſt claudere, *Virgil. lib. 4. Æneid.*

Tum virgam capit: & animas ille evocat Orco
Pallentes, alias ſub triſtia Tartara mittit;
Dat ſomnos, adimitque, & lumina morte reſignat.

8 Vbi *Ioan. Ludovic. de la Cerda in comment. fol. 415.* obſervat Poëtam adluſiſſe ad ritus, quos Antiqui in funeribus cuſtodiebant, nempè ad oculorum, & oris

oris obſerationem, quæ defunctis efficiebatur, dum domi erant (cuius mentionem fecit *Ovid. in epiſt. Penelop. ad Vlyßem.*

Dij precor, hoc iubeant, ut euntibus ordine fatis,
Ille meos oculos comprimat, ille tuos.

Et inferiùs.

Reſpice Laërtem, ut iam ſua lumina condas,
Extremum fati ſuſtinet ille diem.

Andreas Schottus in notis ad Senecam lib. 4. contr. 27. fol. 189. col. 1. Iul. Labor. var. tit. 2. cap. 1. num. 21. & alij paſſim) In rogo tamen illis oculi aperiebantur, *Plin. lib. 11. cap. 37.* ibi: *Morientibus illos operire, rurſuſque in rogo pateſacere; Quiritum magno ritu ſacrum eſt*: ità more cõdito, ut neq; ab homine ſupremum eos ſpectare fas ſit, & cœlo non oſtendi nefas; & ſic explicat:

--- Et lumina morte reſignat.

Aperit lumina in rogo, ut velit reſignare eſſe aperire, & explodit *Servij* interpretationem.

9 Quod nullatenus dicendum eſt. Nam præterquàm quòd Poëta poterat etiam alludere ad obſerationẽ, divinat mens, cùm proprius mortis effectus (quo induebatur MERCVRII virga) ſit oculos claudere, non aperire: & ideò fato adpropinquante oculi cadunt: In cuius rei teſtimonium adduco *Senec. lib. 2. cont. 12.* ibi: *Vt intravi cadentes iam oculos ad nomen meum erexit, fugientemque animum retinuit: Virgil. lib. 5. Æneid.* extremo de Palinuro.

--- Cunctantiq; natãtia lumina ſolvit.

Quod in dormiturientibus accidit, 4. *Georg.*

Fata vocant, conditque natantia lumina ſomnus.

10 *Ioan. Barclai. lib. 3. Arg. fol. 428. in parv.* ibi: *Pileus & ala in talis deſignabãt Mercurium; caduceuſque & ſoporis potens virga.* Igitur nullo pacto niſi de obſeratione intelligi debet, ſicq; reſignare, claudere eſt, *Mart. lib. 1. epig. 67.* ad furem de libro ſuo.

Secreta quære carmina, & rudes curas,
Quas novit unus ſcrinioq; ſignatas.
Cuſtodit ipſe virginis pater chartæ,
Quæ trita duro non inhorruit mento.

11 In cuius hyponemmatis adnotat *D. Laur. Ramirez de Prado, ſignatas*; id eſt clauſas, & diligentur cuſtoditas, *ex l. cùm pater 77. §. pater pluribus, D. de leg. 2.* ibi: *Pater pluribus filijs heredibus inſtitutis moriens claves, & annulum cuſtodiæ cauſa maiori natu filiæ tradidit, & liberto eidem filiæ, qui præſens erat, res, quas ſub iure ſuo habuit, adſignare iuſsit*, ubi illud: *Adſignare iuſsit*, interpretatur doctiſſimus *Cuiac.* verè annulo obſignatas præbère adſervandas:

12 Vnde obſignatio fiebat, ſi pecunia immittebatur in ſacculum, peram, aut ciſtam, & ſigna imponebantur lino traiecto, & cerâ impreſsâ, *Arumæus de mora, cap. 7. n. 7.* poſt *Briſſon in lexic. Donell. lib. 16. comm. c. 14.* & ibi *Hilliger. lit. A.* Conſignanda autem ſignis nõ publicis, ut quidam ſomniant, ait *Brißon lib. 2. de ſolut. c. de obſignat. pag. 411.* ſed privatis, *Cic. 7. Verr. Ipſe in tabellas refert, obſervat ſigillis amicorum.*

13 Ad quem uſum annulos circumferebant, non ornatus, ſed ſignandi causâ paratos, *Macrob. 7. Saturn. 13. Briſſon. lib. de adulter. cap. 4. Mercer. 1. opin. 28. Revard. 3. var. 16. Robertell. 2. emend. 17. Tiraquel. de retract. lignag. §. 7. gloſſ. 3.* Idem eſſe ſi obſerata deponatur, vult *Cuiac. 8. ad African. in l. 39. D. de ſolut.* ac etſi claves deponẽs retinuit, idẽ eſſe ſcribit, cõtra eos qui clavibus nõ tradi-
14 tis retinêri poſſeſsionẽ adſerũt. Nã nec hîc eam transferri neceſſe eſt, & aliàs nec obſignata pro ſoluta haberetur antequàm remotis ſignis, aut facultate eorum removendorũ creditori data ſit, *l. 1. §. ſi pecunia 36. D. depoſ. l. ultim. D. de leg. commiſ.* & ſic in depoſitarium dominiũ non tranſit, ſi obſignata pecunia fuerit, *Barboſ. in l. mora 10. n. 33. D. ſol. matrim. Caſtill. lib. 3. controv. c. 16. n. 35. Camill. de Medic. conſ. 26. n. 5. Antonin. Amat. reſol. 20. num. 5. & 6.*

15 Plurima de ritu pecunias in templis deponendi latè agunt *Dominus Laurent, Ramir. de Prad. ad Mart. de ſpectac. epigram. 7. & Claud. Muſambert.* ſeu *Theodor. Marcill. & Hillig. d. cap. 14. lit. B.*

16 Quartò, reſignare eſt colligere, & recondere, quia collecta & recondita ſignantur utplurimùm annulo *Deuteronom. 32. Nónne hæc condita ſunt apud me, & ſignata in theſauris meis? Mea eſt ultio, & ego retribuam eis in tempore:* & *Iob c. 14. Signaſti quaſi in ſacculo peccata mea.*

17 Idem omnino quòd theſaurizo, *ad Rom. c. 2. Theſaurizas tibi iram in die iræ,* & ut explicat *P. Ioan. Ludovic. de la Cerda adverſ. ſatror. cap. 83. num. 1.* poſſet dici, ſignas, & recolligis, ac recondis iram.

18 Quintò, reſignare eſt reddere, quod fit cùm in libris datorum, & acceptorū pecuniam, quam acceptā ſignavimus, redditam demonſtramus, *Horat. lib. 3. Carm. Od. 19. de Fortuna.*

Si celeres quatit pennas
Reſigno, quæ dedit.

Et *lib. 1. epiſt. 7.*

Hac ego ſi compellar imagine cuncta
reſigno.

19 Sextò, ponitur aliquando pro perimo, abrogo, diſſolvo, *Cicer. pro Archia,* ibi: *Nam cùm Appij tabulæ neglegētiùs adſervatæ dicerentur Gabinij, quando incolumis fuit, levitas poſt damnationem, calamitas omnem tabularum fidem reſignaſſet.*

20 Denique reſignatum æs militi dicebatur, cùm ob delictū iuſſu Tribuni militum, ne ſtipendium ei daretur, in tabulas referebatur, ut author eſt *Feſtus, Roſin lib. 10. Antiquit. Roman. c. 25. lit. D. Ian. Langlæus lib. 13. ſem. cap. 2. fol. 778.*

21 Hîc autem ſumitur reſignare beneficium pro dimittere, *Mandoſ. in reg. de infirm. 13. num. 10.* Et penitùs abdicare ius à reſignante, *Pariſ. conſ. 39. num. 3. vol. 4. Flamin. Pariſ. dict. lib. 1. queſt. 1. num. 69.*

22 Reſignationes beneficiorum coram Epiſcopo, vel alio ſuperiore Ordinario communi iure fieri poſſunt, ut probant *textus in cap. admonet, de renunt. & in c. 1. de rer. permut. lib. 6. & in Clement. multorum, de pœn.* docent *Fuſc. de viſitat. lib. 2. c. 10. num. 19. & cap. 29. quæſt. 4. Gonç. ad reg. 8. Canc. gloſ. 14. à n. 21. Frāciſc. Leo in Theſaur. for. Eccl. par. 2. cap. 3. num. 66. Vgolin. de poteſt. Epiſc. c. 50. §. 18. in princip. Flamin. de reſign. lib. 7. q. 14. n. 1. Chok. de iuriſd. ordin. in exemptos, p. 4. q. 68. in princip. Auguſt. Barb. de offic. & poteſt. Epiſc. part. 3. alleg. 69. à num. 1. cum ſeqq.* qui eleganter regulam hanc ampliat, & ornat.

23 Cauſæ tamen ex quibus Ordinarij
valent beneficiorum reſignationē admittere (prout eas refert *Vincent. Filiuc.*
tract. 41. de benefic. cap. 10. num. 12.) ſunt
24 ſequentes. Prima eſt, cùm beneficiatus
ſenex adeſt, *c. niſi cùm pridem, de renunt.*
25 ubi *Abb. num. 8.* Secunda, infirmitas volentis reſignare. Tertia, corporis impe-
26 dimētum. Quarta, eius vitium. Quinta, criminis deformitas, cui eſt obno-
27 xius beneficiatus. Sexta, quoties eſſet
cenſuris Eccleſiaſticis irretitus. Septi-
28 ma, cùm nō debet, aut nequit Eccleſiæ,
ſeu beneficio inſervire. Octava, quando
beneficiatus unum, aliud, aut plura obti-
nuerit beneficia. Nona, cùm continge-
29 ret ad aliud beneficiū promoveri. De-
cima, quando vellet religionem ingre-
di, aut matrimonium contrahere; dum-
30 modò ſtatim re ipſa id exequatur. Vn-
decima, cùm beneficiatus nequit, aut
31 nō audet propter capitales inimicitias
ſecurus reſidere in loco beneficij. Quæ
quidem cauſæ ità exprimuntur *in Conſtit. Pij V. 58.* edita *anno 1568.* quam
referunt *Quarant. in ſumma Bullarij,*
verbo Beneficiorum reſignationes, Vgolin.
de poteſt. Epiſcop. cap. 50. §. 18. num. 3.
Flamin. de reſignat. lib. 5. queſt. 6. num.
2. Et de ea meminit *Maſobri. in prax.*
habendi concurſum, requiſ. 7. dubitat. 5.
Auguſtin. Barboſa de offic. & poteſtat.
Epiſcop. part. 3. alleg. 69. à num. 27. Ioan.

Bapt.

Bapt. Scort. in ſelect. SS. PP. conſtitut. epitom.101. theorem. 250. 12. ſi adſit a-
liqua alia cauſa ex recenſitis ab *In-
nocent. III. in dict. cap. niſi cùm pridem, de
renuntiat.* ut defectus ſcientiæ, aëris in-
tẽperies, ſcandalum immineat. 13. cũ
31 permutationes beneficiorum, & offi-
ciorum fiunt iuxta Canonum & Iuris
communis proviſiones.

32 Adijcit tamen *Pius V. in dict. Bull.*
Primò, ut abdicans ſe beneficio, ſi ſit
in ſacris, habeat aliunde, quo vivat, a-
liàs non admittatur ab Ordinario reſig-
natio excepto religionis ingreſſu. Se-
33 cũdò, ne Ordinarius ullo modo ſignifi-
cet, cui conferendum ſit beneficium,
quod reſignatur. Tertiò, ne ab Ordina-
rijs conferantur reſignata beneficia ſuis,
aut dimittentiũ cõſanguineis, adfinibus
& familiaribus, etiam per fallacem cir-
cuitum multiplicatarum in extraneos
collationum, *Bonacin. var. tract. 1. de ſi-
mon. quæſt. 4. §. 14. num. 5. Barboſ. dict. al-
leg. 69. num. 47. & 48. Ioan. Baptiſt. Scor-
tia dict. theorem. 250. & ſeq.*

34 Sed adverti debet, beneficia iuris
patronatus poſſe reſignari coram Epiſ-
copo, accedente tamen patronorũ con-
ſenſu, *Put. deciſ. 412. num. 2. lib. 1. Fla-
35 min. lib. 7. quæſt. 14. num. 8.* (ſecus eo non
interveniente, *Nicol. Garcia de benefic.
tom. 2. par. 11. cap. 3. num. 17. Salgad. de
Reg. protect. tom. 2. par. 3. cap. 9. num. 94.*)
36 ſic etiam permutari, *Covarr. pract. cap.
36. num. 9. Flamin. lib. 2. quæſt. 4. num. 10.
Steph. Quarant. in ſumm. Bullarij, verb.
Beneficiorum permutationes, in additionib.
Vgolin. d. c. 50. §. 19. n. 4. Azor d. c. 26. q. 6.*

37 Verùm ad hoc, ut non annulletur re-
ſignatio, neceſſum eſt reſignantem poſt
reſignationem ſupervivere per viginti
dies, *iuxta reg. 19. Canc. in nov. Gonçal. ad
reg. 8. gloſſ. 15. num. 84. Maſobr. in prax.
habẽdi concurſum, req. 1. dubit. 2. num. 39.
Aug. Barboſ. de offic. & poteſtate Epiſcop.
par. 3. alleg. 57. n. 243.* cum plurib. *Nicol.
Garc. de benef. to. 2. par. 11. c. 3. Ioã. Aloiſ.
Ricc. in collect. par. 4. collect. 837. & 1405.*
38 Quod ſimiliter in officijs ſecularibus
diſponit *l. Regia 4. tit. 4. lib. 7. Recop.* ibi:
*Viviere veinte dias deſpues, que otorgare la
renunciacion*; tradunt *Gomez de Leon in
ſua Centuria, reſp. 22. n. 8. Azeved. in Cu-
ria Piſana lib. 4. cap. 2. n. 3. & ſeq* eruditè
ad propoſitum *Perez de Lara* adprimè
doctus, *in tract. de capellan. lib. 1. cap. 9. à
num. 18. cum ſeqq.*

39 Reſignatio beneficij debet eſſe li-
bera, & voluntaria, & ideò metu facta
non eſt valida, ut communiter ſentiunt
*DD. in cap. 2. 3. & 4. extrà hoc tit. Abb. in
cap. ad aures, num. 3. & 7. Corraſ. de benef.
1. p. c. 8. n. 10. & 11. Barbac. conſ. 30. lib. 3.
Mohed. deciſ. 3. de renunt. Dec. conſil. 209.
Valer. Regin. in prax. for. pœnit. lib. 30.
tract. 3. num. 246. verſ. 2. Auguſt. Barboſ.
in cap. accepta, num. 4. de reſtit. ſpoliat.
Calderin. conſ. 58. Tuſc. pract. tom. 6. concl.
253. litt. R. D. Mart. in D. noviſſ. tom. 6.
tit. reſignatio, cap. 93. Flamin. de reſign.
lib. 13. quæſt. 1. à num. 1. cum ſeqq. Petr.
Greg. lib. 17. ſyntagm. cap. 18. num. 2.*

40 Idque probatur. Primò, *ex text. in cap.
2. hoc tit.* ibi: *Abbas ſancti Cadmundi, à
quo R. præſentium lator patrimonium ſuũ
tenere dignoſcitur Milites, & Burgenſes
ad domũ eius (ſicut accepimus) deſtinavit,
qui eum à domo, & univerſa poſſeſſione ex-
pellerent, niſi Eccleſiam ſuam penitùs ab-
iuraret: quod cùm idẽ R. tali modo coactus
feciſſet, Abbas illi conceſſit ſuprà dictã Ec-
cleſiam. Vnde, quia quæ metu & vi fiunt, de
iure debent in irritũ revocari. Mandamus
quatenus prædicto R. cum integritate reſti-
tuas univerſa.* Ecce ubi per metũ amiſ-
ſionis patrimonij ſuo beneficio renun-
tians illud repetere valet: elegãter *Fla-
min. Pariſ. lib. 1. q. 13. à n. 40.* Ergo reſig-
natio nulla adparuit, alioqui repetitio
non procederet.

41 Secũdò, *ex cap. ad aures, hoc noſt. tit.* ibi:
*Ad aures nr̃as te ſignificãte pervenit, quòd
electus quidã in Plebanũ cuiuſdã Eccleſiæ
ad terrorẽ laicorũ renũtiavit electioni, quæ
de ipſo fuerat à clericis uno excepto unani-
miter celebrata:* & infrà, *Tuæ igitur diſ-
cretioni præſentibus innoteſcat, quòd re-
nuntiatio facta ad terrorem laicorum (ni-
ſi fortè iuramento, vel fide interpoſita ſit
confirmata) non impedit, quominus is, qui*

renuntiavit Eccleſiæ, ad cuius regimẽ priùs erat electus, præficiatur eidẽ : ubi qui terrore laicorũ electioni de ſe factæ renũtiat, regimini, ad quod electus erat, præfici poterit.

42 Tertiò, *ex text. in cap. ad audientiã, hoc tit.* ibi: *Ad audientiam noſtram Magiſtro Guil. de Clevellis ſignificãte pervenit; quòd cùm Eccleſiã de Clevellis canonicè fuiſſet adeptus, & aliquandiu pacificè poſſedisſet, graviſſimo tandẽ Regis metu, quòd eam reſignaret, iurare coactus, eam in eorum, ad quos pertinebat, manus reſignavit. Quia verò quæ vi, metúſve cauſa fiunt, carere debẽt robore firmitatis. Mandamus quatenus, ſi eundẽ ad reſignationẽ, conſtiterit vobis, per talem metum fuiſſe coactũ, qui potuerit, & debuerit cadere in virum conſtantem, non obſtante iuramento prædicto, quo nõ ad repetendum, ſed ad reſignandũ ſolùmodò tenebatur, præfatam Eccleſiam ei reſtituatis.*

43 Quibus verbis clarè patet, per metum cadentẽ in conſtantẽ virũ beneficio ſuo renuntiare iurantẽ, illud poſſe recipere.

44 Quartò, *ex cap. accepta 3. de reſtit. ſpoliat.* ibi: *Accepta conqueſtione P. clerici, quòd violẽter fuerat Eccleſia ſpoliatus, vobis dedimus in mãdatis, ut ſi hoc conſtaret, eam ſibi reſtitui faceretis. Quo cognito reſponſum eſt, ab adverſario id non debere proficere, eò quòd ſpontanea voluntate corã Eboracenſi Archiepiſcopo Apoſtolicæ ſedis Legato præſcriptam Eccleſiam abiuraſſet. Mandamus quatenus, ſi vobis conſtiterit, quòd præfatus P. nullo metu, vel vi coactus, ſed ſpontaneè prælibatã Eccleſiam taliter abiuraverit, ei ſuper hoc perpetuũ ſilẽtium imponatis* : ubi petens reſtitutionẽ beneficij non auditur; etiam ſi poſt ſpoliationem probet metũ, ſi probatur eũ ſpõtè illud beneficium priùs reſignaſſe.

45 Adſtruitur ratione. Nam quæ fiunt vi, metúſve causâ, debẽt carêre robore firmitatis, ut *toto tit. D. & C.* inquit enim Prætor; *Quod metus cauſa geſtum eſt, ratũ non habebo, l. 1. D. eod. Menoch. conſ. 1. n. 271. lib. 1. Burſat. conſ. 72. n. 30. lib. 1.* quia metus contrariatur libertati & volũtati, *Pariſ. conſ. 2. n. 29. & conſ. 53. n. 49.*

46 Vnde inferas, renuntiationem factã de beneficio à capto per dominũ ſecularẽ, & detentũ, donec illud renuntiaret, eſſe nullam ipſo iure, ut per *Bonifac. de Vitalin. in Clem. 2. n. 27. de pœnis, Ruin. conſil. 121. num. 14. vol. 4. Flamin. Pariſ. de reſignat. benef. lib. 3. quæſt. 2. num. 18.*

47 Inferas ſecundò, imponentes metũ, ut fiant renuntiationes beneficiorũ, eſſe excommunicatos, *Rebuff. in prax. benef. tit. de reſignat. met. extort. num. 3. Flamin. Pariſ. dict. lib. 3. quæſt. 2. num. 38.*

48 Inferas tertiò, incutientes metum, ut fiant renuntiationes beneficiorum, privari beneficijs, *Rebuf. in prax. tit. de mod. amitt. benef. n. 46. Flamin. loco citato, Aug. Barb. in Clem. 2. per text.* ibi *n. 3. de pœn.*

49 Dubium tamen eſt, ſi dicta reſignatio beneficij metu facta veniat reſcindenda, vel ſit ipſo iure nulla? & quòd veniat reſcindenda, probant *Calder. conſ. 1. de renunt. gloſſ. in cap. ſuper hoc, eod. tit. Abb. in c. ſolicitè, de maiorit. & obed. Aufrer. in addit. ad Capell. Tholoſ. deciſ. 280. Pariſ. conſ. 66. & 135. num. 15. vol. 4. Fortun. Garcia de ultim. fin. inlat. 1. n. 290. Navarr. in cap. accepta, oppoſ. 5. n. 11. de reſtit. ſpol.* optimè *Flamin. lib. 13. q. 2. à princip. Azor inſtit. moral. p. 2. lib. 7. c. 27. q. 2. Maſcar. cõcl. 1272. n. 11. Nicol. Garc. de benef. tom. 2. p. 11. c. 3. n. 143. cum ſeqq. Sanch. de matrim. lib. 4. diſp. 8. n. 5. Auguſt. Barb. in cap. ſuper hoc 5. num. 3. de renunt. Ioan. Aloiſ. Ricc. in prax. aurea, reſol. 485. n. 3. Leſſ. de iuſt. lib. 2. cap. 17. dub. 6. n. 37. Scip. Rõdin. in prõpt. recep ſent. tit. 7. n. 3.*

50. Nã regulariter actus geſti per metũ veniunt reſcindendi, *Ant. Gom. tom. 3. variar. cap. 4. n. unico, ad fin. caſ. 6. Gregor. in l. 56. verb. Desfecho, tit. 5. par. 5. Padill. in l. interpoſitas, n. 4. C. de tranſ. Menoch. conſ. 2. num. 17. Seraph. de iuram. privil. 110. in princip. Rebuff. de pacific. poſſeſſ. n. 230. Sanch. de matrim. lib. 4. diſp. 8. num. 4. Gutierr. eod. tract. cap. 76. à num. 2. Sayr. in Clav. Reg. lib. 2. cap. 2. num. 10.*

51 Et primò probatur *ex text. in cap. 2. hoc tit.* ibi: *Mandamus quatenus prædicto R. cum integritate reſtituas univerſa.*

52 Secundò, *ex cap. ad audientiam, eod. tit.* ibi: *Mandamus præfatam Eccleſiam ei reſti-*

ſti-

ſtitui faciatis; & ſic per verba futuri temporis, unde nullum cadit dubium, *l. illā, C. de collat. l. ancillæ, C. de furt.*

53 Tertiò, quia licèt regulariter iuramētum metu cogēte pręſtitum ſit validū, *cap. verū, de iur. iur.* fallit tamen, quando interponitur ſuper actu nullo ipſo iure reprobato, *cap. cùm contingat, de iur. iur.* at iuramentū interpoſitū ſuper renūtiatione beneficij metu facta tenet, *c. ſi verò, de iur. iur.* ergo renūtiatio non eſt nulla ipſo iure, quia nō tenêret iuramentū.

54 Huic ſentētiæ ſe opponit alia, ſcilicet, quòd reſignatio facta metu ſit ipſo iure nulla, quā tenent *Hoſt.* & alij, *in c. ad aures, hoc noſtr. tit. Bonif. de Vitalin. in Clem. multorū, n. 27. de pœn. Ant. But. in cap. ſuper hoc, de renūt. Hēric. Boich. in cap. quod in dubijs, eod. tit. Prob. in addit. ad Ioann. Monach. in Rubr. de renunt. Roſinian. de benef. cap. 19. n. 5. & 6. cum ſeqq. Staphil. de litter. grat. tit. de var. mod. vac. n. 24. cum ſeqq. Iacob. Gall. conſ. 87. num. 1.*

55 Pro qua opinione primò adducitur *d. cap. ad aures*, ibi: *Non impedit, quominus is, qui renuntiavit Eccleſia, ad cuius regimen priùs erat electus, præficiatur eidem*: & ſic textus non loquitur per verba futuri temporis, ideò &c. *arg. not. per gloſ. in cap. 1. de cleric. non reſid. lib. 6.*

56 Secundò, *text. in Clem. multorū, de pœn.* ibi: *Sanè reſignationes beneficiorum modo ſupradicto extortas* (nēpè inquit *gloſſ.* per captionē, & detentionem iudicis ſecularis) *licèt à reſignantium ipſorū Prælatis receptæ, aut ratæ habitæ fuerint, nullius omninò decernimus eſſe firmitatis.* Loquitur enim per verbum DECERNIMVS, quod ſuaptè naturâ aliquid de novo decernit, *iuxta gloſſ in cap. ad eos, de ſent. excom. lib. 6. & in Clem. ult. de ætat. & qualit. & in Clem. 1. de exec. poſſ. & propriet. & in Clem. 2. de app. & in Clem. 2. de reb. Eccl.* & dicit nullius eſſe momenti; ergo non valet, ut per *gloſſ. nullius* ibi, facit *l. 4. §. condemnatum, D. de re iudic.*

57 Quâ de causâ *Baſil. Legionenſ. cū gloſſ. Butr. Panormit. & Sylveſt.* ita tenuit *in tract. de matrim. lib. 4. cap. 8. n. 16.* quid ſentiant *Navarr. Rebell. Leſſ. & Azor.* eà ratione, quia renuntiatio debet ex liberalitate oriri, & magis ſapit gratiam, quàm iuſtitiam, *Tiraq. in l. ſi unquam, verb. Donatione largitus, C. de revoc. donat. Seraph. deciſ. 706. num. 1.*

58 Hinc conſtitutio Procuratoris ad reſignandum, aut cedendū facta per metū eſt nulla ipſo iure, *Hoſt. in cap. Abbas,* & ibi ſequitur *Abb. col. penult. verſ. Decimus caſus, Imol. col. ult. verſ. Itē fallit, hoc tit.* ità reſpondit *De:. conſ. 209. n. 5. verſ. Tertiò quæritur, Ruin. conſ. 121. n. 20. vol. 4. Flamin. de reſignat. lib. 13. q. 1. num. 47.*

59 Neque huic ſententiæ, quā tenendā duco, obſunt *text. in d. cap. 2. & c. ad Audientiā.* Non primus: nā divertit à comprobatione, caſus illius propoſitio mōſtravit. Abbas, à quo quidā Rodericus patrimoniū ſuum habebat; ad domū eius milites miſit, qui ab ea, & universâ poſſeſsione eū expellerent, niſi Eccleſiā, quâ fruebatur, relinqueret; qui quidem Rodericus tali, & tanto metu coactus effecit; & Abbas alij Eccleſiā impertivit: in qua ſpecie conſultus Romanus Pontifex Alex. III. Epiſcopo Vigorniēſi reſpondit, ea quæ metu, & vi fiunt, debère de iure irritari, inſimulque mandavit prædicto Roderico cum integritate universa reſtitui.

60 Circa cuius *text.* intellectū, & mentē notandū eſt, metum in effectu adfuiſſe; & universam poſſeſsionē à Roderico ademptā fuiſſe, cùm aliàs Pont. ità non decreviſſet, his verbis: *Mandamus quatenus prædicto R. cum integritate reſtituas universa*; quæ dimanant ab eo, quod in ſpecie effigiatum aderat, ibi: *Milites deſtinavit, qui eum à domo, & universa poſſeſſione expellerent.*

61 Iam ergo claret intelligentia. Nam reſtitutio ſolummodò ad damnum reſpexit, quod milites Roderico in universorū bonorum adēptione impoſuerant, & dederant, cùm enim eos Abbas tali imperio emitteret, eo abuſi Rodericum à domo, & universâ poſſeſsione expulerunt, ut Eccleſiam ſuā abiuraret,

& etiam poſt abiurationem bona cũcta retinuerunt. Sicq́ue Rodericus querelã movit, & Romanus P. damni refactionem ei cum integritate (id eſt ſine diminutione univerſa reſtitui, ex *l. item ſi cum exceptione, §. 1. verſ. Quadruplabitur, & §. Iulianus ait, D. hoc tit.*) fieri ſtabilijt. Igitur prædicta verba, ibi: *Mandamus quatenus prædicto R. cum integritate reſtituas univerſa*, non ad Eccleſiæ, ſed bonorum reſtitutionem adpellant: ſic notat *Abb.* ibi *num. 3.*

Ergo nequit probari ex *d. text.* reſignationem valuiſſe: quia Eccleſiæ reſtitutio haud facta fuit à P. cùm nullã ipſo iure ſuppoſuerit; alioqui eam reſtituendam eſſe decerneret, facit elegãs *text. in cap. 1. 15. quæſt. 6.*

Hinc quæſtionis eſt, an per vim compulſivã deiectus, ſeu ſpoliatus ante omnia priſtinæ poſſeſsioni ſit reſtituendus? Quoties quis compellitur facere, quod aliàs minimè eſſet facturus, agiturq́ue actione quod metus causâ, nec deiecto, ſeu ſpoliato per vim compulſivã ſuccurritur interdicto unde vi, vel alio remedio, ut ante omnia priſtinæ poſſeſsioni reſtituatur; nam qui cõpulſus poſſeſsionem tradit, ſuâ volũtate intelligitur deiectus, quare ante omnia non recuperat, ut docuit *Innoc. in cap. ſæpè, num. 2. de reſtit. ſpol. Dec. conſ. 56. ad fin. Menoch. de recup. poſſ. rem. 1. n. 102. cum ſeq.* cũ pluribus *Azeved. in l. 2. tit. 13. num. 25. lib. 8. Recop. l. ſi rerum, D. de vi, & vi arm.*

Contrariam tamen ſententiam tenuit *Rubeus in l. naturaliter, §. nihil commune, n. 116.* & ibi *Fab. n. 52. D. de acq. poſſeſſ.*

Favet pro ea *Bart. in l. penult. n. 22. C. de condict. ob turp. cauſ. & in l. 2. n. 2. C. quod metus cauſa*, ubi docet, quòd ſi metu cõpulſus poſſeſſorio agat, cõtra eum objici dominij exceptionem non poſſe, ob idq́ue nõ eſſe quærendum, quæ inlata vis fuerit, vel expulſiva, vel compulſiva, ſed tantùm quomodo ſit deductũ, & motum iudicium: ſequitur *Bald. in l. penult. D. de condictione ob turp. cauſ.*

Cõfirmat *text. in l. Medicus, D. de var. & extraord. cognit.* ubi probatur, quòd is, qui metu amittendorum oculorum rem vendidit, poſſe tamen recuperare poſſeſsionẽ, nec ei poſſe objici dominij exceptionem reſultantem ex venditione ſibi factâ.

Secundò, facit *text. in cap. 2. & 3. de reſtit. ſpol.* ubi ſpoliatus renuntiãs beneficio pendẽte adhuc ſpoliatione ſibi factâ præſumitur meticulosè renuntiaſſe, & ideò non impedit reſtitutionem ante omnia.

Tertiò, pungit expreſſius *text. in l. metũ 9. D. hoc tit.* ibi: *Idẽ ait, etſi fortè adhibita manu in meo ſolo per vim ædifices, & interdictũ, quod vi aut clàm, & hoc edictũ locũ habere, ſcilicet quoniã metu patior id te facere. Sed & ſi per vim tibi poſſeſſionem tradidero, dicit Põponi⁹ hoc edicto locũ eſſe.*

Quartò, probatur hęc ſententia èx *l. licèt, C. de acq. poſſ.* ubi ſi quis ob metus neceſsitatem culturã agri non fecerit, non poteſt ſibi præiudiciũ inferre; quia culturã omittens poſſeſsionẽ non amittit, ut obſervat ibi *Gothofr. lit.* K. Atverò, qui ob latronum potentiam poſſeſſionem deſerit, nõ poſsidet; quia deficit animus, quo retinetur poſſeſsio, *l. 44. in fin. de acquir. poſſeſſ.*

Nec obſtat *d. l. ſi rerũ, D. de vi, & vi arm.* ad cuius reſponſionẽ verba referre opus exiſtit, ibi: *Si rerum tibi poſſeſſionẽ tradidero, dicit Pomponius, unde vi interdictum ceſſare, quoniam nõ eſt vi deiectus, qui compulſus eſt in poſſeſſionem inducere.* Quæ quidem evidenter demonſtrant; ideò in ſpecie illius *text.* interdictũ unde vi ceſſaſſe, quia tradens poſſeſsionẽ leviter compulſus fuit; nam ſi daretur gravem metum interveniſſe, quo iure interdictum denegaretur?

Rurſus cõfirmatur interpretatio ex *d. text.* ibi: *Si tibi poſſeſſionem tradidero*: & ibi: *Compulſus eſt in poſſeſſionem inducere.* nã *in principio* ſupponitur volũtas tradẽtis ex facto proprio, *l. ſi reprehẽdẽda 5. C. de inſtit. & ſubſt. cum vulgat.* Ergo cõpulſio, quam poſteà allegare intendebat, levis erat, quorſum enim *Cõſultus* adiecuit,

ruit,

ruit, voluntatē adfuiſſe in eo, qui renuēs erat, niſi traditio voluntaria fuiſſet.

Verus hic *text.* ſenſus colligitur apertè *ex l. 3. §. proinde, D. de vi & vi arm.* ibi: *Quidam cùm armatos audiret venire, metu è poſſeſſione deceſſit*: ſi vera, aut falſa res eſſet, adſerit Conſultus, non eſſe eū armis deiectū, niſi poſſeſsio ab eis fuiſſet occupata: ergo ſi poſſeſsio ab armatis occuparetur, interdictum propter metum prçcedētem competeret, quia gravis & iniuſtus erat.

Vnde colligunt *Bart. & Angel. in d. l. ſi rerum*, quòd ſi Caſtellanus è caſtro fugit propter metum hominum armatorum ad id venientium, excuſandus eſt.

Hinc non ſunt audiendi *Menoch. & Azev.* contrariæ ſententię ſe adiungentes; nam qui ob gravem metum poſſeſſionem tradit, efficit renuens, & involūtarius, & ſic tā interdicto noſtro, quàm unde vi potitur, *argum. text. in l. 1. D. hoc noſtro tit.*

Quibus adſtipulatur, quòd Antiqui legumlatores nullam rem magis attētè curavêre, quàm prohibitionem cuiuslibet vis, prę veniendo ne fieret, & emēdando ocyùs iam factā, *l. ſi quis ad ſe, C. ad leg. Iul. de vi, l. ſi colonis, C. de agricol. & cēſ. lib. 10. cap. nullus 2. q. 2. c. litteris, & cap. conquerente, de reſtit. ſpoliat.* Sic iſta erat maior Prætoris occupatio inter Romanos, ut dicit *Cic. pro A. Cæcin.* ibi: *Dies totos, aut vim fieri vetat, aut reſtitui factum iubet*: ob hanc frequentiam idem nuncupavit hoc interdictū *quotidianū*, & vim, quæ ſine armis incutitur, quotidianā: ſequitur *Duaren. lib. 1. diſp. c. 20.*

Huius curę cauſa eſt quies & æqualitas in ſubditis propter iuſtitiam, quę locum tenet in defenſione minus potētis, & in reſtitutione ante omnia, & ſine ulla exceptione ſpoliato facienda, eleganter *Caſſiodor. lib. 1. variar. epiſt. 18. & lib. 3. epiſt. 20. & lib. 4. epiſt. 39. Cic. pro Cæc.*

Ad harum cauſarum cognitionē dabat Prętor iudices particulares, qui vulgò nominabātur *Recuperatores*, ut colligitur ex *Plaut. in Bacch. act. 4. ſcen. 3.* qui quidē etiam inſinuat *in Rudēt. act. 5. ſc. 1.* illorum rectitudinē & integritatem:

Quis me eſt mortalium miſerior, qui vivat alter hodie,

Quem ad Recuperatores modò damnavit Pleuſidippus.

Abiudicata à me modò eſt Palæſtra. perditus ſum.

At etiam hæc audientia, iudicium, aut conſilium fuit nuncupatū Recuperatorium, & erat tantæ authoritatis, quòd VESPASIANUS Imperator ſe ſatisfecit, quòd per id declararetur ingenua & civis Romanus FLAVIA DOMITILLA eius uxor, quæ erat Libertina, *Sueton. in Veſpaſ. cap. 3.* & NERO ſanxit, quòd cognitio cauſarum fiſcalium transferretur è Præfectis Ærarij ad iudicium ordinarium Recuperatorum, tanquā ſi eſſent particularis, *Sueton. in Neron. cap. 17.*

Hinc motus fuit *Cicer. in Divinat. in Q. Cæcil.* ad accuſandū Q. Cæciliū, qui cū eſſet Quæſtor Verris in Sicilia, prævertebat in abſentia ſua hæc iudicia propter damnū, quod in locū protectionis faciebat, ſicut contigit diviti illi Agonidi libertæ Deę Veneris Erycinę, quæ cùm expetijſſet eſſe de foro templi illius celebris (de quo plura *Diodor. Sicul. lib. 4. Biblioth. ad fin. pag. 287. Græc. Latin. Strab. lib. 6. Geog. pag. 188. & lib. 8. pag. 261. & lib. 12. 385. Græc. Lat. Tacit. lib. 4. Ann. Sueton. in Claud. cap. 25.* latè & eruditè *Philip. Cluver. lib. 2. Sicil. Antiq. c. 11.*) cùm Antonius eius Præfectus eripiebat ab illa per vim eius mācipia muſica dixit, *Vt mos in Sicilia eſt omniū venereorū & eorum, qui a Venere ſe liberaverūt, ut Præfecto illi religionē Veneris, nomenque obijceret, dixit, & ſe, & omnia ſua Veneris eſſe. Vbi hoc Quæſtori Cæcilio, viro optimo, & homini æquiſſimo nunciatum eſt: vocari ſe ad Agonidem iubet: iudicium dat ſtatim, ſi adpareret eā ſe, & ſua Veneris eſſe dixiſſet, iudicant Recuperatores id quod neceſſe erat, nec enim erat cuiquam dubium, quin illa dixiſſet. Iſte in poſſeſſionē bonorum mulieris mittit: ipſam Veneri in ſervitutem adiudicat: deinde bona vendit:*

pecunia redigit. Ita dum pauca mancipia, veneris nomine, Agonis, ac Religione retinere vult, fortunas omneis, libertatemque ſuam iſtius iniuria perdidit, & etiam poſteà ponderat conrra eundẽ *Verrẽ lib. 3.* quòd murarâ & correctâ illâ veteri, & prudẽtiſsimâ lege Hieronicâ, quæ ſummâ cũ diligentiâ conſtiruebar, & imponebat taxã exſolvẽdorũ ab agricolis in Sicilia pro Decumis ſtatuẽdo, quod exactoribus (qui vocabãtur *Decumani, Cic. lib. 2. in Verr.*) ſolverẽt, quod illi declaraſſent ad quemlibet adtingere cum reſervatione ad petitionẽ octupli, ſi illos oneraſſent plus, quàm debuiſſent, *Iuſt. Lipſ. lib. 2. de Magnit. Rom. cap. 1.* & cùm vidêret factum Aptonium Decumanũ æqualem cum Verre in moribus exclamat in favorẽ Agricolarum, *Cùm dederint Apronio, quod popoſcerit, relinquent arationes? relinquent larem familiarẽ ſuũ? venient Syracuſas, ut te Prætore, videlicet, æquo iure Aproniũ delicias, ac vitam tuam iudicio recuperatorio proſequantur?*

Hoc damnũ ſumpſir exordium ex eo, quòd non fuit Conſilium, aut Collegiũ parriculare iſtorum recupetatorũ, ſicut erat iudicum Ordinariorum, & Centũvirorũ, ſed Prætor nominabat illos, qui ſibi videbantur, aut è Collegio iudicũ, aur Adſiſtentiũ, aut quorumlibet; ſicut conſtat ex eodem *Cicer. in d. lib. 3. accuſ. in Verr.* in exemplo poſito Apronij, & quandò notat Verrem *de conventu nullũ unquam iudicem, nec recuperatorem dedit, & lib. 5. accuſ. in Verr.* loquẽs de crudelitate, quâ uſus fuit cum C. Servilio Cive Romano eum conſtringendo; quòd promitteret certam quantiratem, *recuperatores de cohorte ſua dicit daturum.*

Atverò cùm Prætores rectam intentionem habebant & bonos iudices nominabant, nõ erat iudicium tam ſincetũ, nec tam cordatum, ſicut recuperatorium; illos repentè vocabat, & illi ſine mora iudicium ferebãt, cùm iudicium eſſet ſummariũ momẽntaneæ poſſeſsionis, & quod ſolũ in facto conſiſtebat, ut eleganter declaravit *Plin. lib. 3. ep. pen.*

Denique DOMITIANVS cũ hoc officio tantam curã habuit, qui conrinuò aiebar, recuperatoribus, *Ne ſe perſuaſorijs aſſertionibus accommodarent*, *identidẽ admonuit, Sueton. in Domit. cap. 8.* ubi *Caſaub.* ubi *Iacob. Cuiac. lib. 5. obſ. cap. 33.* legit *perfuſorijs, l. 13. de excuſ. tut. l. 5. quod vi, aut clàm, l. 69. §. ult. D. de evict.*

Inferas ex dictis ad celebrem iuris quæſtionem, an executione rectè facta, quia verè debitum erat, nõ tamen ritè, quia non fuir ſervatus iuris ordo, ſi authoritare iudicis cõpulſiva ſolutio procedat, ſir retractanda? & videtur quòd non, ex *text.* expreſſo *in l. fin. §. fin. D. hoc noſt. tit.* ibi: *Quòd ſi debitis ſatisfecerit, ſimplici iuſſione, & non cognitione habita; quamvis tamen extra ordinem exactionem fieri, ſed civiliter oportuit; quæ tamen ſolutioni debitarum ab eo quantitatum profecerunt, revocare incivile eſt.*

Ratio autem decidendi fuit, quòd cùm dictus ſolvens, etſi nolens compelleretur; tamen cùm liberabatur ab debito ob talem iuſſum & præceptũ, ideò retractatio ſolutionis non proceſsit; nõ enim aderat cauſa, quæ retractationem obtinêret; ſolvir, quod debuir; & ex utraque parte extincta fuit obligatio, *l. ſi pupillus, D. ad leg. Falcid.*

Rurſus certum eſt liberationẽ induci invito debirore, cũ alius pro eo ſolvit, *l. 17. C. de ſolut.* Ergo rectè Conſultus retractationi locum non eſſe decernit.

Quodquidẽ clariùs demonſtratur ex *d. §. in princ.* ubi habetur, quòd ſolvens indebitũ inciviliter iuſſu iudicis repetit. Ergo à contrario ſenſu ſi ſolvit debitum, non repetit, ex vulgarib.

Vnde clarè convincitur *Gutier. de iuram. confirm. 3. par. cap. 19. à n. 7. cũ ſeq. & conſ. 6. n. 9. 10. & 11.* conrendens ex *d. §.* deduci ſpoliatum pet vim compulſivam non eſſe ante omnia reſtituendũ. Quia *d. §.* id non probar; cùm diverſimodè loquatur, & conrrarium ſtatuatur *in l. meminerint, C. unde vi,* ubi probatur, quòd ſpoliatus per iudicẽ, iuris ordine non ſervato, eſt reſtituẽdus ante omnia:

Quę

Quæ tamen principalis deciſio ampliāda eſt in eo, qui ſolvit iuſſu Univerſitatis; nam eam metum inducere poſſe certum eſt, *ex l. metū, §. animadvertendū 1. D. hoc noſt. tit.* doctè *Bargal. de dol. lib. 3. cap. 1. num. 56. & 57. fol. 264.*

Conducit mirè *text. in l. 17. tit. 10. par. 7.* ubi *Gregor. Lop. in ſcholijs, Anton. Gom. tom. 3. variar. cap. 1. num. 52.*

62 Non ſecundus, quia ibi Innoc. III. agit non ſolùm de reſignatione, ſed etiā de iuramento: quapropter occaſione illius dubium motum erat; cùm in reſignatione ſimplici nō fuiſſet, ibi: *Quia verò, quæ vi, metúſve cauſa fiunt, carere debēt robore firmitatis.* Ideò decrevit Pōt. Eccleſiam reſtituendam eſſe, non obſtante iuramento, ibi: *Non obſtante iuramento prædicto, quo non ad repetendū, ſed ad reſignandum ſolummodò tenebatur, præfatā Eccleſiam ei reſtitui faciatis.* Ergo reſtitutio fuit facta ad tollendā dubietatem, quam ex iuramento oriri Pont. fuit propoſitum; qui mirè ſanè reſpondit, nullū gignere impedimentum, quominus Eccleſiæ iterùm præficiatur reſignans, etſi iuraverit ſe reſignaturū eſſe dictam Eccleſiam, propter quod ad eam aditus patêre non poterat, nec recurſum habêre quibat.

Non tertius: quia, ut ſpeciali de iuramento capite probavimus, iuramentum metu cogente præſtitum nullū eſſe, ubi *ad text.* hîc in elucidatione congeſtos reſponſum adhibuimus, quod omittimus, ne repetamus.

63 Metu non petens penſionem, poſſeſſionem veram non amittit, *Cyn. in l. eùm quæreretur, C. unde vi, Bald. in cap. querelam, num. 9. de elect.*

64 Quando quis eſt ſpoliatus, ſi poſteà renunciet, per metum renuntiaſſe præſumitur, *cap. ſolicitæ*, ubi *DD. de reſtit. ſpoliat. Honded. conſ. 17. num. 64. tom. 1.*

65 S. Eccleſiæ Præſul liberè Papatui renuntiare poteſt, *cap. 1. de renunt. lib. 6. Pariſ. de reſign. benef. lib. 2. q. 1. à n. 10. cū ſeq. & lib. 7. q. 5. n. 3. Azor inſtit. moral. par. 2. lib. 4. cap. 6. q. 1. Paul. Comitol. reſp. moral. lib. 1. q. 100. Gonçal. ad reg. 8. Cancel. §. 5. proœm. n. 16. 17. & 18. Peregr. de iur. Fiſc. lib. 1. tit. 3. num. 10. & 11.* Sed

66 in aliquibus caſibus tenetur cedere, doctiſſimè *Ioan. Gerſon tom. 1. ſuor. oper. in tract. de auferibilitate Papæ ab Eccleſia, fol. 159. conſider. 9.* ibi: *Auferibilis eſt Vicarius Sponſus Eccleſiæ per voluntariam eius ceſſionem, aut renuntiationem à Papatu. Fuerat enim olim dubitatio poſt renūtiationē Cæleſtini, numquid talis renuntiatio iure ſubſiſteret? Tum propter votū, quo ſe Papa obligat ad Eccleſiā; tū propter deſpōſationē & matrimoniū quoddam ſpirituale inter Papā & Eccleſiam; tum prætereà, quia Papa divino iure ſtatutus eſt in hoc gradu, & ſi quæ ſunt aliæ rationes, occaſione cuius dubitationis facta eſt Decretalis determinās affirmativā; quòd hoc licet: & ita licēt quod ex hac humili renuntiatione cum cæteris Patribus Cæleſtinus adnumeratus eſt catalogo Beatorum. Sunt autē caſus aliqui etiam per Iuriſtas expreſſi, quādo licitum eſt Prælato, imò quandoque debitū cedere ſtatui ſuo. Vnus eſt grave ſcandalum ſubditorum; quod non expectatur alio modo probabiliter terminandum, quàm per ceſſionem. Alius caſus eſt, dū occupatio, ſeu retentio prælaturæ patenter vergit in detrimentum ſalutis propriæ; nam quid prodeſt homini ſi univerſum mundū lucretur, animæ verò ſuæ detrimentum patiatur? aut quam dabit homo pro anima ſua commutationem? Alius caſus eſt, ubi manifeſtè talis retentio impediret maius bonum, vel in Prælato, vel in ſubditis.*

SVMMARIVM.

1 *Sententia definitur.*

2 *Dividitur.*

3 *Derogatione ſententiarum remiſſivè.*

Iudices in Equeſtriū ordinem legebantur. Dicebantur, Selecti.

Eorum multa genera.

4 Virga *inſigne fuit iudicis.*

Sceptrum & virga honori fuit.

5 *Cretheides ad iura danda uſurpat ſceptrum.*
6 *Sceptrum olim Epiſcoporum baculus.*
7 *Fœminæ ſceptrum tulere.*
8 *Poteſtatis, & ſuperbiæ inſigne fuit virga.*
9 *Reges virgam in manibus geſtabant.*
10 *Lictoribus virga attributa.*
Eorum etymon remiſſivè.
11 *Fores à Magiſtratibus virga lictorum pulſabantur.*
12 *In foribus & portis civitatum antiquitùs iudices erant.*
Explicatur GENES. 4. ỳ. 7. *& alij ſacri loci.*
14 *Expromitur Valer. Maxim. & 15.*
16 *Iudices Comites erant.*
17 *Iudæorum Principes iudicii officio fungebantur.*
18 *Et Romani ſimiliter.*
19 *Et alij Reges.*
20 *Proponitur diſcrimen inter ius dicere, & iudicare.*
21 *Poteſtas, & authoritas iudicum magna eſt.*
Iudices ſunt Antiſtites iuſtitiæ, ibi.
22 *Iuſtitiam exercere non ſinant. & 23.*
24 *Particularis iuſtitiæ deſcriptio remiſſivè.*
25 *Iuſtitia cum integritate & fortitudine coniuncta eſſe debet.*
26 *Odiũ, favor, timor, nec intereſſe debet deflectere iudices à iuſtitia. & 27. 28.*
29 *Puniuntur iudices per ſordes iudicãtes. uſq. 32.*
Fumi venditores qui? ibi.
Miniſter charus Regi an poſſit retipere propter intereeſſionem?
Advocati munera non recipiebant.
Explicatur Auſonius.
33 *Sententia metu lata non tenet ipſo iure. & 34.*
35 *Contrarium proponitur. & 36. 37.*
38 *Sententia venalis nulla eſt.*
39 *Sententia per importunitatem lata nõ valet.*
Iudex non debet preces, nec patrocinia potentum admittere, ibi.
Nec uxori acquieſcere, ibi.
Cathedrarum proviſio debet eſſe libera, & non minis & precibus ibi.
Explicatur l. 31. tit. 7. lib. 1. Recop. ibi.
40 *Sententia iuſta metu lata non tenet. & 41.*
42 *Componuntur duæ ſententiæ.*
43 *An ſententia ſedendo ſuper equo valeat, diſpungitur. uſq. 51.*
48 Sedeo *verbum quid ſignificet, ibi.*
Pater & filius, & duo fratres an poſſint eſſe in uno Senatu?
52 *Vtrùm Tyrannus peccet uſurpatione iudicij? uſq. 64.*
65 *Quando metus venit per modum incidentiæ, utrùm ſit pronuntiandum ſuper metu? & 66.*
67 *Prima ſententia de re reſtituenda an ſit definitiva, an interlocutoria? & 68.*
69 *An à prima ſententia liceat appellare? & 70.*
71 *Ad iudiciũ ire meticuloſa res eſt, & 72.*
73 *Abſens ex cauſa iuſti metus reſtitutionem habet.*
74 *Clericus iuſto timore ſui iudicis ductus poteſt recurrere ad Regem.*
75 *Clericus timens accedere ad Curiam Romanam tenetur obedire Regi illum vocanti, etſi ibi comparere iuſſus ſit.*
78 *Non excuſatur à compartitione, qui timet iniuſtitiam Principis.*
Ob perhorreſcentiam iudicis cauſa cognoſcitur in Curia, ibi.
79 *Citatus ad locum peſtiferum non tenetur comparere. uſq. 83.*
84 *Metus an excuſet Decurionem à voti prolatione. uſq. 87.*
88 *An poſſit Decurio ſe abſentare, & domi manere abſque peccato, & onere reſtitutionis. cum ſeqq.*

CAPVT XV.

De Sententia.

1 SEntentia *eſt iudicialis definitio controverſiæ finem imponens,* ità tradũt *Abb. Specul. Hoſt. Maranta,* relati à *Sigiſmund. Scacc. de ſentent. & re iudic. gloſſ.*

*gloſſ.14.quæſt.2. à n.1.Ioan.Roſin.Antiq. Rom.lib.8.ad ll.e2.Tab.fol.1280.*quę dividitur in *interlocutoriam* & *definitivã*; *Interlocutoria determinat quæſtiones emergentes, & incidentes, quæ oriuntur inter principium & finem controverſiæ principalis: definitiva controverſiam principalem amovet, & abſolvit*; *gloſſ. in Clement. unica, verb. Definitiva, de ſequeſt. poſſeſſ. & fruct.* probat *Seac. dict. gloſſ.14.q.4.*

2 Alij in quatuor ſpecies diviſerunt, nempè ultra adſignatas addentes præceptum & mulctam, *Seac. dict. gloſſ.14. quæſt.3.* Mulctæ tamen impoſitio olim maioribus tantùm Magiſtratibus licuit, *l. aliud eſt fraus, D. de verbor. ſignif.* obſervant *Budæus in adnot. ad Pandect. in l.2.D.de iudic. Ant. Auguſt. de leg. ad l. Tarpeiã, Cic. lib.3. de leg. Agell. lib.7. cap. 19.* Poſteà lege Aterinâ omnibus Magiſtratibus maioribus, & minoribus permiſſum fuit, ut ex *Dionyſ.* advertunt *Iacob. Cuiac. in dict. l. aliud eſt fraus, D. de verbor. ſignif. Petr. Greg. lib.31. ſyntagm. cap.3.* eleganter *Pet. Pantoja de Aiala in l.1. num.9. & 10. fol.17. D. de aleatorib.*

3 De rogatione ſententiarũ ſcribit *Roſin. lib. 9. Antiq. Roman. cap. 16.* & qui fuerit mos apud diverſas Gentes, tradit *Alexand. ab Alex. lib.4. Dier. Genial. cap.11. fol.369.* Iudices illas proferebãt, qui in Equeſtrem ordinem legebantur, *Alexand. ab Alex. lib.2. Dier. Gen. cap.29. Plin. lib.33. cap.1. & 2. Roſin. lib.1. Antiq. Roman. cap. 17.* dictique illi IVDICES SELECTI, *Senec. lib.3. de benef. c.7. Ovid. lib.2. Triſt. & lib.1. Amor. eleg. 10. Petron. Satyric. Dempſter. ad Roſin. in dict. c.17. Cic. Philipp. 5. & pro Cluent. Horat. lib. 1. ſerm. ſatyr.4. Aul. Gell. lib.14. noct. Attic. cap.2. & 12. Manut. lib. de legib. Sigon. lib.1. de Antiq. cap.18. Franc. Pollet. lib. 3. Hiſt. For. cap.8. & ſeq. Ravard. pro Tribunal. cap.8.* quorumque multa genera in utroque Imperio fuêre, *Iul. Cæſ. Buleng. lib.5. de Imper. Rom. cap.23.*

4 VIRGA iudicis inſigne fuit, *Chronic. Conſtantinopolit. Propria manu dedit ei dicanitium pretioſum, aut virgam argenteam inauratam.* Sceptrum, & VIRGAM honori fuiſſe vulgò notum eſt, *Æſchiles in Choie ſceptrum*, vocat, *baculum homines perſuadentem*; *Xenoph.* eos, qui in comitatu Regis eſſent adpellat *Sceptrigeros. Homer. lib.1. Iliad. Euſtath. Sceptrum ſymbolum eſt Regni, Iuſtitiæ, Legum, & Concionis ad Populum.* Sceptrum *Homero* quælibet virga, *Iuven. ſatyr.10.*

Da nunc & volucrem ſceptro, quæ ſurgit eburno.

5 Cretheides ad iura danda uſurpat ſceptrum *Apollon. lib.4. Argon.*

——Vbi ipſe manu
Sceptrum tenebat aureũ ad iudicia, ſub quo multi
Æqua per Vrbem diiudicabant iura.

Pindarus Od. 4. Pyth. Nec verò me angunt hæc domum tuam valdè amplificantia; ſed ſceptrum Monarchicum, & ſoliũ, cui olim Cretheides inſidens Equeſtribus populis dirigebat iura. In hũc ſenſum explicat *Virgil. 7. Æneid.*

Hoc Priami geſtamen erat, cùm iura vocatis
More daret populis, ſceptrumque, ſacerque thiaras;
Iliadumque labor veſtes. ——

In eius Comment. P. Ioann. Ludovic. de la Cerda fol.45. num.13.

6 Sceptrum dictus eſt olim Epiſcoporum baculus, Carolus Magnus apud *Monach. Sangal. lib.1. cap.19. Ioan. Ludovic. de la Cerda adverſar. ſacror. cap.64. num.8.*

7 Fœminæ ſceptrum tulêre. *Virgil.*

Prætereà ſceptrum Ilione, quod geſſerat olim
Maxima natarum Priami. ——

8 Poteſtatis quoque, & ſuperbię inſigne VIRGA fuit, *Demoſthen. in Pantænet. Theophr. de Areſc. Ariſtoph. Concion. Clemens lib.1. Pædagog. cap.8. Prudent.*

Regnum per omne iuſſus
Sacram tenere Virgam.

9 Et apud antiquos Hebræos, & Gręcos, non ſolùm Reges, & Iudices ſceptrum, ſeu, quod idem eſt, VIRGAM in manibus geſtabant, quod egregiè dictat *Guevar.*

in

in Habacuc cap.3.à num.192. Ramirez in Pentecontarch. cap.47. fol.337. Bobadilla in Polit.lib.3.cap.2.à num.12.

Lictoribus (quorum etymon proponit *Ramirez in Pentecontarch. cap.13. Buleng.de Imper. Roman. lib.6. cap.21.*) virga adtributa, *Statius lib.1.*

Atriaque, & multa pulſantur limina virga.

10 *Mart.lib.8.epigr.66.*

--- Nobilique virga.
Vatis Caſtaliam domum ſonare.

Ovid lib.5.Triſt.eleg.7.

--- Et quos prætexta verendos,
Virgaque cum verbis imperioſa facit.

Budæus in l. Proconſules, D.de offic.Proconſulis, fol.342.

11 Fores à Magiſtratibus virgâ lictorū pulſabantur, *Papin.de conventu ad Stellam:*

— Et multa pulſantur limina virga.

Livius in 6.ab Vrbe. Fortè accidit, ut lictor Sulpitij, cùm is de foro domū ſe reciperet, fores, ut mos eſt, virga percuteret. Plin. in 7. natur. Hiſtor. cap.30. ſcribit, Pompeium Conſulem prohibuiſſe lictorem pulſare fores *Poſſidonij*, veneratione tanti viri, *Iuſt. Lipſ. lib.1. Elect. cap.26.*

12 Vnde obſervandum eſt in foribus, & portis Civitatum antiquitùs Iudices extitiſſe: & ad hunc ſenſum verba illa DOMINI Caino dicta poſſunt explicari, *Geneſ.4.ỷ.7. Nónne ſi benè egeris, recipies; ſin autem malè, ſtatim in foribus peccatum tuum aderit?* Adeſſe in foribus, ut ego conijcio, nihil aliud hîc ſignificat, quàm illum apud Iudicem accuſare; quia in foribus, vel portis civitatis antiquitùs erāt Iudices: quod patet ex illo *Iob 31.ỷ.21 Si levavi ſuper pupillum manum meam, etiam cùm viderem me in porta ſuperiorem*; id eſt, cùm eſſem iudex, & ſederem pro tribunali; & *Pſal.127. Beatus vir, qui implevit deſiderium ſuum, ex ipſis, nō confundetur, cùm loquetur inimicis ſuis in porta*: clariùs in *Proverb. 31.ỷ.23. Nobilis in portis vir eius, quando ſederit cum Senatoribus terræ.* Itaque
13 in portis erat iudicium. Quare per portas omnis authoritas iudicantium poteſt intelligi. Sic explanari debent verba illa SALVATORIS noſtri, *Matth.26. Portæ inferi non prævalebunt adverſus eam*, id eſt, omnis poteſtas dæmonum, fraudulentia, & authoritas: *Luc.de Pen. ex D. Hieron.in l.1.num.2.verſ.Et ideò, C.de agricol. & cenſ. lib.11. Deuter.21. Mauſon.de cauſ. execut. 1.par. limit.17. num.15. Cevall. tom.5. gloſſ.5. num.61. cum ſeq. Mend. lib.1. Reg. tom.1. cap.1. ỷ.9.num.7. Fr.Eman.de la Cerda in cōm. in orat.Ierem.ỷ.14.fol.132.*

Rectè in porticibus iudicatum fuiſſe Auguſtum, *Sueton. in eo cap.72.* commemorat, ibi: *Ex ſeceſſibus præcipuè frequentavit maritima, inſulaſque Campaniæ, aut proxima Vrbi oppida, Lanuvinum, Præneſte, Tibur; ubi etiam in porticibus Herculis Templi ius perſæpè dixit:*
14 benè in porticibus: nam iudicia exercebantur in Baſilicis, Templis, porticibus; & prætereà in Subdivalibus locis, ut liberrimus eſſet cœli proſpectus, *Valer. Maxim. lib.8.cap.1. tit.4. Infeſto populo obiectus, cùm effugere debitam pœnā nullo modo poſſe rederetur, ſubitò coorti imbris beneficio tutus fuit à damnatione; diſcuſſa enim quæſtione, aliam velut Dijs interpellantibus, de integro inſtaurari non*
15 *placuit.* At quomodo diſcuſſa fuit quando imbre coorto, niſi ſub dio iudicium eſſet inſtitutum? Alter eſt apud eundem locus *tit.6. Per id ipſum tempus, quo triſtes de eo ſententiæ ferebantur, repētina vis nimbi incidit; cùmque poſtratus humi pedes iudicum oſcularetur, os ſuum cœno replevit; quod conſpectum, totam quæſtionem à ſeveritate ad clementiam, & manſuetudinem tranſtulit.* Quod non potuiſſet contingere, ſi ſub tecto, ac non ſub dio Iudices conſediſſent, *Virgil. lib.4. Georg.*

--- Cæſar dum magnus ad altum
Fulminat Euphratem bello, victorque volentes
Per populos dat iura. ---

Roſ.lib.9.Ant. ubi *Dempſter.fol.1504.*

16 Sæpè *Greg. Turonenſ.* Iudices adpellat, quod alibi Comites; unde adparet Comites eſſe iudices Vrbiũ; & Præfectos *lib. 8. cap. 18.* ibi: *Gundovaldus Comitatum Meldenſem ſuper Guerpinum (invaſit) ingreſſuſque Vrbem cauſarum actionem agere cœpit. Exinde dũ pagum Vrbis in hoc officio circumiret, in quadam villa à Guerpino interficitur.* Ecce ubi cauſas agit, & iudex eſt, qui erat Comes: & *lib. 6. cap. 8.* apertum teſtimonium de hac re eſt. Nam Comes quidam hominem morte condemnat, *P. Ioan. Ludov. de la Cerda adverſ. ſacror. cap. 96. num. 7.*

17 Iudæorum Principes iudicum officio fungi ſolitos teſtis eſt *Flav. Ioſeph. lib. 18. Antiq. Iudaic. cap. 6.* de Indis *Q. Curt. Ruf. lib. 8.* de Scotis notiùs eſt, quàm ut Hiſtoricorum fide ſit opus. Alios aliarum Gentium Reges etiam iudicijs intereſſe ſolitos, clarum legentibus Hiſtorias; de Priamo Troianorum Principe *Virgil. lib. 7. Æneid.* de *Didon. lib. 1.*

—— Iura dabat, legeſque viris.

Siculis imperans Aceſtes *lib. 5.*

—— Gaudet Regno Troianus Aceſtes,
Indicitque forum, & patribus dat iura vocatis.

Ipſe Æneas futurus Monarcha de ſe *lib. 3.*

—— Iura, domoſque dabam.

Sidon. Apolinar. carm. 2. ỷ. 218.

—— Nam iuris habenas
Non generum legit Reſpublica.

Eiuſdem carmin. *ỷ. 204.*

—— Poſt iura daturi
Innumerabilibus legionibus imperitabant.

Carm. 5. ỷ. 569.

Qui dictat modò iura Getis.

Et *ỷ. 480. carm. 2.*

—— Sit partibus iſtis
Auguſtus, longumq; leo mea iura gubernet.

18 Ad Romanos ſi deſcendamus, nullũ penè reperiemus Principem nõ iura adminiſtraſſe, & iudicia per ſe exercuiſſe, de Romulo *Plutarc. in eo, Virgil. 1. Æn.*

—— Remo cum fratre Quirinus
Iura dabant. ——

Ovid. lib. 14. Metamor. fabul. 19. in princ.

Occiderat Tatius, populiſq; æquata duobus
Romule iura dabas. ——

19 Alios Reges id factitaſſe nullum dubium, *Tit. Liv. 1. Decad. lib. 1. Valer. Maxim. lib. 6. cap. 2. tit. 11. Sueton. in Iul. cap. 43. Senec. lib. 5. de benef. cap. 24. Dempſter. ad Roſin. lib. 9. Antiquit. Rom. fol. 1503.*

20 Tamen obſervatione dignum eſt diſcrimen verſari inter ius dicere, & iudicare; illud enim ad Magiſtratum pertinuit, qui iuriſdictioni præerat, eaq; cõplectitur, quæ *Vlpian.* exprimit *in l. 1. D. de iuriſd. omn. iudic. Paul. in l. penult. D. de iuſt. & iur.* ibi: *Vt ubicunque Prætor ſalva maieſtate imperij ſui, ſalvoque more maiorum ius dicere conſtituit, Pompon. in l. 2. §. poſt originem, de origin. iur. Conſequens eſt, ut de Magiſtratuum nominibus, & origine cognoſcamus, quia ut expoſcimus per eos, qui iuri dicundo præſunt, effectus rei accipitur. Vlpian. in l. pridie Kalendas, D. de fer.* ibi: *Pridie Kalendas Ianuarias Magiſtratus nec ius dicere, nec ſui poteſtatem facere conſueverunt. Menoch. lib. 1. de arbitr. quæſt. 2. num. 8. & ſeqq.* ubi etiã advocat *Duaren. Govean. Corraſ. P. Ioan. Ludov. de la Cerd. in comment. ad Virgil. lib. 7. Æneid. fol. 45. num. 52. & lib. 6. Æneid. fol. 668. num. 11. Guth. de offic. dom. Auguſt. lib. 1. c. 2. fol. 9.*

21 Poteſtas & authoritas Iudicũ magna eſt, ut advertit *Ioan. Matienç. in dialogo Relator. par. 3. cap. 11.* & ſunt Antiſtites iuſtitiæ, *Agell. 4. Noct. Attic. 4.* Iuſque ab eius fonte manaſſe ſcribit *Auguſt. lib. 19. de Civit. Dei, cap. 27. D. Greg. Lopez Madera,* eruditiſsimus Cõſiliarius, qui noſtram Hiſpaniam Scriptorum ſuorum ubertate ditavit, *Animadverſ. cap. 1. num. 8. Oſſuald. in Donell. lib. 1. comm. cap. 4. litt. H. Cicer. 3. de Republic. Dionyſ. Gothofr. in l. 1. D. de iuſtit. & iur. litt. C.*

22 Qua de cauſa iudices iuſtitiam exercère non ſinant, & iuſtè cauſas, negotiaque diſcernant, ut præceptũ ſactis lit-

te-

teris impoſitum haud derelinquant, ſed perbellè adimpleāt, *Levit. cap. 19.* ℣, *15.* ibi: *Non facies quod iniquū eſt, nec iniuſtè iudicabis. Non conſideres perſonā pauperis, nec honores vultū potentis; iuſtè iudica proximo tuo. Deuter. cap. 1.* ℣. *16.* ibi: *Praecepit eis dicens; Audite illos, & quod iuſtum eſt, iudicate. 2. Paralip. cap. 19.* ℣. *6.* ibi: *Et praecipiens Iudicibus; Videte* (*ait*) *quod faciatis, non enim hominis exercetis iudiciū, ſed* DOMINI; *& quodcunq; iudicaveritis, in vos tamen redundabit; ſit timor Domini vobiſcum, cum diligentia cuncta facite. Eccleſ. 10.* ℣. *1. Iudex ſapiens iudicabit populum ſuum; & principatus ſenſati ſtabilis erit. Pſal. 81.* ℣. *2.* ibi: *Iudicare populum tuum in iuſtitia. Iſai. cap. 5.* ℣. *16. Et exaltabitur Dominus exercituum in iudicio, &* DEVS *ſanctificabitur in iuſtitia: & cap. 10: Vae qui condunt leges iniquas, & ſcribentes iniuſtitiam ſcripſerunt! Ioan. cap. 7.* ℣. *23.* ibi: *Si circumciſionē accipit homo in Sabbatho, ut non ſolvatur lex Moyſis, mihi indignamini, quia totum hominem ſanum feci in Sabbatho. Nolite iudicare ſecundùm faciem, ſed iuſtum iudicium iudicate.*

23 Confirmat elegantiſsimè, & comptè Patrum Theſaurus *D. Pet. Chryſol. ſerm. 26.* explicans illud *Apoſtoli ad Roman. 13. Non eſt poteſtas niſi à* DEO; ubi ſic ait: *Sed à* DEO *poteſtas omnis, à* DEO *Rex etiam diſpenſationis regiae adeptus eſt dignitatem. Sic Dux, ſic Miles, ſic Provinciarum Rectores, ſic Vrbium rationē reddituri ſunt omnes iſti, ſi in ullo creditae poteſtatis exceſſere menſuram, ſi Rex iuſtitiam cuſtodivit, ſi aequitatem tenuit, ſi poteſtatem moderatus eſt, ſi miſericordiam non omiſit, ſi tenuit ſic ponderis ſui librā; ut in neutram partem poteſtatis ſuae trutina perpenſa declinaret, ſi omnium curam geſſit; ſi civium procuravit quietem, ſi ſic temperavit cenſum, ut neque militi ſufficientia deeſſet, neque tributarius laſſaretur. & Dux praeſtabit* DEO *cauſas; ſi ſequentibus ſe praebuit virtutis exemplum; ſi in excubijs pervigil, ſi in diſcurſibus indefeſſus, ſi pacem omnē pro labore perquiſivit. Rationem reddet & miles, ſi paruit imperatis, ſi concuſſit neminem, ſi accepta ſtipēdia iuſtiſsimo labore penſavit. Iudex quoque iudicij ſui ſupremum iudicē ſuſtinebit.*

24 Particularis iuſtitiae comparationem & deſcriptionem tradit ex alijs *Ioan. Matienç. in Dial. Relat. 3. par. cap. 61.* & cum fortitudine, & integritate coniunctam eſſe debēte: idem ſcribit *dict. 3. p. cap. 12. Virgil. 11. Æneid.*

Iuſtitiae ne prius mirer, belline laborum.

Ovid. 6. Metamorph.

Sceptra loci, rerumque capit moderantem
Erectheus
Iuſtitia dubiū, validisne potētior armis.

Claudian. 1. Stil.

Narrem iuſtitiā? reſplendet gloria Martis.

Cicer. de Pompon. in 2. Anton. Caius virtute terribilior erat Pop. Roman. exteris gentibus iuſtitia charior. Sueton. in Aug. cap. 3. Provinciae praefuit non minore iuſtitia, quàm fortitudine. DARIVS tamē etſi hoſtis, virtutem, iuſtitiamque laudat ALEXANDRI apud *Curtiū lib. 3. Albert. Krantius de Trottone Rege Danorum cap. 9. lib. 1. Hiſtor. Vandal. Rex iuſtitia, & fortitudinis inſignis. Dio Chryſoſt. orat. 2. Ipſe enim* (*Homerus*) *ſubijcit manifeſtè duas Regi dignisſimas virtutes fortitudinem, & iuſtitiam.* Idem *Orat. Ille eſt Rex hominum optimus, qui fortiſſimus eſt, & iuſtiſſimus. Herodian. lib. 2.* ait Pertinacem Barbaris fuiſſe metui; tum *memoria retinentibus virtutem illius in ſuperioribus bellis*, tum quòd *neminem ab illo ſcirent unquā ultrò offenſum*: eruditè *P. Ioan. Ludov. de la Cerda in comm. ad Virgil. lib. 11. Æneid. fol. 560. num. 5. Bobadilla in Polit. lib. 2. cap. 2 num. 23.*

25 Debent iudices ità ſe gerere, ut nec odium, nec favor, nec timor, nec intereſſe à recto iuſtitiae tramite eos deflectant, ſeu deviare praeſumant: quae res ſecundum *D. Gregor. in cap. quatuor modis 11. q. 3. & Concil. Legion. in cap. 1. de re iudicata in 6.* ſunt adverſaria iuſtitiae; ſicque, *nihil vendicet odiū, nihil favor uſurpet, timor exſulet, praemium aut expectatio praemij iuſtitiam non evertat; ſed ſtateram*

geſtent in manibus, & lances adpendant æquo libramine. Deum præ oculis habentes, cap. omnis qui 45. diſt. Senec. de benef. lib. 4. c. 15. ibi: *Tādiu mali iudices erimus, quādiu depravat ſpes, ac metus; ac incertiſſimū vitium voluptas, S. Aug. lib. 14. de Civit. Dei, cap. 3.* ibi: *Omneſque notiſſimas quatuor animi perturbationes, cupiditatē, timorem, lætitiam, & triſtitiā. Balzaran. de feud. lib. 2. tit. 27. de pac. ten. §. iudex, à n 2.* optimè *Philo lib. de iudice*, dum ait, quòd ſacræ leges ab omnibus exigunt ſinceritatem, & animum tranquillum nullis obnoxium perturbationibus, *Larath. conſ. 154. n. 80. Iſai. cap. 5. Væ! qui dicitis malum bonū, & bonum malū; ponētes tenebras lucem, & lucem tenebras; ponētes amarum in dulce, & dulce in amarum: & cap. 51. Boet. lib. 1. de conſolat. met. 7.*

Tu quoque ſi vis lumine claro cernere verum
Stamine recto carpere callē, gaudia pelle,
Pelle timorem, ſpemque fugato, nec dolor adſit...
Nubila mens eſt, vinclaque frænis; hæc ubi regnant.

Patric. de Repub. lib. 3. tit. 1. fol. 62. ibi: *Iuſtitiam igitur colūt, qui Reipublicæ præſunt; à qua nulla gratia, nullus metus, nulleque pollicitationes eos amoliri debent. Bald. in l. fin. C. de pœn. iud. qui mal. iudic. Hered. de iudicib. c. 19. Prover. 18. D. Hieron. ſup. Amòs,* ibi: *Quicunque cōſanguinitate, vel amicitia, vel è cōverſo hoſtili odio, vel inimicitijs iudicando ducitur, pervertit iudicium Dei Chriſti, qui eſt iuſtitia. Ribaden. de Princ. Chriſt. lib. 2. cap. 12. Menoc. de arbitr. caſ. 342. n. 18.* & plenè *Decian. tract. crimin. lib. 8. cap. 33. à n. 3. Farin. in*
26 *prax. crim. par. 3. q. 111. n. 361.* ubi ſubdit, quòd per ſordes iudicare dicitur, quando quis ad iudicandum movetur vel ex pretio, ſeu præmio; vel ex prece, ſeu gratia; vel ex odio, ſeu inimicitia, aut ex timore, *Aug. Barb. in cap. 1. num. 3. de ſent. & re iudic. lib. 6. Ariſt. lib. 2. Rhet. cap. 1. Simanc. de Republ. lib. 6. cap. 3.* eleganter *Bobad. in Polit. lib. 2. cap. 2. à num. 19. cum ſeqq.*

27 Caveant igitur iudices ab odio (quod eſt actus, quo quis ſibi, vel alteri malum vult ſine proprij emolumenti cauſa, ut tradit *Azor lib. 3. inſtit. moral. cap. 12. Roder. Acuña in cap. qui verò, n. 2. 50. diſt.*) ne eorum mentem turbet, & comprimat, iniuſtumque iudicium cōſtituant. Arceantur ab amore, qui fortis adeſt; ut amantis animum commoveat, & ad amati voluntatem reducat, & obcæcet, graphicè *Tiraq. de pœn. temp. cap.*
28 *51. num. 85. cum ſeqq.* Deponant timorē, fortitudine ſe tueantur, de qua loquitur *Eccleſ. cap. 7. Noli quærere fieri iudex, niſi virtute valeas irrumpere iniquitates, nec extimeſcas facies potentum, & ponas ſcādalum in agilitate tua. Simanc. de Repub. lib. 5. cap. 7. num. 2. & lib. 6. cap. 9. Abiles in cap. 2. Prætor. gloſſ. iniuſticia, num. 2. Avila in epiſt. fol. 117. pag. 2.* eleganter proſequitur *Bobad. lib. 2. Polit. d. cap. 2. n. 24. cum ſeqq.* Renuant acceptionem munerum (de quibus *Ianus Langlæus lib. 6. ſemeſt. cap. 1. Gaſp. Sanch. fer. 4. poſt 3. Domin. Quadrag. conc. 1. fol. 497. Paramo de orig. S. I. lib. 3. q. 2. num. 68. Rendel. in tract. de vino, ſect. 3. fol. 91. circ. fin.*) ne flectantur, *Virgil. 3. Æneid.*

... Quid non mortalia pectora cogis
Auri ſacra fames? ...

Petr. Apoll. lib. 4. Excid.

... Turpia quæ non
Auri ſuadet amor? quæ nō mortalia cogit
Pectora? ...

1. Reg. 9. ℣. 3. Et non ambulaverūt filij illius in vijs eius, ſed declinaverunt poſt avaritiam, acceperuntque munera, & perverterunt iudicium: Tull. pro Quinctio, ibi: *Nullum eſt officium tam ſanctum, atque ſolenne, quod non avaritia comminuere, atque violare ſoleat;* eleganter cum alijs *P. Ioan. Ludov. de la Cerd. in commēt. ad Virgil. 1. Æneid. fol. 70. num. 7.* Quod quidem eruditè confirmat *Nilus Abb. in Aſcetico,* ibi: *Venit quondam ad Eliſeum Dux Naaman Syrus, multaque munera ſecum attulit; quid igitur? Propheta num illi obviam proceſſit? Statimne illi occurrit? An per puerum cauſam propter*

ter quam venit, aperuit? Ne ad præſentiam quidem ſuam illum admiſit, ne muneribus, quæ attulerat, eum curaſſe videretur: quod & ſuadent *Matienç. in dialogo Relat. 3. par. cap. 23. Azeved. in l. 1. tit. 6. num. 17. & 19. lib. 3. Recop.* Nec ratione præmiorum flectantur, *Manil. lib. 5.*

--- Atque habitat ſub pectore cæco
Ambitio. ---

Livius lib. 34. ibi: *Quid legem Cinciam de donis & muneribus excitavit, niſi quia vectigalis iam, & ſtipendiaria plebs eſſe Senatus cœperat? Robertus lib. 4. rer. iudic. cap. 2. fol. 760.* & non ſolùm Iudices, ſed Advocati munera pro patrocinijs antiquitus non ferebant, ut dictat *Auſon.*

Iuriſconſulto, cui nubit adultera coniux,
Papia lex placuit, Iulia diſplicuit:
Quæritis unde ſit hæc diſtantia? ſemivir ipſe
Scantiniam metuens, non metuit Titiam.

In quorum explanatione dicendum eſt, quòd cùm *lege Papia* propoſita eſſent præmia ijs, qui uxores duxiſſent, placuit hæc lex doctori iuxta illius voluntatem nubenti, ſed è contra *lex Iulia* diſplicuit, tanquã pœnam adulteris imponens, quaſi ipſe delectaretur uxoris adulterijs; inſuper cùm parum pudicè viveret, erat obnoxius pœnâ legis Scãtiniæ perſequẽtis eos, qui muliebria patiuntur, ideò eam timebat; verùm cùm propter eius imperitiam nemo eo patrono uti vellet, non erat, quòd metueret legem Titiam; quaſi eum nullus muneribus, & donis coleret; nam per eandem legem Titiam probibebantur Advocati munera accipere, & ità huiuſmodi carmina exponit *Zaſius Brigãtinus in catalogo leg. Antiq. ad l. Cinc. de don. & mun. fol. 255.* ubi *Charond. in addit. Alciat. lib. 10. Parerg. cap. 6. Marcell. Donat. ad Sueton. in Neron. cap. 17. Theat. vitæ humanæ num. 2171. poſt tit. Proſtitutores, & lenones, de maritis, qui proprias uxores proſtituerunt, vol. 7. lib. 3.* & ſubtiliùs explicat *P. Pithæus lib. 2. adverſar.*

Et quamvis aliqui exiſtiment legendum eſſe *Cinciam*, non *Titiam*, cùm per legem Cinciam caveretur, ne ob cauſam orandam Patroni pecuniam, ſeu donum acciperent, *Livius lib. 34. Tacit. lib. 15. Cic. de Senect. & 2. de Orat. & 1. ad Attic.* Tamen verius eſt utramque fuiſſe latam ob eandem cauſam, cùm verba *Auſonij* non poſsint ex Titia in Cinciam mutari ob carminis rationẽ. Tum etiam, quia de ea meminit *Tacit. lib. 11.* ibi: *Conſurgunt Patres, legemque Titiam flagitant, qua cavetur antiquitùs, ne quis ob cauſam orandam pecuniam, donúſve accipiat.*

Hinc venit reſpuendus *Cuiac. lib. 16. obſerv. cap. 18. num. 25.* ubi tenet nõ fuiſſe aliam legem Titiam, quæ idem interdiceret Oratoribus, quod ex lege Cincia, cùm *Auſonij* locus ſit de Iuriſconſulto, non de Oratore, de quo Titia nõ loquitur, ſubdẽs etiam apud *Tacit. lib. 11.* non rectè legi *Titiam*, cùm ſit reponendum *Cinciam*, eleganter *Budæus in adnotat. reliquis fol. 10.*

29 Puniuntur autẽ iudices ſic per ſordes
iudicãtes, vel pœnâ capitali, vel deportationis
cum alijs iuxta varietatẽ facti
ſecundùm iudicis arbitrium, tam ex *le-
ge Iulia repetundarum, iuxta l. 1. & 3. ubi
gloſſ. D. ad leg. Iul. repet.* vel ex lege Cor-
nelia de falſis, *iuxta l. 1. §. 1. verſ. Et per
iudicem, D. ad leg. Cornel. de falſ. Farin.
d. q. 111. à n. 15.* atque etiam ex edicto
de calumniat. *iuxta l. 1. D. illo tit.* atque
etiã ex lege Cornelia de ſicarijs, ſi pro
necãdo homine, ſeu pœnâ mortis innocenti
infligẽdâ pecuniam accipiat, *l. 1.
§. 1. & l. lege Cornelia, D. ad l. Corn. de ſi-*
30 *car.* Præterea imponitur eodẽ caſu con-
tra iudicem per ſordes iudicantem pœ-
na privationis dignitatis, *l. 2. C. de dig-
nit. lib. 12.* ibi: *Ablatis codicillorũ inſigni-
bus, Auth. novo iure, C. de pœn. iudic. qui
malè iudic.* ibi: *Dignitate ſua, & cingulo
amiſſo. Menoch. d. caſ. 342. n. 13. Farin. d.*
31 *q. 111. n. 27.* Et tandem indiſtinctè iudex
pecunia corruptus iniuſtam proferens
ſententiam iure antiquiori in quadruplũ
con-

condemnabatur, *l. 1. C. ad leg. Iul. repet.* explicat *Farin. d. quæſt. 111. à n. 59.* Sed iam novo iure, de quo in *dict. Auth. novo iure*; diſtinguitur; nam ſi cauſa ſit pecuniaria, dat triplum; promiſsi duplum iudex corruptus refundit, ſi criminalis cauſa ſit, omnia amittit bona, exponit
32 *Farin. dict. q. 111. n. 69.* De pœna iudicis corrupti ſcribunt laudati ab *Aug. Barb. in cap. 1. à num. 11. & ſeqq. de re iudic.* & olim pœnam mortis indictam fuiſſe, teſtis eſt *Aul. Gel. lib. 20. cap. 1. Herodot. lib. 5. Alex. ab Alex. lib. 6. Dier. Genial. cap. 11. fol. 664. Budæus in l. ſi benè collocata, D. de uſur. fol. 749.*

Iudici, qui pro munere ſententię rem quampiã accipit, proximus eſt ille, qui ratione familiaritatis, vel officij apud Iudicẽ expeditũ litis eventũ promittit alicui ob receptam pecuniã, ideòq; plecti debet, ex *l. qui explicandi, C. de accuſ. & in l. Comites, C. ad leg. Iul. repet. Duaren. lib. 1. diſp. anniv. cap. 25. Robert. Aurel. lib. 3. ſent. iur. cap. 25. Bargal. de dolo, lib. 3. cap. 9. num. 105. cum ſeq. fol. 373. Baiard. ad Clarum lib. 5. §. fin. quæſt. 73. num. 14. Caball. caſ. 67. toto.*

Quare non immeritò *Dion. Gothofr. in d. l. qui explicandi, C. de accuſ. litt. R.* dixit dictam conſtitutionem pertinêre propriè ad fumi venditores, non ad impunitatis promiſſores, eleganter *Iacob. Cuiac. lib. 20. obſerv. 9.*

Cuius rei occaſione indagari oportet, qui ſint fumi venditores (de quibus latè egit *Cal. Rhodig. tom. 3. lect. antiq. lib. 26. cap. 21. Alciat. lib. 4. Parad. cap. 2.*) & dicendũ eſt eſſe illos familiares Principis, ſeu iudicis, qui eius benivolentiã, vel favorem, vel officia ſimulatis commẽdationis verbis receptã pecuniã pollicebantur, nec præſtabant: ut fuit *Teticus apud* HELIOGABALVM; qui omnia facta eius, & dicta vendebat fumo ſibi divitias comparans, cùm alijs atq; alijs pretium reciperet, atque omnes falleret, egrediẽſque ab illo ſingulos adiret, dicens, de te hoc locutus ſum, hoc dete audivi, de te illud futurum eſt. Apud ALEXANDRVM Thurinus Verconius, cuius ſupplicio factus eſt locus adagio *Fumos vendere*: nã fumo necari iuſſus eſt ab ALEXANDRO, quia fumos vendidiſſet, prę cone irà dicente: Fumo punitur, qui fumos vendidit, *Domit. ad Mart. lib. 4. epig. 5. Anson. Fab. in ſuo Cod. lib. 4. tit. 6. defin. 1. cum allegat.*

Confirmant hemiſtichium hoc bina teſtimonia, & præeat *Sidon. Apollin.* in hęc verba: *Sed neque ex illo, ut ferunt, numero, qui ſecreta dirigentium Principum venditantes ambiunt à barbaris benè agi cum legato potius, quàm cum legatione*: ſuccedat *Xiphilin. in Adriano*, ibi: *Neque tamen quiſquam inſolenter ſe geſſit, aut quidquam eorum, quæ diceret, aut faceret Imperator, venditavit, quia ſolent & Cæſariani, & cæteri, qui circa Imperatores ſunt.*

Denique obiter advertas, quòd fumus dicitur pecunia, & meritò, quia avolat, diſparetque ut fumus, *Hieron. cõtra Ruffin. De tanta liberorum ſilva unum ſurculum, aut fruticem præferre non potes, hi ſunt veri fumi, & nebulæ. Plutarch. de Deo Socratis: Faſtum ceu fumum quendam Philoſophiæ in ſophiſtas diſperſit.* Omnis præterea favor, *Cellenſ. lib. 5. epiſt. 13. Summa itaque dementia eſt currere poſt defectum; adpetere non adprehenſibile, inſtare fumo, uti imagine pro veritate, velle diu ea vita vivere, quæ iuxta Gregorium vitæ æternæ comparata, mors potiùs dicenda eſt, quàm vita. Mart. lib. 4. epigr. 5.*

Vendere nec vanos circum pallatia fumos.

Ex dictis venit indaganda non inutilis quæſtio, an Miniſter Charus Regi poſsit uti æſtimatione & favore eius ad protegendas, & fovendas quaſlibet prætenſiones, ſeu obtentiones recipiendo nummos, ſeu munera propter interceſsionem?

Quod autem id ipſum omnino permiſſum fuerit, apertiſsimè conſtat ex *l. unica, C. de ſuffragio*, ibi: *Si qui deſideria ſua explicare cupientes ferri ſibi à quoquam ſuffragium poſtulaverunt, & ob referendam vicem ſeſe ſponſione conſtrinxerint,*

rint, promiſſa reſtituant, cùm ea, quæ optaverint, conſequuntur, & ſi artibus moras nectant, ad ſolutionem debiti coarctandi ſunt. Itaque *in C. Theod.* rubrum huic materiæ reſpondens incipit, *Si certum petatur de ſuffragijs, fol. 36.* Illicque interpretatio vulgaris *ad l. 2.* dictat: *Si quis dum neceſſitates ſuas expedire deſiderat, aliquid ſe commodi daturum eſſe promiſerit, præceptũ, quæ voluit, conſtrictus hoc ſine ulla dilatione implere cogatur.*

Quibus mirè adſtipulatur *text. in l. 42. D. de don. int.* ubi donatio inter virum & uxorem fuit permiſſa, ut cum eodem, quod illa impertiebat, intenderet adeptionem alicuius dignitatis militaris, ibi: *Nuper ex indulgentia Principis Antonini recepta eſt alia cauſa donationis, quam dicimus honoris cauſa: ut ecce ſi uxor viro lati clavij petendi gratia donet, vel ut equeſtris ordinis fiat. Sueton. Trãq. in Veſpaſ. cap. 23. Ammian. Marcel. lib. 22. Ælius Lamprid. in vita Alexand. Sev. Alciat. lib. 2. paradox. cap. 14. num. 3. fol. 47.*

Et quamvis *Imp. Iuſtin.* curavit amputare has negotiationes, & contractus *in novell. 8. ut iud. ſine quoq. ſuffr. coll. 2.* ille titulus non eſt rectè traductus ex idiomate Græco, ut enim refert *Oldendorp. in duodecim Tabulas, fol. 32.* traductio *Holoandri*, viri doctiſsimi fuit, *ut iudices ſine aliqua datione pecuniæ fiãt. Sim. Schard. in Lexico. iuris, fol. 889. col. 2.* & debet limitari, & reſtringi prohibitio *Iuſtiniani* ad id, quod ſonat *Rubrica*, nempè ad proviſionem iudicum, & officiorum ſimilium; ut adminiſtratio iuſtitiæ liberior fuiſſet, & ſolùm eligerentur perſonæ dignæ, & idoneę talis exercitij, ſed in alijs rebus ſemper ſervata & obſervata fuit permiſsio vetus, & licet ferre pecuniã pro interceſsione cum Principibus: cùm igitur homo ſic charus illis eam facit, recipit mercedem & præmium alienum in cõpenſationem ſervitiorum & obſequiorum propriorum: & tantò minus remanet Rex obnoxius ad augmentum talis interceſſoris, ideòque eiuſmodi pactiones legitimè celebrari, teſtatur *Alciat.* ubi ſup. *Rebuff. in l. 7. fol. 57. col. 1. verſ. Et per hoc patet, D. de verbor. ſignif. Claud. Canciunc. in tract. de offic. iudic. cap. 8. num. 9. & 16. Balduin. in præfat. Inſtit. de public. iudic. col. penult. fol. 764. Dion. Gothofr. in dict. l. unica, litt.* K.

Et in materijs ſpiritualibus, ut non vocetur ſimonia, idẽ defendit *Navar. in tit. de dat. & promiſſ. notab. 32. n. 50. Bal. conſ. 297. num. 1 vol. 5. fol. 74. Tuſch. tom. 7. concl. 251. num. 8. verſ. Limita, fol. 283.*

Denique hæc ſententia tenenda eſt, etſi renuat *Cuiac. in novella 8. & Hothoman. de verbis iuris, verb. Suffragium, pag. 835.*

33 Quibus animadverſis indagandum exiſtit; utrùm ſententia per metum lata ipſo iure teneat? an nõ ſubſiſtat, ſed annulletur? In qua quæſtione adfirmativè reſponderunt *gloſſ.* & ibi *Archidiacon. in cap. iniuſtum, & cap. quatuor 11. q. 3. gloſſ. in l. interdum,* ubi *Bald D. quod falſ. tut. auth.* & ſentit *gloſſ. Non excipiendo caſum iuſtũ in cap. Abbas,* ubi hoc expreſsè tenet *Panorm. col. 5. verſ. Novus caſus, hoc noſtro tit.* & facit *text.* à contrario ſenſu, & ibi *gloſſ. in cap. unico, eod. tit. lib. 6.* Dũ
34 ibi ponitur, quòd hoc fallit in ſententia abſolutionis à cẽſuris; quia illa per metum lata eſt ipſo iure nulla, ut ibi; ergo in alijs ſecus, hoc idem tenuit *Bald. in l. decernimus, col. 2. in fin. C. de ſacroſ. Eccleſ. & in l. 1. col. 2. verſ. Ibi timeat, C. de ſent. ex brevic. recit. Speculat. tit. de ſent. § quoniam, col. 2. poſt princ. Rot. deciſ. 374. in nov. Roman. ſingul. 91. Corſet. in verb. Dicebat, Ludov. Rom. in litt. S. Anchar. conſ. 382. col. 1. Lanfranc. in cap. quoniam contra, §. interlocutoriæ, verſ. Sed numquid valeat ſententia, num. 9.* cum ibi adduct. *de probat. Vant. de nullit. ſent. fol. 551. num. 142. Padill. in l. interpoſitas, num. 11. C. de tranſact.*

35 In contrariam ivêre ſententiã *gloſſ. in cap. quatuor, & in cap. iniuſtum 11. q. 3. DD. in c. Abbas, hoc tit. Bald. in l. neceſſitate, C. de bon. quæ lib. & in l. fin. n. 11. C. de pœn.*

pœn.iud. qui mal.iudic. Barbat.conſ.60. n. 5.lib.1. Proſper.Farin. 2.p.fragm. crim. verb.Metus, n.44. Dec.conſ.42.n.7. vol. 1.Spin. inſpec.teſtam. gloſ.rub.2.p. num. 5.Camill. Borrel. tom.2.ſum. deciſ.titul. 30. num.167. cap.omne 25.q.1.Mogollon cap.9.n.25.in fin.Scac.de ſent. & re iudic. gloſ.14.q.18 n.36.

36 Huius ſenrenriæ ratio eſt, quòd in Iudice requiratur ſumma libertas, liber conſenſus, ut adnotat *Bald.in dict. l fin. num. 12. C. de pœn. iudic. qui mal. iudic. Theſaur. in præfat. deciſ. num. 28. Maſtrill. de Magiſtrat.lib.1.cap.2.n.56. Sueton.in Iulio, c.14.* ubi mirè, eleganter *Chryſol.ſerm.41.* ibi: *Vbi neceſſitas nō voluntas, ubi exſtat de conditione captivitas, iudicium de poteſtate non conſtat, & ſerm. 100.* ibi: *Succumbat neceſſitati, quia non libera & abſoluta voluntas,* qui cùm videatur abeſſe, cùm coactio intervenit, *l. qualem, D. de recept. arbitr.* ſententiam eſſe ipſo iure nullam dicendum adeſt, eleganter confirmat *Bald.in*
37 *l.1. num.9.D.de iudic.* Alioqui daretur abſurdum haud leve, quòd etiam interveniente in Iudice metu, qui eum compulit, ut efficeret, quod ſuâ ſponte non eſſet facturus (quoniam iniuſtè iudicare coëgit) ſententia tenêret in ſummum, & ingens partis alterius detrimentum, & præiudiciū, quę neceſſe habêret novis onerari moleſtijs litem inſtituendo & excipiendo de ſentētia tanquam metu lata, ideò rectè eam ipſo iure nullam tenuerunt nuper congeſti, quos libens lubenſque amplector.

38 Præterea non ſolùm ſententia metu lata eſt nulla ipſo iure, ſed ea, quæ venalis eſt, *l.13.& 14.in fin.tit.22.p.3. Men. de arbit.caſ.343.num.6. Mencha. uſufr. c. 37. Abil. ad cap. 1. Prætor. verb. Donacion, num.6. Rebuſ.de reprobat.teſt. num. 405.Pereg.de iur. fiſc. lib.7. titul.4. num. 5.cum ſeqq. Aloiſ.Ricc.p.5. collect.1499. Farinac. in prax. crimin. part.3. q. 111. num.197. Camil.Borrell. tom.2.ſum. dec. tit.30.num.423. Auguſt. Barboſ. in c. cùm ab omni 10.num.5. de vit. & honeſt. Cleric.Caball.caſ.198.num.8. Guazin.defenſ. 35.cap.6.n.7.* eleganter *Ioſeph. lib.4. Antiq.Iud cap.ult.*

39 Quod idem erit, ſi per importunationē nimiā, quâ premebatur iudex, ſententiam protulerit, cùm Iudicis decretum liberum nō relinquatur, *l.1.C.ne lic. potent.* ibi: *Qui ſæpè importunis petentium intercesſionibus opprimuntur, l.1.C.de petit.bonor ſublat.lib.10.c.importuna, de pœnit.diſt.1.gloſ.verb. Qualitatem, in cap. ſi quando, de reſcript.cap.tuæ fraternitatis, de præbend.l.29.in medio, tit.18.p.3. Bart.in tract.de Tyran.q.6. Iaſ.in §. quadrupli, n. 66.Inſtit.de act.Afflict.deciſ.69 col.3.Palaci.Rub.in rubr.de donat.§.81.num.1.& ſeqq.* & ibi *Barabon.in addit.pag.296.lit. B.* poſt *Iaſ. in l.1.§.ſi vir, col.fin. D. de acquir.poſſeſſ.Peral.in l.ſi quis in principio teſtamenti, n.94.D.de leg.3.Perez in l.24. tit.3.lib.2.Ordin fol.365. Tiber. Decian. 2.tom.crimin.lib.8. cap.7.* poſt medium, eruditiſsimè *Bobadill.in Polit.lib.3.cap. 10.num.11.*

Confirmatur hæc ſententia *ex l.Decurionū filij, C.de pœn.* ubi nulla habetur ſententia, ſi ad frequētem inſtantiam, & petitionem partis lata ſit, ibique refert *Gloſſa* ſententiam Pilati latā per importunitatem inſpecto furore, & concurſu populi, ſequitur *Petr.de pot.Princ. c.32. concl.2.n.71.fol.625.col.1.*

Vnde nō debet Iudex preces, nec patrocinia potentiorum admittere, elegāter *Avend. de exeq.mand.Reg.lib.2. cap. 1. à num.1.cum ſeqq. Camill. Borrel. de præſt.c.70.num.137.Cevall. in art.Reg. docum.1.fol.21. Bob.lib.2. Pol.c.2. num. 65.* nec uxori acquieſcere, & adſentiri favet huic rei *P. Carol. Scriban. lib. 1. Politic. cap. 9.* ibi: *Quanta exſurgunt Iudicum commenta! Ingenioſus amor, & avaritia eſt: hic adfinitate, aut ſanguine iunctus, ille veteri, aut nova amicitia; ille magnis ſponſionibus, magis etiam ſi donis, illi ſecularibus, aut Eccleſiaſticis dignitatibus fulgent; quorum manus quæcunque purpura nitentia ſperari filio munia poſſunt, aut maritus filia, ille*

magnorum ſuffultus litteris venit, armatis etiam non raro, neſcio, an non & cataphractis: quæ non minorem metum, quàm ſpem faciant. Quid? quòd muliebres non dico formæ, ſed accedant preces, & doctæ mentiri lacrymæ, doctæ fallere etiam coniugis nocturnæ, quæ donis, quàm virtute maior, quibus non blanditijs, dubium, aut amantem maritum flectit? Potentiores fœminæ venti maribus ſunt, validiuſque nocturni Favonij maritalia carbaſſa omni Euro, Notoq; impellunt; etiam ab ancilla, & filia itur in dominam, & matrem, inde in maritum, & quod gravius eſt, coniugi non paruiſſe, non amaſſe eſt. Cui concinne eſt, quod dicit *Senec. lib. 4. cont. 25.* ubi precibus cuiuſdam mulieris Prætor hominem interfici iuſſit, & in hæc verba exclamat *Meretrix Prætori, Prætor Provinciæ imperat.*

Sic apud *Livium lib. 39.* Valerius Antias ad Placentinæ familiæ mulieris, cuius amore deperibat, preces ex vinculis ſecuri quemquam percuti iuſſit: quòd ſe neminem gladio ferire vidiſſe diceret: *Livius* verò, & ex eo *Plutarch. in Quinctio, & Catone* puerum Philippũ Pœnum id impetraſſe refert, ut ſuâ manu Gallum quemdam transfugã confoderet: Romã enim obſequij ipſius causâ ſub ipſum gladiatorium ſpectaculum ſe diſceſſiſſe iactabat. Sed Catonem ipſum *Ciceronis* verbis audiamus: *Invitus feci, ut fortiſſimi viri Flaminini fratrem L. Flamininum e Senatu eijcerem, ſeptem annis poſtquàm Conſul fuiſſet: ſed notandum putavi libidinem. Ille enim cùm eſſet Coſ. in Gallia exoratus in convivio à ſcorto eſt, ut ſecuris feriret aliquem eorum, qui in vinculis eſſent damnati rei capitalis. Hic Tito fratre ſuo Cenſore, qui proximus ante me fuerat, elapſus eſt: Mihi verò & Flacco neutiquã probari potuit tã flagitioſa, & tam perdita libido, quæ cũ probro privato cõiungeret imperij dedecus. Valer. Max. lib. 2. c. 9. Gloſ. verb. Navigaſti in c. novimus 17. q. 2.* dicit, quòd ſicut navigãs ſe ſubijcit varijs periculis, nec proprio motu regitur, ſed vẽtis, ſic habẽs uxorẽ.

Non diſſimile illud in ſacris Litteris rogante meretriculâ ſaltatrice indictâ causâ capite truncatũ innocẽtiſsimum hominem D. IOANNEM BAPTISTAM, *Marc. 6. Matth. 14. Luc. 3.* quare dixit *S. Petr. Chryſol. ſerm* 173. de Herode loquens: *Ille, ut placeret inceſtæ, captivus ipſe Iuſtum tantum tenuit, vinxit incluſum.* Denique ille Iudex, qui nec Deũ timebat, nec homines reverebatur, *Luc. 18. n. 2.* unam fœminam timuit, ac reveritus eſt, dũ illius precibus acquievit, ut *D. Chryſoſt. hom. 71. ad Pop.* obſervat.

Cùm libertas in Cathedrarum proviſione neceſſaria adſtet, ex *l. 31. tit. 7. lib. 1. Rec.* quæri nũc oportet, an Scholaſtici trahi debeant amore, odio, vel timore; nam certè per hæc facilè corrumpuntur, *cap. quoties, de teſtib.* ubi cõmuniter notant *DD.* Et negativè reſpondẽdum occurrit. Æquè enim Scholaſtici corrumpi vidẽtur rogatu, amore, odio, vel timore, ac ſi pecuniâ, & largitionibus subornarentur, quapropter teſtis precibus corrumpi dicitur, cũ pluribus *Maſcar. de probat. concl. 554. n. 3.*

Etſi contrariæ ſentẽtiæ ſe ſubſcripſerit *Dec. conſ. 187.* & alij plurimi laudati ab *Farin. tom. 2. de teſtib. q. 67. n. 266.*

Quia ita demũ iſtorum opinio vera erit, ſi preces pro veritate proferẽda intercesserint, quo caſu precibus corrupti nõ videbuntur. Secùs tamẽ ſi pro deponẽdo falſo preces fundãtur, uti elegãter animadvertit *Farin. d. q. 67. n. 268.*

Vnde provenit interpretatio ad *text. in l. 31. tit. 7. lib. 1. Recop.* ubi loquens de oppoſitoribus Cathedrarũ inquit, quòd illi nõ cogãt Scholaſticos, nec precibus, nec minis, ut pro eis ſuffragium ferant, alioqui taliter faciẽtes obtẽtis Cathedris privantur, & inhabilitãtur ad cęteras, & iuribus, & præeminẽtijs repellũtur, ibi: *Ni los traigã a ello por ruego, ni amenaça*, ut ea verba tãtùm locũ habeãt, quãdo precibus, ac minis aliquis cõpellitur pro quodã (putà) Petro ſuffragiũ, ſeu votũ emittere; ſecùs tamẽ ſi indefinitè precibus & interceſsionibus adliciãtur

hu-

huius,aut illius iuſtitiã ſervare, alioquin
enim inhumanum eſſet ità oppoſitorũ
ora comprimere, ut nec ipſis liceret
Scholaſticos iuſtitiæ certiores facere,
eoſque rogare, ut pro ipſis vota refun-
dant: niſi fortè dicere velimus præfata
verba non tã oppoſitores ipſos,quã cæ-
teros agentes reſpicere, ut ſcilicet illi
nullo modo prece, vel timore Schola-
ſticos inducere in ſententiam, volunta-
temque ſuam trahere audeãt,ità ratio-
cinatur *Narbo.in d.l.31.gloſ.7.* iunct. *10.*
num.5.tit.7.lib.1.Recop.
40 Et nõ ſolùm cùm iudex metu coactus
ſententiã iniuſtã tulit, hoc verũ eſt,ſed
etiã ſi iuſtã proferat: quia neceſſitas eſt
cõtraria voluntati; nã voluntas iudicis
debet eſſe libera,ità ratiocinatur *Bald.*
in l.fin.n.12.C.de pœn.iudic.qui mal. iud.
Sed timor non vitiat ſententiam, quam
eſſet laturus,ſi nõ timêret, *Bald.in l.1.n.*
41 *6.C.de ſent.ex brev.recit.* Vnde ſi quis ru-
more populi, vel in tẽpeſtate maris ſecũ
dũ animi prędeſtinati motivũ,& nõ cõ-
cuſſi ſententiã ferat,efficax eſt pronun-
tiatio, *arg.l.2.& 3.D.de don.cauſa mort.*
42 Sin autẽ hæc noſtra ſententia tot fun-
damẽtis fulcita, & corroborata diſpli-
ceat,cum prima ſic cõpones fœdere di-
ſtinctionis, aut petis an ſententia va-
leat;adeò quòd ſit adpellare neceſſe, &
dic quòd non, aut quantum ad aliũ effe-
ctũ,& tunc valet, tamẽ obſtat exceptio
ſeu replicatio, *arg.l.ſi dolo, D. de dolo,*
acutè diſtinguit *Bald.in l.1.num.9.D.de*
iudic.
43 Nunc in diſpunctionẽ ſe offert,an ſen-
tentia ſedẽdo ſuper equo iudice valeat
& teneat (quod in Civitate Genuenſi
accidiſſe teſtãtur *gloſ.in l.1. verb.Reci-*
tavit,in fin.C.de ſent.ex peric.recit.Specu-
lator. inferiùs citatus) in qua quæſtione
dicendũ eſt validã eſſe,prout reſpõderũt
Gloſ.Bald. & Angel. Lanfranc. in c. quo-
niã contra,num.146.de probat. Marant.in
ſuo ſpec.p.6. verb.Et demũ fertur ſentẽtia,
n.55. quidquid in cõtrariũ proferãt *Spe-*
culat.de ſentent.& his, quæ ipſam ſequũtur,
§.iuxta propoſitionis ſeriẽ ſub num.10.verſ.
Quid ſi pronũtiat in alta turri, Bart. in l.
1.ſub n.4.C.de ſent.ex brevic.recit.
44 Ad quã reſponſionem adducunt non
eæ rationes,quòd quãvis ſedens in navi,
vel ſuper curru baiulatur, non per hoc
negetur,quin etiam ſedeat,& ex quo ſe-
deat, videatur ſatisfactũ legi requirenti
ſeſsionẽ,prout movetur, *Gemin. in c.ult.*
n.12.in fin. de ſent.& re iud.in 6. Et quòd
ille iudex videatur quaſi ſedêre,quòdq;
ſit ſolennitas accidẽtalis;quas rationes
refert etiã *Specul. d.§.iuxta propoſitionis*
45 *ſeriẽ,n.11.verſ.Et faciunt hæc.* Sed ex eo,
quia neceſſitas efficit, ut inſpiciamus,
non quid ſit faciendũ, ſed quid fieri poſ-
ſit,non enim obligamur ad impoſsibile,
l.impoſſibilium 7.D.de verb.oblig.
46 Remotâ tamẽ impoſſibilitate,& ne-
ceſſitate pro ſententiæ invaliditate reſ-
pondendũ eſt, quia tunc illa ſeſſio ſuper
equũ oſtenderet,quòd iudex aliud prin-
cipaliter agere intẽdit,tamenq;ſenten-
tia ferri debet animo quieſcẽte & libe-
ro ab omnibus ijs,quæ ipsũ turbare,aut
avertere, aut quoquomodo poſſent im-
pedire, quãobrem iudex ſententiando
debet ſedêre, *§.ſancimus,auth.ut ab illu-*
ſtrib.coll.5. & §.ſedebunt autẽ hic pedanei
Iudices,auth.de iudic.ut nullaten.coll.6. c.
ult.de ſent.& re iud.lib.6.
47 Ratio huius cõcluſionis eſt,quia ani-
ma ſedẽdo, & quieſcẽdo fit prudentior,
Philoſoph.2.de anim.gloſ.in d.c.ult. verb.
Sedendo, & ibidẽ *Gemin.ſub n.12.verſ.In*
ea gloſ. ibi, *verb.Sedere, Prob.in addit. ad*
Monach.n.2.de ſent. & re iud.in 6. Pan-
vin.de offic.& poteſt. Cap.ſed.vac.præl.6.
48 *ſub n.4.* Nã cùm movetur corpus, move-
tur anima, & ideo non eſt in ſoliditate
rationis,ſed cũ ſedet anima laborat cir-
ca intellectũ,& ſic fit prudẽtior,nõ enim
diſtrahitur ad aliã operationẽ iuxta illud:
Pluribus intẽtus minor eſt ad ſingula ſẽſus.
Bald.in l.1.ſub n.6.& 7.verſ.Et ratio hu-
ius,& Salic.ſub n.3.C. de ſent. ex brevic.
recit.Scac.de ſent. & re iud. gloſ.9.q.4.n.
5.& 6. & *ſedeo* verbũ authoritatẽ, & fir-
mitatẽ ſignificat, *Apoc.3. n.21.Eph.2.n.*
6.Mend.lib.1.tom.1.Reg.c.2. ℣ *.8.n.19.*

49 Quæ ſententia exemplificari poteſt in eo, qui cùm valdè timêret, ſententiã protulit ſedendo in alta turri, & partes erãt inferiùs, *gloſ. in c. ult. verb. Sedēdo, n. 40. de ſent. & re iud. in 6. Speculat. Bart. Salic. & Marant.* iam laudati.

Cui rei mirè conducit, quòd Deiotes cùm eſſet à Medis vocatus, ut iudicaret, arcē ſibi tutã conſtrui, addiqúe cuſtodes voluit, ut eo tutiùs & ſine metu iudicare poſſet, ut refert *Herod. lib. 1.*

50 Reſtringe primò, quando timor non eſſet iuſtus; quia tunc ſententia lata ſuper equo, ſeu turri non valêret, & idem ſi timor ceſſaſſet ante ſententiæ prolationem; quamvis emanaſſet citatio ad ſententiam, *Franc. in d. cap. ult verſus fin. ſub n. 11. de ſent. & re iud. lib. 6.*

51 Secundò, ut procedat, dummodò ad eum locum, in quo vult ſententiam ferre, præceſſerit citatio, aliàs uti lata ſine citatione non valêret, *Franch. in d. loc. Seac. de ſent. & re iud. gloſ. 7. q. 4. n. 24. 25. 26. & 27.* Metus Iudici illatus quomodo probetur, tradunt *Ægid. Bellam. deciſ. 625. Mart. in D. noviſſ. tom. 1. titul. metus, cap. 4.*

Obnoxias in Senatu maximè ſententias eſſe non debêre, neq; cuiquã adſentiendi neceſſitatem fieri receptiſſimum eſt: liberè enim quiſque animi ſui conceptum exprimere debet, elegãter *Ian. Langlæus lib. 7. ſemeſt. c. 6. toto.*

Hinc quæri debet, an pater, & filius, vel duo fratres Senatoriã dignitate ornati poſſint in eodem, unoq; Senatu? Et quòd nõ ea eſt ratiò, quòd veriſimillimũ ſit ambos illos Senatores frequẽtiùs eãdem in ſentẽtiam ituros, neq; alterũ ab altero diſſenſurũ, itã ut ſentẽtia ab uno dicta, quædam quaſi adſentiendi neceſſitas facta alteri videatur. Tametſi enim libera in Senatu maximè cenſentiũ oporteat eſſe ſuffragia, & ubi quid pro Republica cõſulẽdũ eſt, Senatori liceat in aliã à patre, vel fratre ſententiam ire; vix tamen fit, ut vel filium, vel fratrem ſeorſum à ſe ſentientẽ æquo animo quis audiat. Neque niſi perrarò contingit, ut huiuſmodi perſonæ diverſas ſententias ſequantur. Quin (quod de Ligarijs fratribus *Cic. in orat. pro Q. Ligario* dixit) horum ferè ſemper conſpirans, & penè conflatus eſt cõſenſus, itã ut in qua ſentẽtia unus fuerit, alius etiam eſſe velit: Quod & his verſibus expreſſit *Horat. ad Fuſcium epiſtol. lib. 1.*

—— Ad cætera penè gemelli
Fraternis animis: quicquam negat alter & alter.
Annuimus pariter. ——

Extantque apud veteres exempla multa parentum, qui filios in Senatu & publicis conſilij, ſeorſum à ſe ſentientes æquo animo non tulerint, *Livius ab Vrbe condita, lib. 34.* & alibi.

Idque apud Venetos, Romanoſque fuit factitatum, *Contard. de Magiſtr. & Rep. Venet. lib. 1. & 2. Dio. lib. 39. Cicer. lib. 2. de legib. Livius lib. 7. decad. 3. & lib. 10. decad. 3.* & aliorum populorum legibus conſtitutũ fuiſſe tradit *Ariſtot. lib. 5. polit. cap. 6.* Conducit eruditè *Tacit. lib. 3. Ann.* ibi: *Dicendi primo loco ſententiã exemit Druſum Conſulem deſignatũ, quod alij ſimile rebantur, ne cæteris adſentiendi neceſſitas fieret, Pet. Greg. de Republic. lib. 24. c. 7.*

Quæ quidem ſententia ad ſocerum, generũq; trahenda eſt, quòd etiam veriſimillimũ ſit generũ diverſam à ſocero ſententiã dicturũ nõ eſſe, quemadmodũ nec filiũ à patre, cùm lex ſocerũ parẽtis locũ obtinêre dicat; vulgòque receptũ ſit coli, ac metui eũ perinde ferè à genero, ac parentẽ à filio, ut de genero dici illud non ineptè poſſit; ne ſententię obluctari velle credatur:

Hinc timor, aſt illinc pudor urget.

Nam & *Homerus* dicẽtem inducit Helenam:

O metuende mihi ſemper, ſemperque verende
Chare ſocer!

Quo pacto & *Honorius* apud *Claudian. in lib. de nuptijs Honorij & Mariæ*:

Hæc etiam quæritur ſecum. Quonam uſque verendus ...

Cun-

Cunctatur mea vota ſocer.
Quod quidem limitari debet, quoties Senatus in plures decurias diſtribuitur, poſſintq́; pater, & filius, ſocer & gener, fratreſque aiij ſeorſum alijs collocari, atque ita non uſquequaque incommodè ſuo munere defungi: facillimè legis gratiam Princeps facere poterit, ita eleganter in terminis (prout aiunt) terminantibus *Ianus Langlæus lib. 7. ſemeſt. c. 3.*

Tandem illud cõſtat Regijs ſanctionibus, quæ fratres, liberoſque cum parentibus, ac huiuſmodi alios in eundem cœtum adſumi verãt, aulicum ſanctiuſque Principis conſilium non comprehendi. In id enim huiuſmodi Gentiles ſimul adlegi quotidie videmus: quod perſonarum excellentiæ datum vidêri poteſt. Siquidem huiuſmodi collegium ex alijs ferè non conſtituitur, quã Regij ſanguinis Heroibus, Antiſtitibus, Proceribus, Magiſtro militum, Cancellario, & qui maximis legationibus perfuncti ſint. Id quod Romani Senatus exemplo fieri non abſurdè fortè quis dixerit, in quem ſimiliter parentes, & liberos, fratres, alioſque propinquos ſubinde adlectos, cooptatoſque legimus, ut ex his, quæ de ſe & Quinto fratre, de M. Antonio, & Lucio Cæſare huius avunculo Panſa Cõſule & Q. Fufio Caleno eius ſocero, *Cic. Philipp. 10.* & de Pompeio, & de Cæſare *Tranq. in Cæſare, cap. 21.* ſcribunt, intelligi poteſt. Sicut ex eo, quod P. Licinum Calvum ſeniorem de præda Veiorum dividenda rogante filio (qui Tribunus militum conſulari poteſtate creatus paulò antè fuerat) ſententiam in Senatu Romano dixiſſe ſcriptum apud *Livium ab Vrbe condita, lib. 5.* his verbis: *Quid de præda faciendum cenſerent? duæ Senatum diſtinebant ſententiæ, una ſenis P. Licinij, quem primùm dixiſſe à filio interrogatum ferunt, edici palàm placere populo, ut qui particeps eſſe prædæ vellet in caſtra Veios iret.* Eadem *de C. Claudij Appij Decemviri patrui ſententia*, ipſo interrogante Appio in Senatu pro bello adverſus Æquos & Sabinos, C. Claudij, qui patruus Decemviri erat, oratio fuit precibus quàm iurgio ſimilis orantis per ſui fratres, parentiſque eius Manes, ut civilis potiùs ſocietatis, in qua natus eſſet, quàm fœderis nefariè icti, cum collegis meminiſſet, & pòſt paulò cùm aliud præterquam de quo retuliſſent Decemviri dicere prohiberent, Claudium interpellandi verecundia fuit: ſententiam igitur peregit: nullum placêre Senatusconſultum fieri, *Livi. lib. 3.* de qua ſimiliter *Dion. Halic. lib. 2.*

Tanta ſiquidem ſub Imperio Pop. Rom. Senatorij fuit Ordinis amplitudo, & maieſtas, ut de eo temerè quidquam ſuſpicari piaculum fuerit: in quẽ qui legebantur, maximorũ Regum ſpeciem habebant, ut non abs re Cineas Pyrrhi legatus retuliſſe ei dicatur, Senatum Romanum multorum Regum ſibi cõſeſſum vidêri, *Plutarch. in Pyrrho.*

Proinde *Livi. lib. 9. ab Vrbe condita de Alexandro Magno* loquens, victuſne (inquit) eſſet conſilijs iuvenis unius (ne ſingulos nominẽ) Senatus ille, quem qui ex Regibus cõſtare dixit, unus veram ſpeciem Romani Senatus cœpit.

Eos verò, qui in interiori illo Senatu Principi à Conſilijs ſunt, nõ malè, ſeu fortè Apocletos, ſeu Apolectos quis dixerit, ut eſt apud *Livii ab Vrbe cõdita lib. 35.* Sic enim Ætolorũ ſanctius conſiliũ, quod ex delectis conſtabat viris, adpellabant. Qui ità dicebantur, quòd ex multis ſolerent deligi.

52 Verùm Tyrannus peccet uſurpatione iudicij, eiuſque ſententiæ ſint irritæ? diſpungit *Leſſius de iuſtit. & iur. lib. 2. cap. 29. dubit. 9.* & adfirmativè reſol-
53 vit, ità ſententiam adſtruens. Primò, ex ratione naturali propter commune
54 bonum. Secundò, ex tacita populi ad-
55 probatione & cõſenſu. Tertiò, quia Romani oppreſſerant Iudæos per tyrannidẽ, & tamen Dominus *Matth. 22.* Inſinuat, Cæſari reddendũ tributũ: & hanc

partem docet *Franc. Victoria relect. de
poteſt. civil. num. 23.*

56 Quæ ſententia mihi non adridet, &
Leſſij fundamenta non relevant. Nō pri-
mum; ex eo, quòd ſententiæ, & manda-
ta Tyranni nullam poteſtatem, nec vim
habent, ut ipſe fatetur: ergo ex cōmuni
bonō non tenebunt: nam id verſatur in
eius expulſione; tamquā publici latro-
nis, & uſurpatoris Imperij invaſione &
violentiâ occupati; non in admiſſione.
Præterea cōmune bonū nō poteſt effice-
re, ut ſubſiſtat ipſo iure irritum, cùm ſe-
cundariò procedat, ſicque priùs quàm
57 accedat, nullum adſtat. Demum cōmu-
ne bonum operatur, ut ſententiæ valeāt,
l. Barbarius Philippus, D. de offic. Prætor.
iuxta mentem *Anton. Fab. in Iuriſp. Pap.
tit. 1. princ. 1. confut. 1.* Sed id intelligen-
dum eſt, quoties error intervenit, *Sanch.
de matrim. lib. 3. diſp. 22. à num. 1. cū ſeqq.
Gonç. ad reg. 8. Canc. gloſ. 15. §. 1. num. 53.
Velaſc. in Axiom. lit. E. num. 59.* Sed hîc
non exiſtit, cùm certus & cognitus ſit
Tyrannus. Igitur.

58 Non ſecundū, quia populus nullate-
nus poteſt cōſentire in Tyrannum, cùm
eū vitâ & Regno privare queat, *ex reg.
l. ut vim, D. de iuſt. & iur.* poſt *Bellar. &
Navar.* reſolvit *Suar. cont. Regē Angl. lib.
3. c. 3. n. 3. Menchac. illuſt. c. 8. n. 19. & de
ſucc. creat. lib. 3. §. 26. n. 47. Seraph. de Frei-
tas de iuſt. Imper. Luſitan. Aſiat. c. 6. n. 96.
Iudic. 3. Herodot. lib. 3. Xiphilin. in Aug.
Alex. ab Alex. lib. 3. cap. 26. Sot. lib. 4. de
iuſt. q. 1. art. 3. Leſſ. lib. 2. cap. 9. dubit. 4.*
Ergo.

59 Rurſus dici nequit Tyrannum, qui
ſibi iudiciū uſurpat, à populo admiſſum
eſſe, eiuſque ſententias adprobatas ha-
bêri, eâ de causâ, quòd eo renuente &
violenter occupavit imperium. Ideòq;
ſemper præſumitur durare voluntas eo-
dem ſubſiſtente effectu & metu; oppreſ-
ſioneque præſente: cùm Tyrannus effi-
ciat, quod in principio conſtituit; verū
ſi id haud faciat, ſed leniter, & comiter
procedat tamē nullo pacto cōſēſus, & ad
probatio populi interveniet, cū videat
violentam occupationē & coactionem:
qua orbatus vero domino infelicita-
tē deplorat, & calamitatē ſuam dolet.

60 Cui adſtipulatur, quòd Tyranni rotæ
duæ ſunt, odium, & metus, *Virgil. 1. Æn.*

*Conveniunt quibus aut odium crudele
Tyranni,
Aut metus acer erat.*

*Dio Chryſoſt. Orat. 1. Neceſſe eſt enim, ut
hi qui timent, oderint, & velint aufugere,
Ariſtot. in Rhetor. Nemo amat, quem me-
tuit: Livius lib. 24. Britij & oderant,
& metuebant. Cic. in Catil. 1. Nemo eſt
extra iſtam coniurationem perditorum ho-
minum, qui te nō metuat, nemo, qui nō ode-
rit.* Iterum: *Nunc te Patria, quæ cōmunis
eſt omniū noſtrum parens, odit, ac metuit.
Accius* apud *Tull. in offic. Quem metuunt,
oderunt. Senec. lib. 1. clem. c. 12.* diſcrimi-
nans Regem à Tyranno, ità ait: *Alter
arma habet, quibus in monumentum pacis
utitur, alter ut magno timore magna odia
cōpeſcat. Quintil. declam. 328. Stat. 1. The-
baid.*

Atque parens odij metus. ———

*P. Ioan. Ludov. de la Cerd. in comm. ad Vir-
gil. 1. Æn. fol. 71. n. 15.* Ergo mirari de-
bet *Leſſiū* adfirmaſſe tacitā populi ad-
probationem adeſſe, cùm certum ſit eū
non ſolum Tyrannum odio proſequi, ſed
timêre, & ſic nullum conſenſum præſta-
re actibus ab eo geſtis: imò contradice-
re, etſi taceat propter metum.

61 Conducit quędam animadverſio,
quòd Tyrannus omnia deſtruit & con-
fundit, iniuſtitias efficit, tyrannide op-
primit, & vaſtat, ideò *Luc. 1. Fuit in die-
bus Herodis Regis Iudeæ Sacerdos no-
mine Zacharias*, explicans *Chryſolog.
ſerm. 86.* In hæc verba comptiſſima mi-
ro acumine, & ſummâ eruditione re-
ferta prorumpit, ibi: *Uſque ad Hero-
dem Iudaicæ Sacerdotalis ſanctitas, Se-
num gravitas, Patrum pietas præſidebat;
ius erat lex divina, ambitio nil ibi, nil te-
meritas, præſumptio nil valebat: quia ge-
rebatur totum divino ordine, non huma-
no: ſed Herodes veniens ex gente alie-
na invaſit Regnum, violavit Sacerdotium,*

con-

confudit ordinem, mutavit mores, ſprevit
ſenes, inſecit iuvenes, tribus miſcuit, dele-
vit ſtemmata, corrupit genus, tulit quid-
quia erat, & divinæ, & humanæ funditus
diſciplinæ. Sed hoc quid ad Zachariam
ſanctum? Ne quid ergo tale, & in ipſo Za-
charia crederetur admiſſum, Evangeliſta
cogitur ſic referre: Fuit in diebus Herodis
Regis Iudeæ Sacerdos quidam nomine
Zacharias de vicẽ Abia. Quis uſque ad ip-
ſum ab atavis, avis, patribus, transfuſum
genus manſit Sacerdotij, tẽpus legis, ſacri-
ficij omnis ſervata eſt diſciplina, eòquòd im-
pietatẽ Regis, iniquitatẽ tẽporis, ambitionis
rabiem, temeritatis furorem, Sacerdotis &
meritum ſuperavit, & vita. Igitur nullo
iure cõſenſus populi eſt præſumendus.
62 Non tertiũ. Quia nullus in conſciẽ-
tia tenetur tyranno tributũ ſolvere, niſi
fortè causâ ſcandali, vel maioris mali
vitandi, propter quod iuſsit DOMINVS,
aliàs *Matth. 17.* ſolvi nõ ex debito: ele-
ganter obſervat *Marta in tract. de iuriſ-*
dict. 1. p. c. 25. à num. 36. cum ſeqq. & p. 4.
cent. 1. caſ. 11. à n. 14. cum ſeqq. ubi alios
laudat. Igitur non patet in cõfirmatio-
nem, nec *Leſſij* ſententiam communit.
63 Iam ergo dilucidior redditur altera
ſentẽtia *Soti. lib. 3. de iuſtit. q. 4. art. 6.* do-
centis Tyrannum, qui Rempublicã in-
vaſit, nõ poſſe ferre ullam legem, nec ius
dicere, quod obliget in conſcientia, ac
proinde ſentẽtias eius eſſe irritas, & in-
64 validas. Ratio eſt, quia propter metum
populus nõ poteſt cõſentire, *l. nihil 116.*
D. de reg. iur. quam ſententiã amplector.
65 Quærit *gloſ. in c. ſuper hoc 5. de renunt.*
quãdo metus venit per modũ incidẽtiæ,
utrùm ſit pronuntiandum ſuper metu?
Breviter dicendum eſt, quòd quædã eſt
quæſtio incidens, & præiudicialis, id eſt,
quia præiudicat, ne procedatur in cauſa,
& ſuper iſta debet pronũtiari, ut notatur
in l. arbitrio, D. qui ſatiſd. cog. l. 3. D. de re-
nuntiat. l. præſes, C. ad l. Fab. de plagiar. l. à
procedente, C. de dilat. l. poſt ſententiã, C.
de ſent. & interl. & idem in replicatione
eſt *text. in l. quoniã Alexãdrũ, C. de adult.*
66 Si autem incidens eſt perẽptoria, ſed nõ
præiudicialis ad proceſſum, tunc ex or-
dine dato à iure nõ eſt pronũtiãdũ, tamẽ
ſi iudex interloqueretur ſine aliquo ca-
pitulo nõ ſuper tota cauſa, benè valẽret
pronuntiatio, *l. intra, D. de min. l. de qua*
re, D. de iudic. l. metũ, verſ. Sed quod Præ-
tor, in verb. Interloqutũ, D. hoc tit. ubi in-
terlocutoria fertur ſuper actione, an
poſſit interpretari, necne, cõſiderato ar-
ticulo iuris; ità *Bald. in d. c. ſuper hoc, n. 6.*
67 Quæritur etiam, an prima ſententia
de re reſtituẽda ſit definitiva, an interlo-
cutoria, vel admonitio quædam? Et qui-
dam dicunt, *arg. §. ſi quis autem non im-*
plens in auth. de hered. & Falc. abſurdum
putantes, quòd in una cauſa duæ ferãtur
definitivæ ſententiæ, nam ſecundam fo-
tentur talem, ſed certè cùm per primã
finis imponatur controverſiæ principa-
li per condemnationem, quis negavit rẽ
iudicatã, vel quæſtionem definitam eſ-
ſe; & certè nullus hoc poteſt negare, *l. 1.*
68 *D. de re iud.* Nec dico ſententiam ferri
ſuper eodẽ: imò ſuper alio, nempè ſuper
æſtimatione rei, & pœna tripli, vel etſi
ſuper re extante feratur, ex ſecunda ſen-
tẽtia nõ agetur ad rẽ, ſed ex prima, ſicut
in noxali, cùm dicit iudex: Condemno
te in decem, aut noxæ dedas, nam ſola
decem ſunt in obligatione, *princip. In-*
ſtit. de offic. iudic. l. miles, §. 1. D. de re iud.
69 Itẽ quæri poteſt, an à prima ſentẽtia
liceat adpellare? quod puto, quia contu-
max fuit in nõ reſtituẽdo, ſed nõ in non
veniendo, *l. creditor, §. iuſſus, D. de appell.*
70 Itẽ quid ſi non adpellavit à prima, ſed
à ſecunda, & pendẽte adpellatione velit
reſtituere rẽ, ut liberetur à pœna? Et vi-
detur quòd ſic, *arg. l. qui tùm maior, §. ac-*
cuſaſſe, D. de bon. libert. Sed puto contra-
rium, quia ante ſecundam ſententiam
tantùm licet ei rem tradere, ut evadat
pœnã; *arg. l. penult. §. ſin autẽ is, D. de reb.*
cred. ergo pendente appellatione ſentẽ-
tiæ primæ, rem præſtando liberabitur à
pœna: procedit autẽ quæſtio, cùm ſecũ-
dã ſentẽtia fertur, intra tẽpus, quo pote-
rat adpellari à prima: Alioqui ſi nõ po-
teſt adpellari à prima, ergo nõ à ſecũda;

quia ſecunda eſt quaſi executio primæ, & quia ſi firmum eſt, quod dicit prima, ergo pœna ſecundæ ſententiæ neceſſariò eſt ſubeunda, ità ratiocinatur *Azo in ſumm.tit.29.n.13.fol.23.col.1.*

71 Ad iudicium ire meticuloſa res eſt, ſecundùm *gloſſam in Rubrica, C.de pact.* cùm exitus iudicij, ſic belli (teſte *Cic. in epiſt. & in Philip.*) ſit incertus, *l. quod debetur, D.de pec.* & ſæpe qui ſperat victoriam, ſuccumbat, quandoque etiam per iniuſtitiam, *l.ſi ſervus plurium, §.1. D.de leg.1.l.qui Roma, §.duo fratres,* ſecundùm unã lecturam, *D. de verb.oblig. Feder.Sebot.tom.2.lib.3.reſp.10.num.13. Teren. Omnia priùs experiri, quàm armis ſapientem decet.*

72 Hinc iuſtus metus eſt, ne quis ducatur ad iudicium, *l fin.§.ſi iuſto metu,D. hoc tit.cum pluribus alijs,l.33. tit.14 p.5. Rips in l.2.§.ſublata,num.fin. D.ad Trebel.*

73 Abſens ex cauſa iuſti metus reſtitutionem habet, *l.2.§.hoc autem capite, D.ex quibus cauſis maior, Sfortia de reſtit. in integ.1.p.q.7.art.9.toto.*

74 Obſervari nunc oportet, quòd clericus iuſto timore ductus non audens coram ſuo Prælato comparêre, poteſt ad Principem recurrere, eiuſque Conſiliarios, & ab eo litteras Regias poſtulare, ne iudex Eccleſiaſticus illum indebitè opprimat, *Oſaſch. decif.30. num.25.* cum alijs, *Salgado de Reg.protect.1.part. cap.2.n.84.*

75 Ex quo fluit, quòd ſi clericus timens accedere ad Curiam Romanam, ad quã eſt iuſſus comparêre, ſi vocetur à Rege, illi tenetur obedire, eleganter *Ioan. Quintin Heduus in repetit. textus in cap. novit, num. 140. de Iudic. Decian.conſ.44. num. 41. & 50. vol.3. Coler. de proceſſ. execut. part.3.cap.7.num.43.pag.502.* etſi temuat *Bobadill.lib.2.Polit. cap.18. num. 61.in med.*

76 Quod procedit in Epiſcopo feuda tenente à Rege, *ex cap.ſi Epiſcopus 18. diſt, cap. cùm parati, de appellat. Olivan. de iur.fiſc. c.10.num.6.& Carol.de Graſſal. Regal. Franc. lib.2.iur.13.*

77 Contrarium tenent *Marta de iuriſd. part.4. cent.1. caſ.18. num. 22. Diana in tract. 1. de immun. Eccleſiaſtic. reſol. 6. part.3.*

78 Denique non excuſatur à comparitione, qui timet iniuſtitiam Principis, *Decian.conſ.18.n.127.vol.1.Ioan. Anton. Bellon.conſ.5.num.177.*

Hinc ob perhorreſcentiam, ſeveritatem, vel terribilitatẽ iudicis devolvitur cauſa ad Regiam, quæ aliàs non erat in Curia cognoſcenda; quod quidẽ probatur per iuramentum aſſerentis ſe non poſſe conſequi iuſtitiam, *cap.ſtatutum,§.cùm verò,*ibi *Auguſt.Barboſ.num. 44.de reſcript.lib.6.Maſc.de probat. concluſ.958. Coſta ſubſid.remed.60. à num.1. cum ſeqq.*

Tamen etſi poſſit probari contrariũ, ſcilicet, quòd timor ſit vanus, & quòd in illa civitate talẽ prætexens perhorreſcentiam ſit adverſario potentior, vel æquè, *Ioan. Andr.ad d.cap.ſtatutum, Seraphin.de privileg.iuram. privil.7.n.28. & 29.Barboſ & Coſt.ubi ſup.*

Extat quoque caſus perhorreſcentiæ de miſerabilibus perſonis, per *l.unic. C. quando Imp.int.pup.& vid.Covar.pract. c.6.Theſaur.decif.177.Viv.decif.531. lib. 4.Franc.decif.258.num.6.*

79 Advertendum eſt, quòd citatus ad locum peſtiferum non tenetur comparêre, *cap. ad ſupplicationem,* ubi *gloſ. de renunt.Clem.paſtoralis,de re iudic.cap.accedens, el.2. ut lit.non conteſt. Boer. decif. 228.num.11. Peguera decif.8.n.5.Hippol. Maia conſ.35.n.16.& 17.Zanger.de except.p.2.c.5.n.7.*

80 Ratio eſt, quia nemo tenetur tam evidenti vitæ periculo ſe exponere, *l.2. ſi quis caut. Menald. conſ.82.num.7. & conſ.126.num.26.lib.2.* Imò debet laborare quantum in ſe eſt, ut mortẽ fugiat, ſeque miſericordiæ Dei committere, *cap.nulla 23.q.8.*

81 Quod autem ubi adeſt peſtis, ibi ſit evidens vitæ periculum, vult *Galen.* (Medicorum Princeps) *in lib. 1. differ;*

ſi-

ſebrium, cap. 2. dum ait: *Peſtilentia morbo laborantium converſatio periculoſa.* Ideòque eſt fugienda, *Bart.* & alij *in l. de ætate, D. ad Trebel. Alex. in l. caſus, D. de teſtam. Dec. conſ.* 284. *col.* 2. *Pariſ. conſ.* 32. *col.* 2. *in fin. Roland. conſ.* 81. *num.* 35.

82 Et iſtud non ſolùm homines, qui ratione ſunt dorati, verùmetiam animalia bruta cognoſcunt, quæ non audent præter eorum rapacem naturã cadavera peſte interemptorum adtingere, ut air *Thucydides in bello Moreæ* temporibus ſuis eveniſſe.

83 Vnde *Ovidius* ſtupens dixit:

Mira loquor, non illa canes avidæque volucres,
Non cani tetigere lupi, dilapſa liqueſcunt,
Afflatuque nocent, & agunt contagia latè.

84 Quæſtio eſt non contemnenda, an metus excuſet Decurionem à voti prolatione?

Cui reſpondet *Felin. in cap. cùm omnes, num.* 11. *&* 12. *de conſtitut.* adfirmativè dicens, quòd licèt tacère propter timorem, vel verecundiam, quoties timor eſt probabilis, & itidem reverẽtia eſſet omninò debita, & tenẽda, & quòd fuerit ſufficiens ad tacendum.

85 Vnde verecundia, vel timor vanus non excuſabit à culpâ, & pœnâ incurſâ propter taciturnitatem in non contradicendo id, quod iniuſtè per maiorem partem Collegij & Capituli factũ eſt, & votatum, & ſic tacendo peccabit, non tamen tenebitur ad reſtitutionem, ſi probabiliter cognoſcit ex aliorum negotiorum experiẽtiâ, & ſucceſſu non poſſe mutare voluntatem, & vota maioris partis, ſecùs ſi intelligit poſſe, prout & alijs vicibus factum eſt; nam tunc & ad reſtitutionem tenebitur, ſecundùm *Caiet. in ſumm. verbo Reſtitutio, cap.* 1. *Navar. in man. cap.* 17. *num.* 21. *Turrian. de iuſt. & iur. diſp.* 12. *dubit.* 2. *num.* 2. *Leſſ. lib.* 2. *cap.* 13. *dubit.* 9. *Curia Piſan. lib.* 2. *c.* 13. *num.* 3. & ibi *Azeved. num.* 9. utpotè quia eſt verè cauſa iniquæ collationis, & voluntaris, ut in alio propoſito inquit *Soto de iuſt. & iur. lib.* 3. *q.* 6. *art.* 2. *in fin. Angl. in florib. Theolog. q.* 2. *p.* 2. *dub.* 4. *fol.* 164.

86 Conducit *text. in cap. quantæ, de ſent. excomm.* in his verbis: *Eos, qui conſentiũt inycientibus violentas manus in clericos, & eos, qui inyciunt pari pœna condemnari ab Eccleſia.*

87 Secundò, adſtipulatur *text. in cap. ſicut dignum* 6. *de homic.* ibi: *Qui potuit hominem liberare à morte, & non liberavit, occidit.*

88 Hinc dimanat altera quæſtio, an quando à maiori parte certò ſcitur cõcludendum pro re aliqua iniuſta, poſſit Decurio per illa die domi manère ſine periculo peccati mortalis, & onere reſtiturionis?

89 Quidquid in contrarium dicendum videtur ex his, quæ adducit *Cardin. Palæot. de ſac. Conſ. conſult. part.* 5. *quæſt.* 8. *Molfeſ. in ſumm. tom.* 1. *tract.* 6. *cap.* 16. *num.* 118. *& Ioan. Maderiag. lib. de Senatu, c.* 2. §. 1.

90 Adfirmativè reſpondendum eſt, ex *Pet. de Ledeſm in ſumm. tom.* 2. *tract.* 7. *c.* 2. *concluſ.* 24. *fol.* 198. *col.* 2. *Valer. in diff. utr. for. verbo Suffragium, diff.* 2. *in fin. Garcia de benefic. tom.* 1. *part.* 2. *c.* 2. *num.* 542. ubi ſic adſerit, quòd prædicta ſententia limitatur, ut non procedat ſtante iuſtâ causâ ad non adſiſtendum Capitulis; tanta enim poteſt cauſa concurrere, ut ab illis iuſtiſſimè quis excuſetur, etiam ordinariè, ut ſi in Capitulis eſſet tanta perverſio, & procederet cũ violentia potentiorum, & præſidentiũ, ut qui vellet ſatisfacere ſuæ conſcientiæ, & illam exonerare, non poſſet id facere ſine magnis moleſtijs, inquietudinibus, occaſionibus, & periculo aliquando cadendi, aut ſine magna nota ſingularitatis, & protervi: maximè ubi vota feruntur publica, quod eſt perniciosum, & regulariter votum illius prodeſſe non ſperatur, quia omnia fiunt, ut volunt Præſidentes: & ratio huius limita-

rationis eſt; nam durum eſſet obligare aliquem ad adſiſtendum Capitulis cum tãto incommodo, & periculo ad opponendum ſe, & faciendum reſiſtentiam torrenti Capituli.

91 Quæ limitationis ratio corruit ex eo, quod dictat *gloſ. in authent. de mand. Princip. §. ſi quis autem, coll. 3.* ubi colligit argumentum contra miſeros Prælatos, qui timent in tãtum litteras Papæ, ut non audeant reclamare; quo caſu non debent timêre, ut dicit *gloſ. in l. puniri, C. ſi contr. ius;* cum DEO & PAPAE in hoc placeant, eleganter proſequitur *Azeved. in l. 14. titul. 8. à num. 33. lib. 1. Recop.* qui *in addit. ad Cur. Piſ. lib. 2. cap. 13. à num. 5.* idem eſſe adſeverat in Decurione, ut manifeſtet votum ſuum, imò contradictionis cauſas liberè proferat, eleganter *Caſſiod. lib. 6. form. 5.* ibi: *Nam pro æquitate ſervanda & nobis patimur contradici, cui etiam oportet obedire.* Cui rei alludit eleganter *Author oper. imperf. in Matth. hom. 25.* ibi: *Non ſolùm transſgreſſor eſt veritatis, qui palàm denegat veritatem, ſed etiam ille, qui propter timorem, qui poſſit occidere corpus, tacet veritatem, cap. nollite 11. q. 3.*

Hinc inquit *Eccleſ. 4. ℣. 24. Pro anima tua ne cõfundaris dicere verum.* Quod *Janſenius* ibi dupliciter exponit, *pro vita tua corporali, vel pro vita tua ſpirituali.*

92 Verùm ratio, ob quam Decurio excuſatur ab onere reſtitutionis, & à peccato, ſi non adſiſtat Capitulo, eſt, quia certò ſcit concludendum eſſe iniuſtè aut ear, aut non, & ipſum nõ fore impedimento, & contradictioni, ut iniuſtum reſpuatur.

93 Nec adverſus nos facit *Azeved. in addit. ad Cur. Piſ. lib. 2. cap. 8.* Nam ille loquitur in caſu, quo ille, qui ſe abſentat è conſilio, cum ſuo voto, & authoritate poterat aliorum ſuffragia immutare.

94 Nunc ſuccedit, an doctrina ſuperioris quæſtionis ſit etiam applicanda in caſu, quo nõ ſufficeret maior pars ad concludendum, ſed omnes ſigillatim concurrere debêrent?

95 Reſpondendum eſt negativè; tunc enim nõ poteſt quis ſe abſentare: & ratio eſt, quia quando omnes tenentur cõcurrere, unus cum ſuo voto poteſt impedire iniuſtam concluſionem faciendam: ergo tenetur adeſſe; noviſsimè *Antonin. Dian. in reſol. moral. tract. de Parlam. reſol. 19. fol. 72. p. 1.*

96 Vnde infertur, quòd malefaciunt illi, qui ut rem iuſtam concludant, rogãt aliquem, ut pro tali die ſe abſentet, & malefaciet iſte ſe abſentando, ut docet *Azeved. in addit. ad Cur. Piſ. lib. 2. cap. 8. & Ioan. de Maderiaga in lib. de Senatu, cap. 28. §. 2.*

97 Idem eſt, ſi dum pro iniuſtâ aliquâ re, & concluſione agitur, & ſunt in loco Comitiorum, quis data opera accipit occaſionem loquẽdi cum aliquo, & illum exire facit extra Comitia, ut interim ſine ipſius voto & præſentiâ ſtatim res concludatur: in his enim caſibus, ſi ex induſtria id facerent, ambo peccarent.

SVMMARIVM.

1 *Omnes ordines* CHRISTVS *inſtituit.*

2 *Translatum fuit Sacerdotium in adventu* DOMINI NOSTRI IESV CHRISTI, *qui fuit verus Sacerdos. Deinde 72. Diſcipuli.*

3 *Apoſtolis ſucceſſerunt Epiſcopi. Fuerunt creſcente Chriſtianorum numero clericorum ordines diſpoſiti.*

4 *Sacer ordo eſt Sacramentum, incœpit cū viſibili unctione ab* AARON.

5 *Presbyteri Etymon proponitur.*

6 *Sacerdotes adpellabantur capellani, & 7.*

8 *Presbyter nomen eſt dignitatis.*

9 *Seniores adpellabantur ſapientes.*

10 *Præcipuum munus Sacerdotis eſt conficere* DOMINI *Sacramenta, & 11.*

12 *Pro hominibus offerunt ſacrificia.*

Pri-

Priuati ſacra hæc tractare non poſſunt.

13 De varijs ſacrificijs remiſſiuè.

Summo Pontifici fiebant, & aduentantibus Imperatoribus.

14 In nuptijs conſtituebantur.

15 Sacrificare eſt munera DEO *offerre.*

16 Diuiduntur, & 17.18.19.

20 Fuerunt ſacrificia, quæ Sacerdotem requirerent ſummum.

21 Propter negligentiam in ſacrificijs admiſſam vindicta DEI *proxima eſt.*

22 Piaculum erat apud Ægyptios immolaſſe hoſtiam non notatam à Sacerdote.

23 Apud Ægyptios Iudices erant Sacerdotes.

24 Sacerdotium ſumma eſt omnium bonorum.

25 Apud Ethnicos ſummopere colebatur, uſque 36.

37 Reges erant Sacerdotes.

38 Ad rem ſacram faciendam vittis, & coronis ornabantur.

39 Corona heredibus Regum concedebatur.

40 Nupturæ fœminæ coronabantur, & 41.

42 Ab hoc more Sacerdotibus corona, & 43. 44.

45 Sacerdotes caſti eſſe tenentur, & 46.

47 Debent vitare conſortia mulierum.

48 Et comam non nutrire.

49 Definitur temperantia, & 50.51.

52 Quam clerici debent obſeruare.

53 Pariter veſtibus honeſtis uti.

54 Non eſſe luſores.

55 Nec arma portare.

56 Arma clericorum ſunt lacrymæ, & orationes.

57 Debent in omnibus oſtendere ſtatum, quem profitentur.

58 DII *appellantur.*

59 In inceſſu debent oſtendere grauitatem.

60 Sacer ordo non liberat à patria poteſtate.

61 Negatur.

62 Comprobatur.

63 Patritiatus dignitas liberat à patria poteſtate.

Patritij qui, & eorum ordines.

64 Validum eſt argumentum à minori ad maius.

65 Epiſcopi, & presbyteri eumdem gradum, quatenus Sacramentum eſt, conſtituunt.

66 Presbyteri in nouo Teſtamẽto ferè ſemper Sacerdotes ſignificant, vel ſimpliciter, vel etiam Epiſcopos.

Epiſcopus liberatur à patria poteſtate.

67 Filius coniugatus exit à patria poteſtate.

68 Apud ipſos quoque Romanos.

69 Argumentum de matrimonio carnali ad ſpirituale validum eſt.

70 Sacer ordo liberat à dominica poteſtate.

71 Reſpondetur contrarijs, & 72.73.

74 Sacramentum Ordinis eſt Sacramentũ voluntatis.

75 Ordinatus per vim non recipit ordinem.

76 Dummodò ſit abſoluta, ut aliqui volunt, & 77.78.79.

80 Ei nõ adſentitur Author, & comprobat, uſque 94.

95 Metus excommunicationis eſt iuſtus, & 96.

97 In caſu neceſſitatis poſſũt compelli laici, ut ordinentur.

98 Ordinatus per vim continentiæ voto tenetur.

99 Negatur, & 100.

101 Reſpondetur legi Partitæ, uſque 110.

Coactè ordinatus poteſt matrimonium contrahere, etiam ſi credens ordinem eſſe validum, per nouẽ annos illum exercueret.

CAPVT XVI.

De Sacris Ordinibus.

1 OMNES Ordines CHRISTVS inſtituit, ut optimè probat *Henriq. lib. 10. de ord. cap. 3. à princ. Trident. ſeſſ. 23. cap. 2. Ægid. diſput. 20 de Sacram. Ord. dub. 5. & 6.* quod confir-

firmat authoritate Patrũ, *Auguſt. Chryſoſt. Ambroſij, Anaſtaſij, Dionyſij*; idem eleganter confirmant *Vazquez in 3. par. diſput. 236. per totam, Reginald. lib. 30 tract. 1. cap. 1. Petr. Caniſ. de Sacram. ord. in principio, Acuña in principio diſtinct. 21.*
2 *num. 1.* Tranſlatum fuit Sacerdotium
in adventu DOMINI NOSTRI IESV
CHRISTI, *cap. tranſlato, de conſtit. cap. in*
novo 21. diſtin. qui fuit verus Sacer-
dos ſe ipſum pro nobis Hoſtiam offe-
rens DEO PATRI; *ad Hebr. 2. & 3.* Ele-
cti ab illo Apoſtoli *Matth. 10. ad Epheſ.*
4. Dehinc ſeptuaginta duo Diſcipuli:
Apoſtolis ſucceſſerũt Epiſcopi, & Dia-
coni, *cap. ult. 68. diſt. cap. in novo, cap. vi-*
dentes 12. quæſt. 1. cap. Dominus 93. diſt.
cap. Diaconus, cap. Diaconi ſeptem, & cap.
3 *Diaconi qui, ead. diſt.* Fuerunt & Sacer-
dotes, & Presbyteri, & creſcẽte Chri-
ſtianorum numero clericorum ordines
diſpoſiti, *cap. cleros diſt. 21.* doctè *Petr.*
Gregor. lib. 16. ſyntagm. cap. 8. num. 28.
Acuña in dict. cap. in novo, num. 9. dict.
diſt. 21.

4 Inſtitutio verò ſacri Ordinis non tãtùm à recentioribus, ſed etiam ab Antiquioribus Sacramentum eſt adpellatum, ut tradit *Tertullian. de præſcript. adverſus Hæreticos, cap. 40.* ubi multa cõgerit *Pamelius*; idem docet *Cyprianus de ablutione pedum, tom. 3. pag. 473. Acuña in cap. cleros, num. 3. diſt. 21.* quæ cum viſibili unctione cœpit ab AARON, *Henric. lib. 10. de ord. cap. 11. num. 2. Bellarm. lib. 1. de ſac. ord. cap. 12. Euſeb. lib. 10. cap. 4. Gregor. lib. 4. in lib. Reg. cap. 5. Acuña in c. præterea 12. n. 3. diſt. 23.*

5 Hinc qui hoc Sacramentum conficiunt Sacerdotes, & Presbyteri nuncupantur, quorum Etymon propalare neceſſum eſt: dicti ſunt, & componuntur ex nomine Græco, & Latino, & adpellantur quaſi ſacra dantes, *D. Thom. 3. part. quæſt. 22. Trident. ſeſſ. 22. num. 1. Cerd. de Sacerdot. Chriſti, lib. 1. cap. 1. §. 1. fol. 5.* In pleriſque etiam locis Sacer-
6 dotes adpellabantur Capellani. Nam
antiquitùs Reges Francici ad bella
procedentes capam Beati Martini ſe-
cum portabant, quæ ſub quodam tento-
rio ſervabatur, quòd ab ipſa capa dictũ
eſt Capella, & Sacerdotes, in quorum
7 cuſtodia ipſa capella erat, inde Capel-
lani dicebantur, & conſequenter ab il-
lis ad cunctos Sacerdotes nomen illud
in quibuſdam Regionibus transfuſum
eſt, tradunt *Trocius de vero clerico, lib. 1.*
cap. 12. Zamora in concione B. Martini
Epiſcopi Turonenſis, Ioan. Ludov. de la
Cerda adverſ. ſac. cap. 85. num. 19. Presby-
teri autem nomen eſt dignitatis, *Tro-*
cius de vero clerico, lib. 1. cap. 11.

8 Cùm enim nongentis & eo amplius annis ab Adam uſque ad Abraham vixiſſe homines legamus, nullus tamen primus adpellatus eſt presbyter; ideſt ſenior, niſi Abraham, qui multò paucioribus annis vixiſſe convincitur, *Geneſ. 18. ℣. 11. & 24. ℣. 1. Philo lib. de reſipiſcentia Noë, & lib. de Abraham, Origenes Homil. 4. in Geneſ. Hieronym. in Pſalm. 91. num. 11. & in cap. 3. Iſaiæ, num. 2. Ambroſ. ſerm. 2. in Pſalm. 118. Bened. Fernand. in dict. cap. 18. Gen.* ubi *Pereira num. 18.* non ergo propter decre-
pitam ætatem, ſed propter ſapientiam
9 Presbyteri nominantur. Seniores enim
adpellantur ſapientes, ut habetur *Pro-*
verb. 1. & ibi *Ferdinand. Salaç. num. 98.*
Deinde *in cap. porro,* & ibi *gloſ. diſt. 84.*

10 Præcipuum munus Presbyteri, & or-
dinationis eius ſtatuitur conficere Do-
MINI Sacramenta, ut teſtatur *Epiphan.*
inter Epiſt. divi Hieron. tom. 2. oper. & in
cap. ecce ego, diſt. 95. quod & iura Pontifi-
cia teſtantur, *cap. perlectis, diſt. 25. cap.*
dictum eſt 1. quæſt. 1. c. Sacerdotes 6. q. 1.
11 *cap. quia Epiſcopus 5. quæſt. 3.* precari, &
benedicere dona Dei. Sic *ad Hebr. 5.*
Omnis Pontifex, qui ex hominibus adſu-
mitur, pro hominibus conſtituitur in his,
quæ apud DEVM *aguntur, ut offerat dona-*
ria, & victimas pro peccatis. In Hebrai-
ca veritate, non *omnis Pontifex*, ſed *om-*
nis Sacerdos, quæ probabilior verſio eſt.
Et ità etiam de omnibus Sacerdotibus
intelligenda eſſe tradita à *D. Paulo* do-
ce-

cemur, *cap. ipſi Sacerdotes 1. q. 1.* quorum
11 miniſterio peccata delētur à Deo, *cap.*
1. de pœnit. diſt. 1.

12 Pro hominibus autem Sacerdores
offerunt ſacrificiá, quia publicæ perſo-
næ ſunt, *l. 1. §. huius ſtudij, D. de iuſt. &*
iur. & privati ſacra hæc tractare non
poſſunt, aut non initiati, vel promoti
13 ad hanc dignitatem, *Levit. cap. 17.* Va-
ria autém Deorum ſacrificia conſtituit
Antiquitas, ut latè agunt *Roſin. lib. 3.*
Antiq. Roman. cap. 33. ubi *Dempſter. in*
Paralip. Alex. ab Alex. lib. 3. Dier. Genial.
cap. 12. Quæ quidem Summo Pontifici
fiebant, ut ex *Prudentio* obſervat *Bulen-*
ger. lib. 1. de Imper. Roman. cap. 13. lit. E.
& adventantibus Imperatoribus, *ex*
Plinio, Philoſtrato, adnotat ipſe *Bulen-*
14 *ger. lib. 3. cap. 8. lit. B.* & ſacrificia an-
te omnia in nuptijs uſurpata ſunt, *Serv.*
ad lib. 3. Æn. Buleng. dict. lib. 3. cap. 17.
lit. E.

15 Sacrificare nihil aliud eſt, ut ait *So-*
crates, teſte *Platone in Eutryphone*,
quàm munera Deo offerre, aut pe-
tere ab eo breviter officium, quod rei
divinæ faciendę causâ impendebatur.
16 Porrò publica & privata ſacrificia fue-
17 runt, *Sextus Pompeius* notavit. Publica,
quæ pro populo univerſo publicè fie-
bant, indeque Publica. Privata Genti-
litia, & familiarum, quæ pro ſingulis
familijs, & perſonis agebantur, omnia
propria, vel peregrina, quæ aliunde trāſ-
18 ferebantur. Rurſum diurna, nocturna,
vel ſolennia ſtrata, anniverſaria, Ka-
lendaria & ſimilia, in lucis, nemoribus,
montibus, templis exhibita. Quamob-
rem ſimul divinis rebus ità authoratis,
operæpretium fuit, ut eſſent, qui eas cu-
19 rarent, templa reficerent, eaq; ſartate-
cta cuſtodirent, & ſacrificia ex re-
gula facerent; dictat *Ariſtot. 6. polit. cap.*
fin. & 3. cap. 10.

20 Fueruntque ſacrificia, quę Sacerdo-
tem neceſſariò exigerent, ſecundùm
Platonem 6. de legib. potiſſimùm in vero
Dei cultu, in quo maximè cavendum,
ne eo abutamur nimiâ religione, ſeu ſu-
perſtitione, vel contemptu: Vtrumque
enim periculoſum. Et ideò ratione prio-
ri: *Cave* (inquit Dominus *Deuter. 12.*)
ne offeras holocauſta tua in omni loco, quem
videris: ſed in eo, quem elegerit Domi-
21 *nus.* Propter autem negligentiam in
ſacrificijs admiſſam vindictam Dei
proximam eſſe exempla Nadabi, & A-
biu, *Levit. cap. 10.* & Heli fidem faciunt
cum alijs, *1. Reg. 2. 3. & 4.*

22 Reverà *Herodot. lib. 2.* adfirmat pia-
culum fuiſſe apud Ægyptios immolaſ-
ſe hoſtiam non notatam à Sacerdote,
qui priuſquàm immolaret, explorabat
diligentiſſimè, an munda eſſet, deinde
adligato canabo cornibus, adplicitaq;
terrâ ſigillari annulo impreſſâ mundā
eſſe notabat. Cui tamē videtur adver-
ſari *Macrobius lib. 1. Saturn. cap. 5.* dum
adſerit, nūquam fuiſſe licitum Ægyp-
tijs pecudibus, aut ſanguine, ſed ſolis
precibus, & thure Deum placare.

23 Erant inter cætera apud Ægyptios
iudices Sacerdotes, authore *Ælian. lib.*
14. de var. Hiſt. cap. 26. Ioſeph. de Antiq.
lib. 14. cap. 26. Petr. Bollo. in œconomia ſa-
cra, 1. claſſ. cap. 1. §. 1. latiſsimè & comp-
tiſſimè multa cumulant ſcitiſſima, &
melius omnibus *Fr. Eman. de la Cerd.*
in eleg. tract. de Sacerd. lib. 1. cap. 4. & to-
to: & ſic Sacerdotium ſumma eſt om-
nium honorum, qui in hominibus con-
ſiſtunt, *D. Ignat. epiſt. 10. ad Smyrnenſes.*
Ergo ordo Sacerdotalis dignitas eſt, &
honor; imò talis dignitas, quæ maior
exiſtit omni alio honore ſeculari. Vndè
non eſt clericus inter plebeios numerā-
dus, ut probat *textus in l. 2. C. ut nemo*
privat. multa congerit *Tiraq. de nobilit.*
24 *cap. 9. num. 4.* Vt verò altiùs hanc Sa-
cerdotalem dignitatem demireris, ad-
ponam bina teſtimonia ab ipſis Eth-
nicorum fontibus deducta, apud quos
tantus honos, ac reverentia Sacerdoti-
bus exhibebatur, ut ingens eſſet pia-
culum, ſi quis Sacerdotis dignitatem
25 minueret, aut labefactaret. Vnde *Plaut.*
in Rudent. Quis eſt homo tantis confiden-
tia, qui Sacerdotem violare audeat? &

Ovid.

Ovid.1. de Pont. Tantam in DEORVM
etiam Sacerdotibus dignitatẽ agnoſcit,
ut illos quaſi DEOS vocet.

Vaticinor, voveoque, locum date ſacra ferenti.
Non mihi, ſed magno poſcitur ille Deo.

26 Albanis cæremoniarum Antiſtes eâ
fulgebat dignitate, ut poſt Regem ha-
beretur ſecundus, *Strabo lib.11.*
27 In Aritia Artemiſiæ Dianæ Sacerdos
Rex vocatur, *Ovid.lib.3.Faſtor.*

Nimpha mone nemori, ſtagnoque operata Dianæ.

Et paulò pòſt:

Regna tenent fortes manibus, pedibuſq; fugaces,
Et perit exemplo pòſt modo quiſque ſuo.

Lucan. lib.3.

Qua ſublime nemus Scythicæ, qua Regna Dianæ.

Valer.Flacc.lib.2.Argonaut.

—— Et ſoli non mittis Aritia Regi.

Mart.lib.9.epig.64.

Qua Triviæ nemoroſa petit dum Regna viator,
Octavum Domina marmor ab Vrbe legit.

28 In Comanis Ponticis tantæ digni ta-
tis erat, ut annis ſingulis bis diadema
29 geſtaret, *Strab. lib.12.* In Cela quoque
tanti imperij fuit, ut ſupremâ fulgeret
dignitate, traditumque eſt in Meroë
IOVIS Sacerdotes adeò ſuperſtitione
implêſſe animos, ut nonnunquam miſ-
ſo nuntio necem Regi Æthiopiæ de-
mandarent nullo detrectante, aut man-
datum, iuſſionemve abnegante: donec
ad Ergamenem Regem perventum eſt,
qui omnes occidit, & Sacerdotium ſu-
30 ſtulit. Apud Germanos nulli verberare,
aut vincire, vel animadvertere, niſi Sa-
cerdoti permiſſum, *Cornel.Tacit.lib. de*
31 *morib. German.* Narvalis iuxta Suevos
præſidet Pontifex, qui muliebri ornatu
32 ingreditur ſemper. Trallibus Regiam
Regibus deſtinatam, illi quoque, qui
ſummum gerebat Sacerdotium, privi-
legio honoris dari, ex *Vitruvio lib. 2. c.*
33 *8.* Sicut in Tyro Herculis Sacerdos,
qui cum infula, & purpura incedit, poſt
Regem proximâ dignitate fungitur,
Pauſan.lib.9.Diodor.Siculus lib.17.c.4.
34 *Oroſius lib.4. cap. 6.* Apud Ægyptios,
qui ſacra miniſtrant, Sacerdotes capite
raſſi ſunt, cùm apud alios comati ince-
dant, à quibus eſt uſurpatum ex Philo-
ſophis Sacerdotes, & ex Sacerdotibus
probatiſſimum in Regem eligere, *Se-*
35 *ner. apud Stob.ſerm.41.* Vnde Mercurius
Triſmegiſtus, ideſt Ter maximus, no-
men tulit, quòd Philoſophus maximus
Sacerdos, & Rex maximus eſſet, *La-*
36 *ctant.lib.1.inſtit.cap.5.* Apud Phœnices
Solis Sacerdos veſte auro, & purpurâ
variâ manuleatâ ad imos pedes fluxâ
incedebat, & tamquam ſplendoris ſig-
num, & ampliſſimi honoris prærogati-
vam, coronam ex auro, gemmiſque fe-
rebat, *Alex. ab Alex. lib.2. Dier. Gen.*
c.8.fol.117.
37 Hinc ſervatum hoc priſcis Genti-
bus, ut earum Reges Sacerdotes quo-
que eſſent, *Geneſ.14.ad Hebr.7.* unde di-
xit *D.Thom.* Sacerdotium & Regnum
ſimul uniri, *Plato lib.16.de Regn.pag.8.*
col.2.in fin.Roſin.lib.3.Antiq.cap.5.D.
Ambroſ.ſerm.180.in Pſalm.118. Saravia
de iuriſd. adiunct. q.30. num. 28. Renat.
Choppin.de ſac.polit. lib.2. tit.6. num.16.
quod de Rege ROMVLO ſcribit *Cicer.*
lib.2.de divinat. *Huius Vrbis Parens* RO-
MVLVS *non ſolùm auſpicato Vrbem condi-*
diſſe, ſed ipſe etiam optimus augur eſſe tra-
ditur, ubi latè probat, Reges olim om-
nes, ac Principes claruiſſe dignitate au-
guratus, quæ res ſemper ad Sacerdotes
pertinuit, *Dionyſ.* etiam *lib.2.* ubi deſcri-
bit cõſtitutionem Regni factam à RO-
MVLO, ità ait: *Ac regis quidem hæc munia*
eximia eſſe iuſſit, primum & ſacrorum, &
ſacrificiorum principatum haberet, & om-
nes res divinæ, ac piæ per eum gererentur.
Deinde latè proſequitur, quæ pertinet
ad civilem adminiſtrationem, *Virg.3.*
Æneid.

Rex idem hominum, Phœbiq; Sacerdos.

Qui

38 Qui ad rem ſacram faciendam vit-
tis, & coronis ornabantur, Tac.4.Ann.
Spatiũ omne, quod templo dicabatur, evin-
ctum vittis, coroniſque, Luc.lib.1.
----Vittata Sacerdos.
Tertul.de coron.Milit. Ipſæ fores, ipſæ bo-
ſtiæ, & aræ, ipſi Miniſtri, & Sacerdotes
idolorum coronabantur: Virgil.3.Æneid.
de Annio loquens:
Vittis & ſacra redimitus tempora lauro.
39 Et non ſolùm corona Sacerdotibus cõ-
cedebatur, ſed etiam heredibus Regũ;
ex quo more Romuli mater Silvia di-
cta eſt à Poëta, lib.1.Æneid.
---- Regina Sacerdos.
Cùm nullum adhuc regnũ tenèret, ubi
ad ius tantùm reſpectum eſt. Et nupturæ
40 fœminæ coronabantur. Clarè Cicer.ex
vetere Poëta lib.3.de Orat.
---- Coronam ob collocandas nuptias
Tibi ferebat.
De Proſerpina Claudian.lib.2.
Nunc ſociat flores, ſeſeque ignara co-
ronat;
Augurium fatale thori.
De eâdem ibidem:
----Libertatemque comarum
Intecta voluit tandem frænare corona.
Baſil.Seleuc.in vita Teclæ: Imponam ti-
bi, imponam, & ſponſo tuo optandam pluri-
mùm coronam. Et obiter notabis, non ſo-
lùm novas nuptas, ſed thalamos quoque
41 coronari ſolitos, Cyril. Alex. ità ſcribit
in Ioëlem. Sponſæ, & novæ nuptæ è thala-
mis nuper coronatis excurrẽtes, & lectulũ
genialem deſerẽtes, Ioan.Ludov.de la Cer-
da in comm.ad Virgil.in 7.Æneid.fol.17.
n.16.Iul.Cæſ.Buleng.lib.3.de Imp.Rom.
c.17.lit.C.
42 Quare exiſtimo ab hoc more Sacer-
dotibus coronam in capite impertiri in
ſignũ Regni, quod occupant, & tenent,
c.duo ſunt 12.q.1.ibi: Hi namque ſunt Re-
ges, ideſt, ſe & alios in virtutibus regen-
tes, & ità in DEO regnum habent, & hoc
deſignat corona in capite. Hanc coronam
habent ab inſtitutione Romanæ Eccle-
ſiæ in ſignum Regni, quod in CHRISTO
43 exſpectatur. Et ſic Clericus ſuper caput
in modum ſphæræ radere debet, cap.
prohibete 21.diſtinct.Paul.Fuſc. de viſit.
lib.1.cap.20.num.13.in fin. Menoch. de
arbit.caſ.392.num.26.& ſeqq. quod etiã
ex Cælio Rhodig.lib.18.lect.antiq.cap.38.
deprehendes, ibi: Capitis corona ex Ro-
manæ Eccleſiæ inſtitutione Regnum præ-
fert, quod in CHRISTO expectatur: capil-
lorum verò decuſsio temporalium indicat
44 bonorum depoſitionem. Et quemadmodũ
olim ſponſi ad nuptias coronati duce-
bantur in coniugalis caſtitatis argumẽ-
tum, ità Sacerdotes novæ Eccleſiæ
ſponſi coronantur, ut ipſi Eccleſiæ da-
tam caſtitatis fidem obſervẽt, D.Chry-
ſoſtom. homil.9.in 1.Timot.3. Idcircò co-
ronæ imponuntur capiti, ut victoriæ ſint
ſigna, quòd libidini ſint impenetrabiles.
45 De quo victoriæ ſigno in coronis ex-
preſſo, doctè Ioan.de Carthagena lib.10.
hom.14. D.Iſidor.lib.2.de offic.Eccl.cap.
4. Beda lib.5.de geſt. Angl.cap.22. Ideò
ſummoperè caſti eſſe tenentur, & caſti-
tate decorari: (de qua latè D. Thom.
2.2. quæſt.151. articul.1. & ſequentib.
Leſſ. lib.4. cap.2.dub.3. Ambroſ. lib. de
Virginib. Hieron. epiſt.24. ad Furiam,
Bernard.epiſt.ad Senon. Auguſt. contra
Fauſtum, Cyprian.de bono pudicitiæ, Chry-
ſolog.ſerm.143.) comptè Tibullus lib.2.
eleg.1.
Caſta placent ſuperis, pura cum veſte
venite,
Et manibus puris ſumite fontis a-
quam.
46 Quod & apud Ethnicos obſervatum
invenimus, Alex. ab Alex. lib.4. Dier.
Gen.cap.17.ubi Tiraquel. & debent evi-
47 tare conſortia mulierum, cap. Hoſpitio-
lum, diſt.32.Paul.Fuſc.de viſit.lib.2.cap.
15.num.88.Campan.in diverſ.Iur.Canon.
rub.4.num.45. Creſpet. in ſumm. Cathol.
Fid. verbo Clericus, §. clericis mulierum
contubernium: & verbo Mulier, in prin-
cipio, Capell.Tholoſ.deciſ.488. Azeved.
in l.2.tit.2.n.33.lib.8.nov. Recop. Ioan.
Henten. OEcumenij Interpres in 1.ad Ti-
moth. cap.6. Chryſoſt.ſuper Matth. In-
noc. Pap. lib.2. de contempt. Sæc. cap.23.
Se-

Senec. in Hippolyt. fœminam omnium
malorum vocat fontem, & originem:
Eſt dux malorum fœmina, & ſeclerum
artifex:
Scylla & Charybdis, Sicula contorquēs
freta,
Minus eſt timenda, nulla non melior
fera eſt.
48 Et comam non nutrire, quod Anacle-
tus Papa ſub anathematis vinculo iuſ-
ſit, referunt Illeſeas in Pontific. par. 1. lib.
1. cap. 7. & 14. Auguſt. Barboſ. de offic. &
poteſt. Epiſcop. p. 2. alleg. 9. num. 10. Bellet.
diſquiſit. cleric. part. 1. titul. de diſcip. cle-
ric. §. 17. num. 11. cum ſeqq. Acuñ. in cap.
prohibete, num. 2. diſt. 23. concinit D.
Hieron. tom. 5. in Ezechiel cap. 44. ibi:
Nec rurſus comam demittere, quod pro-
prium luxurioſorum eſt. Seque tempera-
49 re. Temperantia enim (de qua D. Thom.
2. 2. quæſt. 141.) inſinuat quamdā mo-
derationem, quam ratio actionibus, &
adfectibus humanis imponit: verſatur
primariò in voluptatibus guſtus, & ta-
ctus moderandis, latè Leſſ. de iuſt. lib. 4.
50 cap. 1. num. 1. & ſeqq. latiſsimè Bernard.
Roſign. de diſciplin. Chriſt. perfect. lib. 5. c.
53. Ioan. Suarez in Matth. cap. 14. tract. 2.
Didac. Stell. enarrat. in cap. 6. Luc. Gu-
lielm. Alott. in ſuo theſaur. verb. Tempe-
rantia, Ioan. Gagneus in epiſtol. ad Galat.
c. 5. & ad Roman. cap. 13. Tandem Ioan.
Raulin. ſerm. 2. Domin. 15. poſt Trinit.
51 eleganti ſimilitudine dixit Temperan-
tiam eſſe veram Geometriam: Si enim
Geometria docet menſuras terrarum, Tem-
perantia docet menſurā corporis noſtri co-
52 tra gulā. De tēperantia à clericis ſervā-
da plura ſcripſit Gisbert. Sebevic. de Ec-
cleſ. vit. morib. & offic. lib. 3. c. 35. cū ſeqq.
Aug. Barboſ. in c. parſimoniam, n. 1. diſt. 41.
53 Debent pariter clerici honeſtis veſti-
bus uti, & non fulgidis, pretioſis, ac pō-
poſis, quia ut inquit S. Baſil. hom. 24. (quæ
eſt de legendis libris Gentilium) Comarum
aut veſtium extra neceſſitatem curam ge-
rere, vel infelicium eſt, ut ait Diogenes, vel
iniuſtorū: & S. Hieron. epiſt. 2. ad Nepot.
c. 11. Veſtes pullas æquè devita, ac cādidas,
ornatus, ut ſordes pari modo fugiendæ
ſunt, quia alterum delicias, alterum gloriā
redolet, Iacob de Greff in aur. decis. part. 2.
lib. 3. cap. 1. num. 6. in fin. Acuña in prin-
cip. diſt. 41. à num. 3. Auguſt. Barboſ. de of-
fic. & pot. Epiſcop. part. 2. alleg. 9. num. 2.
54 ubi num. ſeqq. nec eſſe luſores, cap. pe-
nult. de vit. & honeſt. cleric. ubi Auguſt.
Barboſa multos cumulavit: ſimiliter A-
cuña in cap. 1. num. 1. diſt. 35. Pet. Pantoj.
de Aial. in l. fin. C. de Aleat. fol. 172. num.
55 10. nec arma portare, cap. 1. 23. q. 8. Abb.
in cap. clerici, num. 1. de vit. & honeſt. cle-
ricor. Marta de iuriſd. 4. p. caſ. 7. num. 1.
Decian. tract. crim. lib. 8. cap. 3. num. 23.
56 Arma enim clericorum ſunt lacrymæ,
& orationes, c. 1. de vita & honeſt. ibiq;
cum infinitis Auguſt. Barboſ. in collect.
57 Acuña in c. clericos, num. 2. diſt. 41. In om-
nibus tenentur oſtendere ſtatum, quem
profitentur, cap. clericos, ibi: Profeſſionem
ſuam, dict. diſt. 41. videas Bern. ſup. Cant.
ſerm. 33. exclamantem contra clericos,
qui obligationi ſui ſtatus non ſatisfa-
ciunt, ubi hæc verba profert: Miniſtri
CHRISTI ſunt, & ſerviunt Anti-Chriſto,
honorati incedunt de verbis DOMINI, qui
honorem DOMINO non deferunt; inde is,
quem quotidie vides meretricius nitor, hi-
ſtrionicus habitus, regius adparatus, inde
aurum in frænis, in ſellis, in calcaribus, plùs
calcaria, quàm altaria fulgent: inde menſæ
ſplendidæ in ſcyphis, & cibis, inde comeſſa-
tiones, & ebrietates, &c. & lib. 3. conſider.
ad Eugen. D. Hieron. ſup. epiſt. ad Timot.
58 quod ſummâ curâ efficere debent, cùm
Dij adpellētur; ità deducitur ex Pſalm.
81. ibi: Ego dixi Dÿ eſtis, & filÿ Excelſi
omnes. & Pſalm. 104. Nolite tangere Chri-
ſtos meos: cap. Sacerdotib. 11. q. 1. c. cùm ex
59 iniuncto, circa medium, de hæretic. Et tales
debent oſtendere gravitatem, & maie-
ſtatem in inceſſu; inceſſus namque eas
explicat, Cerd. in comm. ad Virg. 1. Æn.
fol. 12. n. 18. & 97. n. 7. Geor. Fabric. ibi-
dem, fol. 475. ubi inquit: Spiritus nam-
que adparent, incedunt, non ambulant, in-
cedere enim Deorum eſt.
60 Sed nunc in diſpunctionem venit, an
ſa-

ſacet ordo liberat à patria poteſtate? Et negativè reſolvunt *Ferdin. Paez de excuſ. parentlb. ob num. liber. num. 72. Gutierr. in §. ſui, num. 8. Inſtit. de hered. qual. & differ. Cald. Pereir, in l. ſi curatorem, verb. Læſis, num. 130. C. de in integ. reſtit. Perez in l. 1. gloſſ. 1. pag. 65. col. 2. ad fin. tit. 3. lib. 1. Ordin. Azeved. in l. 8. n. 12. tit. 1. lib. 5. nov. Recop. Valaſc. conſ. 108. num. 6. cum ſeqq. Molin. de iuſt. tract. 2. diſp. 229. verſ. Sextus, in med. Rebell. de obligat. iuſt. par. 2. lib. 1. quæſt. 8. num. 60. verſ. Sed quid, Ioan. Aloiſ. Ricc. deciſ. 186. num. 4. par. 1. Auguſt. Barboſ. in cap. indecorum, n. 3. de ætat. & qualit. Ant. Piebar. in §. fin. n. 6. Inſtit. quib. mod. ius pat. pot. ſolv. Valenç. conſ. 5. num. 14.*

61 Contrariam ſententiam tenuerunt *Mier. de maiorat. 4. p. q. 1. limit. 1. num. 5. Spin. in ſpecul. teſtam. gloſſ. 4. Rubr. n. 21. Marta de iuriſd. 4 par. cent. 1. caſ. 27. n. 5. Bart. in l. patre furioſo, de his qui ſunt ſui, Linglois deciſ. 16. q. 2. num. 15.* quam corroboro ex ſequentib.

62 Primò, ex eo, quòd dignitas Sacerdotalis ſumma eſt, & excellentior, ut teſtatur *Gregor. Nazianz. in Apolog. Sacerdot.* ibi: *Sacerdotes cum Angelis ſtare, cum Archangelis glorificare, ad ſuperum altare ſacrificia tranſmittere, & cum* Christo *Sacerdotio fungi.* Multa de eorum dignitate, & præeminentiâ tùm ex Patribus, tùm ex Conciliorum decretis adducit *Duran. de ritib. Eccleſ. lib. 2. cap. 5. num. 2. & ſeqq. & cap. 10. n. 11. & 12. Zech. de Rep. Eccleſ. Rubr. de cleric. num. 1. & 2.* Ergo dubitari nequibit à paternis nexibus liberare.

63 Cui adſtipulatur ingentē Patriciatus dignitatē validam eſſe, ut filiū à patria poteſtate eximat, ut voluit *Iuſtin. in §. filiusfam. §. ſed & conſtitutione, Inſt. quib. mod. ius pat. pot. ſol. Boer. ad Dyn. in cap. decet 1. add. de reg. iur. in 6. Aurel. Caſſiod. var. lib. 6. cap. 2. Ant. Fab. in ſuo Cod. lib. 8. tit. 32. definit. 3. n. 2. & 3. Camill. Borr. tom. 3. ſumm. Deciſ. tit. 20. num. 20.* Sed nemo inficias ibit, dignitatē Sacerdotalem eam anteire & ſuperare, cùm circa divina verſetur: ergo potens erit ad liberationē, cùm validum ſit argumentū à minori ad maius, *Auth. multo magis, C. de ſacroſ. Eccl. Surd. conſ. 453. Velaſc. in Axiomat. iur. litt. A. num. 470.* cum alijs.

Vt tamen huius argumenti vis pateat de Patriciorum ſerie agenda ſunt non pauca.

Romulus Romanorum Monarcha tali curâ, & inſtructione Rempublicam conſtituit, quòd ſeparavit Inluſtres & Divites ab humilibus, & egenis; quos plebeios nūcupavit, & alios Patres vocitavit, aut ob antiquitatē, & ſenectutem, aut ob prolis ſuſceptionem, aut ob nobilitatē nativā, aut ob omnia. *Dion. Halicarn. lib. 2. Tiraq. de nobil. cap. 20. n. 4. Bobad. lib. 1. Polit. cap. 9. n. 17. Pet. Gregor. lib. 47. ſyntagm. cap. 16. à num. 2. Ioan. Ludov. de la Cerd. in comm. ad Virgil. 6. Æn. ℣. 760. n. 4.* Quâ de causâ ij ultimi Patricij nominati fuère. Quamvis poſt Constantini tempora illorum ordines varij adparuerunt.

Primi eorum, qui originem ſuam ab Patricijs maiorum, & minorum Gentium trahunt.

Secundi illorū, quos generaliter Patres adpellavit Constantinvs.

Tertij eorum, qui Patriciorum nomine res bellicas adminiſtrarunt.

Primi Patricij fuère collocati per *Il. Caſſiam & Seniā*, aut per primos Imperatores in originē, aut numerū antiquorum, *Tacit. lib. 2. Ann. Dio lib. 52.*

Veteres Patricij ius nobilitatis retinuerunt, cui non derogavit Imp. Constantinvs; quamobrē cùm dixit *Zoſim. lib. 2.* quòd titulū honorificū Patricij invênit Constantinvs, & lege ſanxit, quòd primus obtinēs ſedêret, & præferret Præfectos ſummos, referri nō debet ad Antiquos Patricios, ſed ad novos; quibus impertivit recentes honores ab primis ſeparatos; quia Patricij Constantini in nomine generali, & cōmuni illius Patres fuerunt vocati, qui adſiſtebant in ſupremo Conſiſtorio ad ſecretiora Principis conſilia, & non

omnes hâc prærogativâ potiebantur, ſed iſtorum, qui illius lateri adſidebant, dicti ſunt Patricij præſentales, *Caſſiod. 8. var. 10.* & in actu & exercitio poſiti, *l. 64. C. de Decur.*

Ad quam dignitatem nullus aſcēdere quibat per ZENONIS conſtitutionem *in l. 2. C. de Conſulib.* quin priùs Conſul exiſteret, & præfecturis, & adminiſtrationibus publicis uſus eſſet, quamvis poſteà per *Iuſtin. Novell. 62.* contrariū permiſſum fuit.

Hinc ſi ad dignitatem Conſularem accedebat Patricia, erat perpetua, donec mors eam diſſolveret, *Caſſiod. 6. var. 2.*

Ex quibus evidenter percipitur, Patriciatum non ſolùm fuiſſe ſignū nobilitatis inter Romanos, ſed dignitatis & præfecturæ, adprobant *Anaſtaſ. in Hadrian. Adelmus in Annal. Franc.* qui adfirmant, Carolum M. creatū fuiſſe Imperatorem, poſtquàm eſſet Patricius.

Rurſus roboratur intentum ex *Vvalthram. in Apolog. Henrici IV.* dicente, quòd legitur Pontificem Stephanū acceſsiſſe ad Regem Pipinum, & ab eo imploraſſe auxiliare munimen adverſus Haſtaulphum Longobardorū Principem, & quòd in remunerationem auxilij præſtiti iuſsit deinceps quemlibet Francorum Regem exiſtere Romanorum Patricium, *Cerd. adverſ. ſacror. cap. 124. num. 25.*

Vnde præclarè dixit *Senec. lib. 2. cōtr. 9. Illa Patriciorum nobilitas ab fundamētis Vrbis uſque in hæc tempora conſtitit.*

Denominatio Patriciorum ea fuit, quia tanquam Principis Patres fuerunt; poſteà ad ſuperiorem gradum evectus fuit honor Patricij, aut Patriciæ, hoc nomine nuncupando Imperatoris Matrem, *Zonar. tom. 3. Buleng. lib. 3. de Imp. Roman. cap. 1. litt. D.*

Ideòque *Sozomen. lib. 8. cap. 7.* & *Novell. 81.* vocant Patriciatus *inſignia omnium hominum nobiliſſima*, & hoc non ob aliam cauſam, niſi quia erant Principes Patres, *Claud. in Eutrop. lib. 2.*

Diremptas quid plangis opes? quas natus habebit,

Nō aliter poteras Principis eſſe Pater; *Dempſter. ad Roſin. lib. 7. Antiq. Roman. cap. 5. litt. D. cum ſeq.* Tertij Patricij res bellicas tractabant, & iuriſdictionem habebant in milites taliter, ut eſſent Duces exercituum, eorumque regimini, & diſpoſitioni adtendebatur, & non erant illorum officia perpetua, ſed ad nutum Principis, quibus finitis, vocabantur Expatricij, *Guther. de offic. dom. Aug. lib. 2. cap. 19. à fol. 384.*

Patricij habuerunt Cancellarios, ut notarunt *Caſſiod. in divin. lection. Agath. lib. 1.* & ob hanc dignitatem non ſolùm liberabantur à populo, ſed etiam à patria poteſtate, *l. ult. C. de Decur. l. ultim. C. de Conſul. Caſſiod. lib. 3. epiſt. 15. Adam Contzen. lib. 7. Polit. cap. 11. §. 2. in fin. Oſuald. in Donell. lib. 3. comm. cap. 26. lit. K.*

Diſterminabantur Patricij ab Plebeis in eo, quòd Patricij curabant res ſacras, exercebant Magiſtratus, faciebant ius, & iuſtitiam, ſoli Rempublicā adminiſtrabant, & regimini, ſeu politię attenti. Plebei autem terras colebant, armenta paſcebant, & alias res viles, etſi neceſſarias, gerebant, ut tumultus, & ſeditiones ceſſarent, cùm per quorundam oppreſsionem, cùm ob æmulationē aliorum.

Ad vocandos Patricios erat neceſſarius præco, qui eos ſuis nominibus nūcupabat, ſed ad convocandos Plebeos buccinę ciebantur.

Similiter erat diſcrimen in connubijs; nā prohibebantur Patricij miſcêri cū plebeis per *l. 12. Tab.* aut per orationem Cai. Canulei, *Livius lib. 4. Roſin. lib. 5. Antiq. Rom. cap. 37. lit. C.* donec poſteà Plebei officia Patriciorum habuerunt, & cum illis ob cōnubia mixti fuerunt, ut patêret aditus ad petitionem Magiſtratuum, & gubernij, ut dictat *Adam Contz. lib. 8. Polit. cap. 24. §. 8.*

Ex quo fluit, Patricios fuiſſe Gentem Nobiliorem è Romanis, & maioris apicis, & dignitatis, cùm eſſent poſt

Prin-

Principem primi, & illius Patres, *Suet. in Tito, cap. 6.* & Patriæ, *Symmach. lib. 2. epiſ. 35.* & Tutores Imperij, *Iuven. ſat. 10. Amai. lib. 2. obſer. cap. 5. à num. 22.*

Iam præluceo ex nuperis *ad Plin. lib. 3. cap. 1.* qui loquens de Corduba dixit: *Corduba Colonia Patricia*; quod explicans *Iuſt. Lipſ. in vita Senec. cap. 1.* ſic explicat in hæc verba, ibi: *Cui titulo cauſam dediſſe arbitror, quòd ſplendida, & dives Patres, ac Senatores etiam rei Romanæ daret.*

De vicis Patricijs meminit *Martl. lib. 6. epig. 72. & lib. 10. epig. 68.*

65 Secundò, Epiſcopi & Presbyteri eũdem gradum, quatenus ſacramentũ eſt,
conſtituunt, & uti tales unum, eundemque recipiunt charactèrem, etſi in alijs
differẽtia ſit, ut agnovit ex *D. Thom.* & alijs congeſtis *Roder. Acuñ. in cap. legi-*
66 *mus, num. 6. diſt. 24.* Et presbyteri in novo Teſtamento ferè ſemper ſacerdotes
ſignificant, vel ſimplices, vel etiã Epiſcopos, tradit copiosè *Vazq. de Ordin. ſacram. diſp. 236. cap. 9. n. 96. & ſeqq. Greg. lib. 16. ſyntagm. cap. 8. par. 2.* Ergo ſicut Epiſcopus liberatur à patria poteſtate, *cap. per venerabilem, qui filij ſint legit. cap. ſi ſervus ſciente 20.* ubi *Acuña num. 9. diſt. 54. Aug. Barb. in cap. indecorum, n. 3. de ætat. & qualit.* ſimiliter ſacerdos eximetur.

67 Tertiò, filius coniugatus exit de patria poteſtate, *ex leg. 47. & 48. Taur. l. 8. & 9. tit. 1. lib. 5. Recop. & l. 8. tit. 11. lib. 1. & l. 7. tit. 4. lib. 3. For.* & utrobique per Noſtrates, *Gutier. lib. 2. pract. cap. 9. Ant. Pich. in §. fin. n. 7. quib. mod. ius pat. pot. ſolvit. Camill. Bor. tom. 3. ſumm. Dec. tit. 4. à n. 198.* & in Luſitania ſervari teſtatur *Pet. Barboſ. in l. 2. §. quòd ſi in patris, ante num. 1. D. ſolut. matrim.*

68 Quinimò & apud ipſos quoque Romanos (quod pauci advertunt) ſi matrimonium per coëmptionem contractũ eſſet, nõ ſolùm uxor in mariti poteſtatẽ trãſibat, verùm ei ſuus heres fiebat, uti *ex Vlp.* & alijs explicuit *Othoman. in princip. de S. C. Tertull. Tiraq. in l. 4. conn. ex n. 5. Guev. ad Topic. Cic. §. 8. ex n. 3. Dion. Halic. lib. 2.* ibi: *Si pater filio conceſſerit uxorem ducere futuram ſacrorum, ac bonorum iuxta leges participẽ; patri poſthac nullum eius vendendi filium ius eſto, Petr. Gregor. lib. 9. ſyntagm. cap. 13. num. 19. Oſſuald. in Donell. lib. 13. cap. 18. litt.*
69 *K.* Verùm non eſt dubium, quin teneat argumentum de matrim. carnali ad ſpirituale, *Auth. niſi rogati, C. ad S. C. Tert. cap. penult. & ultim. de transl. Prælat. Auguſt. Barb. in locis arg. loc. 70. Velaſc. in Axiom. litt. A. num. 478.* Igitur.

70 Quartò, ſacer ordo liberat à dominica poteſtate, *cap. ex Antiquis, cap. frequens, diſt. 54.* quæ maior eſt, igitur à fortiori eximet à patria: ità argumentatur *gloſſ. verb. Se ipſos, in cap. indecorum, de ætate, & qualit.* quæ noſtram ornat, & tenet ſententiam, credens veriorem & certiorem eſſe, nec fallitur, cùm pateat manifeſtè.

71 Nec pro contraria obſtat *text. in Authent. presbyteros, C. de Epiſc. & Cler.* qui pro hac opinione non valet allegari, tãquam à non habente iuriſdictionem in clericos factus; cui ſic ſatisfacit, & reſpõdet *Mart. d. caſ. 27. n. 11. verſ. Sed certè.*

72 Tandem nec ſententia diſtinguens eſt admittẽda; nempe, quòd negativa procedat in tẽporalibus; & adfirmativa in ſpiritualibus, ut adfirmarunt *Ioan. Gratian. reg. 198. n. 5. Gutier. de tut. lib. 3. cap.*
73 *32. n. 5.* Quæ patenter refellitur, & conculcatur. Nam cùm patria poteſtas ſit indiviſibilis, nec queat aliquis eſſe in duplici ſtatu, *DD.* cõmuniter adſeruerunt alteram opinionem; quòd non poteſt quis emancipari ad unũ actum ſolum, *Bald. in l. ſenium, in fin. C. qui teſt. fac. poſſ.* notant omnes *in l. 1. §. hoc autem, D. ad S. C. Trebell.* ubi etiam *Alex. n. 8. Hier. Gabr. conſ. 17. num. 35. vol. 1.*

Hinc fit, quòd dictus clericus poſſit remittere iniuriam ſibi factam (etſi olim nõ licêret filio, *ex l. in perſona 31. D. de pact.* circa quem *text.* mirè agit *Pet. Barboſ. in l. Lucius Titius 39. à num. 3. & ſeq. D. ſolut. matr. Oſſuald. in Don. lib. 18.*

comm.cap.13.litt.V. cum ad ſuſciplendũ
ſacrum ordinem emanciperur, unde ex
vi emancipationis cõſequirur actionẽ,
*ex l.ſed ſi unius 17.§.ſed ſi pater 14.D.de
iniur.Azeved.in l.8.tit.1.n.34.lib.5.Re-
cop.Ant.Picbar.in §. 2. Inſtit.de iniur.*

Verùm ad alia hanc quæſtionem
atrinentia videbis *Gaſp. Schifordeg. lib.
1 ad Ant.Fab.tract.19.q.1.cũ ſeq. Cuiac.
lib.17.obſ.c.17.Frãcb.deciſ.715.Facb.lib.
9.cont.c.42.Corraſ.lib.3.miſcell.c.1.n.13.*

74 Sacramentum ordinis eſt ſacramentũ
voluntatis, *cap. geſta, diſt.74*. nemoq; ad
illud cogi poteſt, *cap.quamvis, de ætat.&
qualit.Lambertin.de iur. patron.1. p. lib.
2.art.18.q.7.princ.n.4. Acuñ.in cap.2. n.*
75 *1.diſt.74*. Er ſic ordinatus per vim non
recipit ordinem, acutiſsimè *And. Bar-
bac. conſ.60.per tot. lib.1. Menocb.conſil.
442.à n. 45. cum ſeq. lib.5. D. Marta in
D.noviſſ.tom.6.tit.Ordo, cap.9. Mogoll.*
76 latè *cap.8. §.2.n.3. cum ſeq.* quã abſolu-
tã eſſe requirunt *gloſſ.in cap.unico, verb.
Diſcretionis, in fin. de cler. per ſalt.pro-
mot.Angel.verb. Coactio, num.1.Sylveſt.*
77 *verb.Ordo 4.n.1.verſ.Secũda.* Et non cõ-
ditionalem, per quã characterem reci-
pi adfirmant, & concludunt *gloſſ. verb.
Vel aliquod, in Clem. Pleriſque, de elect.
Paul.Comitol.reſp.moral.lib.1.q.45.poſt
num 1.Aug.Barb.de offic.& poteſt. Epiſc.
par.2.alleg.2.n.5.& 6.& in cap.maiores,*
per *text.*ibi, *n.15.de Baptiſm. & in c. ubi
iſta, num.2.& 3.diſt.74.Gama de ſacram.
præſt.ult.ſupp.damn.q.5.n.4.* & eſt ratio
diſcriminis, quòd in coactione, quã cõ-
78 ditionalem *DD.* adpellant (ut quia co-
gitur aliquis ordinari ad evadendũ cru-
ciatum, vel mortẽ, ſi ordinatur, chara-
cterem ſuſcipit, ut notatur *in c. ubi iſta,
diſt.74.& in cap.de Iudæis, 45.diſt. Florẽt.
in ſumm.3.par.tit.14.de ordin.§ 18.*) ad-
79 eſt voluntas ſaltim indirecta, *cap.meritò
15.q.1.* quæ in abſoluta coactione defi-
cit; & ideò ab omnibus hæc diſtin-
ctio propalatur.
80 Sed ei non adſentior, ad quod me mo-
vent ſequentia. Primò, ubi de ſubſtãtiæ
actus eſt libertas voluntatis, tunc actus
annullatur ipſo iure, *l. ſi mulier, §. ſi dos,*
81 *D.hoc tit.cap.cùm locum, de ſponſ.* coactio
enim repugnat arbitrij libertati in ſub-
ſtantia voluntatis, ità voluit *Bald. in
Rubr.*extrà *hoc tit.*illudq; dicitur libero
arbitrio fieri, quod nullo cogẽte impe-
82 rio, & nullâ neceſsitate fit, *l. ſi quis ma-
ior, C.de trãſact.* Ergo cùm metus remo-
veat voluntatẽ ab actu, ſequitur apertè
ram vi abſolutâ; quàm conditionali or-
dinum adſumptionem non tenêre.
83 Secundò, ubicunque in aliquo actu
requiritur voluntas qualificata, ſi adeſt
illa, & non adſtat qualitas, non eſt legi
ſatisfactum, *cap.ubi periculũ, §.ceterùm,
in verſ.Voluntas, & libertas, de elect.lib.6.*
Sed in adſumptione ordinum debet in-
tervenire voluntas, & libertas, ut per ſe
patet: ergo ſi adeſt ſola voluntas, & non
libertas, non eſt legi ſatisfactũ: & de ne-
ceſsitate talis adſumptio nõ ſubſiſtet.
84 Tertiò, votum metu factum eſt ipſo
iure nullum, *cap.licèt, de voto*: ſed in ad-
ſumptione ordinum ineſt votum conti-
nentiæ, ut *in cap.1.& 2. qui cler. vel vo-
vent.cap.ante trienniũ, 31.diſt.* Ergo nul-
lus fuit ipſo iure ordo adſumptus.
85 Quartò, quotieſcunq; duo regulariter
æquiparantur à iure, ius diſponens de u-
no, habet locum in reliquo, *l. 1.de leg. 1.
gloſſ.in l. ſi quis ſervo, C.de furt.& in cap.
ſi poſtquàm, §.fin.de elect.in 6.& in cap.2.
de confeſſ. eod.lib. & in cap.1. de reſcript.*
cum multis *Velaſc.in axiomat.iur. lit. A.*
86 *num.180.* adſumptio ordinis, & profeſsio
regulariter ſunt à iure æquiparata, *cap.
1.in verſ. Per ſuſceptionem ſacri ordinis,*
87 *aut profeſſionẽ, de voto in 6.* Sed profeſsio
debet fieri à ſciente, & voluntariè, ità
decidit *text.in cap.conſtitutionẽ, in verſ.
Sciens, ac voluntarius perſeveret, & in
cap.1.& cap. non ſolùm, in verſ. Si de ſua
voluntate proceſſerit, de reg.lib.6.* Ergo ſi-
cut debet eſſe voluntarius profitens re-
ligionem, eodẽ modo adſumens ordines.
88 Quintò, habitus religionis ſpõtè ſuſ-
ceptus deſeri nequit, *cap. 1. cap. 2. 20.
q.3.* ergo ſi per coactionem ſuſcipiatur,
deſertio locum habêre poterit.

Sex-

89 Sextò, ordo receptus non poteſt deſeri, *cap. eos 20. quæſt. 3.* ergo ſi non ſponte ſuſceptus, relinqui valebit.

90 Septimò, facit expreſſus *text. in cap. præſens 20. quæſt. 3.* ubi clericus invitus non ſubijcitur ordinibus metu receptis, ibi: *Clericum nomine Lambertum minimè debere exiſtimavimus ſub tali violentia fieri monachum. Quod enim quis non eligit, nec optat, profectò non diligit, quod autem non diligit, facilè contemnit, nullum quippè bonum, niſi voluntarium.* Ergo diſtinctio reſpuenda eſt; & generaliter tam vi abſolutâ, quã conditionali ordinum adſumptionem non tenêre adfirmandum exiſtit.

91 Octavò, probatur ex *text. in cap. 2. de regul.* ubi ſi filius efficiatur clericus poſt legitimos annos, & nec ipſe, nec eius parentes intra annum reclamaverint, in clericatu permanet, ibi: *Si verò poſt legitimos annos per vim clericus factus eſt, & nec ipſe, nec parentes eius intra annum ad memoratas perſonas reclamaverint, in clericatu permaneat.* Ergo ſi intra annum reclamatio fiat, non permanebit in clericatu, nec ordo tenêbit.

92 Vltimò, nullus dubitat metum cadentem in conſtantem virum facere invitum, quando aut mors ipſa, aut corporis cruciatus gravis, aut univerſorum bonorum, aut partis eorum amiſsio interminatur, *cap. 1. cap. ad audientiam, & cap. cùm dilectus, hoc tit. l. propter litem,*
93 *D. de excuſ. tut.* aut ſubtractio magni lucri, ut docet *Cyn. in l. interpoſitas, C. de tranſ. Sanchez de matrim. lib. 4. diſp. 5. à num. 27. Sair. de cenſur. lib. 2. cap. 21. n. 32.* Sed in vi conditionali adeſt metus iuſtus, ut omnes fatentur: ergo ordo illâ adſumptus non valebit: alioquin metus cadens in conſtantem virum nullum ſortietur effectum, contra expreſſa iura *in l. 1. & 2 cum ſeqq. D. hoc tit.*

94 Rurſus, ſi metus conſtans, & iuſtus facit invitum, nulla voluntas in vi conditionali adeſt; cùm propter periculum minitatum conſentiatur: igitur nullo modo diſtinctio procedit.

95 Quærunt *DD.* an ſi Epiſcopus obliget aliquem ſub excõmunicatione, niſi ſe ſinat ordinari, is cenſeatur invitus in ipſa ordinatione? Negat *gloſſ. verb. Violentia, in cap. cùm dilectus, extr. hoc tit. Socin. Sen. in cap. ſacris, num. 505. de ſentent. excomm. Alciat. in l. interpoſitas, n. 9. & 10. C. de tranſact. Palud. in 4. diſtinct. 29. quæſt. unic. artic. 2. concl. 2. num. 13. Sot. in 4. diſt. 29. quæſt. 1. art. 2. in fin.*

96 Verius eſt, metum excommunicationis eſſe cadentem in conſtantem virum; & facere invitum, & involuntarium eum, cui imponitur, cùm iniuſta eſt; quia tunc etiam eſt timenda, *cap. 1. 11. q. 3.* & innuit aliquam infamiã; deinde enim non levis eſt pœna eum inter homines vivos ab eorum conſortio, & familiaritate privari, ità tenet *Ioann. Andr. in d. cap. cùm dilectus, num. 3. Padilla in l. interpoſitas, n. 14. C. de tranſact. Maſcard. de probat. concl. 1051. num. 50. Burſat. conſ. 72. num. 34. vol. 1. Flamin. Pariſ. de reſign. benef. lib. 12. q. 13. n. 134.* iuncto *num. 142. Vgolin. de cenſur. tabul. 2. cap. 24. in princ. num. 1. Palat. in 4. diſt. 29. diſp. 1. Henric. de matrim. cap. 40. §. iam ex prædictis, Roderic. Acuña in cap. 1. 74. diſtinct.*

97 An verò in caſu neceſsitatis, & cùm in Republica Chriſtiana defecerint clerici, qui ſacramenta miniſtrent, poſſint compelli laici prudentes, & digni ab Ordinarijs Eccleſiaſticis, ut ordinentur, & miniſtri fiant ſacramentorum? Adfirmant *Hojeda de benefic. incompatib. 2. par. cap. 9. num. ult. Thom. Valaſc. alleg. 2. num. 13. Henric. lib. 10. de ſacram. Ordin. cap. 4. num. 3.* ubi cum multis *litt. M. & N. Roder. Acuñ. in cap. 2. num. 2. diſt. 74.* facit *Trid. ſeſſ. 23. de reform. cap. 17. in fin.* Nam ſicut ſacramẽta neceſſaria ſunt ad ſalutem animarũ, ità miniſtri talium ſacramentorum ſunt neceſſarij.

98 Quæſtio in hac materia controverſa eſt, an ſcilicet ordinatus vi, metùve, qui in conſtantem virũ caderet, eſto

ſuſcipiat ordinem, continentiæ voto teneatur? Et adfirmativam partem tuentur *Antonin. 3. par. ſumm. tit. 14. cap. 16. §. 18.* de ſic coacto ordinato, *Soto de iuſt. lib. 7. q. 2. art. 5. verſ. Quapropter, Rebell. de obligat. iuſt. lib. 3. quæſt. 12. num. 9. Paul. Comitol. reſp. moral. lib. 1. quæſt. 55. à num. 3.*

99 Negativam tamen partem tenuerũt *Petr. de Ledeſm. in ſumm. par. 1. tract. de ſacram. Ordin. cap. 6. diffic. 3. dicto. 2. Sair. in Clav. Reg. lib. 6. cap. 4. ſub num. 20. Vgolin. de poteſt. Epiſcop. cap. 13. num. 3. Sanch. de matrimon. lib. 7. diſp. 29. num. 5. Bonac. de matr. q. 3. punct. 9. num. 14. Coninch. tom. 2. diſp. 20. dubit. 14. à num. 143. Mogollon. cap 8. §. 2. num. 13. Henric. in ſumm. lib. 10. de ſacram. Ordin. cap. 14. §. 3. & lib. 12. de matrim. cap. 5. num. 9. in comment. litt. Q. Auguſt. Barboſ. in cap. maiores, num. 18. de Baptiſm. & in cap. ubi iſta, num. 4. diſt. 74. & de offic. & poteſt. Epiſcop. par. 2. alleg 15. num. 5. Ioan. A-*
100 *loiſ. Ricc. collect. 1579.* Et ratio eſt, quia votum metu tali iniecto nullum eſt, *cap. 1. & 2.* ubi *gloſſ. verb. Coactus, verſ. Item & in voto*, quam ſequitur *Abbas ibi numer. 11. verſ. Et quartus caſus.* Hinc non eſt audiendus vir alioqui doctiſsimus *Baſil. Legionenſ. lib. 7. de impedim. ord. cap. 29.* qui contrarium intrepidè adfirmavit.

101. Et non ſolùm ſic coactè ordinatus non tenetur continêre, imò poteſt matrimonium contrahere, *Rota diverſ. deciſ. 560. & 591. par. 1. Anton. Dian. tract. 4. de Sacrament. reſol. 193. fol. 143. Salas in 1. 2. D. Thom. quæſt. 6. art. 6. tractat. 3. diſp. 3. ſect. 1. num. 26. tom. 1.* eminentiſſimè *D. Ioan. Valboa in cap. ſi verò, à numer. 22. cum ſeq. de iur. iurand. fol. 285.* Etiam ſi credens ordinem eſſe validum per novem annos illum exercêret, *Navarr. conſil. 4. num. 9. & 10. & per tot. hoc tit. Gonçal. ad reg. 8. Cancell. gloſſ. 31. num. 38. & 39. Roderic. Acuñ. in cap. innovamus 3. num. 2. diſt. 60.* quare negativam opinionem veriorem & tenendã eſſe cenſerem.

102 Non obſtat *text. in l. 32. tit. 6. part. 1.* in contrarium diſponens, ex ſeqq.

103 Primò, ex eo quòd locum habet in metu inlato à lege, qui non adnullat factum eius timore, *l. 3. D. hoc tit. cap. 2. de adult. & ſtup. gloſſ. in l. 1. C. de dolo, Rolãd. conſ. 83. num. 18. vol. 2. Palac. de contract. lib. 1. cap. 5. verſ. Item qui facit ius.*

104 Secundò, quia etiam ſi procederet, non eſſet admittenda, cùm diſponat in re merè Eccleſiaſtica, & ſit ſecularis, contra *text.* & ibi notata, *in cap. Eccleſiæ S. Mariæ, de conſtit.*

105 Tertiò, quoniam nullatenus probat intentum, cùm poſtquàm caſum in diſſimili ſpecie proponat in hæc verba: *Onde porque algunos dudaron, ſi aquel que es ordenado por miedo podria reſcebir por la orden ſeñal de dentro en el alma, è non, departiolo el derecho de ſanta Egleſia deſta manera; que ſi à alguno fac̃ premia, que reſciba orden, amenaçandolo que lo tomaràn el beneficio; ſi non ſe ordenare, maguer aquel conſienta por tal miedo como eſte, pues reſcibio la orden de fuera, yà finca el alma dentro ſeñalada por ella*: in fine illius ſic affatur: *Mas ſi aquel ordenado por miedo nunca conſintio, mas contradixo todavia non reſcibe la orden, nin finca ſeñalada el alma de dentro por ello: cà la voluntad con el conſentimiento en uno facen ſeñal en el alma de dentro.*

106 Vnde cùm toties quoties metus intervenit, deficiat conſenſus, *l. nihil, de regulis iuris, cap. gemma, de ſponſal.* apertè deducitur, quòd non eſt legi ſatisfactum.

107 Quartò, negari haud valet (quòd etſi, quod abſit, cõcedamus voluntatẽ coacti ſufficere) cõſenſum abeſſe; cùm igitur *d. l. 32.* neceſſariò requirat voluntatem ſimul cum conſenſu, ad hoc ut character recipiatur, manifeſtè fit propter conſenſus defectum non recipi.

Quintò, agens per vim & metum nõ conſentit, ſed contradicit, *Bald. in l. penult. num. 3. C. quom. & quando iud.* Ergo ordinatus taliter non conſentiet, ſed contradicet.

Sex-

108 Sextò & ultimò, factum dici non poteſt, quod metu factum eſt, *l. metum*, §. *volenti*, *D. hoc tit. Aſin. in prax.* §. *31. cap.36. Mogoll. cap.2.* §. *7. num.25. Carol. de Graſſ. except.11. num.3.*

109 Ex quibus colligitur, quòd etſi *dict. l.* in eius initio diſponat characterem recipi, & ordinatum ad continentiæ votum tenêri, tamen in fine ſtatuit, quòd ſi voluntatem & conſenſum non accommodaverit, obnoxium non eſſe, quod expreſsè accidit, cùm metus adſtat, *S. Aug. lib. de duab. anim. volunt.* qui voluntatem ità definit: *Voluntas eſt animi motus cogente nullo ad aliquid, vel non admittendũ, vel adipiſcendũ. Vnde omnis, qui volens facit, nõ cogitur; & ideò qui metu inlato irrogat, non tam rogat, quam imperat: qui metu perculſus permittit, non intelligitur voluiſſe obligari, cùm id ſpõtè nõ fecerit*: & *lib.14. de Civit. Dei, cap.6. Voluntas quippè eſt in omnibus; imò omnes nihil aliud, quàm voluntates ſunt. Nam quid eſt cupiditas, & letitia niſi voluntas in eorum cõſenſionẽ, quæ volumus? Et quid eſt metus, atque triſtitia, niſi voluntas in diſſenſionem, ab ijs, quæ nolumus? Sed cùm conſentimus adpetendo ea, quæ volumus cupiditas, at cùm conſentimus fruendo his, quæ volumus, lætitia vocatur. Itemque cùm diſſentimus ab eo, quod accidere nolumus, talis voluntas metus eſt: cùm autem diſſentimus ab eo, quod nolentibus accidit, talis voluntas triſtitia eſt*: elegãter *Bald. in tract. ſchiſmat.* §. *ſed in contrarium, num.10.* ibi: *Si conſideremus hominem in ſtatu voluntatis conceptæ per ſe, & ſimpliciter, iſte homo non eſt totus homo, ſed animal, id eſt intelligentia pura. Item homo interior interiùs operatur, exteriùs nil infundit, iſta voluntas non eſt conſenſus, id eſt plurimum in idem ſenſus, & ideò actus, qui regulãtur conſenſu, non perficit, ut D. de pact. l.1.* §. *conventiones, nec aliquem actum humanũ complet, D. de leg 3. l. fideicommiſſa,* § *1. D. de teſt. l. is cui no. C. famil. erciſc. l.1. Nempè tantum diſtat feciſſe à concepiſſe. quantum perfectum ab imperfecto; & quantum ſemen, quod eſt reconditum in horreo, quod nihil fructificat, ab eo, quod eſt ſeminatum in agro; abortum enim facit intentio, ſi conceptum ſuffocat in utero, & non producit in lucem.*

Doctiſsimè ad rem noſtrã *Ioan. Gerſon. tom.2. ſuor. op. in tract. de caſtitate Eccleſiaſticorum, fol.510.* ibi: *Attende, quæſo, quemadmodum hæc tria, quæ ſunt electio, libertas, vacatio, fundant rationabilitatẽ cœlibatus perpetui ſacerdotum, iuncto, quòd nullus ad votum, ſicut nec ad ſacerdotium cogitur.*

Cui favet *S. Thom. 1.2. quæſt.15. art 1.* ubi dicit, quòd conſenſus eſt actus voluntatis.

SVMMARIVM.

1 PRIMVS omnium ſacramentorũ eſt Baptiſmus.
2 Renaſcimur per eum.
3 Sine eo nequit acquiri vita æterna.
4 Et alia ſacramenta ſuſcipi.
Baptizatus membrum CHRISTI fit.
5 Originale, & veniale peccatum eo dimittitur.
6 Et etiam actualia peccata antè cõmiſſa.
7 Delet omnem pœnam peccatis debitam.
8 Pœnalitates in hac vita de facto nõ aufert.
9 Declaratur quomodo ſacramentũ Baptiſmi ſit fundamentum aliorum. uſq.12.
13 Circumciſioni Baptiſmus ſucceſſit.
14 Lex circumcidendi duxit originem à pacto, quod fecit DEVS cum Abrahamo.
15 Apud pleraſque Gentes fuit in uſu.
16 Herodot. convincitur. & 17.
18 Circumciſio fuit figura Baptiſmi.
19 Originalis culpa remittebatur per circumciſionis myſterium, tanquam per myſticum rerum futurarum ſignum.
20 Vtrùm circumciſio contulerit gratiam per modum operis operati remiſſivè.
21 Triplex eſt Baptiſmus, fluminis, flaminis, & ſanguinis.
22 Declaratur. & 23.24.
25 Forma ſacramẽti Baptiſmi proponitur.
26 Materia qualis ſit? & 27.

28 Apud Ethnicos expiationes, & veluti purgationes per aquam fiebant.
29 Semper aqua in ſacris.
30 Tres purgandi ſpecies veteribus fuere uſu frequentes, tæda, aut ſulphure purgari, aut aqua ablui.
31 Et in funeralibus.
32 Aqua luſtralis poſita in aditibus templorum.
33 Explicatur l.4. in princip. D. de his qui not. infam. & 34.35.
36 Sponſi aqua genitali lavabantur.
37 Crimina aqua poſſe expiari putarunt Antiqui. & 38.
39 In Baptiſmo aqua quid operetur?
40 Recens baptizatis dabatur vinum, & lac.
41 Baptizatus induebatur veſte candida. & 42.
43 Explicatur Paulin.
44 Antiquitùs recens baptizatus communicabat. & 46.47.
45 Quod hodie niſi cum adultis in uſu non eſt.
Vtrùm infantibus per communicationem gratia augeatur?
48 Apoſtoli iam erant baptizati nocte Cœnæ. & 49.
50 Ad fidem; ſeu baptiſmum quis compelli non debet per metum.
51 Confirmatur authoritate Patrum.
52 Adducitur Caſſiodorus.
53 Nunquam benè fit, quod ſine voluntate conſtituitur. & 54.
Victima quæ aliquo modo ſe invitam ad aram, & cultum trahi ſignificabat, ut ſi ab ara profugiſſet, aut nimis eſſet reluctata, aut percuſſa mugitus ederet, à Romanorum, & aliarum Gentium ſacrificiïs reïjciebatur.
55 Quod non procedit, quando vis non eſſet præciſa.
56 Limitatur regula ſi Iudæus ſua ſpontè petat baptizari, & deinde pœniteat, & nolit baptizari.
57 Iudæi illatam vim in baptiſmo patientes non contradicendo per longum temporis ſpatium characterem recipiunt; ſed confutatur.
58 Invitus & coactus baptiſmum recipere ſi poſteà metu ceſſante per longum tempus non contradicat, verè Chriſtianus, & baptizatus cenſeri debet: ſed convincitur.
Quomodo infideles poſſint cogi ad fidem? remiſſivè.
59 Muneribus poteſt invitari ad fidem.
60 Iudæorum infantes invitis parentibus baptizari nequeunt.
61 Contrarium.
62 Quod limitatur. & 63.
64 Quacunque vi, ſive conditionali, ſive abſoluta baptiſmum factum nullum eſſe Author proponit, ſed non tenet.
66 Non efficitur irregularis, qui metu cõpulſus rebaptizatur. uſq. 70.

CAPVT XVII.

De Baptiſmo.

1 PRIMVS omnium ſacramẽ-
torum eſt Baptiſmus, veluti
ianua, & fundamentum a-
liorum, *cap. veniens, de preſ-
byt. non baptiz. miniſt. cap.
cùm itaque, de conſecr. diſt. 4. Campanil. in
diverſ. iur. Can. rubr. 1. num. 15. Pet. Gre-*
2 *gor. lib. 2. ſyntagm. cap. 4. num. 1.* Quo re-
naſcimur DEO, & vitam novam ſubi-
3 mus, *Ioann. cap. 3.* Sine quo vitam adipi-
ſci æternam nequimus, *cap. firmiſſimè,
cap. filius, de conſecr. diſt. 4. cap. firmiſſimè
15. quæſt. 1. cap. maiores de Baptiſ. Matth.*
4 *ult.* Nec alia ſacramenta ſuſcipere, *cap.
ſi quis per ignorantiam, 1. quæſt. 1.* in ſa-
cramento quippè Baptiſmatis baptiza-
tus membrum CHRISTI fit, *cap. quia
paſſus eſt, de conſecrat. diſt. 2. & cap. ad hoc,*
5 *de conſecr. diſt. 4.* Et ideò tunc originale,
venialeque peccatum per Baptiſmum
adimitur, *cap. regenerante, & cap ſine pœ-
nitentia, de conſecrat. diſt. 4. Concil. Trid.
ſeſſ. 6. cap. 6. & can. 10. cum ſeqq. Barthol.*
6 *ab Angel. dialog. 2. de Baptiſm. §. 156.* Et
etiam actualia peccata, quæ commiſſi

ſunt

ſunt ante Baptiſmum, D. Thom. 3. par.
quæſt. 69. art. 1. ubi Ægid. de Coninch.
Henric. lib. 2 cap. 16. §. 1. & 2. Suar. diſp.
26. ſect. 1. Cardoſ. in prax. iud. verb. Bap-
tiſmus, num. 24. Petr. de Ledeſm. in ſumm.
par. 1. de Sacrament. ubi de Baptiſmo, cap.
19. Valer. Regin. in prax. for. pœnit. lib.
7 27. num. 61. Ac proinde delet omnẽ pœ-
nam peccatis debitam, prout de Fide
definitum eſt in Concil. Florent. in De-
creto Armeniorum, ubi habetur baptiza-
tis non imponi ſatisfactionem pro pec-
catis præteritis, & docent S. Thom. dict.
quæſt. 69. art. 2. ubi Peſant. Nugn. & Æ-
gid. Coninch. Barthol. ab Ang. dict. dial. 2.
§. 158. Petr. de Ledeſm. dict. cap. 9. verſ.
Tercera concluſion, Philiarc. par. 2. lib. 3.
cap. 9. Iul. Labor. de indulg. par. 2. lib. 3. c. 9.
8 Pœnalitates tamẽ in hac vita de facto
non aufert, D. Thom. dict. quæſt. 99. art. 3.
Henric. dict. cap. 16. §. 7. Valer. Reginald.
d. lib. 27. num. 63.
9 Nunc oportet obſervare ad intelle-
ctum eorum, quę nuper adſeruimus, nẽ-
pè, quomodo percipiendum ſit ſacra-
mentum Baptiſmi eſſe fundamentum
aliorum? Quod ſub diſtinctione capie-
10 mus. Si enim reſpiciamus ordinem eſ-
ſentialem ſacramentorum, Baptiſmus
ſibi vendicat primum locum: eſt enim
omnium ianua, ità ut alia ſacramenta
11 ſine eo invalidè ſuſcipiantur. Præterea
ſi reſpiciamus ordinem neceſsitatis, pri
mum locum tenet Baptiſmus; deinde
pœnitentia, quia nullus poteſt ſalvari ſi-
ne baptiſmo; vel etiam ſine pœniten-
12 tia poſt lapſum in peccatum. Si verò
reſpiciamus ordinem perfectionis, pri-
mus locus debetur Euchariſtiæ; quia
continet CHRISTUM veræ ſanctitatis
authorem. D. Thom. 3. par. quæſt. 65. art.
3. in corpore, ubi Nugn. concl. 1. & Co-
ninch. art. 2. & 3. Valenc. tom. 4. diſput. 3.
quæſt. 6. punct. 3. Henric. in ſumm. lib 5.
cap. 6. §. 5. Chamerat. de Sacram. cap. 6.
Sayr. de Sacrament. in genere, lib. 6. quæſt.
unica, cap. 3.
13 Circumciſioni Baptiſmus ſucceſsit,
c. maiores, de Baptiſm. Ægid. de Coninch.
in 3. par. quæſt. 70. art. 2. ubi etiam Nugn.
Henric. in ſumm. lib. 1. cap. 6. Campanil. in
diverſ. iur. Can. n. Rubr. 1. num. 26. Bona-
cin. de Sacrament. diſp. 1. quæſt. 1. punct.
3. §. unico, ubi multa de circumciſio-
ne.
14 Lex circumcidendi duxit originem
à pacto, quod fecit DEUS cum Abraha-
mo; Geneſ. cap. 17. ℣. 10. & verba apertè
demonſtrant; & ex ijs multorũ Autho-
rum teſtimonia manifeſtè probant. In
ſignum namque fœderis inter ſe, & A-
brahamum DEUS præcepit circumci-
ſionem, Bened. Fern. in Geneſ. tom. 2. cap.
17. à num. 5. cum ſeq. Mend. lib. 1. Reg. to.
1. cap. 1. ℣. 20. à num. 8. cum ſeq. & ſic Iu-
dæis primùm permiſſa; adduco Mode-
ſtinum in confirmationem in l. circumci-
dere 11. D. ad leg. Cornel. de ſicar. Novell.
35. & 37. Petr. Gregor. lib. 36. ſyntagm.
cap. 16. num. 3.
15 Poſteà ab eis uſitata fuit apud Col-
chos, Ægyptios, & Æthiopas, ab ijs Sy-
rij, qui ſunt in Palæſtina, & Phœnices
didicerunt, Diodor. Sicul. lib. 2. cap. 1. &
lib. 4. cap. 3. Strab. lib. 17. Alexand. ab A-
lex. lib. 2. Dier. Geni. cap. 25. fol. 176. ubi
Tiraq. in adnot.
16 Unde Herodotũ (quẽ etſi tacitè ſequi
videtur Ioſeph. lib. 1. contra Appionem.)
de mẽdo convinces, qui lib. 2. Hiſtoriæ
Iudæos adfirmat ab Ægyptijs ſuſcepiſ-
ſe circumcidendi religionem, his ver-
bis ex interpretatione Heresbachij:
Prætereà, quòd ſoli omnium Colchi, &
Ægyptij, & Æthiopes ab initio ſtatim pu-
denda circumcidunt. Nam & Phœnices,
& Syrij, qui ſunt in Palæſtina, didiciſſe id
17 ab Ægyptijs, & id confitentur ipſi. Cùm
antequàm impoſitum fuiſſet Abrahæ
hoc præceptum à Deo, id cuſtodiri à
nulla Gente, etſi diligenter evolvantur
Annalium volumina, nequaquam inve-
nietur; quod fatentur Strab. lib. 16. Ta-
cit. lib. 5. Hiſtor. acutè, & graphicè D.
Laurent. Ramirez de Prado in Pentecon-
tarcho cap. 4. obſervavit, qui etiam de
modo efficiendi eam latè diſcuſsit vi-
dendus.

Quam-

18 Quamobrem circumciſio fuit figura Baptiſmi, *gloſſ. verb. Implere, in cap. ab exordio 2.diſt.35.* quæ octavo die fiebat, *Levit.12.* ibi: *Et die octavo circumcidetur infantulus.* Sic etiam eodem die baptiſmus debet fieri, *Ochogavia de Sacrament.in genere, quæſt.10 num.2. Nicol.de Niſe in libro qui inſcribitur, Reſolutio Theologorum, tract. 6. par. 1. portione 3. quæſt.2. Suar.tom.3.in 3.par. in comment. art.1.quæſt.70. Ægid.quæſt.70. art.1.num.1.* & *D. Auguſt.contra Iulianũ cap.3.*ibi: *Sacramentum circumciſionis in figura præceſſiſſe baptiſmatis, quis vel mediocriter ſacris Litteris eruditus ignoret?*

19 Originalis culpa remittebatur per circumciſionis myſteriũ tanquam per myſticum rerum futurarum ſignum, *Azor. inſtit. moral. par. 1. lib. 4. cap.34. verſ.Quarta ſententia, Bonac. de Sacram. diſp.1.quæſt.1. punct.3. § unic.num.4.*

20 Vtrùm autem circumciſio contuliſſet gratiam per modum operis operati, refert pro utraque parte plures *DD.d. §.unico,num.5.*

21 Triplex eſt Baptiſmus, fluminis, flaminis, & ſanguinis. Baptiſmus fluminis, ſive aquę, eſt ablutio exterior corporis facta ſub forma verborum præſcripta, ut tenet *Magiſt.Sentent.in 4.diſtinct.3. D.Thom.* ibi *quæſt. 1. art. 1. & par.3. quæſt.66. art.1.Sot.in 4 diſt.3.q.3. art.1. & Ricard.* ibi *art.1. quæſt.1. Bartbol.ab Angel.dialog.2.§.5.*

22 Flaminis Baptiſmus dicitur fides, & propoſitum ſuſcipiendi Baptiſmum fluminis habitâ opportunitate, aut credens pro certo ſe verè baptizatum eſſe, dum perſiſtit in illa fide, poteſt ſalvari propter fidem ſacramenti, *cap.debitum,* ubi *DD.de Baptiſm.& cap. Apoſtolicam,* ubi *gloſſ. verb. Ab originali,* & notant etiam *Scribentes de presbyt. non baptiz. Abb. in cap.cùm Eccleſiæ,num.5.de ſimon.*

23 Et hic Baptiſmus flaminis ſolùm adultis uſum rationis habentibus congruit, *ex D.Thom.3.par. quæſt.66. art. 11. & quæſt.68.art.2. S.Antonin.3.par.tit.14. cap.13.§.1. Ricard.in 4.diſt.4. art.2.q.2. Angel. in ſumm. verb. Baptiſmus 1. §. 1. verſ.Tertius, Soto in 4.diſt.3.art.11.q.1. Sylveſt. verb. Baptiſmus 1. §.1. Bartbol. ab Angel.dial.2.§.3.*

24 Eſt autem ſanguinis Baptiſmus martyrium ſuſceptũ propter DEVM, *Marc. cap.10.*ubi *Poteſtis baptiſmo, quo ego baptizor, baptizari? Apocal.7. D.Thom. 3.p. quæſt.66.art.11. Navarr.in Man.cap.21. num.5.Cardoſ.verb. Baptiſmus, à num.2. cum ſeqq.Chryſol.ſerm.152.*ibi: *Nam diverſo modo, dono uno in lacrymis ſuis matres, & filij ſui ſuo ſanguine baptizantur.*

25 Forma ſacramenti Baptiſmi eſt: *Ego te baptizo in nomine* PATRIS *&* FILII *&* SPIRITVS SANCTI; de qua *Concil.Trid. ſeſſ.7.de Baptiſm. canon.4. S.Thom.3.par. quæſt.66. art. 5.* ubi *Nugn. & Ægid. de Coninch.art.6. à num.33. Angl. in florib. Theolog.*ubi *de Baptiſm.quæſt.1.art.3.difficult.2.Henric.in ſumm.lib.2. c.8. Suar. tom.3. diſp.21.ſect.1.* plures apud *Bonacin. de Sacram. diſput.2. quæſt.2. punct.4. Auguſt. Barboſ. in cap. 1. num. 3. de Baptiſm.*

26 Materia autem remota Baptiſmi eſt aqua naturalis ad abluendum, quamvis maris, putei, fontis, pluviæ, balnei, vel ex ſulfure, vel cinere, nive, gelu, aut ſale defluat: hæc enim videtur aqua naturalis: & hoc verum eſt, ſive aqua ſit calida, ſive frigida, ſive tincta colore, ſive denſa: colligitur ex *D.Thom. quæſt. 66.art.4.* ubi *Nugn.dub.1. Sot.in 4.diſt. 3.quæſt.unic.art.4.Regin.lib.27. num.11. Valenc.tom.4. diſp.4. quæſt.1. punct.2.Iacob. de Graff.par.2. lib.1. cap.3. num.16. Vivald.de Baptiſm. cap.2.num.4.* cum alijs, *Auguſt. Barboſ.in cap.1. num. 18.& 19.de ſumm.Trinit.Petr.Greg.dict.lib.2.*
27 *c.4.*ubi benè diſpungit, cur aqua materiei Baptiſmi apta fuit iudicata, qui cũ *Cyrill. Ieroſolym. catech.3.* reſolvit eleganter, & rationem proſequitur ex divinis teſtimonijs: ſed ex profanis nunc aliqua libemus in demonſtrationem.

28 Apud Ethnicos expiationes, & veluti purgationes per aquam fiebant, *Redell. in tract. de vino, ſect. 3. fol.79.* & qui

qui ſuperis ſacrificabat,ſe aquâ immergebat,ut innuit *Virgil.2.Æneid.*

Tu genitor cape ſacra manu, patrioſque Penates.
Me bello è tanto digreſſum, & cæde recenti
Attrectare nefas,donec me flumine vivo
Abluero.

Tertul.Non lavor diluculo Saturnalibus, ne & noctem & diem perdam,attamen lavor honeſta hora & ſalubri. Plaut. Aulul. Ego, niſi quid me vis,eo lavatum,ut ſacrificem.Liv.lib.45.Cùm omnis ſacrorũ præfatio eos, quibus non ſunt puræ manus, ſacris arceat.Senec.in Thyeſt.

--- Moneo ne ſacra manus
Violata cæde,néve furiali malo
Aſpergat aras.---

Et *in Furent.*

--- Nate manantes priùs
Manus cruenta cæde, & hoſtili expia.

Lactant. lib. 5. cap. 20. Ridiculi homines, tanquã libidines intra pectus incluſas ulli amnes abluant, aut ulla puraria purificent. Pauſ. in Boæ. Oedipodia verò aqua ideircò eſt nuncupata, quòd in ea paternæ cædis cruorem Oedipus abluerit. Ex hoc more *Fruter.lib.2.veriſ.cap.9.Tibull.*verſus ſic legit:

Natalis Iuno ſanctos cape thuris acervos,
Quos tibi dat tenera docta puella manu.
Lota eſt tibi hodie, tibi ſe lætiſſima cõpſit,
Staret ut ante tuos conſpicienda focos.

Ad lacum, quẽ aquam Mercurij nominabant, adcurrebant Romani,& ramuſculo quodamè lauro ſeſe invicem aſpergebant,& iam ſe mundos,& puros exiſtimantes ad ſuam quique redibant domum,*Ovid.lib.5. Faſt.*

Eſt aqua Mercurij portæ vicina Capenæ:
Si iuvat expertis credere, numen habet.

Cui addendum eſt etiam in defunctorum exequijs ad expiandos homines, luſtrandas domus,purgandas veſtes,naves, utenſilia unà cum ſulphure aquam adhiberi ſolitam multa eſſe,quæ planũ faciunt. Cynthia illa maga apud *Propert.lib.4.eleg.9.*

Dein quemcunque locum externa tetigere puellæ
Suffiit, & pura limina tergit aqua:
Imperat,& totas iterũ mutare lacernas,
Terque meum tetigit ſulphuris igne caput.

Vivenres ipſos poſt viſam inferorum umbram ſimili ratione purgari ſolitos meminit *Iuven.*

--- Quotiens hinc talis ad illos
Umbra venit; cuperent luſtrari, ſiqua darentur
Sulphure cum tædis, & ſi foret humida laurus.

Sed præclarè *Claud.in 6. Honor. Cõſul.* deſcribit Alaricum ſeſe luſtrantem adverſus Stiliconem, ſed fruſtrà, hiſce verſibus:

Luſtrale ſic triſte face cui lumen odorum
Sulphure cæruleo,nigroque bitumine fumat,
Circum membra rotat doctus purganda ſacerdos
Rore pio ſpargens,& dira fugantibus
Numina,&c.---

29 Hinc ſemper aqua in ſacris,*Ioan.Ludov.de la Cerd. in comm. ad Virgil. lib. 2. Æneid. fol.255. num. 10. Alex.ab Alex. lib.4.Dier.Gen.c.17.fol.405.* ubi cũ alijs *Scholiaſtes*: eleganter *P. Ioan. Pined. in Iob, cap.9.℣.30. num.1. cum ſeq.fol.489. tom.1.Onuphrius Panvin.lib.de Urbe Romana.*

30 Tres expurgandi ſpecies veteribus fuêre uſu frequentes; aut enim tædâ, & ſulphure purgari,vel aquâ ablui,vel aëre ventilari ſolebant,*Virgil.6.Æneid.*

--- Aliæ panduntur inaneis
Suſpenſæ ad vẽtos, alijs ſub gurgite vaſto
Infectũ eluitur ſcelus, aut exuritur igne.

*Alex.ab Alex.lib.5. Dier.Genial.cap.27. fol.597.*cum adnot.*Tiraq. Plin.lib.6.*

31 Aqua etiam in ſacris funeralibus ad purgationem mortuorum, *Virgil. lib. 6. Æneid.*ubi *Commentat.*

Idem ter ſocios pura circumtulit unda
Spargens rore levi.---

Iul.Labor.var. elucub.tit.2.cap.1.n.143. & veteres ante eorum templa pilã quãdam

dam erigebant ſatis amplam, in qua aqua aderat, quâ ſpargebantur, antequã templum ingrederentur. Nunc advoco ad eundem morem verba ſignatiſsima *Hippocratis in lib. de morbo ſacro* (ſi illius eſt hic liber, hærent enim docti) ait itaque Interpres: *Terminos templorum, ac delubrorum deſignamus, ut nullus, qui non purus ſit, eos tranſcendat, & ingreſſuri reſpergimur, non velut, coinquinemur, ſed ſi quod etiam priùs ſcelus habemus, ut purificemur. Ioan. Solorç. Pereir. lib. 1. de parricid. cap. 21.* eleg inter *Baſil. 1. par. variar. q. 2. ſchol. cap. 5 fol. 138. col. 2. lit. A.* Quis iam dubitet Eccleſię morem ſumptum ab Gentibus de aqua luſtrali poſita in aditibus templorum?

33 Ex dictis inferas ad explicationem *text. in l. 4. in princ. D. de ijs qui notãt. infam.* ibi: *Neque agitatores, neque qui aquã equis ſpargunt, cæteraque eorũ miniſteria, qui certaminibus ſacris deſerviunt, ignominioſi habeantur.*

34 Illud adnotare operæpretium duxi; qui fuerint hi, qui aquã in Circenſibus equis ſpargunt, de quibus *Vlpian.* varias Authorum ſententias refert, *Guid. Pancirol. in Theſaur. var. lect. lib. 2. cap. 46. Oſſuald. Hillig in Donel. lib. 18. comm. cap. 7. litt. A. circ. med.* ipſe tamen de ijs Cõſultum ſenſiſſe ratur, qui eos aquâ luſtrabant, & quodãmodo purgabant; elegãter proſequitur *Pet. Pantoj. de Aiala in l. fin. n. 34. fol. 209.* à tergo, *C. de aleat.* multos in hanc rem adducens. Vnde *Rubenius lib. 2. elect. cap. 18.* hunc locũ *Vlpian. Neque agitatores, neque qui aquam equis*
35 *ſpargunt*, refert non ad explicationẽ, *Alciat. lib. 6. parerg. cap. 3.* ſed ad aquã, quâ equi ante curſum luſtrabantur. Etenim cùm ludi illi ſacri eſſent Gentilibus, ut patet ex *Vlpian.* ibi; *Certaminibus ſacris*, quid mirum luſtratio, ut in re ſacra procederet? Ità philoſophatur *Ioan. Ludovic. de la Cerd. in 6 Æneid. fol. 634. num. 4. in fin.* Ab hoc fit, quòd ludis ſacris inſervientes non ſunt infames, *l. 2. C. de ſpectac. & ſcen. lib. 11. Lara de capellan. lib. 1. cap. 24. num. 11.*

36 Sponſi nuptiarum aquâ genitali lavabantur, *Nonn. lib. 3. Buleng. de Imper. Roman. lib. 3. cap. 17. fol. 256. litt. E.* Ignem quoque, & aquam nuptijs præferri moris fuit in Græcia, ſi *Valer. Flacc.* audiendus *lib. 8.*

--- Ignem Pollux, undamque iugalem
Prætulit, ut dextrum pariter vertatur in Orbem.

Locutus eſt ex more Romanorum, ut *Varr. lib. 4. de ling. Latin.* Ignis, & aqua in nuptijs in limine, quòd mas ignis, aqua fœmina, *l. penult. de don. int.* ubi *Budæus, Rendell. in tract. de vino, ſect. 3. fol. 88.*

Hinc lotio manuum deſiderata in ſacris, ex pluribus poteſt oſtẽdi, ſed paucis ero contentus, *Tibull. lib. 2. eleg. 1.*

Caſta placent ſuperis, pura cum veſte venite,
Et manibus puris ſumite fontis aquam.

Ovid. lib. 5. Faſt.

Ille memor veteris ritus, timiduſque Deorum
Surgit, habẽt gemini vincula nulla pedes.
Cùmq; manus purè fontana perluit unda
Vertitur, & nigras accipit ore fabas.
Rurſus aquam tangit, Temeſæaque concrepat æra,
Et rogat ut tectis exeat umbra ſuis.

Vnde proverbiũ, *Illotis manibus*, de quo *in l. 1. de origin. iur.* Quæ obſervatio ad cœnam translata eſt Antiquis, ut tam antè, quàm pòſt lavarentur, *Athen. lib. 15. Rendell. in tractat. de vino, ſect. 3. fol. 97.*

37 Expiari aquâ crimina poſſe Antiqui putarunt teſtimonio *Ovid. 2. Faſt.*

Omne nefas, omnemque mali purgamine cauſam
Credebant noſtri tollere poſſe ſenes.
Græcia principium moris dedit: illa nocentes
Impia luſtratos ponere facta putat.
Actor idem Peleus, ipſum quoque Pelea Phoci
Cæde per Hæmonias ſolvit Acaſtus aquas.

Et

Et poſteà,

Ah! nimium faciles, qui triſtia carmina cædis

Fluminea tolli poſſe putatis aqua.

Narrat *Athen. lib. 9. Dipnoſoph. cap. 27.* quòd erat antiquis aqua, in qua torrem ex ara capientis tingebant, ſuper quam ſacrificia peragebant, eâque aquâ circunſtantes aſperſiſſe, ac purgaſſe. Meminit & de lotione Athenienſium, quâ purgabant exſecrandos.

38 Cæterùm Ethnicis quidem uſurpata eſt ad expiationẽ aqua, quę tamen non ſufficit, ideò nec baptiſmus illorũ ſanctificabat, ſic *D. Ambr. to 4. lib. de ijs qui initiantur myſterijs, cap. 5. & 6. Cognoſce quia aqua non mundat ſine Spiritu*, ideò tres teſtes in Baptiſmo unũ ſunt, aqua, ſanguis & ſpiritus, *Ioan. cap. 1.* Quia ſi

39 unum horum detrahas, non ſtat baptiſmatis ſacramentũ. Quid enim eſt aqua ſine cruce Chriſti? elementum cõmune ſine ullo ſacramenti effectu? *Chryſol. ſerm. 171. Quemadmodum te exterior lavare, & mundare ſufficiat aqua? Corda & corpora noſtra mundare hæc poterit, cùm fuerit & ipſa Spiritus ſancti purificata cõmercio, ut viſibili miniſterio inviſibile purificationis noſtræ perficiat ſacramentum.* Nec ſine aqua regenerationis myſteriũ eſt: Niſi enim quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu nõ poteſt ingredi in Regnũ DEI, *Ioan. 3.* & poſteà idem *Ambroſ. Vide igitur quòd non ſunt vacuæ aquæ, ideò in natatoria piſcina dictum eſt deſcendere Angelum, & movere aquam, ſed nemo ſanabatur, quin deſcendiſſet Angelus. Movebatur aqua propter incredulos, ibi creatura operabatur, Angelus ſcilicet: hic autem* CHRISTVS *Author creaturæ, illic ſignum, tibi fides, illic Angelus deſcẽdebat, hic* SPIRITVS SANCTVS, *& deſcendit Columbæ ſpecie* SPIRITVS SANCTVS *ſuper* CHRISTVM, *cùm baptizaretur. D. Chryſoſt. to. 1. homil. ſup. Pſal. 22.* de aqua baptiſmi loquens in hæc verba prorumpit: *Aqua hæc primatum tenet in elementis, ſed cùm iſtud elementũ acceperit* SPIRITVM SANCTVM, *fit ſacramentum, & iam non erit aqua potationis, ſed ſanctificationis, nõ erit aqua communis, ſed refectionis. Per iſtam aquam educit purgatos, facit perfectos ratione claritatis, & gratiæ, illuminans, & replens eos, ut ubi abundaverit peccatum, faceret divites in gratiam.*

40 Recèns baptizatis dabatur vinũ & lac, qui mos ait *Hieron. in Iſai.* uſque hodie in Eccleſijs Occidẽtis ſervatur, alibi iiſdem dabatur lac, & mel, ut author eſt *Tertullian.* Lac enim ſymbolum eſt infantiæ, atque innocentiæ, *Homer.* teſte *Clem. Alex. lib. 1. Pædag. cap. 6.* Inde B. Agnes dicebat, *Lac, & mel ex ore eius ſuſcepi*, ut ait *Ambroſ. ſerm. 90.*

Præterea baptizatum induit Eccleſia veſte candidâ, de qua *Ambroſ. lib. de ijs qui initiãtur myſterijs, cap. 7.* adloquens iam baptizatum, inquit: *Accepiſti veſtimenta candida, ut eſſet indicium, quòd exueris involucrum peccatorum; & indueris innocentiæ caſta velamina.* Demum B. Agnes apud *dict. Ambr. ſerm. 90.* multis gemmis ait ſe ornatam in Baptiſmo, ibi: *Ornavit me ineſtimabili dextrocherio, dextram meam, & collum meum cinxit lapidibus pretioſis, tradidit auribus meis ineſtimabiles Margaritas, & circũdedit me vernantibus, & coruſcantibus gemmis, poſuit ſignum in facie meã, ut nullum præter ipſum amatorem admittam, induit me cyclade auro texta, & immenſis monilibus ornavit me.*

42 Baptizati olim erant albati, *Paulin. epiſt. ad Macarium*, de ſenè quodam baptizato, *Ad unanimitatem tuã de rudi matris Eccleſiæ fœtu immaculatum candente lacinio paſtor egregij gregis, ſed magni pigmoris munerator; & encænium ſpiritale tranſmiſi:* & *epiſt. 12. ad Sever.*

Inde parens ſacro ducit de fonte ſacerdos

Infantes niveos, corpore, corde, habitu.

Et *lib. 1. de vita ſancti Martini*,

Sed non erigitur, vel per cõſortia Chriſti

Augent viſa fidem, ſancto renovata lavatro

Membra nitent, ſumuntque parem cum corde decorem,

Atq; novũ pariũt fontis myſteria corpus.

Vbi

43 Vbi membra nitêre de albo dici-
tur colore, *Beda lib. 5. cap. 7. Hiſtor. An-
glor.* de Cedualla Rege Occidentalium
Saxonum, qui cùm Romam veniſſet, &
baptizatus ab Sergio Papa obijſſet, ſic
inquit: *In albis adhuc poſitus.* Sed de
hoc more videndus *Socrates lib. 7. Hiſt.
Eccleſ. cap. 17. Gregor. Turon. lib. 5. Hiſt.
cap. 11. Dionyſ. Areopag cap. 1. & 2. de Ec-
cleſ. Hierarch.*

44 Antiquitùs recèns baptizatum cõ-
municabant: in cuius ſignificationem
dicebatur ſimul ab CHRISTI latere a-
quam & ſanguinẽ promanaſſe: in aqua
intelligebatur Baptiſmus, & in ſangui-
ne Euchariſtia; probant hanc rem in-
gẽtia, & irrefragabilia teſtimonia *Dio-
nyſ. Areopag. lib. 3. Eccleſ. Hierarc. cap. 3.
Clement. lib. 8. conſtit. Apoſtol. cap. 2.* &
aliorum, quod hodie niſi cum adultis
in uſu non eſt, & iſtud non quia ſit præ-
cisè ad ſalvationem neceſſarium, ſed
45 ad amplioris gratiæ incrementũ. Quã-
vis *Soto diſt. 12 quæſt. 1. art. 9.* dubitet,
utrùm infantibus uſum rationis non ha-
bentibus, cùm actualis devotio defi-
ciat, gratia augeatur? Verùm infanti-
bus, ſicut phreneticis ſi nõ augeat gra-
tiam, eis prodeſt, ut cũ CHRISTI præ-
ſentia adverſus dæmonis inſidias velùt
clypeo communiantur.

46 Hocque utebatur non ſolùm Eccle-
ſia Græca, ſed etiam in aliquibus par-
tibus Romana, & quod plus eſt, in Heſ-
peria. Cùm in *Concil. Tolet. 11. cap. 11.*
inveniatur hoc decretum: *Si quis per
mentis alienationem, vel per infantiam re-
iecerit Euchariſtiam perceptam.* Et addat,
quòd aliquoties infantes in utraque
ſpecie, aliàſque in ſola vini communi-
cabant, quod fieri dictat *Concil. Trident.
ſeſſ. 21. cap. 4.* ob probabilem cauſam il-
lius temporis, *D. Auguſtin. in Enchirid.
ad Laurent. cap. 70.* dicit: *Eorum eſt dicere*
PATER *noſter, qui iam* PATRI *regenerati
ſunt ex aqua, &* SPIRITU SANCTO. Et
ſic prima diſpoſitio ad recipiendã Eu-
chariſtiam eſt eſſe filios DEI per Bap-
47 tiſma. Quamobrem *D. Thom. quæſt. 80.
art. 5. ad 2. Sot. & Ledeſm.* adſerunt, gra-
vius paganum communicantem pec-
care, quàm Chriſtianum peccatorem,
cùm magis ab debita diſpoſitione ab-
ſit. Solus CHRISTUS ſine baptiſmate
Euchariſtiam recepit.

48 Apoſtoli iam erant baptizati nocte
Cœnæ, & huius ſententię eſt *D. Auguſt.
apud D. Thom. in Caten. aurea ſup. cap. 15.
Ioann.* cùm dixit Diſcipulis: *Vos iam
mundi eſtis propter ſermonem meum:* &
inquit hæc verba (quibus mundi man-
ſerunt) extitiſſe baptiſmi formam, quâ
fuerunt baptizati; & *Auguſt.* ſequuntur
plures.

49 Alij dicunt CHRISTUM cum Apoſto-
lis diſpenſaſſe propter excellentem, quã
habebat, poteſtatem, ſicut ait *D. Thom.
lib. 3. de Regimin. Princip. cap. 10.* quam
non habuit *D. Petr.* nec habent ſucceſ-
ſores, poterat enim CHRISTUS ſine bap-
tiſmo ſalvare; proptereà dixit *D. Hier.
ſup. Matth.* nemini ſanaviſſe corpus, cui
non ſanaret animam; & hoc ſine bap-
tiſmo: ſed prima ſententia probabilior
eſt.

50 Iam ergo quærendum eſt, utrùm quis
ad fidem, ſeu baptiſmum per metum
compelli poſſit? In qua quęſtione nega-
tivè reſolvi debet: nam probatur ex
*text. in cap. qui ſincera, cap. de Iudæis, 45.
diſt. cap. ſicut Iudæi, de Iud. cap. ad fidem
23. quæſt. 5. D. Thom. 2. 2. quæſt. 10. art. 8.
Ricard. in 4. Sent. diſt. 6. art. 3. quæſt. 1.* &
ibi *Palud. diſt. 4. quæſt. 4. Durand. quæſt.
6. Sot. diſt. 5. quæſt. unic. art. 10. Bald. No-
vell. de dot. par. 11. num. 47. Natta conſ.
434. num. 1. Greg. Lop. in l. 2. gloſſ. 3. tit. 23.
par. 2. Leo in Theſaur. for. Eccleſ. par. 4.
cap. 4. num. 6. Marquard. de Iudæis, par. 3.
cap. 2. num. 8. Pariſ. conſ. 2. num. 17. & 18.
lib. 4. Ant. Ricciul. in tract. de iur. perſon.
extr. grem. Eccleſ. exiſt. lib. 2. cap. 31.
per totum, Chriſtoph. de Paz ad l. 84. ſtyl.
Petr. Gregor. in partit. iur. Canon. lib. 1.
cap. 7. num. 5. Suar. de fid. diſp. 18. ſect. 3.
num. 8. Sanch. de matrim. lib. 7. diſp. 29.
num. 4. Decian. in tractat. crimin. lib. 5.
cap. 24. num. 1. Paul. Comitol. reſponſ.
mo-*

moral.lib.1. quæſt.55. ad fin. Farin.frag. crim. par.2. litter.I. num.632. Solorçan. de Indiarum iur. lib.2. cap.17. latiſſimè.

51 Quod authoritate Patrum confirmatur, Tertullian. ad Scapulam, in fin. Non eſt (inquit) religionis cogere religionem; quæ ſpontè ſuſcipi debet, non vi; D.Clemens in princip. lib. 9. recognit. ad Iacob. Frat. Domin. D.Bernard. in Cantic. ſerm. 66. Fides ſuadenda, non imponenda. S. Gregor. Nazianz. orat.8. Neminem vi duci vult lex noſtra, coactèque, ac non ſpontè gubernari; hoc enim modo, ne alia quidem imperia contineri, ac conſervari poſſunt. Quod ita natura comparatum ſit, ut quidquid vi tenetur, arrepta occaſione ſe in libertatem adſerat: volentium ergo, non coactorum pietatis ſacramentum eſt. D.Gregor. apud Baron. to. 8. Annal. anno Chriſti 591. num.34. Plurimi ſiquidem Iudaicæ religionis viri in hac provincia commorantes, ac ſubinde in Maſiliæ partes pro diverſis negotÿs ambulantes ad noſtram perduxere notitiam; multos conſiſtentium in illis partibus Iudæorum vi magis ad fontem Baptiſmatis, quàm prædicatione perductos. Nam intentionem quidem huiuſcemodi, & laude dignam cenſeo, & de Domini noſtri dilectione deſcendere profiteor; ſed hanc eandem intentionem niſi competẽs Scripturæ ſacræ comitetur effectus, timeo, ne aut mercedis opus exinde non proveniat, aut iuxta aliquid animarum, quas eripi volumus (quod abſit) diſpendia ſubſequantur. Dum enim quiſpiam ad baptiſmatis fontem non prædicationis ſuavitate, ſed neceſſitate pervenerit, ad priſtinam ſuperſtitionem remeãs, inde deterius moritur, unde renatus eſſe videbatur; fraternitas ergo veſtra huiuſmodi homines frequenti prædicatione provocet, quatenus mutare veterem vitam magis de Doctoris ſuavitate deſiderent. Sic enim, & intentio veſtra rectè perficitur, & converſi animus ad priorem denuò vomitum nõ mutatur. Adhibendus ergo illis eſt ſermo, qui & errorum in ipſis ſpinas urere debeat, & prædicando quod in his tenebreſcit, illuminet; ut pro his admonitione frequenti mercedem fraternitas veſtra capiat & eos, quantum Deus donaverit, ad nova regenerationem vitæ producat. Vide Baron. dict. tom.8. ann. Chriſti 598. num.15.

52 Sic Theodoricus Rex Romanorum Iudæis ſcribens apud Caſſiod. lib.2. var. epiſt. 27. Religionem imperare non poſſumus, quia nemo cogitur, ut credat invitus: & rurſus apud eundem Caſſiod. lib. 10. epiſt. 26. Iuſtiniano Imperatori Theobaldus Rex: Cùm divinitas multas patiatur religiones eſſe, non unam audemus imperare: retinemus enim legiſſe voluntariè eſſe ſacrificandum.

53 Ratio certa, & cõmunis eſt, quòd nũquam benefit, id, quod ſine voluntate conſtituitur, S.Valer. hom.3. Omne igitur opus, in quo ſtudium humanæ converſationis invigilat, voluntarium requirit officium. S. Ambroſ. Pſalm. 118. ſerm. 13. Mend. tom.2. lib.1. Reg. cap.3. ỷ.10. ſect. 2. à num.1. cum ſeq. elegans text. in l.1. tit.10. lib. 1. Recop. ibi: I provean como ninguno ſea traido por fuerça à tomar las Bulas. Attendens huic Philoſophię S. Iſidor. Peluſiot. lib.2. epiſt.72. dixit: Qui volentibus imperant, ÿ demum verè imperare mihi videntur: qui autem invitis imperant, eos potius ſimiles eſſe duco, qui cruciatu adficiuntur, quàm qui imperium adminiſtrant: perbellè iſtam veritatem demonſtrat ipſa Natura, ait Theophraſt. de cauſ. plant. lib.2. cap.9. Spontaneus ortus expreſſiùs naturam oſtẽdit: ſicut enim adſeruit Demet. Conſtantinopol. lib.1. cap. 6. de cura Accipitrum: Perſpicuum eſt rem eſſe nullã, quæ rectè peragi poſſet, niſi amore comite.

54 Quâ de causâ in magnam raptus admirationẽ Auguſt. apud D.Thom. in Catena aurea, cap.13. Matth. ex tom.1. Bibl. hom. Domin.5. poſt Epiph. de Paulo protulit, Mirum autem eſt, quomodo ille, qui pœna corporis coactus intravit, plus illis omnibus, qui ſolo verbo vocati ſunt, in Evangelio laboravit. cap.1. 23. q.6. cap. diſplicet, verſ. Qualiter Paulus 23.q.4.

Huic

Huic rei mirè cōgruit *Conc. Neocaſ. cap. 57.* ibi: *Si quis in ægritudine conſtitutus fuerit baptizatus, presbyter ordinari nō debet. Nō enim fides illius voluntaria, ſed ex neceſſitate eſt.* Concordat *Concil. Pariſienſ. lib. 1. cap. 8.*

Adſtipulatur huic ſententię, quòd victima, quæ aliquo modo ſe invitam ad arã, & cultu trahi ſignificabat, ut ſi ab ara profugiſſet, aut nimis eſſet reluctara, aut percuſſa mugitus ederet, à Romanorũ, & aliarum Gentium ſacrificijs reijciebatur, quia putabatur ingrata eſſe Deo, ut tradit *Macrob. lib. 3. Saturn. c. 8. Plin. lib. 8. cap. 45. Plat. lib. 8. Simpoſ. c. 8. Tiraq. ad Alex. lib. 3. Gen. c. 16. Briſſon. lib. 1. de formul. pag. 17. Gaſp. Sanch. in Iſai. cap. 53. num. 37.*

Vnde illud *Virgil. 2. Geor.*

Et ductus cornu ſtabit ſacer hircus ad aram.

Vbi *Serv. Pontan. & Cerda* plura alia notarunt, *Delrio ad Senec. in Oedip. ℣. 336. fol. 194.*

55 Limita ſuprà firmatam concluſionē: Primò, ut non procedat, ſi vis fuerit cauſativa, vel conditionalis, quia tunc recipit Iudæus baptizatus charactêrem, cùm talis voluntas ſit, *cap. meritò 15. quæſt. 1.* Quando autē eſſet vis præciſa, ut quia ligatis manibus, & reclamans emergeretur; tunc procedit concluſio ex *dict. iurib.* corroborata, & fulcita, nec charactèrem recipiet, expreſſus *text. in cap. maiores, §. item quæritur, de Baptiſm. gloſſ. verb. Abſolutè, in cap. contra Chriſtianos, de hæret. lib. 6. Pariſ. conſ. 2. num. 17. & ſeqq. lib. 4. Cardoſ. in prax. verb. Sacramentum Baptiſmi, num. 17. Ant. Ricciul. in tract. de iur. perſon. extra grem. Eccleſ. exiſtent. lib. 2. cap. 38.* toto, *Auguſtin. Barboſ. in cap. maiores, num. 13. de Baptiſm. Acuña in cap. de Iudæis 5. num. 3. diſt. 45. Afflict. deciſ. 151. num. 12. Baſil. de matrim. lib. 4. cap. 14. numer. 3.*

56 Secundò, ſi Iudæus ſuâ ſponte petat baptizari, & deinde pœniteat, & nolit baptizari; ut per *Marquarium de Iudæis, par. 3. cap. 3. num. 1. Ant. Ricciul. dict. lib. 2. cap. 31. num. 26.*

Vnde Iudæi facti Chriſtiani non ſpōtè, ſed coactè ſi ad Iudaiſmum redeant, non excuſantur, niſi coactio fuerit præciſa, & abſoluta, *Sylveſt. in ſumm. verb. Hæreticus, §. 2. num. 4. verſ. Secundum, Decian. tract. crimin. lib. 5. cap. 10. num. 21. & cap. 40. numer. 6. verſ. 6. Penia ad Eimeric. in direct. Inquiſ. par. 2. quæſt. 44. comm. 69. verſ. Iamque, Farin. de hæreſ. quæſt. 178. num. 41. Auguſt. Barboſ. in cap. contra Chriſtianos 13. num. 4. de hæret. lib. 6.* cum alijs. Quare ad fidem ſunt cogendi, elegantiſsimè *Ioan. Valboa in cap. omnis, num. 10. de pœnit. & remiſſ. fol. 364.*

57 Tertiò, ſi Iudęi illatam vim in Baptiſmo patienter per longum temporis ſpatium non contradicendo adprobaverunt etiam per actus poſitivos gerentes ſe pro Chriſtianis, tunc enim nō obſtante pręcedente vi inlatâ, charactèrē recipiunt, *Pariſ. d. conſ. 2. Marquar. d. par. 3. cap. 2. num. 5. ante medium. verb. Et prædicta procedunt, & num. 9. Farin. 2. p. fragm. crim. litt. I. num. 634. Aug. Barboſ. in cap. de Iudæis, num. 2. 3. & 4. diſt. 45. Ricciul. de iur. perſon. extr. grem. Eccleſ. exiſtent. lib. 2. cap. 35. num. 3.*

Quæ ſententia nullatenùs poteſt procedere; nam ſi Iudæus fuit baptizatus per vim abſolutam, non recipit baptiſmum, nec caractèrem, *dict. cap. maiores, §. item quæritur, de Baptiſm. d. gloſſ. verb. Abſolutè, in c. quia contra Chriſtianos, per text.* ibi; *de hæret. in 6. cap. de Iudæis 45. diſtinct. S. Thom. 2. 2. quæſt. 10.* nec Chriſtianus eſt, nec Orthodoxam Fidem tenetur ſervare, *Pariſ. dict. conſ. 2. num. 21. vol. 4.* cum plurib. Vnde etſi poſt Baptiſmum non contradicat, non purgabitur vis, quia ſi abſolutè caracter non fuit receptus, multò minùs adprobatio eius fiet, *l. eius qui in Provincia, D. ſi cert. petat.* cum vulgatis. Alioquin ſi per non contradictionem cenſeretur baptizatus, ſequeretur abſurdum nō leve, quòd etſi à principio bap-

tiſ-

tiſmus non interceſſerit, nec Sacramentũ, non contradictio id operaretur, quod cuilibet obvium eſt.

Rurſus, quòd ſi Iudæus per vim cõditionalem fuerit baptizatus, caracterem recipit, *d.§.item quæritur.*

Vnde expreſsè convincitur tertia limitatio, & *DD.* pro ea laudati taxari poſſunt.

Probant expreſsè hanc ſententiam *Paſchal.de virib.pat.pot.1.p.c.7.n.19. Solorçano de Ind. iur.lib.2. c.18.n.59.*

58 Quartò, quando infideles, qui quandoque ſuſceperunt fidẽ, & profeſſi ſunt eam, ſicut hæretici & apoſtatæ, tales corporaliter ſunt cogendi, ut impleant, quod promiſerunt, *text. in c. ſchiſmatici, & in cap.iam verò 23.q. 6. Turrecremat. in cap.1.n.2. in fin. & Præpoſit.n.1. Roderic. Acun.n.3.diſt.45.* An & quando infidelibus fides ſufficienter eſt propoſita, teneantur ſub præcepto credere? diſpungit *Sanch.in ſumma lib.2.c.1.num. 2.& 5.*

59 Quintò, ſi muneribus invitẽtur, quia ijs poſſunt ad fidem, & baptiſmum invitari, *cap.ſincera*, ibi: *Blandimentis*, ubi *Præpoſit. num.3. diſt.45. & in cap. quàm pio 1. quæſt.2.num.1. Abb. in cap. cùm in Eccleſijs, num.7. de ſimon. Molin. lib.1. de iuſt.& iur. tract.2.diſput.93.num.5.verſicul. Ex eadem, Leſſ.de iuſt.lib.2. cap.35. dubit.12. Gregor. apud Baron. tom.8.Annal. anno Chriſti 694.num.8. Acuña in cap.de Iudæis 5.num.2. diſtinct.45. Sanchez de matrimon. lib.1. diſp.39. num.4. verſ.Sextò, Suarez de Relig. to.1.lib.4. de ſimon.c.16.num.10. Azor inſtit. mor. p.3. lib.12.c.3.q.5. Aug.Barboſ.in cap.dilectus 30.num.6.de ſimon.*

60 Vtrùm autem Iudæorum, & infidelium infantes, qui adhuc ad uſum rationis non pervenerunt, poſſint invitis parentibùs baptizari? Quæſtio eſt ad præſens inſtitutum non contemnenda, in qua parte negativam, nempè, quòd parentibus invitis pueri ante uſum rationis baptizari licitè nõ poſſint, tenẽt *D. Thom.2.2.q. 10. art.ult. Ricard. in 4. Sent.diſt.6.art.3.q.1.* & ibi *Paludan q.6. Sot.diſt.5. q.unica, artic.10. D.Anton. in ſumm.p.2.tit.12.cap.2.§.pueri Iudæorum, Vict.de Sacram.tit.de baptiſm.n.27. Zabarell. Annan. Socin. Abb.& Felin.in cap.ſicut Iudæi 9. de Iudæis, Siman. de Cathol. inſtit.c.29. à num.51.& cap.35.num.13. Ioſeph.Angl. in florib.Theol.q.2. de recip. baptiſm. art.2. Reſtaur. de Imper.cap.10. num.315. Cuch. inſtit. Canon.lib.5. titul. de baptiſm. num. 130. Zanch. in tract. de heret. cap.36. num.1. Borgnin. deciſ.21. num.14.part.2. Cornel.Beninc. tractat.de paup. in 5.ſpecial. in iud. num. 8. Navar. conſ.4.tit.de conv.infidel. Burſat.cõſ.231. num.1.& 2.lib.3. Afflict. deciſ.151. Natta conſ.434. Marquard.de Iudæis par.3.c.8. Philipp. Paſchal.de patr.poteſt.p.1.cap.2. ſub num. 3. Menoch.illuſt. lib.1.c.8. num. 12. Petr. de Aragon 2.2.quæſt.10. artic. 8. pag.286. cum ſequentib. & art. 12.* ubi *Bañez quæſt.10. articul.10. col.614. cum ſequentibus, & artic.12. Perez in l.3. verſicul. De infidelibus verò non doli capacibus, titul.4.lib.8. Ord.pag.117. Gab.Vazquez in 3.part. D.Thom.tom.1.diſp.155. Ægid. de Coninch. de Sacram. & cenſ. tom.1. diſput.68.artic.10. Soar.tom.3.diſput.25.ſect.3. Ioan.Franc.Leo in theſau. for. Eccleſ.part.4.c.4.à num.7. Valer.Regin.in prax.for pœnit.lib.27.num.68.* plures *per Cened. ad Decret. collect.59.n. 1. Auguſt. Barboſ.in c. Iudæorum, num.228. quæſt.1.*

61 Quamvis contrarium teneant *Scot. Archidiac. Gemin. Ioan. And. Gabr. Biel. Angel. Zazi.* & alij, quos refert & improbat *Anton.Ricciul.lib.2.cap.32.n. 2. Antonin.Dian.p.2.tract.1.miſcell. reſol. 45.fol.61.col.1.*

62 Quod limitandum eſt, quando pater, vel mater Iudæa ad fidem converſa eſt, poteſt pater communem ſobolẽ altero parente Iudæo invito ad baptiſmum producere, ut per *Azor inſtit. moral.p.1.lib.8.c.15.q.3.* ubi ampliat hoc procedere etiã quòd uterque parẽs tam infidelis, quàm fidelis prohibeat filium baptizari, adhuc enim contra eorum

voluntatem Eccleſia habet ius cogen-
di, ut baptizetur, refert & ſequitur *Fa-
rin. fragm. crim. p. 2. verbo Iudæi, n. 631.*
Et quòd ad effectũ, ut poſſint filij bap-
tizari, ſufficiat, ut unus tãtùm ex paren-
tibus ſit fidelis, tradunt *Sot. diſt. 5. quæſt.
unica, art. 10. concluſ. 2. in 4. arg. Vrſill. ad
Afflict. deciſ. 151. num. 6. Bertazol. conſ.
250. num. 8. lib. 1. Paſchal. de pat. poteſt. p.*
63 *1. cap. 7. num. 8.* Quod procedit, ſive pa-
rens ſit immediatus, ſive mediatus, ut
reprobatâ opinione *Navar. conſ 4. de
converſ. infidel.* fuiſſe in Curia reſolu-
tum, teſtantur *Addentes* ad eundem *ci-
tato loco*, ubi invitâ matre Iudeâ fuit
baptizatus parvulus, propterea quòd
defuncto eius patre aderat avus pater-
nus, qui petebat illum baptizari, refert
*Anton. Ricciul. de iur. perſon. extr. grem.
Eccleſ. exiſtent. lib. 2. cap. 32. num. 23. cum
ſeqq. Auguſt. Barboſa in cap. Iudæi, à n. 7.
28. q. 1.*
64 Denique pro Colophone huius ca-
pitis advertendum duxi pungere in cõ-
trarium, quòd quâcumque vi, ſive con-
ditionali, ſive abſolutâ baptiſmus effi-
ciatur, non ſubſiſtat, eo fundamento,
quòd ad fidem voluntas requiratur, &
nemo ad eam invitus adduci debeat,
ut *ex Iuribus, Authorib. & Sanctis Pa-
tribus* ſufficientiſſimè probavimus; re-
pugnabit huic infallibili, & irrefraga-
bili veritati adſerere cum diſtinctio-
65 ne; quia quoties metus intervenit,
conſenſum deficere notum eſt, *l. nihil
116. D. de reg. iur.* & qui per metũ vult,
nihil vult, *Bald. de pac. Conſtantiæ, in
verſicul. Item volentibus, in fin. Balzaran.
de feud. lib. 4. titul. 53. de pac. inter ſub-
ditos, §. item Sacramenta, num. 11. fol.
349. col. 3.* Ideoque, qui tali metu pre-
mitur, ut baptizetur, involuntarius ef-
ficitur, cùm ſi abſit, nullatenus bap-
tizari voluiſſet; quâ de causâ voluntas
eius non accedit, niſi ad evitationem
damni comminati, quod ſi non ad-
ſtaret, haud conſentiret: conſentit er-
go ob periculum, ut illud refugiat, non
verò ob baptiſmum, ut eum accipiat;
tamen à prima ſententia nec deflectere
lubet.
66 Quæſtionis eſt, an efficiatur irregu-
laris, qui metu compulſus rebaptizatus
fuerit?
Certum & indubitatum exiſtit, Sa-
cramentum Baptiſmi non eſſe repeten-
dum, nec iterandum, ut probant *D. Au-
guſt. lib. unico de Baptiſmo, & lib. de vera
& falſa pœnitentia, c. 3. D. Paul. ad Hebr.
6. & ad Epheſ. 4. Clem. cap. 15. Conſtit. A-
poſtol. Damaſc. lib. 4. de Fide Orthodoxa, c.
1. Leo Papa ad Ruſticum Epiſcopum, epiſt.
70. cap. ſi nullo, de conſec. diſt. 4. D. Thom.
in 3 p. q. 66. art. 9.* idem tenent *Theologi
in 4. Sent. diſt. 6. Alphonſ. à Caſtro lib. 2.
cap. de Baptiſmo, hæreſ. 5. Concil. Trident.
ſeſſ. 7. cap. 11. & ſeſ. 14. cap. 2.* & alij, quos
omittimus.
67 Quâ ſtante prohibitione colligitur
ex text. in c. eos quos, de conſec. diſt 4. illum
effici irregularem, qui metu etiam ca-
dente in conſtantem virum compulſus
rebaptizatus fuerit, ſequuntur *Sylveſt. in
ſumm. verb. Irregularitas q. 4. Maiol. de
irregularit. lib 3. c. 14. Avil. de cenſur. p. 7.
diſp. 7. dub. 14. Salzed. ad Bernard. Diaz
in pract. c. 15. verſ. Et non ſolùm*; ubi ſecus
adſerit, ſi per vim præciſam, ut narratur
de quodã Epiſcopo, cui nomen impoſitũ
fuit, habet Deum, quem Arriani ligatis
manibus, & pedibus invitum rebapti-
zarunt, non equidẽ illi dicta rebaptiza-
tio nocuit, ut eleganter ſcribit *Victor
Epiſcopus Vticenſis, de perſecut. Vandal. lib.
3.* & ſimile refert *Cyprian. epiſt. 19.*
68 Contraria tamen opinio verior eſt,
non eſſe irregularem, ſi ſolùm per talem
metum gravem cogatur ad receptio-
nem exteriorem ablutionis, dummodò
non habeat intentionem, ut rebaptize-
tur; ſed neque peccabit non reſiſtendo,
ſi exteriùs non ſignificat ſe conſentire,
cum hâc ratione nihil agere, ſed pa-
ti potius cenſeatur; ſic *Henriq. lib.
14. cap. 4. §. 3. & 4. & Franciſc. Sua-
rez de cenſ. diſp. 31. ſect. 6. in fin. poſt
S. Antonin. 3. part. titul. 29. de irregul.
cap. 6. §. 3.*

Com-

69 Communis enim opinio eſt, leges humanas non obligare, quando metus cadit in virum conſtantem, & ſine dubio talis eſt metus, cùm dicitur, occidã te, niſi rebaptizeris; quãvis enim quis externâ receptione ablutionis rebaptizetur, dummodo non adſit interna intentio, nec iſte rebaptizetur, cùm incapax ſit, ut denuo baptiſmum recipiat, ſicut nec qui ficte primum baptiſmum recepit, & verè ſecundum baptiſmum recipit cum intentione irregularis eſt, quia hic verè nõ eſt rebaptizatus. Cùm igitur in hoc caſu is haud peccet, conſequenter nec irregularitatem ob peccatum impoſitam incurrit, *Sair. de cenſur. lib. 7. c. 8. num.* 18. *&* 19. *Bonac. tom.* 1. *diſp.* 7. *q.* 3. *punct.* 3. *prop.* 1. *n.* 7.

70 Hoc autem, quod diximus, intelligi debet, quando non fieret in contemptum Eccleſiæ, & opprobrium Religionis Chriſtianæ, tunc enim obligatio eſt moriẽdi, potius quàm ut quis ſe rebaptizari permittat, quamvis etiã tunc fortè excuſabitur ab irregularitate, etſi non excuſetur à culpa.

Vnde ſolùm vera eſt *Sylveſt. & aliorum* opinio, quando quis iterũ intentionem baptiſmum recipiẽdi habêret, aut levi metu inductus hoc faceret.

Quæ quidem ſententia procedit in rebaptizante *ex dictis*.

SVMMARIVM.

1 Definitur *tranſactio.*
Receſſus à lite.
Agenti obſtat.
Non inſtaurãtur lites per eã terminatæ.
2 *Habet authoritatem rei iudicatæ.*
3 *Prævalet ſententijs.*
4 *Emendatur l.* 2. *D. ſi quis caut.*
Solus timor futuræ litis ſufficit ad tranſactionem, ibi.
5 *Non ſtatur in hoc adſertioni tranſigentium.*
6 *Probatur ex coniecturis.*
7 *Lis calumnioſa non ſufficit.*
8 *Tranſactio ſuper ſorte comprehendit fructus.*
9 *Per tranſactionem inducitur novatio.*
10 *Tranſactio eſt diſtractus.*
11 *Explicatur, &* 12.
13 *Veniens contra tranſactionem ante omnia tenetur reſtituere pretium, &* 14.
15 *Etiamſi ex læſione reſciſſio intendatur.*
16 *Ampliatur l. ſi diverſa, C. de tranſact. &* 17. 18.
19 *Sub prætextu inſtrumenti noviter reperti tranſactio reſcinditur, &* 20. 21.
An per tranſactionem extinguatur inſtantia, ibi.
22 *Tranſactio an ſub læſionis enormis, vel enormiſſimæ prætextu poſſit reſcindi, &* 23. *uſq.* 42.
43 *Conſenſus requiritur in tranſactione.*
44 *Tranſactio ob metum non tenet.*
45 *Confirmatur, &* 46. 47. 48.
49 *Metus reverentialis ſimiliter annullat.*
50 *Et falſa perſuaſio, &* 51.
52 *Tranſactio ſpontè non inita non patitur pœnas l. ſi quis maior, C. de tranſ.*
53 *Per inſtrumenta de novo reperta tranſactio non retractatur.*
54 *An tranſactio metu iuramenti falſi, etſi neceſſarij, reſcindatur per inſtrumenta noviter reperta, &* 55. 56. 57.
58 *Metu falſorum teſtium tranſactio reſcinditur.*
59 *Quæritur ſimiliter, an ad hoc requiratur in integrum reſtitutio, &* 60. 61. 62. 63.
64 *Pacta inita cum Rege ab Rege obſide valida ſunt, &* 65. 66. 67.
68 *Pacta metu facta an ſint valida? uſq.* 81.

CAPVT XVIII.

De Tranſactione.

1 Tranſactio *eſt pactio nõ gratuita ſuper re dubia, ac lite incerta, l.* 1. *D. de tranſ.* quã ſic definivit *Padill. in rubr. C. de tranſ. num.* 16. declarat *Oroſc. in l. de his, num.* 13. *col.* 698. *D. eod.*

refert, ac ſequitur *Azev. in l 4. num.4. titul. 21. lib.4. Reeop.* cuius natura eſt receſſus à lite, *l. 11. & l. ſi pro fundo, C. de tranſact. Corn. conſ. 167.* poſt *num. 5. lib. 2. Roland. conſ. 28. num. 16. lib. 4. Alexand. Ludoviſ. decíſ. 286. num. 5.* & obſtat agenti, quia continet exceptionem litis finitæ, *l. fratris, C. de tranſact. cap. 1. de lit. conteſt. in 6. gloſ. in l. 1. D. de iur. iurand.* non enim ſunt inſtaurandæ lites per eam terminatæ, *l. cauſas, l. ſi maiores, & l. quamvis, C. de tranſact.* & ut notat *Bald. in l. terminato, in 2. notab. C. de fructib. & litium expenſ.* ex ſopita materia non debet novum iurgium ſuſcitari, *Alex. Ludoviſ. deciſ. 354. num. 1. & 2.*

2 Præterea non minorem etiam authoritatem tranſactionum, quàm rerum iudicatarũ & iuriſiurandi eſſe rectâ ratione placuit, *l. non minorem, C. de tranſact. l. 2. D. de iur. iuran. Roland. conſ. 28. n. 17. lib. 4. Cephal. conſ. 66. num. 24. Socin. Iun. conſ. 32. n. 6. lib. 3. Surd. conſ. 418. n. 12. lib. 3. Menoch. conſ. 412. num. 95. & 439. num. 40. Morot. conſ. 8. num. 20. & conſ. 62. num. 9. Ioan. Bapt. Coſt. de fact. ſcient. &*

3 *ignor. diſt. 94. cent. 1. num. 8.* Imò ſententijs prævalent; nam ſicut, quæ ad diminutionem litium pendent, ex ipſarum partium cũſenſu valdè favorabiles ſunt, merenturq́; ob partium conſenſum maiorem obſervationis fidem, & ſecuritatem, quã iudicia & ſententię, quæ reddũtur in invitos, teſte *Ioan. Papon. lib. 19.*

4 *tit. 9. arreſt. 2.* Sic viciſſim ab eis recedi non poteſt, tranſactiones enim, & ſentẽtiæ eiuſdem ſunt effectus, ſententijſque tranſactiones prævalẽre debent, cũ procedant de expreſſo conſenſu partiũ, qui in omnibus actibus prævalêre debet, quàm invitis, & coactis, qui reddũtur in invitos, eiſque neceſſariò obſequendum eſt, *l. ſi pecuniam, & l. ſub ſpecie, C. de re iudic. Paul. Chriſtin. deciſ. Belgic. 96. num. 4. vol. 2.* Et ideò non exigi-

5 tur reum iudicio ſiſti, ſi negotium, propter quod iudicio ſiſti promiſit, fuerit tranſactũ, *l. 2. D. ſi quis caut. in princip.* (ubi tam in *Pet. Fal. lib. 1. c. 13. in princ.* pro *non* rectè cenſet *modo* legendũ) *Ant. Hering. de fideiuſſ. c. 20. §. 7. n. 4.*

6 Ad tranſactionem efficiendam ſolus timor futurę litis ſufficit, *l. 2.* cum ibi notat. *C. de tranſ. Pariſ. conſ. 32. num. 18. lib. 1. Alex. Ludov. deciſ. 149. n. 2. Grat. cap. 476. num. 3. Seraph. deciſ. 638. num. 7.* ubi dicit, ſolam ſuſpicionem litis ſufficere, *& dec. ſ. 387. Rot.* penes *Zachiam de oblig. Cam. deciſ. 119. n. 4. & in recent. p. 1. deciſ 169. num. 4. & 447. n. 2. part. 2. & deciſ. 715. num. 5.*

7 Sed quoad hunc timorem litis, necnon quoad exiſtentiam litis non ſtatur adſertioni tranſigentium, debet tamen aliunde de eo conſtare, *Rota deciſ. 327. in princip. part. 2. Diverſor. Surd. deciſ. 104. num. 2. & 3. & deciſ. 131. num. 20. &*

8 *Seraph. deciſ. 737.* Et iſte timor litis ex coniecturis, & veriſimilitudinibus ſatis probatur *d. deciſ. 737.* Neque lis calumnioſa ſufficeret ad ſuſtinendã tranſactionem, *Magon. deciſ. Florent. 5. n. 4. & Oliver. Beltram. in addit. ad Alex. Ludoviſ. deciſ. 149. lit. A.*

9 Facta autem tranſactio ſuper ſorte, comprehendit etiam fructus, & omnia adceſſoria, & connexa, ac pœnam tam conventionalem, quàm legalem, *Ruin. conſ. 86. num. 8 lib. 5.* cum alijs per *Cardin. Mant. de tacit. & ambig. convent. lib. 26. tit. 6. n. 19. & 20. Pariſ. conſ. 150. n. 9. lib. 4. Gratian. tom. 2. diſcept. cap. 400. num. 27.*

10 Per tranſactionem, per quam ſui naturâ receditur à prima obligatione, dicitur inducta novatio, quaſi non comparatur novatio cum dicta obligatione, & ſic per eã omnis prior obligatio tollitur, quãdo pro parte rei fuit adimpleta, & obſervata tranſactio, *Gozad. conſ. 38. col. 2. in fin. verſic. Secundò conſidero, num. 9. & col. ult. in princip. verſ. Non obſtãt cõtraria, n. 12. per textũ in l. ſive apud acta, & l. ſi pro fundo, C. de tráſ. l. ſi inſtituta 27. D. eod.* quod etiã voluit *Roncbegall. in l. 3. in princ. n. 19. verſ. Videtur tamen, quod in certo caſu, de duob. reis, Menoch.*

lib.

lib.3. præſumpt. 144. num.42. latè Dec.
conſ 400. Viſo eleganti, col. penult. in fin.
verſicul. Et ideò de tali compromiſſo, &
col. fin. in principio, verſicul. Per ſenten-
tiam arbitralem, num.9. & 10. Gab. de no-
11 vat. concluſ.1. num.61. Quaſi tranſactio
ſit diſtractus, in quantum eſt liberatio,
contractus autem in quantũ eſt promiſ-
ſio, l. quamvis, C. de tranſ. Bald. in rub. ext.
eod. tit. ante fin. verſ. Numquid tranſactio,
num. 10. & 11.
12 In quo verò notandum exiſtit, quòd
non ſolùm requiritur, ut tranſactio fue-
rit adimpleta ad hoc, ut dicatur facta
novatio, ut dictum eſt ex Gozad. d. conſ.
38. ſed etiam opus erit, ut tranſactio ſit
13 valida. Nam ſtipulatio inutilis non no-
vat præcedentem utilem, quaſi ex ſti-
pulatione inutili non naſcatur nova o-
bligatio, & ſic non receditur à prima,
& per conſequens neque tranſactio nul-
la poteſt novare præcedentem obliga-
tionem, cap. conſtitutus, de tranſact. Bart.
in l. ſi inſtituta 27. in principio, D. eod. Mã-
tic. de tacit. & amb. conv. lib. 17. tit. 1. n.
11. & voluit Alex. conſ. 193. Perſpectis
inſtrumentis, col. 2. ad med. verſ. Confirmo,
quia per ſecundũ, n.4. lib.6. Purpurat. in l.
pacta noviſſima, col. 2. in fin. verſ. 4. regula
limitatur, num. 14. C. de pact. ubi ampliat
ad conventionem fraude, vel dolo ini-
tam, l. iuris Gentium, §. ſi fraudandi, D. de
pact. quaſi non præſtet impedimentum,
quod de iure non ſortitur effectum, c. non
præſtat, ubi Auguſt. Barboſ. de reg. iur. in
6. Licèt ſi fuiſſet obſervata, tolleretur
omnis difficultas, Dec. conſ. 564. col. pe-
nult. in princip. num. 15. Grati. tom. 2. diſ-
cept. cap. 290. à num. 11. cum ſeqq.
14 Veniens contra tranſactionem ante
omnia tenetur reſtituere pretium, quod
ex ea recepit, l. ſi diverſa, C. de tran-
ſact. ubi notant Bald. Paul. Salic. Padill.
Afflict. decis. 220. num. 4. Roland. conſ. 59.
num. 7. vol. 1. Ann. ſing. 540. Rota di-
verſor. decis. 111. part. 1. Ludovic. Mo-
lin. de Hiſpan. primog. lib. 4. cap. 9. num.
43. Cæſar Barz. decis. 106. num. 29. Ioan.
Aloiſ. Ricc. col. 1822. part. 7. Ioſeph. Ra-
mon. conſ. 42. num. 57. Guzman de evict.
15 queſt. 31. num. 14. cum alijs. Quod in-
telligi debet parte opponente, & non
aliter, cùm generale ſit quemlibet actũ
tendentem ad favorem alterius intelli-
gendum eſſe parte petente, Rota decis.
111. num. 1. & 805. num. 1. & 810. per to-
tam 1. p. diverſ.
16 Quæ concluſio ampliationem reci-
pit, etiam ſi tranſactio ex læſionis enor-
miſſimæ capite impugnetur, Honded.
conſ. 34. num. 34. lib. 2. Similiterque pro-
cedit etiam ſi minor & Eccleſia ſint,
qui eam impugnent, l. quod ſi minor, §.
reſtitutio, D. de minorib. l. 1. C. de repet.
Corn. conſ. 188. num. 12. lib. 2. Crav. conſ.
329. num. 9. & conſ. 957. n. 25. Simoncell.
de decret. lib. 3. tit. 7. n. 20. Cavalc. de tut.
n. 150. Ioan. Baptiſta Coſta de re integra,
in prælud. 3. num. 2. & caſ. 16. cap. 8. n. 4.
Magon. decis. Florent. 119. n. 8. Molina
diſput. 537. & 540.
17 Ampliatur principalis concluſio ex
dict. l. ſi diverſa, ut procedat in reſciſſio-
ne contractus, ſive tranſactionis, aut al-
terius cuiuſvis generis; tunc enim non
eſt audiendus actor, niſi priùs reſtituto
pretio, quod tranſigendo accepit, l.
ubi pactum, l. cùm te, C. de pact. int. empt.
Bart. Bald. Caſt. Salic. & alij in d. l. ſi di-
verſa, Afflict. decis. 220. num. 4. Gramm. de-
cis. 66. n. 22. Flamin. Rubeus conſ. 80. n. 1.
lib. 2. Sfortia conſ. 41. n. 98. Ant. Gab. tit.
de tranſact. concluſ. 1. n. 50. Gratian. tom. 3.
diſcept. cap. 555. n. 25. Ioan. Aloiſ. Ricc. de-
cis. 117. num. 2. p. 1. Tiraq. lib. 1. de retract.
§. 1. gloſ. 18. num. 1.
18 Quod etiam locum habet in omni
iudicio reſciſſorio, ubi actor prius ac-
ceptum reddere debet, l. ex empto, §. ſi
quis virginem, D. de act. empt. Coſt. de re
integra, prælud. 3. n. 2. Menoch. conſ. 1111.
n. 64. Anchar. conſ. 313. conducunt Barc.
decis. 103. num. 25. Mar. Giurb. decis. 103.
num. 1.
19 Hoc adeò ità patens eſt, ut etiam
abſq; interpellatione teneatur is cũ ef-
fectu reſtituere, quod accepit, & verba-
lis oblatio nõ ſufficiat, Menoch. cõſ. 644.

T 3 num.

num.1. Aldovin. conſ.70. num.117. Calcan conſ.26.col.fin. Sfort. de reſtitut. integr. quæſt.47.art.3. num.14. Sim.de Pret.conſ.74.num.28.Grat.dict.cap.555. num.26. Guzm.d.quæſt.31.num.17. qui *à num.19.*limitationes proponit videndus.

20 Sub prætextu inſtrumenti noviter reperti tranſactio reſcinditur,eleganter declarat *Cæſar Manent. conſ.* 142.toto, latè *Sfortia de reſtitut. part.2. quæſt.73. 74.& 75.Carrot.except.49.Ioan.Domin. Gait. de credit. cap.3. titul. 1. num.* 121.

21 Et executio ſententiæ impeditur,*l.Imperatores, D. de re iudic. Peregrin. deciſ. 31. num.2. ad textum in l. ſub ſpecie,*ubi omnes, *C.eod. l. ſub prætextu, C.de tranſact. l.2. D. de iur. iur. & in cap. ſuborta de ſent. & re iudic. Cartarius deciſ.* 132. *num.14.* Quod reſtringitur,quando inſtrumentum noviter repertum non cõtinet factum principale controverſum per ſententiam, ut puta,ſolutionẽ, quia tunc non impediretur executio ſententiæ, *Ann.ſing.251.*

Quæri nunc debet, an per tranſactionem extinguatur inſtantia, *DD. in l.ſi diverſa, C.de tranſact.* diſputant noſtram quæſtionem, & primus provinciam hanc ſuſcepit dubiumque movit *Bart.* ibi *num.5.* nempè, ſi factâ tranſactione exſpectabatur reddi ad litigandum, an lis futura foret in antiqua inſtantia? an nova eſſet inchoanda? cùmque hoc dependeat ab indagando tranſactum, relinquit ſub dubio, & nihil decidit.

Paul. Caſtr. in eadem l. ſi diverſa num. 5. diſpungit eandem quæſtionem, quando à tranſactione receditur ex mutuo partium conſenſu, an nova inſtantia opus ſit? Tunc enim remanet *Paul.* ſub dubietate. Nam ut nova lis inchoanda ſit, adſerit videri *textum* formalem, *dict. l. ſi diverſa*, ibi: *Cauſam ex integro agi.* Sed quòd in contrarium facit *textus in l.ſive apud acta, C. eod.* in quo probatur, quòd poteſt prima inſtantia proſequi, non obſtante tranſactione, & in hoc caſu dicit *Alex. Ludoviſ. deciſ.*434. *num.17.* quòd remanet lis antiqua, quæ poteſt proſequi, quando à tranſactione receditur ex mutuo partiũ conſenſu. Et ob hanc cauſam *Paul. dict. num.5.* diſtinguit aliquos caſus, cùm à tranſactione de partium conſenſu non receditur.

Vnus eſt, quando in tranſactione non renunciatur inſtantiæ, nec acta proceſſus caſſantur: tunc enim remanet inſtantia antiqua, & in ea poteſt lis proſequi.

Alter eſt, cùm renuntiatum fuit inſtantiæ, & tranſactio eſt perfecta, ſed tamen reus non obſervat promiſſa, & tranſactionem impugnat, tunc poteſt reverti ad primam inſtantiam, *Paulum* ſequuntur communiter *DD. in dict. l. ſi diverſa, Franciſc. Aretin. verſicul. Secundò nota, Alexand.num.6. verſicul.Extra gloſſam, quæ ſicut hic, Iaſ. ad fin. verſicul. Extra gloſſam circa quæſtionem, Curt. Iun. col. ultim. num.9. verſic. Circa ultimam quæſtionem, Padill. num.* 8. *Gilken n.*18. *& 19. Rendin. in prompt. recept. ſent. tom.1.tit. de tranſact. num.8. Paul.in l.ſive apud acta,num.9.C.de tranſact.* ubi loquitur, quando inſtantiæ renuntiatum non eſt, quòd poſſit ad eam reverti, & ibi *Curt. Iun. num.* 18. ubi quòd reo non ſervante conventa in tranſactione, poteſt actor ſequi inſtantiam cœptã, nec habet neceſſe novam inchoate.

Angel. in dict. l.ſi diverſa, num.2. & 3. ponit eandem, quam *Paul.* & cæteri quæſtionem, & arguit prò & contra, & firmat, quòd abſolutè poteſt reddi ad primam inſtantiam in omnibus caſibus propoſitis per *l. ſive apud acta, C. de tranſact. l. eleganter, §. penultimo, D. de condiction. indebit.* Et ad *l. ſi diverſa*, verbo *Ex integro*, reſpondet, quòd intelligatur ex antiquis tantùm actis, ut exponitur *in l. ſi ut proponis, la 1. verſicul. Denuo, C. quom. & quand. iudex* Nec obſtare dicit, quòd inſtantia poſſet dici finita

per

per tranſactionem, quia hic finis non eſt incommutabilis, ſed ità demum ſi promiſſa ſerventur, & in tranſactionibus perſiſtant, *Riminald. Sen. in dict. l. ſi diverſa, num. 2.* ſequitur *Angel.* & addit, quòd diſtinctio *Paul.* in quantum dicit, quòd ſi fuit actio ſublata ipſo iure, quòd tunc etiam inſtantia, & ipſa actio cenſentur penitùs diverſa, & propterea renuntiatio unius non videtur aliud includere, & quòd non eſt inconveniens, quòd detur inſtantia ſine actione, cùm ſit, quòd etiam procedat iudicium de facto.

Et inferiùs ipſe *Riminald. in dict. l. ſi diverſa*, adſeverat, quòd conſideratio *Paul. Caſtr.* quòd ibi non eſt extincta actio, & reus ſervavit tranſactionem, quòd tunc inſtantia perimitur, & novâ inſtantiâ opus eſt, non procedit, nec habet locum, & contra eam eſſe *textum* formalem *in l. eleganter, §. ſi quis poſt, D. de condict. indeb.* & latè ibi proſequitur *Iaſ. in l. ſive apud acta, C. de tranſ. num.* 11. ubi quòd ſi lite inchoatâ fiat tranſactio, per eam non tollitur inſtantia.

Verall. deciſ. 317. part. 3. ubi dicit, quòd cùm quædam mulier tranſegiſſet ſuper hereditate defuncti, quæ ad eam adtinebat, propter duo millia ducatorum, qui ei non fuerunt exſoluti, valeat intendere remedium *l. fin. C. de edict. Div. Hadrian. tollend.* & ſi ei opponatur tranſactio, queat replicare de læſione enormiſſima, *Paul. Chriſtin. deciſ. Belg. 97. volum. 2.* & defectu implementi pacti in tranſactione, & poſſit continuari viam executivam, & in illa obtinêre; idem tradit *Rota deciſ. 82. part. 2. Diverſ.* ubi quòd quando exceptio in via executiva replicatione actoris repellitur, poteſt in ea procedi uſque ad finem litis, *Ioan. Grivell.* eleganter *deciſ. 111. tota*, ſed præſertim *à num. 27. & 28. Giurba deciſ. 22. num. 89. & ſeqq.*

Aliæ ſubſunt limitationes, ſeu reſtrictiones *ad dict. l. ſi diverſa*, ſcilicet, quando tranſactio eſt nulla, & ſic nullum effectum fuit operata, & ſpecialiter non potuit extinguere inſtantiam primæ litis, *l. ſi cùm dotem, §. ſi cùm mulier, D. ſolut. matrimon.* quæ loquitur in doloſa novatione, *Gratian. tom. 2. cap. 290. num.* 13. ubi de tranſactione nulla, quòd per eam non novetur primæva actio, *Carroc. de excuſ. bon. 2. part. quæſt. 54. num. 19. & 23. Alex. Ludoviſ. deciſ. 76.* & ibi *Oliver. Beltram. num. 9. Muta deciſ. Sicil. 11. num. 9. & 13. Rodrig. de reddit. lib. 2. q. 16. num. 59.* ad finem, *Galer. de renunt. tom. 1. ren. 173.* ad finem.

Vel quando opponitur nullitas contra tranſactionem, *Alexand. Ludoviſ. deciſ. 271. num.* 16. & ibi *Beltramin. num. 28.* ubi aliæ plures deciſiones referuntur, & *ad deciſ.* 354. *num. 17. verſicul. Et primò illa non habent locum, Ioan. Aloiſ. Ricc. deciſ.* 117. *part. 1. Caſar. Manent. conſ. 141. num.* 11. *& 12. vol. 2.*

Vel cùm lis eſt inſtructa in definitiva, & ſine pluribus adlegationibus, quâ factis poteſt decidi, quo caſu non eſt opus novâ inſtantiâ, ſed in vereri valet proceſſus vidêri, & contractus reſcindi, ut notabiliter probat *Sfortia quæſt. 34. num. 14. & num. 15. verſicul. Ego igitur puto dicendum.* Quibus convenit, quod tradit *Marant. de ordin. iudic. 3. part. in principio num. 60.* Nec eſt neceſſe agere ad reſciſſionem contractus alio ſeparato, & diverſo iudicio. Quia vera eſt, & communis iuris reſolutio, quòd remedium reſcindens, & reſciſſorium poſſunt cumulari, *Sfort. q. 33. num. 35. cum ſeqq. & num. 38. verſ. Ego puto*, & cum pluribus ità obſervat *Paz de tenuta cap. 41. num. 4. cum ſequentib.* ubi latè.

Ex diſpoſitione *dict. l ſi diverſa, C. de tranſact.* adparet, quòd tranſactioni ex aliqua cauſa contravenire intendens, in primis, ad hoc, ut audiri poſſit, debet reſtituere omne id, quod eius causâ accepit, *l. cùm te fundum,*

C. de pact. int. empt. & venditor. & utrobique per *Serib.* & *DD.* ſuprà laudatos n. 24. & 25.

Conducit in hanc tem, quod dicunt *DD.* in quæſtione, an viâ ordinariâ intentatâ habeatur regreſſus ad executivam? De qua fusè, & doctè egit *Mont. à Cueva deciſ. 22. tota*, quòd refuſis expenſis per actorem reo ad illam poſsit reditum facere, ut cum *Rebuff. Marant.* & alijs probant *Gutier. lib. 3. pract. q. 39. num. 7. Suarez de Paz in prax. 4. p. tom. c. 3. ſub n. 31. & anteà c. 2. n. 1.* & alij communiter: cum infinitis noviſsimè *Perez de Lara in compend. vitæ homin. cap. 27. à num. 20.*

Adſtipulatur non inelegans adnotatio, quòd dominus poſsit retinêre veſtem (ſeu ſinthesim quam ità adpellat Cõſultus *in l. Titia teſtamento, §. 1. D. de aur. & arg. legat.*) quam pediſequis, anteambulonibus, puériſque ſervitoribus ornatus causâ dedit ſolutâ mercede, *ex l. id veſtimentum*, & ibi *gloſ. fin. D. de pecul. Ioan. Garc. de expenſ. c. 21. n. 27. Carrot. de locat. fol. 34. col. 3. num. 10. verſ. Declaratur.*

De quibus egit *Valer. Martial. lib. 2. epig. 18.*

Sum comes ipſe tuus, tumidiq; anteambulo Regis.

Et *lib. 3. epig. 7.*

Centum miſelli iam valete quadrantes;
Anteambulonis congiarium laſſi.

22 Diſpungi nunc debet, an tranſactio ſub læſionis enormis, vel enormiſsimæ prætextu inſpecto dubio litis eventu poſsit reſcindi? In qua quæſtione alij indiſtinctè negant, alij diſtingunt inter læſionem enormem, & enormiſsimam; alij putant læſionem enormẽ ſufficere, ſi modò adfuerit inſpecto dubio litis eventu.

3 Tractant de hac re *DD. in l. Lucius 78. § fin. ad Treb. in l. 2. C. de reſcin. vend. in l. ſi quis cùm aliter, D. de verb. oblig. & in cap. 1. de tranſ. Iaſ. in dict. l. ſi quis cùm aliter, num. 13. Anton. Gab. de empt. & vendit. concluſ. 1. num 68. & 69. Men. conſ. 451. num. 157. & 158. & conſ. 1111. à num. 58. & à num. 76. Pinel. de reſcin. vendit. 1. part. cap. 4. num. 14. cum ſeqq. Anton. Fab. de errorib. pragmat. decad. 8. err. 10. Surd. conſ. 451. num. 9. Rot. deciſ. 625. & 715. & deciſ. 461. part. 1. collect. apud Farin. & deciſ. 104. num. 3. Decian. conſ. 56. à num. 66. lib. 4. Fach. lib. 2. cont. cap. 26. Iacob. Gall. conſ. 117. num. 9. Paul. Chriſtin. deciſ. Belgic. 288. à num. 4. vol. 1. Camill. Larath. conſ. 112. num. 40. Ioan. Anton. Bellon. conſ. 77. num. 16. & 17. Stephan. Gratian. tom. 4. diſcept. cap. 788. num. 1. & tom. 5. cap. 867. num. 48. Mantic. de tacit. & ambig. convent. lib. 26. titul. 9. num. 23. Fontan. de pact. nupt. tom. 1. clauſ. 4 gloſ. 9. part. 5. à num. 199. cum ſequentib. Anton. Merenda lib. 6. contr. cap. 21.* Et alibi paſsim apud recentiores, quorum catalogo prætermiſſo, id, ſcilicet, quæram, quod verius ſit.

24 Re tamen diligentiſsimè penſatâ, ob nullam læſionem tranſactionem reſcindi dicendum adſtat, quod ex ſequentibus comprobationem capit. Primò, *ex textu in l. in ſumma 65. D. de condict. indeb.* ibi: *Et quidem, quod tranſactionis nomine datur, licèt res nulla media fuerit, nõ repetitur, nam ſi lis fuerit, hoc ipſum, quòd à lite diſceditur, cauſa videtur eſſe: ſin autem evidens calumnia detegitur, & tranſactio imperfecta eſt, & repetitio dabitur,* ubi *Paul.* ſolùm conſiderat ad reſciſsionem, ſi lis non fuerit: ergo non eſt quærendum, quanta læſio fuerit, ſed an lis fuerit.

25 Secundò, *ex textu in l. 6. C. de iur. & fact. ignor. & in l. nec intentio 23. C. de tranſ.* Quibus evidentiſſimè conſtat indebitum ex cauſa tranſactionis promiſſum non poſſe condici, quia indebiti ſolutionem allegando, non enormiſſima, ſed totius iactura proponitur. Igitur non cõſideratur læſio, tranſactione enim finitum negotium erat, & iniuſtiſſimum eſſet, ſi ſub prætextu læſionis enormiſſimæ ſecundùm dubium litis eventum tranſactio poſſet impugnari.

Ter-

26 Tertiò, pro noſtra ſententia urget, quia Is, qui adverſario ſuo iuramentum detulit, læſionem, quantacunque ſit, non poteſt adlegare, *l. 5. l. nam poſteà*, §. 1. *D. de iur. iur.* Ergo multò minùs ei licebit, qui tranſegit; ius enim iuramenti ex eo pendet, quod tranſactionis ſimilitudinē habet, *l. quod ſi deferente 22. de dol. l. 2. D. de iur. iur.*

27 Quartò, tranſactio, & res iudicata æquiparantur, *l. non minorem 20. C. de tranſ.* Sed adlegatio adverſus res iudicatas ſub prætextu læſionis non auditur, *l. 2. & 4. C. de re iudic. cap. cùm inter vos 13. cap. ſuborta 21. extr. eod. l. ſi per impudentiam, D. de evict. l. 2. C. quando provoc. non eſt neceſſe, l. 1. D. eod. titul. cap.*
28 *fin. de empt. & vendit.* Igitur nec etiam adverſus tranſactionem erit recipienda, reiectâ diſtinctione enormis, vel enormiſsimæ læſionis: & an de ea inſpecto dubio litis eventu conſtet, ſed id, quod de re iudicata dicitur *in l. 207. D. de reg. iur.* eam pro veritate haberi, erit etiam de tranſactione dicendum, cùm non minorem vim habeat, quàm res iudicata.

29 Quintò, *ex textu in l. Lucius 78. §. fin. D. ad S. C. Treb.* dum ait: *Heres eius, qui poſt mortem ſuam rogatus erat, univerſam hereditatem reſtituere, minimam quantitatem, quam ſolam in bonis fuiſſe dicebat, iis, quibus fideicommiſſum debebatur, reſtituit; poſteà repertis inſtrumentis adparuit, quadruplo ampliùs in hereditate fuiſſe. Quæſitum eſt, an in reliquum fideicommiſſi nomine conveniri poſſit? Reſpondi, ſecundùm ea, quæ proponerentur, ſi non tranſactum eſſet, poſſe.* Læſio enormiſsima in hoc caſu proculdubio aderat, ſed fideicommiſſarius excluditur, eò quòd tranſegerit, ergo non attenditur ad reſciſſionem.

30 Sextò, in comprobationem occurrit non leve argumentum, ut mihi videtur, indiſſolubile: ex eo ductum, quod *Diocletianus, & Maximianus AA.* diligentiſſimi ambiguitatum, quæ ex iure oriuntur, ut plurima eorum reſcripta indicant, explanatores, octies interrogati, an læſio ad infringendam tranſactionem allegari poſſet? negativè ſemper reſponderunt, nullâ factâ diſtinctione, an læſio enormis vel enormiſſima eſſet inſpecto dubio litis eventu, etiam ſi verſarentur in illis ſpeciebus, in quibus ſecundùm dubium litis eventum læſio enormiſſima adeſſe poterat. Quis enim eos credat de eâdem re toties interrogatos, id ſubticuiſſe? quod præcipuè obſervandum erat, plurimum, ſcilicet, intereſſe, quanta læſio eſſet, & an adeſſet inſpecto dubio litis eventu? ut patet *in l. ſub prætextu 19. l. nec intentio 23. l. ſi pro fundo 33 C. de tranſ. l. unic. C. de error. calc. l. poſt deciſionem 13. C. de furt.*

31 Septimò, ex *textu in l. à Divo Pio 15. §. ſi pignora, D. de re iudic.* cuius verba hæc ſunt: *Si pignora, quæ ſunt, emptorem non inveniant, reſcriptum eſt ab Imperatore noſtro, & Divo Patre eius, ut addicantur ipſi, cui quis condemnatus eſt, utique ea quantitate, qua debetur. Nam ſi creditor maluerit pignora in creditum poſsidere, hiſque contentus, reſcriptum eſt, eum non poſſe, quod amplius ſibi debetur, petere, quia velut pacto, tranſegiſſe, de cætero videtur, qui contentus fuit pignora poſsidere*: ubi cùm quis mavult pignora increditum poſſidère, nihil aliud petere poteſt, quia de cætero tranſegiſſe videtur. Ex quo colligitur argumentum pro noſtra ſententia omni ſolutione maius, ut rectiſsimè animadvertit *Aretinus.* Igitur.

32 Nec noſtri ſententiæ refragantur *textus in l. 2. & in l. ſi voluntate, C. de reſc. vendit.* Nam reſpondetur, magnam exſtare inter tranſactionem, & cæteras conventiones differentiam; in cæteris enim commercijs tractatur de rebus extra controverſiam poſitis, quæ tanti æſtimantur à domino, quantum valent, & ideò nulla ratio eſt, cur putemus, eum qui læſus fuit, aliquod de ſuo condonare voluiſſe, quod ubi deeſt, ei, qui læſus fuit, omnino ſubveniendum eſt, ne alter cum eius iactura locupletetur. Tamen is, qui tranſegit, de læſione conqueri nequit,

quit,quia cenſetur adverſario ſuo reli-
quum condonare, quod clarè exprimit
I.C. in l. ſi deferente 22. *D. de dol.* dum
volens oſtendere eum, qui detulit iura-
mentum detecto periutio, ampliùs age-
re non poſſe, ait id accidere, quia tranſ-
egiſſe videtur : hæc enim ratio non eſ-
ſet idonea, ſi is, qui tranſigit, non cenſe-
retur adverſario ius ſibi competens cō-
donare.

33 Iſtud etiam indicat apertiſsimè *l. à
Divo Pio,§.ſi pignora,D.de ſent. & re iu-
dic.* dum oſtendit eum, qui pignora in
exactionem capta in creditum poſſidê-
re elegit, non poſſe id, quod ſupereſt, pe-
tere, quia tranſegiſſe videtur, niſi enim
qui tranſigit, cenſerètur reliquum con-
donare, non rectè *I.C.* ratiocinaretur.

34 Ideò autem condonare videtur ius
ſuum is, qui tranſigit, quia ſciens, vo-
lenſque pro eo iure, quod ſibi competit,
id accipit, quod ſibi datur in tranſactio-
ne: ſi enim id vult, quod ſibi non debe-
tur, cur litem non proſequitur?

35 Nullum negotium faceſſit *textus in l.
ſi quis cùm aliter 36. D. de verbor. oblig.*
Cui, ut ſatisfiat, meminiſſe oportet, ma-
ximum exiſtere diſcrimen inter actionē,
36 & exceptionem de dolo. Nam actio
non datur niſi in ſubſidium, cùm alia
deficiat, *l.* 1. §.*idem fuit, D. de dolo*, ex-
ceptio è contrà impertitur, ubicunque
aliqua reo competit, *l.2. §. item quæri-
tur, l. qui æquitate 12. D. de dol. mal. &
met. except.*

37 Non rectè ergo ex hoc *textu* colli-
gitur in favorem eius, qui adverſus
tranſactionem agere vult, idem eſſe do-
lo in ductum fuiſſe ad tranſigendum, &
tranſactionem re ipsâ continêre dolum;
loquitur enim *textus* reſpectu rei exci-
pientis de dolo: nos verò agimus de
actore actione de dolo uti volente. Nam
hoc eſt argumentum ductum à minori
ad maius adfirmativè, quod non valê-
re pluſquàm manifeſtū eſt, *Surd. de alim.
tit. 9. q. 1. n. 11. Thom. de Thomaſert, reg.
53. Ignac. del Villar reſp. 16. c. 4. n. 4. Ve-
laſt. in axiom. iuris, lit. A, n. 464. & 465.*

38 Verùm nec exceptio doli poterit
competere, ſi ipſe conveniatur, quo-
niam differentia eſt hac in re inter ſti-
pulationem & tranſactionem, ut probat
l. 1. C. de error. calcul.

39 Et quòd actio de dolo nō poſſit prop-
ter læſionem competere, eſt *textus in l.
interpoſitas 13. C. de tranſact.* dum tra-
ctans de hoc, ait, ad dolum arguendum
non ſufficere qualitatem cauſę princi-
palis, nempè, læſionem graviſſimam, ut
cū *gloſ.* ibi exponūt *DD.* cōmuniter *Odo-
fred. num. 1. Bart. 3. & 9. Bald. 1. Salic.*
ante *num. 1. Caſt. 4. & 5. Fulgoſ. num. 4.
Alex. 3. Roman.* prope finem, *Iaſ. num.
1. Curt. Iun. 9. Claud. Aquenſ. num. 20. Al-
ciat. n. 28. Men. lib. 3 præſ. 126. n. 6.* quò
ſpectat *l. dolus 20. C. de reſcin. vendit.* ibi:
*Dolus emptoris qualitate facti, non quan-
titate pretij æſtimatur.*

40 Haud impedit *text. in l. ſi ſuperſtite 5.
C. de dolo*, quatenus adſerit, filiam ſi im-
modicè læſa fuerit, poſſe adverſus trā-
ſactionem inſurgere, nullâ factâ mentio-
ne, quòd doloſè pater eâ in re fuerit ver-
ſatus.

41 Quia non ex eo, quòd læſa fuit mu-
lier, colligitur dolus, ſed ex eo, quòd
pater perſuaſerit filiæ, ut tranſigeret,
quod non obſcurè indicant illa verba:
Bona fide tranſegiſti, quæ fruſtrà poſita
fuiſſent, niſi ſignificarent filiam fidem
patris ſecutam tranſegiſſe, quod patris
dolum arguit manifeſtè. Quis enim à
dolo poterit excuſare patrem, qui pa-
ternâ authoritate utitur, ut filiam ad
tranſigendum inducat? Irà textus men-
tem acutè calluit *Ant. Fab. de errorib.
pragmat. error. 7. decad. 1. n. 22.* Et anteà
Loriot. de pact. axiomat. 91. quem refert
& ſequitur *Pinell. de reſc. vendit. 1. part.
c. 4. num. 23.*

42 Qui intellectus eò libentius reti-
nêri debet, quòd aliàs repugnaret al-
teri reſcripto eorundem Imperatorū,
de quo *in l. 23. C. de tranſ. & in l. dolus,
C. de reſcind. vendit.* Alia adducta pro
hac ſententia *ex dictis* corruunt, & ideò
contraria ſententia repudianda eſt, cùm
iuri

iuri noſtri nō ſit conſona, & litium materiam non levem præſtet.

43 Cauſa efficiens tranſactionis eſt conſenſus, *l. interpoſitas 13. verſ. Conſenſu terminata, l. nō minorem 20. l. cùm donationis, C. de tranſact. Vbeſemb. in paratitlis ad titul. D. eod. lit. G.* Ideò ſine conſenſu contrahi nequit, & ſi contrahatur, redditur ipſo iure nulla, *l. ſi diverſa* 14. & ibi *gloſ. verb. Agi*, in fin. *C. de tranſ. l. 1. §. conventionis, & §. adeò*, ubi *Bart.* & alij, *D. de pact. Alex. in l. qui Romæ 122. §. duo fratres, num. 54. verſ. Cùm ergo, D. de verb. oblig. Purpurat. conſ. 286. num. 1. Ioan. Anton. Bellon. conſ. 79. n. 1.*

44 Hinc tranſactio metu facta non tenet, & nullius eſt momenti, *Bald. in l. interpoſitas num. 1.* ubi *Salic. Alciat. & Padilla num. 3. C. de tranſact. Bertrand. conſ. 464. num. 3. vol. 4. Hippolyt. Rimin. conſ. 404. num. 34. vol. 4. Franc. Marc. deciſ. 733. num. 1. vol. 1. Angel. conſ. 215. Sebaſt. Medices de caſib. fortuitis 1. par. quæſt. 7. num. 52. Tuſch. pract. verbo Metus, concluſ. 216. num. 13. & concluſ. 221. num. 14. Proſper. Farinac. tom. 2. fragm. crimin. verb. Metus, num. 36. Mantic. de tacit. & ambig. convent. tom. 2. lib. 26. tit. 8. n. 30. & 31. D. Mart. in D. noviſſ. tom. 3. titul. tranſactio, c. 4. Galgan. de iur. pub. lib. 2. titul. 62. num. 12.*

45 Confirmant *textus in l. furti 6. §. qui iuſſu, D. de his qui notant. infam.* ibi: *Qui iuſſu Prætoris pretio dato pactus eſt, non notatur.*

46 Secundò, *ex l. ſi donationis 7.* ibi: *Si donationis, vel tranſactionis, vel ſtipulationis, vel cuiuſcunque alterius contractus obligationis confectum inſtrumentum, metu mortis, vel cruciatu corporis extortum, vel capitales minas pertimeſcendo, adito Præſide Provinciæ probare poteris, hoc ratum haberi ſecundùm edicti formam non patietur. l. fin.* ibi: *Venditiones, donationes, tranſactiones, quæ per potentiam extortæ ſunt, præcipimus infirmari, C. hoc noſtro tit.*

47 Tertiò, *ex textu in l. interpoſitas 13. C. de tranſ.* ibi: *Interpoſitas metus cauſa tranſactiones ratas non haberi, edicto perpetuo continetur.*

48 Quartò, *ex textu in §. quia verò, authent. ut litig. collat. 9.* ibi: *Nullam habere licentiam eos, aut adiutores eorum, vel per ſe, vel per aliam quamcunque perſonam tenere aliquem, aut ſub fideiuſſoribus facere, aut aliquid exigere, aut cogere tranſactiones, aut pacta quædam cum ſuis adverſarijs exponere, aut quolibet modo in quacunque cauſa ſe permiſcere.*

49 Vnde inferas primò, metum reverentialem annullare tranſactionem, *iuxta l. 1. §. quæ onerandæ, D. quar. rer. act. non detur, l. penult. D. de furt. c. cùm virum, de eland. deſponſ.* in proprijs terminis *Aim. Cravet. conſ. 851. num. 16. vol. 5.*

50 Inferas ſecundò, falsâ perſuaſione tranſactionem effectam non valêre, per id quod notat *Anton. de Butr. in cap. cùm contingat, in 3. caſu, de iur. iur. Federic. de Senis conſ. 201. Angel. in l. non enim, D. de inofficioſ. teſtam.* & quod ſcribit *Beat. Ambroſ. in 3. de offic. cap. 10. & ſequenti, Steph. Bertrand. conſ. 25. n. 16. vol. 7.*

51 Conducit elegans *textus in l. ex ſtipulatione 7. C. de ſent. & interlocut. omn. iudic.* ibi: *Ex ſtipulatione parta actione paciſci proximis perſonis ſuadendo Præſes Provinciæ, verborum obligationem, quam certo iure tolli tantùm licet, extinguere nō poteſt, nec vox omnis iudicis iudicati continet authoritatem, cùm poteſtatem ſententiæ certis finibus concludi ſæpè conſtitutum ſit. Quapropter, ſi nihil cauſa cognita ſecundùm iuris rationem pronuntiatum eſt, vox paciſci ſuadentis Præſidis actionem perimere, ſi quam habuiſti, minimè potuit.*

52 Inferas tertiò, tranſactionem ſpontè non initam, non pati pœnas *l. ſi quis maior, C. de tranſact.* ità *Paul. Caſtr. conſ. 377. num. 3. vol. 1. Salic. in dict. l. ſi quis maior, num. 2.*

53 Regulariter per inſtrumenta de novo reperta tranſactio non retractatur, *l. ſub prætextu, C. de tranſ.* rationē reddit *gloſ. in l. admonendi in verb. Nova inſtrumenta, D. de iur. iur.* quia ambarum partium conſenſu facta fuit.

Quo

54 Quo ſuppoſito quærendum eſt, numquid tranſactio metu iuramenti falſi, quamvis neceſſarij, per inſtrumenta noviter reperta retractetur? In quo arriculo *gloſ. in l. ſi ex falſis, verbo Præcipimus, in fine, C. de tranſact.* decidit, quòd ſi iudex in defectum probationum parti detulit iuramentum, & pars iuravit, ſed falsò, eiuſque iuramenti timore altera pars ad tranſactionem devênit, ſi poſteà de novo inſtrumẽta invênit, quæ detegunt, & aperiunt negotij veritatem, certè ex talibus inſtrumentis veniet tranſactio taliter facta retractanda: hanc *gloßam* laudant, & ſequuntur *in dict. l. ex falſis Cyn. col. ultim. verſ. Quid in ſacramento falſo, Bart. in 1. lect. col. 2. num. 8. in fin. verſ. Quærit gloßa quid ſi à lite, Salic. num. 10. in fin. verſ. Quæro tertiò, cum gloſ. Iaſ. n. 8. verſ. In ultima parte gloſ. Corn. col. 3. in med. verſ. In eadem,* ibi: *Quid ſi ex ſacramento? & in d. l. admonendi, Alex. num. 6. Iaſ. in 1. lect. num. 44. Iacob. de Sancto Georg. num. 2. verſic. Sed numquid iſtà? Rip. num. 40. Curt. Iun. num. 18.*

55 Iſtud tamen tripliciter limitandum adeſt. Primò, niſi inſtrumenta falſa fuiſſent talia, quæ non ſufficiunt ad victoriam, tunc vani timoris non eſt habenda ratio, *l. ſi quis ab alio, in principio, D. de re iudic. l. habitatores in fin. D. locat. c. ex litteris, de fid. inſtrument. l. fin. C. qui legit. perſ. hab. Gulielm. de Suzar. Alex. & Alberic. in dict. l. ſi ex falſis, C. de tranſact.*

56 Secundò, quando inſtrumenta non fuerunt producta, nec oneroſa, ſed adverſarius ſemper iactavit ſe habère, ità *Alber. de Roſa. proœmi. in l. ſi maior tranſegiſti, C. de tranſact.*

57 Tertiò, cùm adverſarius non commiſit falſitatem inſtrumenti, ſed alius eo ignorante, tunc debet priùs agi contra illum tertium ad intereſſe, & poſteà in ſubſidium habêri regreſſus cõtra iſtũ, ſecundùm *Iacob. But. in l. fin. C. ſi ex falſ. tut. additio ad Salic. in l. ſi ex falſis, lit. A. C. de tranſact.*

58 Ex quo fluit, quòd quemadmodum tranſactio reſcinditur, ſi facta ſit metu falſorum inſtrumentorum, *l. ſi ex falſis, C. de tranſ.* ità quoque ſi effecta ſit metu falſorum teſtium (ſecundùm communem ſententiam) reſcindetur, ſiquidem inſtrumentorum adpellatione teſtes, & atteſtationes continentur, *l. notionem, §. inſtrumentorũ,* & ibi per *Bart. de verb. ſign.* concordat *textus in l. 1. D. de fid. inſtrum. & in cap. pervenit, el. 1. de teſtib. cog. per Ant. de Butr. & Imol. in rub. de fid. inſtrum.* hanc opinionem firmavit *gloſ.* ab alijs communiter adprobata *in dict. l. ſi ex falſis, in gloſ. 1. in fin.* ibique *Cyn. col. 1. q. 3. verſ. Iuxta hoc quæro, Bart. col. 1. num. 1. verſ. Circa legem noſtram, Alberic. de Roſat. col. 1. poſt princip. verſ. Item tenet gloſ. quod idem ſit, Bald. col. 2. num. 9. verſ. Quæro quid ſi ex falſis? Salic. col. 1. num. 4. verſ. Opponitur 2. Paul. Caſtr. col. 1. num. 5. verſ. In gloſ.* ibi: *Et idem in teſtibus, Ludovic. Roman. col. 2. num. 10. verſ. in gloſ. quæ incipit, Id eſt timore, Alex. col. 1. num. 6. verſic. in gloſ. 1. in fin. Corn. col. 1. in med. verſ. In eadem,* ibi: *Idem in teſtibus, Iacob. de Sanct. Georg. col. 1. n. 8. verſ. Nota ex iſta gloßa, & Curt. Iun. col. ult. n. 8. verſ. Circa gloſſam 1.*

59 Denique in diſputationem ſe offert quæſtio, an tranſactio facta metu falſorũ inſtrumentorum, ad hoc ut retractari queat, ſit neceſſaria in integrũ reſtitutio? *Gloſ. in verb. Civiliter, in l. ſi ex falſis, C. de tranſ.* dicit, quòd adverſus tranſactionẽ taliter factã ſuccurratur exceptionis, vel replicationis ope: *Gloſſa* verò ſequens in *verb. Præcipimus* dictat, opus eſſe in integrum reſtitutione. Quarum deſidium ità componit *Bart.* ibi, *num. 8. verſ. Hic adverte,* diſtinguens, quòd aut actor agit ex tranſactione facta prætextu falſorum inſtrumentorum, & tunc reus excipiendo, quòd tranſactio metu falſorum inſtrumentorum fuit facta, petitionem actoris impediet abſque alli-
60 qua in integrum reſtitutione. Aut actor non obſtante tranſactione vult priſtinã

actio-

actione experiri, quæ per tranſactionem ſublata non fuit, & reus excipiat de tranſactione, & hoc caſu actor replicare poterit, quòd tranſactio illa fuit prætextu falſorum inſtrumentorum inita, & in hoc ſimiliter caſu in integrum reſtitutione opus non erit, quemadmodum in præcedenti, & in his duobus caſibus loquitur *gloſ. verb. Civiliter.*

61 Si verò actor actione priſtinâ agere velit, quæ per tranſactionem ſublata erat, quia in ea fuerat per acceptilationem, & Aquilianã ſtipulationem liberatus, & hoc caſu antequàm actor admittatur ad replicandum, quòd tranſactio metu prædicto facta fuit, opus eſt, quòd priùs in integrum reſtitutionem petat: hanc *Bart.* ſententiam ſequuntur ibidem *Angel. num. 3. Salic. num. 7. Aretin. num. 1.*

62 Communis tamen eſt opinio in integrum reſtitutionem in omni caſu neceſſariam fore, ità tenuerunt *gloſ. in verbo Pracipimus*, ibi *Iacob. Butrig. col. 1. in 1. q. Cyn. Bald. Paul. Caſtr. Fulgoſ. Roman. Alexan. Corn. Iacob. de Sancto Georgio, Iaſ. Curt. Iun. Pet. de Bellap. & Imol.* congeſti à *Scipione Rendina in prompt. receptar. ſenten. tit.* 116. *num.* 12.

63 Quam ſententiam expreſsè communit *Caliſtrat. in l. Divus* 33. *D. de re iudic.* ubi adhuc durabat prima actio, quæ per ſententiam ſublata non erat (ut notat *gloſ. verbo Virilibus, C. ſi plures una ſententia cõdemnati ſunt*) & tamen dicitur in ea reſtitutione opus eſſe, ibi: *Divus Hadrianus aditus per libellũ à Iulio Tartino, & iudicãte eo falſis teſtimonijs conſpiratione adverſariorum, teſtibus pecunia corruptis religionem iudicis circumventam eſſe, in integrum cauſam reſtituendam in hæc verba reſcripſit: Exemplum libelli dati mihi à Iulio Tarentino mitti tibi iuſſi, tu, ſi tibi probaverit, cõſpiratione adverſariorum, & teſtibus pecunia corruptis oppreſſum ſe, & remſeverè vindica, & ſi qua à iudice tam malo exemplo circumſcripto iudicata ſunt, in integrum reſtitue*: ſequitur *gloſ. in l. qui agnitis* 11. *verbo Præſcriptionem, D. de except.*

64 Quæri debet, utrùm Rex alterius Cæſaris, vel Regis obſes bello captus libertati reſtitutus teneatur ſervare trãſactiones & pacta cum eo inita?

Et pro negativa ſententia ex *Zabarel. conſ.* 137. adfirmante promiſſiones vi, & metu extortas eſſe nullas, tenent *Carol. de Graſſal. regal. Franc. lib. 1. iur. 1. Alciat. de ſing. certamic. 44. Ioan. à Rebter. Topic. lib. 2. cap* 14.

65 Quòd nullatenus eſt dicendum ex ſequentibus.

Primò, quia ſola perſonæ dignitas metum inferre non præſumitur, *l. ad invidiam, C. hoc noſt. tit.*

Secundò, metus non præſumitur inferri illi, qui ſuperiorem non recognoſcit, *Franc. Aret. conſ.* 24. *num.* 6. *Menoch. caſ.* 136. *n.* 6. ſic inter dictos Reges metum verſari nõ præſumetur, cùm æqualitatem præſeferant.

66 Tertiò, quia nullus metus inter pares potentiæ Reges allegari poteſt, notatur *in cap. Lotharius* 31. *quæſt.* 2. & ibi *gloſ. verbo Reprehenſibile.* Hùc reſpexit *Barclai. lib. 1. arg. fol.* 4. *in parv.* de Archombroto & Poliarcho loquens utroque Rege, cùm dixit *Ætas, forma, habitus; & arcanus luminum vigor, & quamvis in diverſis frontibus una maieſtas.*

67 Vnde fit, dictas tranſactiones & pacta valida eſſe, ut teſtatur eminentiſſimè *Borrell. de præſt. cap.* 47. *à n.* 118. ubi dicit Franciscum Galliæ Regem obſtrictum fuiſſe ad obſervantiam pactorum initorum cum invictiſſimo Imperatore & Rege noſtro Carolo. Nã etſi Imperator in ſuprema ſit omnium dignitate, non præſumitur idcircò alicui vim, aut violentiam inferre, *l. non eſt veriſimile, D. hoc titul.* Præſertim cùm Carolus fuiſſet iuſtitiæ fons, *ex Bart. in l. fin. D. eod. Pariſ. conſ.* 135. *num.* 12. *vol.* 4. *Paſct. conſ.* 147. *num.* 7. *vol.* 1.

Facit pro hac ſententia *text. in l. nam & Servius* 22. *D. de negot. geſt.* ubi obligatio facta à captivo, ut ſe redimat, nõ reſcinditur, ſi ex altera parte impleatur,

tur, *l. 48. titul. 14. part. 5. Senec. de benef. lib. 1. cap. 10.* ibi: *Primò: huius notæ ſunt, hoſtium manibus eripit, & tyrannicæ iræ, & proſcriptioni, & alÿs periculis, quæ varia, & incerta humanam vitam obſident. Quidquid horum diſcuſſerimus, quo maius, ac terribilius erit, hoc maiorem inibimus gratiam. Subit enim cogitatio, quantis ſint liberati malis: & lenocinium eſt muneri antecedens metus. Nec tamen ideò debemus tardius quemquam ſervare, quàm poſſumus, ut muneri noſtro timor imponat pondus.* Quare pactorum obſervatio ex fide erat. Nam ut dixit *Livius lib. 3.* ibi: *Famæ ac fidei damna maiora ſunt, quàm æſtimari poſſint. Quintil. declam. 342. Fidei ſupremum rerum humanarum vinculum eſt. Sacra laus fidei inter hoſtes, ſacra inter pyratas: Magna etiam apud malos auctoritatis. Cic. pro Roſc. Fidem, qui violat, oppugnat commune omnium præſidium, & quantum in ipſo eſt, diſturbat vitæ ſocietatem, Gell. lib. 20. cap. 1.* ibi: *Omnibus quidem virtutum generibus exercendis, colendiſque populus Romanus è parva origine ad tantæ amplitudinis inſtar emicuit: ſed omnium maximè ac præcipuè fidem coluit, ſanctamque habuit tam privatim, quàm publicè.* Sed nunc verò cum *Apul. lib. 4. de Aſin. Aur.* dicere poſſumus, nullam fidem in vita reperiri, quia ad manes iã & mortuos odio perfidiæ noſtræ demigravit.

Facit ad hanc rem, & confirmat intentum mirus *textus* facet *in cap. 9. Ioſue*, ubi Gabaonitæ metu mortis ducti fœdus cum Ioſue inierunt, & iuramento firmarunt, tamen cùm fraudibus illud extorquerent, alterâ vice in eos irrumpere CATHOLICUS ille INDUPERATOR iuſſit, ad quem denuò Gabaonitæ acceſſerunt, ut eos non occideret, & ad pacem reduces eſſe voluerunt, quibus pepercit ORTHODOXUS DUX, cùm reſponſum acciperet in hæc verba: *Timuimus igitur valdè, & providimus animabus noſtris, veſtro terrore compulſi, & hoc conſilium inivimus.* Poterat inviolato iureiurando fraudibus extortam pacem denegare, poterat in ore gladÿ conſumpſiſſe univerſos accolas ſecundùm *Auguſt. quæſt. 13. in Ioſue, Abulenſ. q. 17. in d. cap. 9. Ioſue, Magallan. ſect. 2. adnot. 3. num. 6.* pardcitum tamen ijſdem meritò, & illæsâ religione ſupernis debita decretis, *Marquez in Chriſtiano Gubernat. lib. 2. cap. 23. Baſil. in Append. de matrim. Cathol. cum Haret. c. 4. §. 1. num. 9.* diligentiſſimus *Sherlogus in Cantic. antel. 5. ſect. 1. num. 4. fol. 167. col. 1.*

68 Quærendum nũc eſt, an pactum metu factum validum ſit?

Et negativè reſolvendum eſt, ex ſequentibus.

Primò, ex *text. in l. 1. D. de pact.* ibi: *Pactum autem à pactione dicitur: inde etiam pacis nomen appellatum eſt. Et eſt pactio duorum, pluriùmve in idem placitũ conſenſus:* unde cùm in pacto debeat adſtare placitus conſenſus, ſeu ſpontaneus, ſecundùm doctrinam *gloſ. & Bart. in l. 1. in princip. D. de iuſt. & iur. & in l. 1. de tutel.* ſequuntur *Abb. Berous, & Felin.*

69 *in c. r. n. 5. & 10. extrà de reſc.* apertè claret pactum metu factum non ſubſiſtere, *c. cùm locum, de ſponſ.*

70 Cui ſententiæ mirè adſtipulatur, quòd quoties aliqua qualitas pro ſolennitate requiritur, eâ deficiente corruit actus, *l. cùm hi, §. ſi Prætor, D. de tranſ.* Sed in contractibus requiritur pro ſolennitate ſpontaneus, & placitus conſenſus: ergo eâ qualitate deficiente pactum erit nullum.

71 Secundò, *Adeò autem conventionis nomen generale eſt, ut eleganter dicat Padius, nullum eſſe contractum, nullam obligationem, quæ non habeat in ſe conventionem, ſive re, ſive verbis fiat; nam & ſtipulatio, quæ verbis fit, niſi habeat conſenſum, nulla eſt, dict. l. 1. §. adeò:* igitur ex vi conventionis pactum procedit, ſed metus adimit conventionem, idest, conſenſum, *l. nihil 116. D. de reg. iur.* Et ideò fiet pactum metu factum eſſe nullum, cùm non habeat in ſe conventionem.

72 Tertiò, dici nequit duorum placitũ

con

conſenſum intervenire in pacto metu facto (prout requiritur, *dict. l. 1. §. conventionis verbo*, ibi: *Nam ſicuti convenire dicuntur, qui ex diverſis locis in unum locum colliguntur, & veniunt, ita & qui ex diverſis animi motibus in unum conſentiunt, ideſt, in unam ſententiam decurrunt*) cùm unus ab altero compellatur ob metum, quâ de causâ indubiè habetur pactum metu factum nullum exiſtere.

73 Nec obeſt *Fortun. Garc. in dict. l. 1. de pact. num. 55.* dicens, verbum, *placitum*, non eſſe intelligendum de placito libero, ſed de regulato, atque rationi ſubiecto, ità ut conſenſus debeat eſſe nō purus, ſimplex, & reſpectivus, & ſic pactū valère, etiam ſi non ſit merè ſpontaneum.

74 Reſpondetur enim evidentiſſimè, ſi animadvertimus *Fortun. Conſulti* mentem haud calluiſſe, imò nec verba; nam nullâ ratione adfirmare potuit, in contractibus, qui duorum conventione conſtituantur, conſenſum debêre eſſe regulatum, contra expreſſas iuris ſanctiones.

75 Rurſus verbum, *placitum*, ſignificat voluntatem conventam, *l. 4. D. de ſervit.* ibi: *Per pacti, vel doli exceptionem occurretur cōtra placitam ſervitutem vindicanti*, & *in l. tutor, in fin. D. de uſufr. dict. l. 1. de pact. Rebuf. in l. liberti appellatione 172. fol. 580. col. 1. in fin. D. de verbor. ſignific. Plin. lib. 29. cap. 1.* ibi: *Eadem ætas Neronis Principatu ad Theſſalum tranſilivit delentem cunctorum maiorum placita, & lib. 14. cap. 22.* ibi: *Medicorum placitis novitate aliqua ſeſe commendantium.* Ergo nullo modo comprehendit regulatam; conventio enim inducit conſenſum liberum, & ſpontaneum.

76 Concinit graphicè, quod verbum, *placere*, ſignificat *ſtatuere, probare, decernere*, ut notavit *Conan. lib. 1. comm. c. 16. n. 9. Schard. de verb. iur. verb. Placere.*

77 Quo ſenſu teneas *text. in l. 1. D. de conſt. Princ. & in §. ſed quod Principi, Inſtit. de iur. nat. Gent. & Civil.* advertit eruditè *Amai. lib. 1. obſ. c. 1. num. 12.*

78 Non me latet, quòd verbum, *placet*, ſoleat importare arbitrium boni viri, ut notat *Bart. in l. Lucius Titius 14. num. 4. D. de fideicommiſſ. libert. Bened. Ægid. in l. ex hoc iure, D. de iuſtit. & iur. part. 1. cap. 8. num. 60. Barboſ. dict. 249.*

79 Sed hoc procedit in caſibus, in quibus res ad alterius arbitrium commiſſa eſt, non verò cùm duorū contrahentium pactum celebratur, quorum quidem conventio neceſſaria adeſt, *d. l. 1. de pact.*

80 Cæterùm quomodo dici poteſt, in pactorum celebratione arbitrium alterius reſidêre, ſi pacta ſolùm contrahentium cōventione firmantur? *Iob 40.* ibi: *Nunquid feriet tecum pactum?* ubi *D. Greg.* adſerit; *In pacto diſcordantium partium voluntas impletur.*

Vnde patet apertè, hallucinatum fuiſſe *Fortun.* circa *dict. text.* mentem. Cùm dicto ariete quaſſata corruat ſuæ ſubtilis argumentationis ſuperficies.

81 Ex dictis iam infertur, pactum metu factum nullum ipſo iure exiſtere, quapropter nullatenus audiri debet *Other. div. quæſtion. iur. 2. p. c. 40.* contrarium intrepidè adſeverans ex argumētatione *Fortunij*, viri alioqui doctiſſimi.

SVMMARIVM.

1 *FRequentiſſimum habetur ornandæ Civitatis vinculū matrimonium.*

2 *Magnis adficitur privilegijs.*

3 *Præmij adfecti matrimonia frequentantes.*

Civitas civium multitudo.

4 *Legis Iuliæ & Papiæ fuerunt 35. capita.*

Præmia huius legis ſtatuta fuerunt in ſeptimo.

5 *Maritis honeſtior in ſpectaculis locus.*

Habebant ius mariti, iuſque liberorum.
6 *Parentibus uberiora præmia fuiſſe conceſſa.*
7 *Hæc privilegia ab* AVGVSTO *aucta.*
8 *Mariti in petitione Candidati præferebantur.*
9 *In ſorte provinciarum erãt primi, & 10.*
11 *Præibant & eminebant.*
12 *Propter liberos in honoribus poſtulandis annorum gratia fiebat.*
13 *Propter liberorum numerum pietate, & favore mitiùs iudicabatur, & 14.*
15 *Pater ſcribi, & eſſe heres, & legatum omne capere poterat, & 16.17.*
Explicatur Iuven.
18 *Matrimonia ſorte celebrabantur.*
19 *Expromitur Plautus, necnon Propert. & 20.*
21 *Tabularum nuptialium ſolennia proponuntur.*
22 *Romæ uxorium pendere cogebantur cœlibes.*
Ex teſtamentis ſolidum capere non poterant.
23 *Nuptiæ ſummis plauſibus celebrabantur.*
24 *De celebratione nuptiarum, remiſſivè.*
25 *Fiebant ſereno cœlo.*
Nuptiæ prohibebantur in diebus religioſis, ibi.
Explicatur Virgilius.
26 *Tribus modis apud veteres celebrabantur.*
27 *In menſe Maio erant prohibitæ, & 28.*
29 *In quo gradu licitum ſit matrimonium apud pleraſque Gentes.*
30 *Matrimonij variæ ſunt acceptiones.*
31 *Definitur matrimonium, & 32.33.*
34 *A Deo fuit inſtitutum.*
35 *Nexus eius indiſſolubilis eſt.*
Adducitur Virgilius.
36 *Damnantur hæretici, & 37.38.*
39 *Nubere propriè fœminarum eſt.*
Interdum de viris dicitur.
Sicut ducere de fœminis.
40 *Virorum propriè eſt ducere, fœminarum verò nubere.*
41 *Traductio ad matrimoniũ neceſſaria eſt*
42 *Matrimonij ſtatus laborioſiſſimus, uſq. 48.*
Adducitur & explicatur Paulus.
49 *Quæ ratio in matrimonio tenenda ſit.*
50 *In nuptijs dos intervenit.*
51 *Reipublicæ intereſt mulieres dotes ſalvas habere, uſq. 57.*
Apud pleraſque Gentes mulieres erant indotatæ.
58 *Dos diſtinguit concubinatum à legitimis nuptijs.*
Tabularum paſſim eſt mentio.
59 *Sponſalia & nuptiæ conſenſu fiunt.*
60 *Metus annullat matrimonium.*
61 *Suggeritur ratio.*
A matrimonio metu contractu poteſt reſilire, qui liber à metu eſt.
62 *Metu mortis celebratũ aut cõſummatũ, an ſit validum? uſq. 65.*
66 *Matrimonium nõ eſt quãdo aliquis metu gravi cogitur contrahere & conſummare, uſq. 68.*
69 *Sponſalia metu contracta non firmãtur iuramento.*
70 *Niſi poſt metum fuerit facta purgatio.*
71 *Mutua cohabitatio non adprobat matrimoniũ metu factum, niſi de novo ratificetur, & 72.*
73 *Matrimonium metu levi celebratum valet.*
74 *Metu reverentiali non tenet, & 75.*
Parocho metu compulſo an contrahatur matrimonium? ibi.
76 *Matrimonium metu geſtum non adprobatur iuramento, & 77.78.*
79 *Probatur.*
80 *Explicatur textus in cap. inter cætera 22.q.4. & 81.82.83.*
84 *Quod procedit, ſi matrimonium fiat in utilitatem coacti.*
85 *Pœna non debet in matrimonio adponi, ut fiat, & 86.*
87 *Magiſtratus prohibentur in Provincia, quam adminiſtrant, uxorem ducere.*
88 *Quod etiam locum habet in filijs.*
An præſide Provinciæ in illa uxorẽ ducente ceſſet iuriſdictio illius Vicarij.
89 *Non poteſt Princeps virginibus, & mulieribus abuti, vel eas invitas, vel invitis*

vitis parentibus alijs matrimonio iungere.

Princeps non poteſt ferre legem contra filios, qui ſine voluntate patris uxores ducunt, ibi.

90 *Particulares poſſunt compelli à Republica, ut matrimonium ineant.*

Similiter Clerici & Religioſi.

91 *Compulſus corruptam ducere non poteſt annullare matrimonium.*

92 *Vxor malè tractari non debet.*

93 *Parthi & Thraces mancipiorum inſtar uxores tractabant.*

94 *Cato inimicus mulierum nunquam uxori manus adpoſuit.*

95 *Fel in ſacris nō adhibebatur: ratio ſuggeritur.*

96 *Multùm antiqua eſt actio malæ tractationis.*

Vxor præſumitur à viro occiſa, ſi priùs ab eo malè tractabatur, ibi.

Mandans fieri delictum excuſatur, ſi mandatarius facturus erat, quod conſtabit, ibi.

97 *Coniuges propter ſævitias viri ad invicem ſeparantur.*

98 *Mulieri aufugienti ob ſævitias ſunt dāda alimenta & expenſæ litis.*

99 *Quando mulier timet virum, eſt ſequeſtranda, donec divortium finiatur.*

100 *Familia ob ſævitias domini eſt ſequeſtranda.*

Locus eſt retractui, ſi dominus malè tractet vaſſallos.

101 *Virgo nondum traducta ad domū ſpōſi, quæ obijcit exceptionem metus, eſt ſequeſtranda.*

102 *Iudex timens libertatem conſenſus in aliqua fœmina impediendam fore, in honeſto loco ſeu libertati debet deponere, & 103.*

CAPVT XIX.

De Matrimonio.

1 FIRMISSIMVM habetur ordinandæ Civitatis vinculum, quod nuſquam melius inducitur, quàm legitimo nuptiarum contractu, *P. Cermenat. Rapſod. de rect. Regn. ac Rerump. adminiſtr. cap. 38.* quas nulla Gēs tam barbara, quę non agnoverit; ut ex multis probat *Dempſter. ad Roſin. lib. 5. Antiq. Roman. cap. 37.*

2 Matrimonium quippè maximis adficitur privilegijs, cùm conveniat Reipublicę illud frequentari, ut ſic abundet liberis, & legitimis prolibus, & civitates legitimis hominibus repleantur, *l. 1. D ſolut. matrim. l. hoc modo 64. de condit. & demonſtr. l. cùm ratio, §. ſi plures, §. de bon. damn. l. 1. §. & generaliter de vent. in poſſ. mitt.* iuncto *cap. tanta, qui filij ſint legit. Cornaz. deciſ. 10. n. 26.*

3 *Amai. lib. 2. obſ. cap. 5.* Ob idque maxima cura fuit Reipublicę ſapientiſsimis Gubernatoribus, præmijs, & honoribus homines ad matrimonia frequentanda adlicere; tradunt *Duaren. lib. 1. diſp. cap. 40. Conan lib. 8. cōm. cap. 1. Pich. in § ſed ſi uxori 16. num. 22. Inſtit. de legat. Gutierr. lib. 2. can. cap. 25.* & conſtat ex elegantiſsima Auguſti Oratione cōtra cœlibes apud *Dion. lib. 56. Hiſtor. Petr. Greg. de Republic. lib. 9. cap. 1. n. 51. Ameſc. de poteſt. in ſeipſ. lib. 1. cap. 4. num. 9. Ant. de Guev. in horol. Princ. lib. 2. cap. 3. Amai. lib. 3. cap. 6.* ubi plura tradit. Civitas enim civium multitudo eſt, *Ariſt. lib. 3. Polit. cap. 1. P. Adam Contzen lib. 1. Polit. cap. 4. §. 3.* & ſic ut adſit, connubiū neceſſe eſt, elegànter *Robles de repræſent. lib. 2. cap. 7. num. 2. uſque 5.*

4 Legis Iuliæ & Papiæ capita, & à IVLIO, & ab AVGVSTO lata; & congeſta trigeſimaquinta ſaltem fuiſſe inſinuat nobis *I. C. Mart. in l. capite trigeſimoquinto, D. de rit. nupt.* & ex eo recenſet *Mancinell. ſatyr. 9. Iuven. Iuſt. Lipſ. lib. 3. Ann. Tacit. & ex Agell. lib. 2. cap. 15.* fuiſſe præmia legis Iuliæ ſtatuta in ſeptimo capite illius refert, adiūctâ etiam illis lege Papiâ ab AVGVSTO iam ſeniore ſancitâ ANNO VRBIS 763. Papio Mutilo, & Q. Poppæo Coſſ. *Tacit. d. lib. 3. Ann.*

5 Primum præmium honoris quidem, & commodi fuit honeſtior in ſpectaculis locus, & ſedes, & deducitur ex *Sueton.cap.44. Marti.lib.5.epigr.42. & lib.3.epigr.53. Amai.lib.2.obſerv.cap.4.n.3.*

Præcedebant etiam mariti in Magiſtratu, & faſcibus, & ius mariti, iuſque liberorum tanquam præmium commodis plenum impetrari ſolebat, ut ex *Agell. & Dion.* obſervat *Iuſt.Lipſ.ſup.*

6 Sed parentibus ex Romanorum quoque priſcâ lege uberiora pręmia fuiſſe conceſſa, *Tit. Liv. lib. 41. & 45.* oſtendit: *Lex ſocijs, ac nominis Latini, qui ſtirpem ex ſeſe domi relinquerent, dabat, ut Cives Romani fierent, item in quatuor urbanas tribus quaſi ignobiles deſcripti erãt libertini, præter eos, quibus filius quinquennio maior ex S. C. eſſet, vel qui tribum emerent:* ſic eſt intelligendum *Scævolæ* reſponſum *in l. patronus 35. D. de leg. 3.* quod latè exornat *Covarr. lib. 4. variar.cap.1.*

7 Rurſus idem *Livius dict. lib.45.* adſerit, I. Cęſarem agrum Campanũ diviſiſſe extra ſortem viginti millibus civiũ, quibus terni, pluresvè liberi eſſent, quod notat *Sueton.c.20. Appian.2.Civil.*

Quę privilegia repetita *in leg.Iul.* & ab AVGVSTO aucta fuiſſe, maiorique incremento Patribus conceſſa cenſet *Iuſt. Lipſ.ſup.*

8 In petitione Candidati pręferebantur, quibus plures liberi fuiſſent, ut inquit *Tacit.lib.2.Annal.*

9 In ſorte Provinciarum erant primi illi, qui plures habebant liberos, *Tacit. lib.15.Annal.*

10 Illi diutiùs poterant obtinẽre Imperiũ, quàm qui pauciores liberos genuerant, *Dio lib.53.*

11 Præibat, eminebatque in omni Magiſtratu, & in albò & in proceſſu, ac primus ſententiam rogabat plurium liberorum pater, *Agell.lib.2.cap.25.l.6.D.de Dec.l.in albo,C.eod.*

12 Propter liberos in honoribus poſtulandis annorum gratia fiebat, *l.2. D.de min.* Anteà enim quàm Imp.Sever. *leg. Iul. & Papiam* imminuiſſet, ex eis ad rerum ſuarum adminiſtrationem ſuſcipiẽdam minoribus parentibus proderãt filij ſui, ut rectè obſervat *Lipſ.ſup.* & ex *Plin.lib.7.* exornat, ac cũ *Vlpian.* in concordiam reducit *Tertullianum.*

13 Qui in Vrbe tres, in Italia quatuor, in Provincijs quinq; liberos habebat, immunis ab muneribus, ſive oneribus publicis erat, *l.2. §.2. D.de exe.tut. Iuven. ſatyr.9.*

14 Cauſa damnandorũ in quoquo crimine propter liberorum numerũ pietate, & favore mitiùs iudicabatur, ut ex *leg. Iulia* edocto D. Hadriano placuit, teſte *Iuriſc.Paulo l.7. §.3.D.de bon.damn. Tiraq.de pœn.cauſ.26.*

15 Pater ſcribi & eſſe heres, & legatum omne capere poterat, cùm orbus niſi dimidium capere nequiret, & cœlebs nihil percipere valẽret, niſi è proximè cognatorum ultimis elogijs caperet, ut teſtatur *Vlp.in fragm.tit.17. & 18. Sozomen.lib.1. Hiſt.Eccleſ. Plutarch. in libel.* & ut multa alia commoda conſequatur, teſte *Iuven. d.ſatyr. 9.* apud quẽ adulter maritum ità commordet:

Nullum ergo meritum eſt, ingrate, ac perfide, nullum
Quod tibi filiolus, & filia naſcatur ex me;
Tollis enim, & libris actorum ſpargere gaudes
Argumenta viri foribus ſuſpẽde coronas:
Iam pater es, dedimus, quod Fama opponere poſſis,
Iura parentis habes, propter me ſcriberis hæres;
Legatũ omne capis, necnõ & dulce caducũ
Commoda præterea iunguntur multa caduco,
Si numerum, ſi tres implevero.

Elegãter *Iſidor.in cap.6.diſt.2. Tacit.lib.3.Annal. Dio lib.55.Plin.ad Trajan. lib.10. Marti.lib.2.epigr.91. & 92. & lib.3. epigram.53.*

Quibus & alijs magna fuiſſe pręmia in *leg. Iul.* illuſtrat *I.Lipſ.lib.3.Ann.Tac.* & fœminis id beneficium iuris liberorum ſolẽre concedi obſervat ex eodem

Mart.

Mart.& Pytheo in fragm.iur.vet. dicente mulier ſine authoritate tutoris manumittere poteſt, ſi habeat ius liberorũ fuiſſe S.C.Tert.pervetuſtius præmiumque fuiſſe, ac quaſi donum, & munus cenſeri atteſtantur *Vlpian. in fragm. tit. 16. & Impp. in l. 8. tit. 14. lib. 15. C. Theodoſian.& l.1.tit.17.C.eod.Arell.lib. ſingul.lect.iur.cap.2.quæſt.1.à num.18. cũ ſeq.fol.44.*

18 Matrimonia ſorte celebrabantur, tradit *Tiraq.in l.3. connub.*& annuere videtur *text. in cap.ſi licet huius 26. q.5.* ibi: *Vel coniugia ſortienda, Villalp.de Mag. lib.1.cap.22.num.64.*

19 Vnde Olympias apud *Plaut.in Caſſin.* uxorem ſibi ſorte deſignat, & Tiberius, authore *Sueton. in eius vita*, quempiam quæſturâ movit, quòd uxorẽ pridie ſortitione ductam, poſtridie repudiaſſet, ex quo natum videtur ſortiri uxorem pro ducere, vel matrimonio ſibi collocare, *l.ne qua fœminæ,D.de Sen. l.ſi rogatus, §.matrimonij, D. de man. vind.l.2.C.quand.& quib.lib.10.*

20 Quibus adſtipulatur *Senec. in Octav. act.2.*

Sortita fratris more Iunonis thoros.

Necnon *Propert.*

Me quoque per talos Venerem quærente ſecundos
Damnoſi ſemper inſiluere canes.

21 Quamobrem tabularum nuptiarum apud Romanos hæc ſolẽnia verba uxorem liberorum procreandorum causâ duci, uti ex *Vlp.tit.3.§.3.Valer.Maxim. lib.7.cap.7.Tacit.2.Ann. Macrob.1. Saturn. 12. Briſſon. lib.7. de formul. p.542. Gothofr.ad l.120.§.ult.de verb.ſign. Cuiac.ad l.104.D.eod.& ad cap.ult.*extr. *de condit.appoſ.Covarr.de ſponſ.par.2.cap.8. Ant.Guibert.de matrim.cap.2.*

22 Romæ uxoriũ pendêre cogebantur cœlibes, *Plutarch.in Camill. Valer.Maxim. lib.2. cap.4. Turneb. in ioc. Cic. explic.fol.210. Balduin.de l. Pap.pag.506. Ravard.ad l.fraudis 79. de regul. iur.* & ex teſtamentis ſolidum capere non poterant, *Gothofr. ad tit.13.fragm. Vlpian.* De pœnis apud Spartanos, *Plutarch.in Apophth.Lacon.fol.mihi 206.Anton. Guib. dict.cap.2. & de dotib. cap.7. num.19. & ſeqq.Oſſuald. in Donell.lib.2. comm.cap.5. lit.D.Alex.ab Alex.lib.4. Dier. Gen.c.8.*

23 Nuptiæ olim ſummis plauſibus celebrabantur, ludis & choræis etiam apud Barbaros, *Sidon.carm.5.*

Barbaricus reſonat hymẽ, Scythicisque choræis
Nubebat flavo ſimilis nova nupta marito.

Multis laudatis *Camill.Borr.to.3.ſumm. Deciſ.tit.1.num.507.* Nõ fugit hæc priſca obſervatio elegantem Poëtam, & veteribus non inferiorem *D. Ludovic. à Gongora ſolit.1.*

24 De celebratione nuptiarũ latiſsimè egerunt *Roſin. lib.5. Antiq. Roman. cap. 37.* ubi *Dempſter. Buleng.lib.3. de Imper. Roman.cap.17.* toto, *Pet.Greg.lib.9.ſyntagm.cap.5.Arellan.* latè *lib.4.cap.2. cum ſeq.* exculti ſsimus *Sherlog. in Cantic. antel. 3.ſect. 3.ſubſect.1. 2. & 3. & ſect.4.*

25 Obiter notandum eſt, in nuptijs hoc in primis cautum fuiſſe à veteribus, ut fierent ſereno cœlo, ne motus illius, terræve fieret, nevè turbato cœlo nuptiæ celebrarentur, adi *Alex. 2.Genial.cap.5.* ut infelicem igitur amorum exitũ Poëta ſignificet, inducit turbatum cœlum tempeſtate dirâ, crebros ignes, omnia denique parata ad minas; itaque non probantur nuptiæ, ſed indicantur eſſe contractę, *Virgil.4.Æneid.*

Speluncam Dido, dux & Troianus eandẽ
Deveniunt, prima & tellus, & pronuba Iuno
Dant ſignũ, fulſere ignes, & cõſci⁹ Æther
Connubij: ſummoque ulularunt vertice Nymphæ.

Apud Romanos nuptiarũ ſolennia diebus religioſis fieri prohibebantur, *Macrob.1. Saturn. c.17.* Religioſos dies adpellabant infauſtos, & infames, ut poſt *Nigid. lib. 11. comm.* ſcribit *Non. Marcell.* & ſic Nonis, Idibus, & Kalendis non fiebant, *Feſtus Pompei. Aul. Gell. lib.1. Noct.Attic. cap.17. Alexand. ab Alexand. lib. 2. Dier. Genial. cap. 5.*

Camill. Borrell. tom. 1. ſumm. Deciſ. tit. 45. num. 25. & ſeq.

Vnde *Ovid.* de omnibus iſtis *Faſt. lib. 1.* ait:

Nonarii tutela Deo caret omnibus iſtis
(Ne fallare cave) proximus ater erit:
Omen ab eventu eſt illis, nã Roma diebus
Marte ſub adverſo triſtia damna tulit.

Hinc nuptiarum tempore nihil non iniucundum, *Sidon. Apolin. epiſt. ad Herennium, lib. 1. epiſt. 5.* tradit ſacrâ & profanâ penu abundans *P. Paul. Sherlog. in Cãtic. Cantic. antel. 3. ſect. 4. à n. 101. cũ ſeq.*

26 Tribus modis nuptiæ apud Veteres conſtituebãtur, Vſu, ſi (verbi gratiâ) mulier anno uno cum viro, licèt ſine legibus, fuiſſet. Farre, cũ per Pontificẽ Maximum, & Dialem Flaminẽ per fruges, & molam ſalſam coniungebantur; unde confarreatio adpellabatur, ex quibus nuptijs patrimi, & matrimi nuncupabãtur. Vnde fuit apud Antiquos poſt glãdes, & arbuta uſus farris in tanto honore ſervatus, ut ſacrificiũ non fieret ſine SALE, & FARRE, *Cæl. Rhodig. lib. 15. lect. Antiq. cap. 17. Arnob. lib. 7. adverſus Gẽtes.* atque id FAR, niſi toſtum eſſet ad rem divinam non eſſe purum, ſtatuit ANTIQVITAS, *Plin. lib. 18. cap. 2. Feſt. Pompei. lib. 6. Alexand. ab Alex. lib. 3. cap. 12.*

Vnde *Ovid. lib. 2. Faſtor.*

Torrida cum mica farra.

Hinc etiam religioſus uſus confarreationis in matrimonijs contrahendis, & difarreatio in ijſdem diſſolvẽdis fluxit; de quo plura *Boët. in comm. Topicorum, Plin. lib. 18. Dionyſ. Halicarn. lib. 2. Cæl. Rhodig. lib. 28. lect. Antiq. cap. 17.* noviſsimè *Ioann. Hering. in tractat. de molend. quæſt. 3. num. 14.* Coëmptione verò, atque in manum conventione, cùm in illa in filię locum, maritus in patris veniebat, ut ſi quis prior fuiſſet defunctus, locum hereditatis iuſtum alteri faceret. Ità eleganter *Servi. ad Virgil. 1. Georg.* ubi *Ioan. Ludov. de la Cerda* ſummâ erudirione proſequitur *fol. 203.* doctè explicans, & multa congerẽs ſciriſſima. Hanc triplicem nuptiarum rationem complexus eſt *Arnob. lib. 4. Vxores Dij habent, atque in coniugalia fœdera conditionibus veniunt antè quæſitis, Vſu, Farre, Coëmptione genialis lectuli ſacramenta condicunt:* eleganter *Budæus in l. penult. de origin. iur. fol. 103.*

27 Prohibitum erat ab Ethnicis Antiquis nuptias in menſe Maio celebrari, ut docet *Ovid. lib. 5. Faſt.*

Menſe Maio malas nubere vulgus ait.

Et fusè *Tiraq. in l. 5. conn. num. 14. Alex. lib. 4. Dier. Genial. cap. 20. & lib. 2. cap. 5. Roſin. lib. 5. Ant. cap. 37. Conan. lib. 8. cõm. cap. 3. Briſſon. de ritu nupt. pag. 5.* de quo plures reddere conatur rationes *Plutarch. in problem. 86.* Quâ de causâ *Amaia lib. 3. cap. 5. num. 22.* obſervat, Maiumam ideò introductam fuiſſe, ut nuptiarum reprę ſentaretur ſolennitas, & inter Mimos, & Meretrices contraherentur matrimonia in Theatris per luxum, quæ ad vivũ reprę ſentabãtur, ità ut lectus in Orcheſtra (ideſt, locũ illũ, ubi ſaltator agere poſſet, aut duo inter ſe diſputare, ut ex *D. Iſidoro* docet *Dempſter. ad Roſin. lib. 5. cap. 10.*) adponeretur, quo conſummabatur adulterium.

29 In quo gradu cognationis apud pleraſque Gentes matrimonia licuerint, & quàm diverſi mores in contrahendis nuptijs fuerint, perbellè diſpunxit, & ex Antiquitatis ſinu, velut ex Hippolyti antro eruit optimus indagator *Alex. ab Alex. lib. 1. Dier. Genial. cap. 24.*

30 Matrimonij varię ſunt adceptiones: quandoque autẽ ſignificat bona materna, ut ex *Valer. Max. lib. 7. cap. 8. Senec. lib. 1. de benef. cap. 3. Sueton. in Auguſto,* probat *Borcolten. Inſtit. de nupt. num. 1.* Interdum etiã maris, ac fœminę cõiunctionẽ. Quod ſummoperè commendat *Iuſtin. novell. 22. in princ. & 39. in fi. procemij, & Iuſtin. Minor. novell. 2. in initio, & Leo novel. 111. Ambroſ. in cap. nuptiæ 32. quæſt. 1. & lib. 1. ſup. Lucam.*

31 Definitur Matrimonium, quatenus Sacramentum eſt & contractus, ſic: *Eſt contractus viri, & fœminæ legitimus, quo mutua corporum poteſtas traditur gratiæ ſpi-*

ſpiritualis collationis, ità definijt *Cardin. Tolet. in ſumm. lib. 7. cap. 5.* cuius ſingulas partes ibîdem explicat, ſequitur *Baſil. de matrim. lib. 1. cap. 2. num. 10. in fine.*

33 Quæ definitio apud Theologos locũ habet, apud Noſtros diverſa procedit. *Matrimonium eſt viri, atque fœminæ coniunctio individuam vitæ conſuetudinẽ retinens, divini, atque humani iuris communicatio, l. 1. de ritu nupt. §. nuptiæ, de patr. poteſt. §. 1. de iur. nat. Gent. & Civil.* innumeri laudati à *Camill. Borrell. tom. 3. ſumm. Deciſ. tit. 1. à num. 21. cum ſequẽt.* latiſsimè exprimẽre verba ſingula, ſcituque digna congerente.

34 Ab Deo fuiſſe inſtitutum Sacramentum Matrimonij ante Adæ peccatũ in Paradiſo dicendum adeſt; ut ſatis conſtat ex his, quæ docuerunt alijs pluribus agglomeratis *Thom. Sanch. de matrimon. lib. 2. diſp. 4. Baſil. lib. 1. cap. 3. Camill. Borrell. tom. 3. ſumm. deciſ. tit. 1. à num. 164.* Vnde ex Dei iudicio perpetuum, iuxta illud *Matth. cap. 19. Quos Devs coniunxit, homo non ſeparet. Sanch. lib. 2. diſp. 13. per tot. Bellarm. lib. 1. de matrim. cap. 15. & 16. tom. 2. controverſ.* elegãter *Marquez lib. 1. Chriſtiani Gubernat. cap. 11. Amai. lib. 2. obſervat. cap. 5. num. 44.* Sic nexum indiſſolubilem matrimonij, docuit *Trident. ſeſſ. 4. in princip.*

35 Ad quæ alludit *Virgil. 1. Æneid.*

Sunt mihi bis ſeptem præſtanti corpore nymphæ;
Quarũ, quæ forma pulcherrima Deiopeiã
Connubio iungam ſtabili, propriamque dicabo:
Omnes ut tecũ meritis pro talibus annos
Exigat, & pulcra faciat te prole parentẽ.

Cic. in Anton. In matrimonio ſtabili, & certo collocavi. Propert. lib. 2. eleg. 6.

Semper amica mihi, ſemper & uxor eris.

Plaut. in Aulul. Quod tibi ſempiternum ſalutare ſit procreandis liberis.

36 Vnde fit, opinionem quorundam hæreticorum damnandã eſſe dicentiũ cõiugatos non poſſe Regnum Cœlorũ ingredi, nec vitam æternã poſsidêre, quorum meminit *Albert. Magn. in 4. diſt. 25.* Vt damnavit *Conciliũ* relatum *in cap. ſi quis nuptias 12. diſt. 30. & text. in cap. ſi qua mulier 3. ead. diſt. Ovand. in 4. Sen.*
37 *diſt. 26. propoſit. 7. §. per hæc.* Ideò qui nuptias vituperant, excommunicationis mucrone feriũtur, *cap. ſi quis propter 4. diſt. 30. cap. ſi quis vituperat, diſt. 31.* ubi *Roder. Acuña* cum alijs adnotavit.
38 Licèt enim virginitas ſit excellentior matrimonio, ut tradit *D. Thom. 2. 2. q. 152. art. 4.* ſtatuit *Concil. Trid. ſeſſ. 24. de matr. canon. 10.* contra errorem Ioviniani ponentis virginitatem non eſſe matrimonio præferendam. Etſi ante adventum Christi prælatum connubium virginitati fuiſſet, ut accuratiſsimè ex Patribus adnotavit *Paul. Sherlog. in Cantic. anteloq. 7. ſect. 12. ſubſect. 1. à num. 114. fol. 355. col. 1.* Non tamen peccat, qui nuptias contrahit, licèt illæ bono, aut virginitatis continentiæ, aut vidualis non debeat æquari, *D. Auguſt. in lib. de virgin. cap. 19.* Audi *Apoſt. 1. Cor. 7. Volo omnes vos eſſe ſicut me ipſum; dico autem non nuptis & viduis, bonum eſt illis ſi ſic permaneant, ſicut & ego:* claudit denique, *Qui matrimonio iungit virginẽ ſuam benè facit, & qui non iungit, melius facit.*

39 Animadverti nunc debet nubere propriè fœminarũ eſſe, ſicut ducere virorum, *§. 1. verſ. Vnde quæſitũ, Inſt. de nupt. & in l. 2. §. 1. D. de in ius voc. Roſin. lib. 5. Ant. Roman. cap. 37. fol. 959. col. 1. lit. F.* Quamvis enim nubere interdum de viris dicatur, ut probatur *ex text. in d. cap. ſi quis nuptias 12. diſt. 30.* & colligitur ex *Cornel. Tacit. lib. 15.* cùm ſcribit de Nerone, *Sueton. in eo, cap. 29. Bald. in l. cùm teſtator, C. de teſtam. manum.* Sicut è diverſo nonnunquam de fœminis ducere dicitur, *l. ſi ignorans, C. ſolut. matrim.* latè de utroque *Tiraq. l. 5. conn. par. 5. num. 4. verſ. Nam dicit, Mart. lib. 7. epig. 12. ad Priſcum,* & quæ ibi notat *Rader.*

40 Illud unũ compendiosè dicendũ eſt; ideò virorũ eſſe propriè ducere, fœminarũ verò nubere, quod fœminæ deſpõſatæ ante maritationẽ, velo obnubebãtur,

Cæl. Rhodig. lect. antiq. lib. 28. cap. 15. Lucan. lib. 2.

--- Nuptæ leniter tectura pudorem
Lutea demiſſo velarunt flamea vultus.

Eodem modo in Scriptura ſacra *Geneſ.*
41 *24.* doctè *Borrell. d. tit. 1. à n. 181.* Mariti verò cùm ad nuptias detectâ frõte, & revelato capite incederent, non quidẽ nubere, ſeu uxores domum ducere, ſive traducere dicebãtur, quaſi ad matrimonij domum, quæ uxoris deductio erat firma matrimonij probatio, *l. mulierĕ 5. D. de rit. nupt. l. cui fuerit 15. D. de condit. & demonſtr. Ioachim. Hopper. de vera Iuriſprudẽtia, lib. 10. tit. 2. Hotboman. lib. 4. obſerv. 16. Main. deciſ. Tboloſ. 96. lib. 3.* Iſta uxoris traductio ad domũ viri ubique Gentiũ fit, *gloſſ. in l. cùm bic ſtatus, in verb. Præceſſerint, D. de donat. inter vir. & uxor.*

42 Omnium ſtatuum & profeſsionũ laborioſiſsimum exiſtit matrimoniũ (non eſt animi mei tantum Sacramentum ad vilipendium reducere, ſed amplecti, celebrare, verùm revereri, venerari, & colere, ut adfirmant *Concil. Florent. & Trident. ſeſſ. 7. can. 1.* Sacri Canones, & ſummi Eccleſiæ Patres, è quorum viridarijs aliqua decerpam non pœnitenda ab eis dicta, & ſcriptis tradita, ut ad oculum pateat, nihil novi ſentire, ſed referre antiquum) quod comprobationem recipit ex ſeqq.

43 Præeat facem *S. Gaudent. Brixienſ. apud Bibliotb. homiliar. tom. 1. Domin. 2. poſt Epiphan.* exprimẽs illud *Ioan. 2. cap. Vinum non babet.* perſpicuũ eſt, quòd ubi nuptiæ adeſſent, non poterat gaudium duratione potiri, in hæc verba, ibi: *Vinum, id eſt, virtus lætitiæ, defecerat, & lãguebant ſitientium convivarum ora vini lætificantis inopia. Quoniam vinum lætificat cor hominis, ut ait Propheta.*

44 Succedat *S. Baſil. epiſt. 1. Cõiugio mãcipatum curarum agmen excipit, in orbitate deſiderium prolis, uxoris cuſtodia, domeſtica procuratio, ſervilium officiorum conſtitutio, digladiationes cũ vicinis, forenſes concertationes, negotiationis alea, unaquæque dies ſuam adfert animo caliginem.*

45 Adſtipulatur *D. Hieronym. lib. in Iovinian. Qui non litigat, cœlebs eſt*; quã de causã elegantiſsimè *Os Aureum* pronunciavit *homil. quales ducendæ ſunt uxores, tom. 6. Quando igitur uxorem ducturus es, non ſolùm Civile Ius, verùmetiam Eccleſiaſticum legito.* Vnde non mirum videri quibit, quod refert *Hilar. Drudo fol. 471. ſui operis*, ubi exemplum proponit de quodam uxorem ducente nolente ulterius litteris incumbere, eò quòd impediret philoſophiæ ſtudium.

46 Somniat homo quidam ſe cruci adfigi: dirum præſagium! infauſtum omen! Sed quid iſtud ſignificare poteſt? dicit *Artemidor. Oneiro-critic. lib. 2. cap. 58.* reſponſum adhibens eſſe *viro uxorĕ non habenti nuptias prædicere.*

47 Multum ſuadet *Paul. 1. Corint. 7.* hominem, qui ſe ab hoc gravi, & oneroſo vinculo liberum intuetur, ut nuptias non repetat, *Solutus es ab uxore, noli quærere uxorem; ſi autem acceperis uxorem, nõ peccaſti: & ſi nupſerit virgo, non peccavit, tribulationem carnis habebunt huiuſmodi. Ego autem vobis parco.* Senſus in ultima clauſula difficilis eſt; cùm ſi nulla eſt culpa, cur ignoſcit? igitur quid ſibi vult?

48 Verbum, *Parcere*, non ſolùm ſignificat ignoſcere culpæ, ſed etiam cuiuſlã labores dolẽre, & compati, ut ex multis Scripturę locis probat erudìtè ſtrenuus Interpres *P. Pineda in cap. 6. Iob, ỿ. 10. n. 3.* quæ ibi vidẽri poterunt; & ſi nõ ſit *Paul.* ſui ipſius Interpres *ad Rom. 8. Qui proprio filio nõ pepercit, ſed pro nobis omnibus tradidit illum*; dicit nunc *Paul. Ego autem vobis parco.* Ego non poſſum impedire, ut uxores ducatis, ſed ſi id effeceritis, ego vos vehementer doleo, & compatior: ſcio enim perbellè labores (quibus fruituri eſtis) iã inſtantes, & onus tam grave, quod veſtris cervicibus imponitis. Eleganter *Franc. Mẽdoç. to. 2. lib. 1. Reg. cap. 5. ỿ. 3. n. 18. fol. 360. col. 2.*

49 Sed quæ ratio in matrimonio tenenda ſit, acutè diſpunxit *P. Carol. Scriban.* in

in Inſtit. Politico-Chriſtiana, cap. 4. ubi aptè ad rem multa omnigenâ eruditionis ſupellectile referta protulit, quę tepetere non eſt noſtri inſtituti; ad alia decurrat oratio, *Hilarius Drudo variar. quaeſt. 3. & 4.*

50 Proinde in nuptijs, ut plerumque dos aliqua intervenit; etſi neceſſariò non deſideretur, niſi quia probat dilucidiùs matrimoniũ, *c. Lotharius 31. q. 2. cap. per veſtras, de donat. int. vir. & uxor.*

Quamobrem de ea dicẽda ſunt pauca, ſed forſan plura: cùm hodie in coniugijs potius de dote, quàm de moribus agatur, veriſsimumque quod Saturio Paraſitus apud *Plaut. in Perſ. act. 3. ſcen. 1.* ait filiæ.

Tace ſtulta, num tu nunc hominum mores vides

Quotuſmodi? hic cum mala fama facilè nubitur

Dum dos ſit, nullũ vitiũ vitio vortitur.

Et vix ſine dote nubitur, ut innuit *Ovid. 2. de rem. Amor.*

Cur nemo eſt Hecalẽ, nulla eſt quæ excepit Irum,

Nempè quòd alter egens, altera pauper erat.

Sic auro cõciliatur amor, ſed ut ait *Propert. in 3.*

Aurum lex ſequitur, mox ſine lege pudor.

Et *Iuven. ſatyr. 6. Pet. Greg. lib. 9. cap. 17. n. 2. & 3.* eleganter *D. Ambr. in exhort. ad virg.* ibi: *Meliori conditione mancipia, quàm coniugia comparãtur, in illis meritũ emitur ſervitutis, in iſtis pretium ad ſervitutem additur, nupta venalis auro gravatur, auro æſtimatur.*

51 Hinc Reipublicæ intereſt mulieres dotes ſalvas habêre, propter quas nubere poſſunt, *l. 2. de iur. dot.* quia ut apud *Nonium Nevius* dixit: *Qui habet uxorem ſine dote, pannum poſitum in purpura eſt.*

52 Etſi apud Lacedęmonios lege LICVRGI mulieres indotatas eſſe debêre doceat *Ælian. lib. 6. & Iuſtin. lib. 3. Amai. lib. 2. obſer. cap. 4. n. 8.* ubi de alijs Gentibus commemorat, *Baeç. de nõ melior. c. 2. n. 17.* & *Solon* apud Atheniẽſes à divitibus tantùm dotẽ dari voluit, à pauperibus eam capi decrevit, teſte *Phal.* apud *Ariſt. in Porphir.* Babyloniç verò deformes tantummodò mulieres dotẽ ferebant, ut inquit *Herodot. in Clio.* In Africa autẽ & Phœnices mulieres in tẽplo Veneris obſcœnę dotes lucrabãtur, *Valer. Max. lib. 2. Auguſt. de Civit. Dei, lib. 4. cap. 10.* Eodem ritu Thebani, aut Cilicij, ſive Eliopolitæ, & etiam Lydi, & Paphi illâ ſuperſtitione & libidine implicati fuerunt, ut teſtatur *Herodot. lib. 1. cap. 9. & lib. 6. c. 2. & lib. 18. cap. 22. & Iuſtin. in abbrev. Tragi. Arellan. de Impat. lib. 4. cap. 2. num. 10.*

53 Imò apud quaſdam Gentes legibus latis dotes fuerunt prohibitæ, ut de *leg.* SOLONIS, & LYCVRGI refert *Plutarch.* & de Spartanis *Ælian. lib. 6. de var. Hiſt. cap. 6.* & ratione quidẽ SOLON, & LYCVRGVS dotes interdicere exiſtimarunt, quia ut inquit *Iuven. ſatyr. 12.*

Intolerabilius nihil eſt, quàm fœmina dives.

Et rurſus:

Et ſpolijs igitur longè minus utilis illi

Vxor: quiſquis erit bonus, optanduſque maritus.

Nil unquam in vita donabis coniuge: vendens

Hoc obſtante nihil: nihil hæc ſi nolit emetur.

Imperat ergo viro: ſed mox hæc regna relinquit.

Vbi *Mancinell.* eruditè *ex Diodor. lib. 1.* docet apud Ægyptios mulieres dominati, profitentibus in dotis confectione viris omnibus uxoris arbitrio eſſe parẽdum, & hanc rationẽ inſinuat *Philoſoph. lib. 8. Ethic.* dicens: *Interdum autem dominantur uxores ob amplitudinem patrimonij: non igitur fiunt imperia ob virtutem, ſed ob divitias, & potentiam:* & *Plutarch.* Catonem dixiſſe refert, *Omnes homines uxoribus imperant; nos omnibus hominibus, nobis autem uxores.* Priuſque id dixerat *Themiſtocles. O uxor! Athenienſes Græcis imperant, Ego Athenienſibus, Tu mihi, tibi Filius.*

54 Quam rationem ſectatus *Plato lib. 6. de legib.* alreráque eriam excitatus, ne perfidia inter cõiuges ſeminetur, ſi pluris dorem, quàm uxoris perſonam maritus æſtimaverir, à Republica ſua dotes eliminavir, eaſque in æternum eſſe prohibuit. Quę ratio apud Imperat. Roman. GRATIANVM, VALENTINIANVM, & THEODOSIVM, ac IVSTINIANVM prævaluir, ſaltem ut ne fideiuſſores dotium, vel mandatores dentur, *text. & Rubr. in l. 1. & 2. C. ne fideiuſſ. vel mand. dot. dent.* quos inluſtrar, & mirè ornat *Arellan. lib. ſingul. lect. iur. cap. 4. fol. 123. cum ſeq.*

55 Reipublicæ intereſt, ne uxores mercede, ac pretio, & doris magnitudine, ſed ſolùm pudore divires, & caſtis moribus exornaræ ab ſponſis duci videantur, ur apud *Plaut. in Ampb. act. 2. ſcen. 2.* de ſe iactat Alcmena dicens: *Non ego illam mibi dotem duco, quæ dos dicitur, ſed pudicitiam & pudorem, & ſedatam cupidinem, Deorum metum, parentum amorē, cognatorum concordiam, tibi morigera, atque ut munifica ſim, bonis proſim probis. Chryſoſt. bomil. 48. in Geneſ. Ambroſ. lib. 1. de Abrab. cap. 2. Senec. in Octav. act. 2.* diligenriſsimus *P. Paul. Sberlog. in Cantic. antel. 3. ſect. 3. num. 81.*

Varr. lib. de ling. Latin. dos eſt pecunia nupriarum cauſa data.

Homerus apud quem *Odyſ. 8.* Vulcanus deprehenſo uxoris Veneris adulterio, queritur apud Deos de Venere, & Marte, nec ſe illos ſoluturum (inquir) ex vinculis, donec Iupirer ſibi pretium reſtituat, quod pro Venere obtulerat. Ex quo loco (quod & *Spondanus* advertir) elicies, olim maritos dotem dediſſe pro uxotibus, non contrà, ut nunc fit.

56 Inde eſt, ut vænales quodãmodò dici poſſent uxores. Hunc morem peculiariter Germanis attribuit *Tacit. lib. de moribus German. Dotem non uxor marito, ſed uxori maritus affert*, *Xenopb.* Thracijs *lib. 7. Anabaſ. ore Scutbis etſi ulla eſt tibi filia, eam Tbracia lege emam. Ælian.* Aſſyrijs *lib. 4. var. Hiſt. cap. 1. Aſſyrij virgines ſpecioſas ad coniugium in unam civitatem aliqui condunt, atque vanum proponunt, & quam quiſque emerit, eam ſponſam abducit.* Ac de Thracijs quidem etiã ſcribit *Herodot. lib. 5. Emunt* (Thraces) *uxores à parentibus pretio magno.* Morem hunc ad rudes Græcorum leges *Ariſt.* confert *lib. 2. Polit. cap. 6.* ait enim antiquas leges valdè ſimplices, ac barbaras fuiſſe, Græci ſiquidem tunc armari ferro incedebant, uxoreſque emebant invicem.

57 Cyprij virgines ſuas ante nuptias proſtituebant, *Iuſtin. lib. 22. Mos* (inquit) *erat Cyprijs virgines ante nuptias ſtatutis diebus dotalem pecuniam, quæſituras in quæſtum ad littus maris mittere pro reliqua pudicitia libamenta Veneri ſoluturas. Ludovic. Viv. in comm. ad Auguſt. lib. 4. de Civitat. Dei, cap. 10. litt. C.*

58 Dos ramen diſtinguit concublnatum à legirimis nuptijs, ut atreſtatur *Iuſtinian. novell. 18.* ibi: *Nam dos concubinatus eſt abolitio, & nuptiarum argumentum:* ex quo venit intelligendus *Tertullian. de pudicit. cap. 1.* ibi: *Nuptialibus & dotalibus, ſi fortè tabulis à mœchiæ, & fornicationis opere diverſis:* diverſas, vocar, quia ſcilicer, nxores rabulas habenr, concubinarus non haber. *Rabbi Salomon: Vxor eſt cum ſcriptura, concubina eſt abſque ſcriptura. Robert. lib. 2. rer. iudic. cap. 17. à fol. 509.*

Tabularum autem paſsim eſt mẽtio, *Apulei. Apolog. 2. Hieron. epiſt. 10. Iuven. & Stat. lib. 8. Ioan. Ludov. de la Cerda adverſar. ſacror. cap. 109. num. 17.*

59 Sponſalia, & nuprię conſenſu contrahentium fiunt, *l. ſufficit, l. ſponſalia 11. D. de ſponſ. cap. matrimonium 27. quæſt. 2.* & talis conſenſus debet eſſe mutuus, *cap. fin. in fin. de procurat. lib. 6. Pet. Fab. de regul. iur. antiq. cap. 30. Reuſn. deciſ. 6. num. 5. lib. 4. Ioan. Bodin. de Republ. lib. 1. cap. 3. Geneſ. 23.* Probar etiam reſtimonijs *Iſidor. Nicolai, Cbryſoſtom. Ambroſ. Magiſter Sent. in 4. diſtinct. 27. cap. 2. & ſeqq.* lariſsimè *Baſil. de matrim. lib. 2. cap. 2. cum ſeqq. Camill. Borrell. tom. 3. ſumm.*

De-

Decif.tit.1.à num. 113. Greg. Papa decif. 295.num.2. & alij paſsim.

60 Vis ergo facta, & coactio ad matrimonium impediendum ſufficiunt, cùm conſenſus in eo liber, & voluntarius eſſe debeat, nec aliquâ violentiâ procuratus; vis enim, & coactio impediunt faciendum, & dirimunt contractum, *cap. cùm locum, cap. veniens 2. cap. requiſivit,* extrà, *de ſponſal.* quoniam nõ eſſet liberè, & voluntariè conſtitutũ, ut eſſe debet, *cap. gemma, eod.tit. Domin.Sot.lib.4.Sent.diſt.29.quæſt.1.art.1. Veracruz in ſpecul.coniug.par.1.art.7.& 8. Ponte cõſ. 44.num. 8. vol.1. Vazquez controverſ.illuſt. cap.25.num.17. Petr. Cened. collect. iur. Canon. 1.par. cap. 20.num. 6. Suar. in theſaur.recept.ſent.verb. Metus, num. 148.Triviſ.decif.Venet.63.Camill. Borr. conſ.44.num.50.51.& 119. cent.2. Menoch.conſ.491.num.2. vol.5. Gregor.Pap. decif. 374.* iuncta *326.* ubi *Oliver. Beltr. in addit. Henric. in ſumm. lib. 11. cap.9. num.1.& 3.* plures, quos refert, ac ſequitur *Sanch.lib.4.diſp.14.num.2. verſ. Tãdem, Azor.inſtit. moral.1.par. lib.1. cap. 11. quæſt.6.Sair. in Clav.Regia,lib.2 c.2. num. 11.Valer.Reginald. in prax.for.pœnit.lib.31.num.75.Philip.Paſch.de virib. patr. poteſt.par.3.cap.2.* toto, in pulchro caſu *Fab.Turret. conſ.28.* toto, *Monald. conſ.142.vol.2.Laderch.conſ.17.gloſſ.3. in l.10.tit.1.par.4.gloſſ.7.& 8.in l.15. tit. 2.ead.par.Bonac.de matrim.quæſt.3 pũct. 8.prop.1.à num.1.cum ſeq. fol.238. tom. 2. Pich. in tract. de nobil. comm. num.65. Proſper.Farinc.2.par.fragm. crim. verb. Metus,num.46.cũ ſeqq. Baſil.de matrim. lib.4.cap.14.* qui omni iure naturali, & poſitivo probat, matrimonium irritum exiſtere, *Covarruv.de ſponſ. par.2.cap.3. §.5.num.6.Matien.ad rub.tit.1.gloſſ.1 n. 189.lib. 5. novæ Recop. Molin. de iuſtit. tract.2.diſp.326.in ſolut. ad 2. Barboſ.in Rubr. D.ſolut. matrim. par.4.numer.30. Paul.Comitol.reſp moral.lib.1.quæſt.122. Auguſt.Barboſ.in cap.conſultationi,num.2. de ſponſ. Pet.Greg.lib.9.ſyntagm. cap.12. num.12. Everard. conſ. 32. vol.2. Celſus Hugo conſ.120.num.67.Padill.in l.interpoſitas, num 5. C.de tranſ. Ricc.decif. 15. par.2. Farin.decif.260. in crimin. Ioann. Novar.collect.34. Graſſ.except.11. à numer 61.Chriſtin.decif.235.vol.1. Aug.Berous quæſt.84.num.6.* ubi *Add.Ioan.Gerſon.tom.2.ſuor.oper.in reg.moral.fol.38.* ibi: *Perſona inducta per metum cadentem in conſtantem virum ad conſentiendum interiùs in prolatione verborũ matrimonialium, ut quia nõ vult mentiri, poteſt poſtmodum matrimonium dirimi tanquã nullum, ſed de ſeductione per blanditias non ita, Marta voto 64.* ubi hoc ampliat etiã ſi copula ſequeretur.

Ratio eſt, quia quod metus causà geſtum eſt, nullo tempore Prætor ratum habebit, *l.1.D.hoc tit. Sebaſt. Medic. de fortuit. caſib. par.1. quæſt.7. num.45. Simon. Maiol.de irregular.lib.4. cap.15.numer. 1. & ſeq. Tap.de reb. Relig. cap. 12. verb.ingreſſi,num.6.& 7.cum ſeq.* & quòd nuptiæ coactæ malos exitus habère ſolent, *cap.cùm locum,* ibi: *Ne per timorem dicat ſibi placere, quod odit, & ſequatur exitus, qui de invitis nuptijs provenire ſolet, de ſponſ. Proſp. Farin.decif.69. num. 16. par.4. Cened. ad Decret. collect. 161. num.1. Ioann. Barclai.lib.3. Argen.* ibi: *Sed ſcis coniugia plùs animorũ, quàm corporũ fœdere eſſe ſuavia? liberæ hominum mentes ſunt, nec ullis legibus cogi poſſunt velle, quod nolint:* & infr. *Nã nec tibi expedirent coacti hymenæi.*

61 Quod declarationem recipit, dummodò vis, violentia, & coactio ſit talis, quæ fiat per metũ cadentem in conſtãtem virum, *l.metum, la 2. D.hoc tit. Mozius de contract. tit. de matrim. in initio, num.5.verſ.Item debet eſſe talis, Matienç. in Rubr.tit.1.gloſſ.1.à num.27.lib.5.nov. Recop.Gutierr.de iuram.confirmat.1.par. cap. 57. num. 22. Menoch. lib.3. præſ. 4. à n.3. Cened.* cum plurib. *ad Decret. coll. 93. n.1. Barboſ. in Rubr. D.ſolut. matr. par.4.num.29.& 30.Flamin.de reſign.benef.lib. 13. quæſt.2.num.6. Ioann. Aloiſ. Ricc.collect.535. par.3. Sanch. lib. 4. diſp. 12. num. 18. Bernard. Græv. ad pract.*

Cam.

*Cam. Imperial. lib. 2. concluſ. 93. Rebell. de obligat.iuſt.par.2.lib.2.quæſt. 11. à numer.7.*ubi *num.9.* quòd metus levis non impedit matrimonium,&*num.10.*idem reſolvir de metu reverentiali, de quo eriam *Menchac. illuſt. cap. 35. num. 17.* quod ſaris ſcirè explicar *Camill. Borr. tom.3. ſumm.Dec.tit.1.à num.584.*uſque ad *623.* Hinc à matrimonio ex gravi metu contracto poteſt reſilire, qui liber à metu eſt, nec particeps illius fuir, *Sanch.lib.4.diſp.25.Villalob.tom.2.tract. 13. diff.37. num.5. Diana tract.miſcell.5. reſol.229.fol.154.*

62 Magna conrenrio eſt inter *DD.* circa marrimonium metu mortis celebratum,&eodem modo conſummarum,an ſir validum,necne?In quo dubio *Sot. in 4. diſtinct.29. quæſt.1. art.3. §. potiſſima tamen*, fuir adeò perplexus, ut nec pedē
63 firmare auſus eſſe videatur. Sed dicendum eſt in foro iudiciali validum exiſtere,quia merus in dicto caſu non fuit viri conſtanris, ſed infirmi; potiùs enim debebar morrem patienrer ferre,quàm eriam coactè animo fornicario ad uxorem accedere. Hanc ſentenriam renuerunr *Soto dict.loco*,&anre eum *Paludan.* ibidem *art.4.concl.3. Angel. verb. Matrimonium,impedim.1.num.3.Hoſt.in cap. conſultationi, de ſponſ. Rebell. de obligat. iuſt.lib.2.par.2.quæſt.11.num.21.* In foro
64 verò conſcientiæ nullum eſt ipſo iure ſecundùm comm. reſte *Navarr.cap.22. num.51.§.3. D. Antonin.3. par. tit.1.cap. 7.ad fin. Menoch.lib.3.præſumpt.4. num. 31.Sanch.lib.4.diſp.18.num.3.* De eſſentia enim matrimonij eſt, ut conſenſus ſir liber,& voluntariè conrraharur,quæ ibi nō intervenit. Quomodo enim habèri poſsir proles,&benè educari,fideſque inrer utroſque ſervari, ſi odium ſit inrer virum & uxorem, eamque vir exoſſam habeat?

65 Deinde ſi conſenſus coactus directè exhibirus in matrimonij contractione non validat ipſum, quomodo poterit id validare conſenſus indirectè, & præſumprivè ex copula deſumptus?

66 Hinc eſt,quòd matrimonium non ſit quando aliquis metu gravi cogitur cōtrahere, & cōſummare; ità *Abb.in d.cap. conſultationi,in fin.Præpoſ. num.2. Alex. de Nevo num.10. Auguſt.Barboſ.num.4.de ſponſ.Navar.in Manual. cap.22.num.51. ad fin. Petr.Ledeſm.de matrim. quæſt.47. art. 3. dubit.penult. Menoch. lib. 3. præſumpt.4. num.31. cum ſeqq. Sanch. lib.4. diſp.18.num. 15.* ubi air,*text.in dict.cap. conſultationi,de ſponſ.* & ſimiles tantummodò probare matrimonium coactum per copulam volunrariam rarificari.

67 Prærereà metus ille necis de ſe, & ex ſuâ naturâ eſt gravis, & cadens in conſtanrem virum, ut probar *text. in cap. 1. hoc noſtro tit. & in cap. veniens, el 2. de ſponſal.* per accidens autem eſt, ut non ſir talis in eo, qui eius causâ conſenſit in copula, qualis eſt ille acceſſus coactus ad eam: & licèt ex hoc non eſſet is metus iuſtus, nihilominus negari nequir(ur air *Soto*) eſſe rerribilem, tollereque liberū conſenſum, qui neceſſarius eſt ad marrimonium.

68 Favet, & auxiliatur *text. in cap. ex litteris, in fin. de deſponſ. impuber.* ubi probatur, ſponſalia de fururo metu facta eſſe nulla, *Covarr.in 4. 2. par.cap.3. §.5.num.1.*quod ampliandum eſt,eriam ſi poſt ea contracta ſequatur copula nō coacta. Tum, quia quæ ab inirio ſunt invalida,tractu temporis non convaleſcunt,*cap quod ab initio,de regul.iur. in 6.* Tum, quia copula ſecundùm ſe non eſt ſignum expreſsivum conſenſus, niſi ſaltem valida præcedanr ſponſalia, & liberè contracta; ex quibus irà renet *Rebell.*ubi ſuprà, *num.22.Valer.in different.utriuſque fort, verb. Metus, differ.4.* Vnde licitum eſt contrahere matrimonium cum impedimento dirimenre ex timore morris, vel alrerius gravis damni,*Dian.tract.4.miſcell.reſol.83.*

69 Ex quo fluit, quòd ſponſalia metu contracta non firmantur iuramenro, *d. cap.ex litteris,*nec rarione illius obligāt, aur relaxarione indigenr, *Fr. Eman.in ſumm. tom.1.cap.231.concl.4.num.4. &*

cap.

cap.244.concl.4.num.4.Sanch.lib.4. diſp. 21.num.3. Auguſt. Barboſ.in d.cap.ex litteris,num.4. noviſsimè Dian. tract.4 de Sacram. reſol.278.

70 Suprà dicta tamen limitanda ſunt, niſi poſt metum fuerit facta purgatio, tã per actus contrarios expreſſos, iuxta plura, quę congerit Cacheran.deciſ.Pedemont. 179.num.10. & ſeqq. quàm per tacitos; ſcilicet per lapſum longiſsimi temporis trig. vel quadrag. annorum, quod intelligitur dummodò ceſſata fuerit cauſa metus; ſi enim eadem ſubeſſet, nunquã cenſeretur per lapſum longiſsimi tẽporis purgatus metus, Vint. Honded.cõſ.23. num.41.vol.1. Ioan.Petr.Surd. conſ.301. n.23 vol.1 Ludov.Morot.conſ.75.n.8.& 11. Ioan. Baptiſt. Coſta de fact.ſcient. & ignor. diſt.91.ſub num.5.6. & 7.

71 Probat text.in cap.ad id 21.de ſponſ.per diutinã habitationem mutuam, & ſpontaneam ratificari prius matrimonium metu gravi extortũ, Covarr.de ſponſ.2.p. cap.3.§.6.n.1.cum ſeqq. Greg.Lop.in l.15. verb.Le pugließe,tit. 2.par.4. Menoc.lib. 3.præſumpt.4.n.24.cum ſeqq.& conſ.491. vol.5. Maſcard.de probat.concl.1051.à n. 35.Henric.in ſumm.lib.11.cap.9. num.7. Sanch.de matrim.lib.4.diſp.18.num.3.

72 Hodie tamen attentâ diſpoſitionẽ Conc.Trid.ſeſſ.24. de reform.matrim.c.1. pręſumptus conſenſus ex mutua cohabitatione non ſufficit, niſi de novo ratificetur coram Parocho, & teſtibus, obſervatâ eius Concilÿ formâ; ita Gutierr. can.lib.1.cap.18.n.7.Ceval.comm.contra comm.q.604.n.19. Matien.in Rubr.tit.1. gloſſ 5.n.53.cũ ſeqq. Spin.in ſpecul.teſtam. gloſſ.25.princip.n.61.Frãc.Molino de ritu nupt.lib.1.compar.12.n.26. Aug.Barboſ.de offic.& poteſt.Epiſc. alleg.32.n.149.

73 Inferas primò, matrimoniũ metu levi contractum validum eſſe, Leſſ.de iuſt.& iur.lib.2.cap.17.dubit.6.num.45.Baſil.de matrim.lib.4.cap.18.Sanch.lib.4 diſp.17. num.3.Rebell.dict. lib.2. quæſt.11. ſect.1. concl.3.Valer.in differ.utriuſque for. verb. Metus,differ.5. Niſi metus levis ità extorqueret, ut ſine eo metu non fieret, quia tunc nullũ eſt matrimonium, probat noviſsimè Ant. Dian. tract.4. de Sacram.reſol.230.fol.154. par.3. cũ plurib.

74 Inferas ſecundò, ſolum metum reverentialem ſine minis, aut verberibus cadere in virum conſtantẽ, ac proindè adnullare matrimoniũ (etſi nolint Sanch. lib.4.diſp.6.num.7.Cald.Peretr.in l. ſi curatorem, verb. Leſis, n.40. & de renovat. emphyt. q.16. n.39. Ceval. comm. contra comm.q.727.n.21.cum ſeqq. Caſtill.lib.3. quotid. c.1.n.147.Mẽdez à Caſtr.in prax. Luſitan.lib.3. cap.22. n.25. prope fin. Rebell.de obligat.iuſt. par.2. lib.1. q.5. n.10. Valer.Regin.in prax.for. pœnit. lib.31. n. 83. cum ſeqq. Auguſt. Barboſ. in cap. ex litteris 11. n. 2. de deſponſ. impub.) quia

75 adimit conſenſum, ſine quo matrimoninm neqnit cõſiſtere, cap.gẽma,de ſpõſ.

Quæſtionis eſt, utrùm ſi Parochus invitus & cõpulſus per metum adſit, contrahatur matrimonium?

In qua quæſtione affirmativè reſolvunt plures, quos congeſsit Aug.Barboſ. de offic.& poteſt. Epiſc. p.2.alleg.32.n.82. & eſt expreſſa Congregationis Cardinalium declaratio ad Concil.Tridẽt.ſeſſ. 24.de reformat.matrim.cap.1.

Cui reſolutioni obſtat text. in l.1. in fin.de auct.tut.ibi: Tutor ſi invitus retentus ſit per vim, non valet, quod agitur, nec etiam præſentia corporis ſufficit ad auctoritatem.

Facit expreſsè, quod præſentia Parochi in matrimonijs neceſſaria non tantũ corporea, ſed etiam moralis requiritur cum intelligentia, & advertentia actus, Petr.Ledeſm.de matrim. q.45. art. 3.verſ.Eſt ſecundum, Henric.in ſumm.lib. 11.c.3.§.1.Cened. pract.& Canon.quæſt. lib.1. quæſt. 30.num.33.cum ſeq. Molino de ritu nupt.lib.2.differ.11.num.113. Baſil.de matrim.lib.5.cap.21.

Et ratio eſt, quia non intelligens pręſens dici non poteſt, ex l. fin. ubi Alciat. D.de verb.ſignif. & præſentia intellectũ & ſcientiam includit, l.teſtes, C.de teſtib. Alciat.in l.2.§.voluntatẽ, n.10. D.ſolut. matr.Sãch.lib.3.diſp.40.Sed in præſentia

ob

ob metum factà deficit advertentia intellectus, & conſenſus voluntatis: igitur.

Confirmatur hoc manifeſtè ex eo, quòd in iure ſit idem abeſſe, & adeſſe, ſi deficiat conſenſus, ità eleganter *Bald. in l. cùm non ſolùm, §. neceſſitate, num. 6. C. de bon. quæ lib.* & ſic cùm *Concil. ſeſſ. 14. de reform. matr. cap. 1.* præcipiat, ut parochus interrogatis contrahentibus dicat: *Ego vos coniungo*, requiritur libertas in parocho, quæ cùm per metũ deficiat, & abſit conſenſus, ſequitur nõ valère matrimonium.

Rurſus quoties ſtatuto requiritur præſentia alicuius, ſi vi præcisè adeſſet, actus eſſet nullus, quia abfuerat conſenſus, ità *Fortun. de ultimo fine, in lat. 21. num. 438.*

Præterea contrahẽs coram parocho invito graviter peccat, ut tradunt *Coninch. in 2. 2. D. Thom. diſp. 27. n. 44. Gutier. de matr. cap. 69. n. 13.* Ergo quia parochum coëgit: igitur ex mente *Concilij* colligi poteſt, alioqui contrariũ decerneretur.

Demum ea verba *Concilij*, ibi: *Quàm præſente parocho*, capiuntur de parocho præſente & intelligente, & ſpõtè intereſſente; aliàs enim infringeretur libertas ad matrimonium requiſita, ex *regul. acceſſorium, de regul. iur. in 6.*

Suadetur hæc intelligentia *Concilij* ex eo, quòd adſertores contrariæ ſentẽtiæ proponunt, nempè, mentẽ ipſius Synodi fuiſſe, ut parochus adſiſteret, & præſens fuiſſet ad matrimonium, & ſic nihil intereſſe, quòd per vim adſit: nam ex eo ſequitur apertè toto cœlo errare; cùm ex *dict. verbis* non colligatur: imò prout iacent, ſunt intelligenda, ibi: *Coram parocho præſente*, id eſt, ſpontaneè adſiſtẽte, & ubi veritas locum habère poteſt, ceſſat fictio, *l. nec ei 17. §. & primum, D. de adopt.*

Haud impedit declaratio *Concilij*, ibi: *An verò ſi invitus & compulſus per vim adſit parochus, etiam contrahatur matrimonium, præcedẽte dicta prohibitione Ordinarij, tale matrimonium ſubſiſtat? Congregatio reſpondit: ſubſiſtere.*

Nã debet accipi in parocho per vim levem compulſo; tunc enim intellectus adeſt, & mens libera; & parochus intelligit, quod agit; quod ceſſaret, ſi vis & metus gravis fuiſſet; nam tunc nõ fieret ſatis Concilij menti, & decreto; elegãs *text. in l. coram Titio 209.* ubi *Rebuff. de verb. ſignif.* ibi: *Coram Titio aliquid facere iuſſus non videtur præſente eo feciſſe, niſi is intelligat. Itaque ſi furioſus ſit, aut infans, aut dormiens, non videtur coram eo feciſſe.*

76 Cæterùm matrimoniũ metu contractum validum nõ eſt, etſi firmetur iuramento, *Sanch. de matrim.* cum plurib. *lib. 4. diſp. 20. à num. 12. Ochogav. de Sacram. tract. 3. quæſt. 32. num. 3.*

77 Quod probatur expreſsè ex ſeqq. Primò, ex *text. in cap. 2. de eo qui duxit in matr.* ubi habetur, eum qui poſt matrimonium metu contractum, & iuratũ aliam duxit, permanſurum cum ſecunda, priuſque matrimonium fuiſſe invalidũ, ubi *gloſſ.* & *Scribent.*

78 Secundò, quia iuramentum divinis, aut humanis legibus directè contrariũ non obligat, *l. non dubium, C. de legib.*

Accedit, quòd iuramentũ eandẽ habet interpretationẽ, quã recipit actus, cui adponitur, *cap. quẽadmodũ, de iur. iur. l. ult. C. de non numer. pec.* neque enim iuramentum pertinet ad obligationẽ naturà ſuâ faciendã, ſed ad factorũ, dictorumq; veritatem confirmandã, unde ſi principale non valet, ex iuramẽto vires recipere non poteſt, quod expreſsè docet *gloſſ. in Auth. ſi qua mulier, C. ad S. C. Vellei.* quam poſt alios exponit *Hippol. in l. pen. n. 77. D. de quæſtion. Roland. conſ. 57. num. 55. lib. 3.*

79 Tertiò, quia eodem metu, quo matrimonium factum fuit, iuramentum factũ cenſetur, ut per *Innoc.* communiter receptum, in *cap. ſuper hoc, de renunt.* & lex naturalis, & humana, quę tale matrimoniũ non patiũtur, ex ijſdem cauſis vidẽtur prohibuiſſe omnia, quæ eodem metu ad illum actum confirmandum adij-

ciun-

ciuntur, *ex cap. cùm quid, de reg. iur. lib. 6.*

80 Nec refragatur huic ſententię *text. in cap. inter cætera 22. quæſt. 4.* ubi matrimonium metu cōtractum validum exiſtit, ſi firmetur iuramento.

81 Nam omiſsis pluribus ſolutionibus, quas congeſsit *Aug. Barb.* ibi, dicendum eſt, ideò matrimonium celebratum ab Hubaldo valuiſſe, quia cùm ſit peccatū mulierem concubinam habère, & nō ſit peccatum ipſam in coniugē ſuſcipere, & illa coactio fugiens ab illo in hoc tetendit, & inter opera charitatis non minimum ſit errantem ab erroris ſui ſemitā revocare, *cap. 20. in princ. de ſponſal.* matrimonium ſit in Deo firmum & ſtabile, quia tunc non poteſt dici illū metum etiam mortis cadere in virum cōſtantem, ſed in hominem improbū, qui à peccato cōcubinatus reſilire nolebat.

82 Confirmatur hęc intelligētia ex ſententia Interpretum, quos refert *Thom. Sanch. lib. 4. de matr. diſp. 13. à n. 3.* docētium, quòd quoties metus infertur iuſtè ad extorquendum matrimonium, quia ordo iuſtitię poſtulat (vel rationis, vel charitatis) ut cogatur, vel ut fiat in compēſationem, valet matrimoniū; pro regula firmat *Baſil. lib. 4. de matr. c. 19. n. 7. Mogoll. cap. 2. n. 4. & 5.* itaq; nō inſpicitur, ſit necne iudex, qui metū infert, ſed quòd ſit iuſtitia, ſeu ratio metum inferendi, ſi hęc deficit, etiā à iudice, vel à Principe metus inlatus irritat matrimonium, ut definivit *Trid. ſeſſ. 24. de reform. matr. cap. 9.* ibi: *Quare cùm maximè nefariū ſit matrimonij libertatem violare, & ab eis iniurias naſci, à quibus iura expectantur.* Licèt niſi contrariū probetur præſumptio iuſtitiæ, & rationis faveat ſemper iudicibus, *l. 2. §. ij qui iure, l. magiſtratibus, de iniur. cap. quoniam, de fil. presbyt.* & hoc rationis gyro limitādus eſt *text. in cap. ex litteris 2. de ſponſ.*

Haud obſtat *text. in cap. veniens 15. eod. tit.* ubi licèt pater ſimul in uno lecto filiam cum ſtupratore invenerit, ſi metu, qui poſſet in virum conſtantem cadere, matrimoniū celebrare coëgerit, irritū erit, & nullum, quamvis ità evidens ſit ratio, & iuſtitia cogentis, & coacti delictum aliter compenſari non poſsit.

83 Quia tunc non præſupponitur volūtas, & conſenſus conſuetudinem retinēdi, ſicut in concubinatu, *d. cap. inter cætera,* ſed tantùm concupiſcētia, ubi fortè nulla fuit voluntas conſuetudinē retinendi, ideòque licèt iudex ſit, qui in ſtupro aliquem deprehendat, non poteſt cogere eū abſolutè, ut ducat, ſed conditionaliter, ut vel ducat eam uxorem, vel dotet, *cap. 1. de adult.* & cum *Sanch. Baſil. ſup. n. 14.* Quoniam ut ſit ratio cogēdi, neceſſe eſt, ut prę ſupponat ante cedētem liberum conſenſum, ità ut dicatur non habère rationem nolendi eum, qui anteà voluiſſe videretur, ut *in dict. cap. inter cætera 22. quæſt. 4.* & *in dict. cap. ex litteris 2. de ſponſal.* cum ſimil. ità elegāter ijs & alijs ſatisfacit *Arellano lib. 2. de Imper. rat. cap. 10. à num. 20. cum ſeqq.*

84 Quòd procedit, etiam ſi matrimoniū fiat in utilitatē coacti, & cæteri contractus, quia nulli ſunt, ex eo, quòd beneficium non confertur invito, *ex reg. iur.* & cōtractus eſſentia nō cōſiſtit in utilitate coacti, ſed in eius conſenſu, nā multoties ſolet quis velle, quod ſibi nō prodeſt, & nolle, quod prodeſſet, & tamen conſenſum prę ſtitit, & inde valet, quod fecit, quia cōſenſu fiunt omnes obligationes, *l. 2. D. de oblig. & act.* qui cū deficiat in coactione, *l. nihil 116. D. de reg. iur.* matrimoniū, & contractus irrita fiunt: etſi contrarium defendant, & ſequantur *Farin. 1. par. q. 35. n. 30. Baſil. de matrim. lib. 4. c. 19. n. 13. in fin.* Vnde ſi Medicus, qui ex iuſtitia curare tenetur, minetur alicui fœminę ſe deſerturum illā, niſi cū ipſo contrahat, vel cum alio, quæ ipſe elegerit, nullum eſt matrimonium, quia contra bonos mores metus inlatus eſt, *Baſil.* cū alijs *de matrim. lib. 4. c. 19. n. 15.*

85 Adeò libera debent eſſe matrimonia, ut in *cap. gemma 29. de ſponſal. lib. 6. & l. Titia 134. D. de verb. oblig.* ne pœnæ ſolvēdę metus liberum matrimonij conſenſum impediat, ſine quo illa conſiſtere non

non poſſunt, *l. nuptias 30. D. de reg. iur. l. ſufficit 4. D. de ſponſ. cap. cùm locũ 14. cap. requiſivit 17. eod. tit. l. conſenſu 8. l. iubemus 11. C. de repud. Auth. quibus mod. natur. fil. effic. legit. §. illud quoque, collat. 6. Chriſtin. deciſ. 236. vol. 1.*

86 Quamobrem tametſi metus hic nõ videatur in conſtantem virum cadere, cùm tamen genus humanum maximè fœmineum in avaritiá inclinet, *l. 5. tit. 11. par. 4.* iuſtiſsimâ ratione prohibita eſt pœnæ in ſponſalibus ſtipulatio, non ſulùm inter contrahẽtes ipſos, ſed inter eos, qui contrahẽtes iure ſanguinis proximo adtingunt, *Covarr. in 4. 2. par. cap. 3. §. 7. n. 5. Sanch. lib. 1. diſp. 30. n. 3. Ioann. Matienç. in dialog. Relator. 3. p. cap. 17. num. 8. Matienço Iunior in l. Titia 134. num. 83. & 84. D. de verb. oblig.* qui ad alios caſus extendunt.

87 Magiſtratus prohibẽtur in Provincia, quam adminiſtrant, & regũt, & in loco officij uxorem ducere oriundã, vel ibi domicilium habentẽ propter præſumptionẽ metus, vis, & violẽtiæ ex poteſtate iuriſdictionis, ſeu officij, *l. Præfectus 63.* ibi: *Cùm ratio potentatus nuptias prohibuerit; l. ſi quis officium 38. l. qui in Provincia, D. de ritu nuptiar. l. unica, C. ſi Rect. Provinc.* ibi: *Poteſt eſſe terribilis, l. unica, C. ſi quacunque præditus poteſtate,* ibi: *Occaſione poteſtatis utatur. Novel. 23. Leonis, l. 2. tit. 14. par. 4.* ibi: *E eſto fue defendido, porque por el gran poder que han eſtos tales, non pudieſſen tomar por fuerça muger ninguna para caſar, l. 6. tit. 7. p. 3.* ibi: *Trabajandoſe el juzgador de caſar con alguna muger ſin ſu plazer* (conducit *l. 1. de concuſ.* ubi ſimulatus Præſidis iuſſus iuſtum metum inducit) *Gregor. in d. l. 2. gloſſ. 12. tit. 14. par. 4. Bald. in d. l. unica, n. 2. C. ſi Rect. Provinc. Iaſ. in l. principalibus, num. 2. D. ſi cert. petat. Put. de ſyndic. verb. Syndicantur officiales, n. 16. Mati. in dial. Relat. 3. par. cap. 31. n. 1. Bobad. lib. 5. Polit. cap. 3. n. 119. Capiblanc. de Baron. pragm. 9. num. 55. Baſil. de matr. lib. 4. cap. 4. num. 11.* cui ne obſtet *l. 38. D. de rit. nupt.* vide *Cuiac. 4. obſerv. cap. 22. & Donell. lib. 13. comm. cap. 19. pag. 198.*

88 Quod etiam locum habet in filijs, *Surgens de Neapoli illuſtrata, cap. 17. n. 18.* ſubdens Imperialibus, Catholiciſque iuſsibus etiam inhibitum eſſe Magiſtratibus, eorumque filijs inconſulto Principe ratione cõcuſsionis, & officij authoritate, quæ in ſubditorum necem verti poſſet, *Capiblãc. de Baronib. d. prag. 9. num. 34. Simanc. de Repub. lib. 8. cap. 33. Maſtrill. de Magiſtrat. lib. 5. cap. 6. n. 122.* & in alijs, quos illi pręſcribunt, & ſic prohibentur ità cogere ſubditos, *Conc. Trident. ſeſſ. 24. de reform. matrim. cap. 9.* ibi: *Ita plerumque temporalium Dominorum, ac Magiſtratuum mentis oculos terreni adfectus, atque cupiditates excæcant, ut viros, & mulieres ſub eorum iuriſdictione degentes maximè divites, vel ſpem magnæ hereditatis habentes minis, & pœnis adigant cum ijs matrimonium invitos cõtrahere, quos ipſi Domini, vel Magiſtratus illis præſcripſerint. Quare cùm maximè nefarium ſit matrimonij libertatem violare, & ab eis iniurias naſci, à quibus iura expectantur, præcipit Sancta Synodus omnibus cuiuſcunq; gradus, dignitatis, & conditionis exiſtant ſub anathematis pœna, quã ipſo facto incurrãt, ne quovis modo directè, vel indirectè ſubditos ſuos, vel quoſcunque alios cogant, quominùs liberè matrimonia contrahant,* expreſsè *l. 11. tit. 1. lib. 5. Recop.*

Quæri hinc debet, an Præſide Provinciæ in illa uxorem ducente eius Vicarij iuriſdictio ceſſet? Et quòd nõ ſuadet *dict. l. unic. C. ſi quacunq. præd. pot.*

Sed contrariũ tenendum eſt: nec obſtat *d. l. unic.* reiectâ interpretatione, quã tetigit *Deci. in cap. 1. n. 70. de iudic.* (nempè, quòd ideò in *d. l.* Vicarius recuſato Ordinario iuriſdictionẽ exercuit, quia novâ, & ſpeciali Principũ indulgentiâ iuriſdictio illi conceſſa fuit) & alijs pluribus, quas refert *Sbroc. lib. 3. de Vicar. Epiſc. q. 14. n. 6. Surd. conſ. 50. à num. 35. cum ſeq.* dicendum eſt, eã legem non eſſe intelligendã de Vicario illius Iudicis Ordinarij, qui prohibitas nuptias auda-

ci cõnamine contra Principum ſtatuta contrahere niſus eſt, ſed hoc potiùs, ut ſi iudex Ordinarius ſubditam mulierẽ in uxorem violenter accipere tentaverit, omnia tã civilia, quàm criminalia negotia univerſæ eius domus Vicario competant, non iudicis Ordinarij, ut *Accurſ.* ibi, & cæteri omnes inepte autumant, ſed Vicario Præfecti Prætorio: Præfecti autem Prætorio Vicarios in Provincijs conſtituebãt, ut ipſorũ vice adminiſtrarent, *l. 3. §. illud, de can. larg.* notat *Cuiac. in Paratitl. C. de offic. Vicar. Bud. de verb. ſignif. verb. Vicarius, verſ. Erant autẽ Vicarij, Berrut. in lex. iur. eod. verb.* Quare Vicario Præfecti Prętorio in illa diœceſi conſtituto propter Ordinarij ſuſpicionem Imperatores cauſas committunt.

Rurſus, quòd *d. l. unic.* loquatur de Vicario Præfecti Prætorio, proculdubio ſuadetur apertè: nã quoties in Cod. Iuſtinianęo Vicarij nomẽ ſimpliciter profertur, de Vicario Præfecti Prætorio intelligitur, ut conſtat ex *tit. de offic. Vic.* In quo tantùm de Vicario Præfecti Prætorio agitur, atque de eo ſolùm intelligitur, ut explicant *Cuiac. Vbeſemb. & Iul. Pac.* ibi. Cùm enim compertum ſit, *d. l. unic.* de Vicario Præfecti Prætorio loqui, nulla dubitatio remanet, cur iudice Ordinario, ut ſuſpecto recuſato, ſeu interdicto Vicarius cognoſcat, qui non erat iudicis Ordinarij ſuſpecti Vicarius, nec cum eo idem tribunal cõſtituebat, ſed à Præfecto Prętorio deputatus, ac per conſequens Ordinario ſuperior, cum vice ſacra inſtar Præfecti Prætorio iudicet, *l. 1. C. de offic. Vicar. Cuiac. in l. eos, q. 6. C. de appell. Ioan. Narbon. de appell. Vic. ad Epiſc. 1. par. à num. 126. cũ ſeq. fol. 88.*

29 Quibus addere libet, non deeſſe qui in dubium vocent, an non & illud inter Regalia referendum ſit, quòd poſsit Princeps virginibus, & mulieribus abuti, vel eas invitas, vel invitis parentibus alijs matrimonio iungere, *Petr. Gregor. de Repub. lib. 9. cap. 1. num. 45.* ubi addit quoſdam putare & Principi licẽre, & eſſe illud Regalibus adnumerandũ. Verùm hæc opinio impia, & abſurda eſt, maximè inter Chriſtianos, rectèque refellitur à *Petr. Greg. d. cap. 1. num. 47. 48. 49. & 50.* quẽ ſequuntur *Sixtin. de Regalib. lib. 2. cap. 11. num. 83. Baſil. de matr. lib. 4. cap. 19. num 16. cum ſeq.* Quod quidem reſpuit Populus Hebræus in ſuo Rege, *lib. 1. Reg. 8.* ubi *Mendoç.* & plorabat *Ierem. in ſua Orat. ℣. 11.* ubi eleganter *in comment. Fr. Eman. de la Cerd. fol. 111.*

Hinc Princeps ſecularis non poteſt ferre aliquam legem adverſus filios cõtra iuſtam parentum voluntatem matrimonia celebrantes, tradunt *Bellet. diſq. cleric. par. 1 tit. de exemp. cler. à ſtatut. ſecular. §. 5. num. 43. Sanch. de matrimon. lib. 4. diſp. 25. num. 2. Vazquez in 3. to. 4. diſp. 4. de matrim. cap. 2. num. 24. Fõtan. de pact. nupt. clauſ. 4. gl. 2. tota, to. 1.*

Ratio eſt, quia ius Canonicum omnimodam in matrimonio libertatẽ poſcit, & ideò reijcit pœnam in ſponſalibus, ſed propter pœnam exheredationis, vel aliam valdè minuitur dicta libertas; ergo *dictæ leges* erunt contra Ius Canonicum, & ſunt ab illo correctæ, & ideò *Valer. in differ. utr. for. verb. Matrim. diff. 1. num. 2. & ſeq.* ſuprà *dictas leges* tanquam improbas in foro conſcientiæ damnat, & reprobat, ſic *Molino de ritu nuptiar. lib. 2. differ. 7. num. 57. Ant. Dian. par. 2. tract. de immunit. Eccleſ. reſol. 14. fol. 55.*

90 Huic finitima eſt & alia quæſtio, utrùm, ſcilicet, detur aliquod præceptũ, quod obliget Rempublicam in cõmuni, ut in caſu neceſsitatis cõpellat particulares, ut matrimonium ineant? Affirmativè reſolvunt *D. Thom. in 4. diſt. 26. quæſt. 1.* & ibi *Paludan. quæſt. 3. Durand. quæſt. 2. Soto quæſt. 1. art. 1. Ledeſm. 2. par. quæſt. 43. art. 2. Angles in florib. 1. par. quæſt. 1. de eſſentia matrimonij, diſp. 26. quæſt. 1. art. 2. defin. 3. Bart. de Ledeſm. de matrim. dub. 3. Ludov. Lopez 2. par. inſtruct. de matrim. cap. 34. Vivald. in candelab. 1. par. de matrimon. num. 9. Vega lib.*

lib.3.ſumm.caſu 184.Hēr.lib.11.de matr. cap.1.num.5. Sanch.lib.2.diſp.27.num.3.

Addunt *Sot. Angles*, *Vivald.num.10. Barthol.de Ledeſm.Ludov.Lop.Veg. Sāch. ubi ſupr.* & præter hos *Molin. tom. 1. de iuſt.tract.2. diſp.22. Dian.tract.4. de Sacram.reſol.289.fol.175.col.1.* talem poſſe eſſe neceſsitatem,ut etiam Sacerdotes, & Religioſi cōpelli poſsint ad matrimonium.

91 Denique quærendum eſt , an ſi quis compulſus ſit à ſe corruptā ducere, poſſit adnullare matrimonium, dicens, propter vim,& metū illud contraxiſſe?Negativè reſpondendū eſt,eò quòd in pœnam delicti contrahere cōpulſus ſit, ad not. per *Soto in 4.diſt.29.art.4.verſ. Vnde ad primā, Dama.reg.101.verſ.Matrim. libe.eſſe, tom.2. Veracruz in ſuo ſpec.3.p. art.20.verſ. Pro ſolutione,n 20.*ubi dicit, quòd ex iure naturę requiritur libertas in matrimonio,niſi ſit in pœnam , ut de illo ,qui decepit aliam, cenſuit & *deciſ. Rota in noviſſ.497.par.1. Coſta in l.cùm tale,§. ſi arbitratu,in 8.declarat.in fin.D. de cond.& demonſt. Iacob.Cane.lib.3.var. cap.11.num.56.57.& 58.Bonac.de matr. q.3.punct. 8.prop. 1.n.12.fol.239. col.1. tom.1.Sanch.lib.4.diſp.13.Baſil.lib.4.cap. 19.*qui exēplificāt in multis caſibus videndi. Facit eleganter ad hanc rē, quòd metus inlatus per viam iuſtitiæ non dicitur iuſtus metus, ut actus eius causâ factus poſsit revocari,*gloſſ.fin.in l.qui in aliena,in verb.Non fieri,D.de acquir.her. Marcheſan. de commiſſ.par.3. §.2.fol.32. num.20. Fontanel.de pact.nuptial. tom.2. clauſ.5.gloſſ.5.num.41.*

92 Vxor benè tractari debet à marito, eleganter *S.Ioan. Chryſoſt. homil.26. in priorem epiſtolam Pauli ad Corinth.* ibi: *Neque verberandam uxorē dico, abſit; ultima namque ignominia eſt , non eius , qui verberatur, ſed qui verberat: & vos viros illud admoneo , nullum ſit tam magnū peccatum , quod ad verberandum uxores vos compellat; & quid uxorem dico? neque ſervam verberare , & manus in eam inÿcere viro libero eſſe tolerandum; quòd ſi ſervam viro magna ignominia eſt, multò magis cōtra liberam dextram extendere, & hæc ab Gentium Legumlatoribus, qui, quæ vapularit , non ampliùs cum marito habitare coguntur, utpotè qui indignus ſit , ut cum ea amplius conſuetudinē habeat. Etenim ſumma iniuria eſt vitæ ſociam, & in rebus neceſſarÿs anteà tibi coniunctam , tanquam mancipium ignominia adficere; ideò huiuſmodi virū, ſi quidem vir adpellandus eſt, potius quàm fera,& patricida,& matricidæ ſimilem dixeris; nā ſi patrem, & matrē uxoris gratia relinquere præcipimur, nō ut iniuriam faciamus ,ſed ut divinam legem impleamus,& ut ipſis parentibus tam gratum hoc eſt,ut relicti gratiā habeant, & id multo ſtudio exſequatur, quonam pacto nō ultima dementia eſt eam contumelia adÿcere ; propter quam parentes dimittendos præcipit Geneſ.2.*

93 Hinc obiter dānabis Parthos & Thraces,qui mancipiorū inſtar mulieres tractabāt, *Adā Contz.lib.1. Polit.c.26.§.3.* Vnde ridèri debet quędā mulier à viro ſuo ſummoperè habita,& tractata; nā dixit ſe illam non amare , cùm verberibus non punxiſſet ; qui quidem fecit, & tunc novit illa mariti amorem , *Surius in comment.ann.1501.*ibi : *Verberavitque eam duriſſimè, ſenſitque eius erga ſe amorē ex ipſis verberibus.*

94 Cato Cenſorinus, etſi fuiſſet habitus inimicus mulierum, nunquam propriæ uxori manus adpoſuit, reputans ſacrilegium, ac ſi offenderet effigiem aliquā, vel Dei ſimulacrum, *Plutarc. in Catone Cenſorino, Alexand.ab Alex. lib.4. Dier. Genial.cap.8.*& ibi *Tiraq. Petr. Gregor. de Repub.lib.3.cap.3.*

95 Neque aliud ſignificare Veteres illi Ethnici volebant, ex quorum inſtitutis, ut ex *Plutarch.in precept.con.* didicimus, qui IVNONI Pronubę ſacrificabant, fel in ſacris non adhibebant,ſed è victima exemptum iuxta arā infodiebant. Significantes à matrimonio bilem omnem procul eſſe oportère,& iram atque odiū & amaritudinem à coniugali iucunditate eſſe ſequeſtrandam.

96 Ex quo fluit, quòd eſt multùm anti-
qua actio malæ tractationis, quæ datur uxori contra maritum ipſam cum rigore, & ſeveritate tractantem, *Senec. lib.3.decla.7.& lib 5. declam. Plutarch. in vita Lyſandri, l.conſenſu, C.de repudijs, Petr. Barboſ.in 2.part.Rubr.D.ſolut.matrim.num.32. Solorçano de parric. lib.2. cap.13.fol.171. 172.& 173. Valenç.conſ. 41.* toto, utriq; iuris Lampades & Coriphæi.

Iam adnotari oportet, quòd uxor præſumitur à viro occiſa nullis in domo exiſtentibus, niſi ipſo viro, & maximè ſi malè priùs ab eo tractaretur, mirè *Mar.Giurb.conſ.46.* toto.

Hinc inferas mandantem fieri delictum excuſari, ſi mandatarius facturus erat, quod conſtabit ex minis præcedētibus mandatum, *Paz ad l.50.ſtyl.ſchol. 4.num.68.& 69.*

97 Vnde pro coronide dictorum ſciri debet, quòd ob viri ſævitias ad invicem coniuges ſeparantur, *cap. litteras 13. cap. tranſmiſſa, de reſtitutione ſpoliatorum* (& utrobique *Auguſtin. Barboſ.* cum pluribus) *cap.1. ut lit. non conteſt. §. mitiores, in authent. de nupt.* latè *Sanchez de matrimon. lib.10. diſp.18. Trivisan. deciſ.45.part.1.Valer.Reginald.in prax.for.pœnit.lib.31. num.264 & 315. cum ſequentib. Bellet. diſquiſ. clerical. 1. part. titul. de favor. cleric. §.4. num. 92. Farinac. deciſ. 278. Seraphin. deciſ.226. Theſaur.deciſ.130. Georg. Everard. conſ. 32. vol. 2.* ubi eleganter *Farin. quæſt. 143. num.189. Marta conſ.157 Farin. conſ.157. vol.2.Salgad.de Reg prot.part. 4. c.12.à num.102.cum ſeqq.* & alij, quos omittimus.

98 Animadvertēdum eſt, quòd quoties mulier ob viri ſævitias aufugit, ei alimenta præſtanda ſunt in domo, in qua inhabitaret, *Lara in l.ſi quis à liberis, §. ſi vel parens, num.65. & §. ſi quis ex his, num.210. D.de liber.agnoſ. Peguer. deciſ. 22. Gutier. canon. lib.1.quæſt.24. num.7. Valaſc. conſ.1.num.4.& 5.& de partit. c. 6.n.58. Farin.in prax. crim.d. q.143.n. 136. Bernar. Grœvæus ad practic. Camer. Imper. lib.1. concluſ.17. conſid.3. num.8.* ubi *num. 9. cum ſequentib.* adſerit, alimentorum nomine comprehēdi & expenſas in lite faciendas, quæ quidem alimenta à viro uxori ſunt præſtanda, quamvis maritus nullam dotem habuerit, *Barboſ. in Rubr.D.ſol.matr.3.p.* poſt *n.41.& 43.* Imò ſi dos fuerit ſtatim reddenda eſt, *Hippol. de Marſil. in l.ult. C. ad l.Corn.de ſic.num.12.Oſuald.in Don. lib.14.comm.cap.5.lit.A.*

99 Nunc ſimiliter adnotari debet, quòd quando mulier divertens à marito metuit eius ſævitiam, tunc quamvis vir ceu ſpoliatus quaſi poſſeſſione thori cōiugalis ante omnia veniat reſtituendus, *l.ſi quis ad ſe fundum 7. C. ad l. Iul.de vi public. cap.1. de reſtit.ſpoliat.* ac caſu, quo metuitur ſævitia viri, quòd malè tractaturus ſit uxorem, cavêre debeat maritus de non offendendo, *cap. ex tranſmiſſa, in verbo Recepta ſufficienti cautione, de reſtit. ſpoliat.* Tamen quia crebrò maior virorum eſt tyrannis, quàm ut ex cautione, quæ dicitur res fragilis, & periculoſa mulieri queat, ſat eſſe conſultum, *cap. accedens ut lit. non conteſt. & l. qui ita 66. §.1. D. ad Trebell.* Interim fœmina ſequeſtratur, hoc eſt, committitur cuſtodiæ alicuius probæ, & honeſtæ matronæ, in loco ubi vir, vel parētes eius nō poſſunt ei aliquā violentiam inferre, donec lis ſuper cauſa principali tranſigatur, vel donec ſequatur acceptabilis, & idonea cautio, *d.c.ex tranſmiſſa, c. ſi litteras, §. ſi verò ſit tanta ſævitia, ut mulieri trepidanti non poſſit ſecuritas ſufficiens præſtari, de reſtit.ſpoliat.*

100 Quod extendunt *DD.* etiam ad familiam, quæ metuit ſævitiam, & tyrannidē dominorum; ad eoſque reverti recuſat, tunc enim bonus iudex facit illos familiares adſecurari in loco tuto, *Ant. de Butr.in cap.2.num.6.* ibiq; *Abb. de ſequeſt. poſſ. & fruct. argum.§. dominorum, & §.1. Inſtit. de his qui ſunt ſui, vel alieni iuris, l. ſi poſtulaverit 27. ad legem*

X Iul.

Iul. de adult.l.1.§.penult. D.de offic.Præfect.Vrb.c.penult. ext. *de probat.*

Ex quo inferas, locum eſſe tetractui, ſi dominus malè tractet vaſſallos ſuos, ità eleganter *Camill.de Curte 1.p.diverſ. feud.§.licèt autem veriſſima, n.45.& 46. Montan. in addit. ad Ant. Olivan. p.2. lib.1.c.14.num.48.fol.161.*

Inferas ſimiliter, quòd ubi adeſt ſævitia Baronis, ſeu Domini, nedum cogitur vẽdere, *§.ſed & maior aſperitas, Inſt. de his qui ſunt ſui, Vrſill.ad Afflictum decis. 265.n.27. Maſtrill.conſ.unic.poſt.1.p decis.n.18.* cũ alijs, *Camill.Borrell. conſ.30. n.34.* uſque *ad 64. cent.2.* ubi dicit, quòd ſolus ille caſus apud omnia Regna ſine ambiguitate excipitur, quãdo dominus iniuſtus eſt, ſævus, crudelis, vaſſalloſque peſſimè tractat, quo caſu pro facti ſcelere privatur feudo, ac iuriſdictione, vel ab illa vaſſalli eximuntur, vel ad vendendum cogitur, prout poſt omnes Antiquos, & noviſſimos *DD.* ac Hiſtoriarum exempla deducta pleniſſimè probavit.

101 Quod idem eſt in virgine nondum traducta ad domũ ſponſi, quæ agenti ad matrimonium obijcit exceptionẽ metus, quaſi coacta conſenſerit; illa enim ad copulam compelli non debet, donec de cauſa principali cognitum fuerit, adeoque medio tempore ſequeſtratur, *c.2.cap.fraternitas, de ſponſ.duor.gloſ.* notabilis *in cap. tenor, verbo Accedat, de ſent. & re iudic.* Et ſic ne fortè adverſarius ex furore amoris eius corpori, vel pudicitiæ vim inferat, cuſtodiẽda eſt in honeſta aliqua domo, *cap. cùm locum, de ſponſal.c.hortamur 3.q.9. cap.ſive.33. q.2. Gail.lib.1.obſerv.112.n.16.Coler.de proceſſ.execut.1.p.c.2.num.143.Farin.quæſt.143.num.218.*

102 Cui adſtipulatur, quòd iudex timens libertatem conſenſus in aliqua fœmina impediendam fore, id agere debet, ut fœmina illa in loco honeſto, ac tuto deponatur, ubi liberè valeat conſenſum proprium exprimere, *cap. cùm locũ, de ſponſal.* non tantùm quãdo inter duos vitos eſſet contentio ſi per matrimonio cum illa fœmina contracto, vel contrahendo, ſed etiã ubi inter duos nulla cõtentio eſt, ſi iudex intelligat fœminæ conſenſum liberum impediri, quod probatur *in l.3.in fin.D.de lib.hom.exh.*

103 Hinc dicebat *Caſtr.conſ.127. vol.1.* quòd ſi mater legitima tutrix filiæ ipſam filiã impuberem tradere in ſpõſam alicui promiſit, debet iudex illam puellã in loco honeſto deponere ad effectũ, ut in ætate perfecta, cui velit, liberè nubat, ſequitur *Aim.Crav.conſ.190.Covar. de matr.p.2.cap.3.§.6.num.2.Capiblanc. de Baron.pragmat.9. num.5.& 6.Azev. conſ.37.* toto, & in Monaſterio Monialium, *DeclaratioS.Congreg.Card.ſeſſ.25. cap.5.de regul.*

SVMMARIVM.

1 *TEſtamentum ex eo appellatur, quòd teſtatio mentis ſit.*

2 *Vindicatur à calumnijs Gellij & Laur.Vall.* IVSTINIANVS.

3 *Explicatur & ornatur, & 4.*

5 *Definitur.*

6 *Quo iure fuerit inventum.*

7 *Teſtamentum Typus* IMMORTALITATIS.

8 *Teſtatoris voluntas ſervanda eſt, & 9.*

10 *Adducitur Senec.*

11 *Veteres teſtamenta curabant.*

12 *Tripliciter fiebat.*

13 *Calatis Comitijs teſtãmtũ efficiebatur cùm pace, & ocio utebantur.*

14 *Sub Calatis Comitijs quandoq; curiata, & Centuriata comprehenduntur.*

15 *Magiſtratus olim codicillis creabãtur.*

16 *De varijs Comitiorum generibus remiſſivè.*

17 *In procinctu teſtamẽtum conſtituebatur, cùm in prælium exituri eſſent.*

18 *Procincti dicũtur milites, quaſi præcincti, & expediti.*

19 *Explicatur Luc.12.*

20 *Per as & librã teſtamẽtũ dicebatur, ſcilicet, quòd per emãcipationẽ, ideſt, imaginariam*

riam quamlam venditionem agebatur quinque teſtibus præſentibus.
Emptionis contractus ex Quiritium inſtitutis intervenit.
22 *Quiritus ex antiquo adpendendi argenti infecti ante uſum ſignatæ monetæ inventum more.*
23 *Quod genus teſtandi ceſſavit.*
24 *Iuriſperiti teſtamenta dictabant.*
25 *In quacunque materia ſcribantur valida ſunt.*
26 *Olim tabulis ceratis ſcribebantur.*
27 *Poſteà in membranis, ſeu papyro, pergameno, corio, & alijs inſtrumentis.*
28 *Quod tamen intelligitur, niſi teſtamentū litteris notis eſſet exaratum.*
29 *Signabantur teſtamenta imagine, aut ſigno impreſſo.*
30 *Servabantur in Deorū delubris, & 31.*
32 *Reſerabantur poſt mortem.*
33 *Vltimæ ceræ ſignificant teſtamentum.*
34 *Sic ſupremæ tabulæ.*
35 *Elogium.*
36 *Pro a vicitijs ponitur.*
37 *De alijs teſtamentorū generibus remiſſivè, & 38.*
39 *Teſtamētum metu factum valet, & 40.*
41 *Negatur.*
42 *Probatur hæc ſententia.*
Explicatur l. 1. C. de ſacroſanct. Eccleſ.
43 *Metus excludit conſenſum.*
44 *Teſtandi libertas iure Gētium, & Naturali competit.*
45 *Diſpoſitio captatoria reprobatur.*
Ex compulſione voluntas provenit.
46 *Adſtruitur ibi noſtra ſententia, & 47.*
48 *Reſpondetur contrarijs, & 49. 50.*
51 *Refutatur Faber.*
52 *Teſtamētum præſumitur metu factum, ſi per importunitatem fiat.*
53 *Legatum metu factū reſtituendum eſt.*
54 *Aditio metu facta non tenet.*
55 *Accipiunt lucem varia iura, uſq. 63.*
64 *Impediens ne nepos inſtituatur, tenetur ad reſtitutionem.*
65 *Ex teſtamento metu facto debentur legata, ſed procedit ſub diſtinctione, & 66.*
67 *Teſtamētum coram quinque teſtibus factum metu Tyranni validum eſt.*
68 *Metu reverentiali non valet, uſq. 70.*
71 *Reſpondetur DD. contrarij.*
72 *Declaratur quis ſit metus reverentialis, & 73. 74.*
75 *Importunitas vitiat teſtamentum.*
Non valet teſtamentum ad mariti ſuggeſtionem factum, quod uxor non ordinavit, ibi.
An ſi uxor ob importunationem viri faciat teſtamentum in eius favorē, ſit validum, poſtquàm aliud conſtituerat illū exprimens in domo alicuius amici, ibi.
76 *Comitas aut blandus ſermo alterius iudicium provocans non vitiat teſtamentum.*
77 *Romæ genus crebrum captatorū, & 78.*
79 *Teſtamentum doloſis ſuaſionibus à ſene corporis, animique viribus deficiēte extortum non valet.*
80 *Blanditijs procuratum non valet, ſi vis, aut metus præceſſerit.*
81 *Vxor à marito olim prohibebatur heres inſtitui.*
82 *Falſæ ſuggeſtiones annullāt teſtamētū.*
83 *Tutor poteſt perſuadere avo, ut hereditatem, quam pupillo relicturus erat, ei relinquat.*
Curator benè poteſt inſtitui heres à ſuo adulto, niſi vis, vel metus accedat.

CAPVT XX.
De Teſtamento.

1 TEſtamentū ex eo adpellatur, quòd teſtatio mentis ſit, *princ. Inſtit de teſt.* cuius etymon rident *Gell. lib. 6. Noct. Attic. c. 12. Laur. Valla. lib. 6. c. 36.* ab eorū calumnijs, ut *Iuſti.*
2 noſtrū vindicēt Interpretes plura cōminiſcūtur, & varia, frequētius obſervantes declarationis gratiâ adiectam fuiſſe *mentis* mentionem, ut poſt *Alciat.* notat *in d. princ. Myſinger. Covar. in Rubric. de teſtam. 1. p. n. 1. Conan. lib. 9. comm. cap. 1. Budæus* ibi, *verb. Teſtamētum, Vbeſembek. ex num. 1. Othoman. enumt. 1.*

X 2 *Pi-*

3 *Piebard.* verò exiſtimat *in dict. princip.* mentis vocem ideò adiectam fuiſ-
ſe, ut ſignificaret Imperator ex ipſo
teſtandi actu teſtamentum dictum, eò
quòd teſtatum aliquod relinquat teſta-
tor, certamque mentis teſtificationem,
ut oſtēdit *Vlpian. in Inſtit. tit. 20. in princip.* ibi: *Teſtamentum eſt mentis noſtræ iu-
ſta conteſtatio*; quemadmodum & *Paul. in l. 3. D. de damn. infect.* dixit, damnū &
damnationem ab ademptione dictitari,
eò quòd non aliter cōtingat, quàm ſi a-
4 liquid dematur. Sic etiam pactū dici à
pactione, ide ſt, ab ipſo actu paciſcendi,
teſtatur idē *Vlp. in l. 1 D. de pact. Men. lib. 1. c. 4. n. 34. Robert. lib. 2. ſent. c. 9.*

5 Quibus circa etymologiam enarra-
tis, definitio iam adpàret: eſt igitur *te-
ſtamentum voluntatis noſtræ iuſta ſenten-
tia de eo, quod quis poſt mortem ſuam fieri
vult, l. 1. D. de teſtam. Spin. in ſpecul. gloſ. 1. Rub. Menoha. lib. 1. de ſucc. creat. §. 1. Matienç. in l. 1. ex n. 1. tit. 4. lib. 5. Recop. Piebard. in Rubr. de teſtam. num. 2. Donell. lib. 6. comm. c. 4.* latè explicant.

6 Authores iuris noſtri quærunt, quo
iure fuerit inventum? Et quoniam plu-
rima huius diſputationis extant com-
mentaria, referam ex ijs, qui examina-
runt, aliquos, ut ibi ſe conferat Lector,
ſi velit plura ediſcere. Fuiſſe ergo teſta-
mentum inventū Iuris Civilis, docent
*Duar. in comm. ad tit. de teſtam. c. quid ſit
teſtamentum, Balduin ad leg. Romul. c. 26. num. 5. Arias Pinell. in l. 2. num. 7. C. de bon. mater. Aleiat. lib. 4. Parerg. c. 25. & in princ. l. Gallus, D. de lib. & poſthum. Ant. Fab. lib. 14. coniect. c. fin. & de Iuriſp. tit. 1. princ. 4. inlat. 1. & de error. pragm. decad. 23 error. 1. Oſuald. in Donell. lib. 6. comm. c. 4 lit. A. Pieb. in Rubr. de teſta-
men. n. 7. Marta tom. 2. ſumm. ſucceſſ. legal. p. 4. q. 1. art. 1. à num. 1. cum ſeqq.* & huius
ſententiæ fuerunt *Accurſ. in l. ex hoc iure 5. verb. Dominia, D. de iuſt. & iur.* quem
ſecuti ſunt *Bald. in l. decernimus, n. 10. C. de ſacroſ. Eccleſ. Paul. de Caſt. in l. 3. D. de teſtam. n. 3.* & alij plures, quos conſultò
omittimus.

7 Cauſam huius iuris exprimit elegan-
ter *Oldend. claſſ. 5. ſect. in prælud.* Teſta-
mentum typus, & figura immortalita-
tis. Namque anima, & voluntas im-
mortalis non debet quoad bona cum
corpore extingui. Nihil igitur iucun-
dius, quàm ut voluntas regnet in bonis,
corpore extincto: & *Petr. Greg. lib. 41. ſyntagm. c. 1. num. 1. Tanta eſt* (inquiens)
*immortalis animæ in corpore mortali dig-
nitas, ut poſt corporis interitū proroget im-
periū, & reliquias cogitationum relinquat.*
Breviùs *Iuſt. Lipſ. in præfa. lib. 6. de Cruce. Solatium fati eſt voluntas ultra fatum.*

8 Vnde *Conſultus in l. vel negare, D. quemad. teſtam. aper.* in hæc verba pro-
rupit: *Publicè expedit ſuprema hominum
iudicia exitum habere*; quare doctè adſo-
nuit *Senec. 3. cont. 9. Teſtamentorum inte-
rijt poteſtas, ſi vivi neglexerint imperia
mortuorum*: & Scholiaſtes Poëta ſub
nomine Octavij loquens de teſtamento
Virgilii ſervando ità cecinit:

*Sed legum eſt ſervanda fides, ſuprema
voluntas,*
*Quod mandat, fieriqúe iubet, parere ne-
ceſſe eſt.*

Cic. 2. Philipp. ibi: *In publicis actis ni-
hil eſt lege gravius, in privatis firmiſſimū
eſt teſtamentum & in 3. Verr. Quintil. de-
clam. 308. Et in more civitatis, & in le-
gibus poſitum eſt, ut quoties fieri potuerit,
defunctorum teſtamento ſtetur. Idque non
mediocri ratione. Nec aliud videtur ſola-
tium mortis, quàm voluntas ultra mortē: & decl. 264. & 311. Plin. lib. 2. ep. 16. & lib. 4. ep. 10. Tacit. lib. 2. Ann.*

9 Eò quòd teſtatoris volūtas lex eſt, *no-
vell. 22. de nuptijs, c. 2. Vivius deciſ. 265.*
per totā, *lib. 2.* ac per cōſequens ſervāda,
l. ex facto 35. §. rerū autem, D. de her. inſt. l. ſi & mihi, & tibi 12. §. fin. l. penult. D. de leg. 1. cum ſimilib. *Donel. lib. 8. comm. Iur. Civil. c. 4. §. 1. Ant. Fab. in Iuriſp. Pa-
pinian. tit. 4. princ. 6. inlat. 6. Roñies de
repræſent. lib. 1. cap. 5. num. 15. & c. 13.*
10 *num. 4.* cum multis. Quà de causà nihil
impenſius homines amore proſequūtur,
quàm in ultimo fine diſponere prudēter
ani-

animadvertit *Seneca lib. 4. de beneſic. c. 11.* ibi: *Quid cùm in ipſo fine vitæ conſtitimus, cùm teſtamentum ordinamus, non beneficia nobis nihil profutura dividimus:* & poſt: *Vbi mors intercluſit omnia, & ad deferendum incorruptum iudicē miſit, quærimus digniſſimos, quibus noſtra tradamus, nec quicquam cura ſanctiore componimus, quàm quod ad nos non pertinet.*

11 Veteres ſummoperè teſtamenta curabant, ut ait *Iuſtin. in princ. Inſtit. de teſtam.* à quo non longè ſunt *Gell. lib. 15. Noct. Attic. cap. 27. Alex. ab Alex. lib. 4. Dier. Gen. c. 6.* ubi *in ſcholijs* alios antiquitatis acerrimos obſervatores recenſet, *Tiraq. Coſtan. lib. ſing. quæſtion. c. 17. Vacon. lib. 2. declarat. iur. c. 16. Cota verb. Teſtamentum, Ferand. Advenſ. lib. 2. explic. cap. 29. Forcat. dialog. 14. & 73. Vvalth. lib. 2. miſc. c. 30. Lorioth. de teſtam. c. 2. Briſſon. lib. 2. ſelect. cap. 7.* Hinc *leges 12. Tab.* circa ſucceſſiones, & teſtamenta proceſſerunt, ut author eſt *Alex. ab Alex. lib. 6. Dier. cap. 10.* ubi *Tiraquel.* coposè adnotavit *fol. 660.* cum plurib. *Amaia lib. 3. obſerv. iur. c. 6. n. 1.*

12 Tria teſtamentorum genera cognoverũt Antiqui: unum, quod *calatis Comitijs* fiebat: alterum, quod *per æs & libram*: tertium, quod *in procinctu* conſtituebatur, *§. 1. de teſtam. ordin.* ubi *DD.* circa cuius *text.* explicationem aliquid temporis abſumã, ut nihil antiquitatis penitùs ignoretur. Cognitio enim antiqui iuris, præter quàm quòd iucũditate animum demulcet, ſuo uſu non planè caret.

13 *Calatis Comitijs* teſtamentũ efficiebatur, cùm pace, & ocio utebantur, convocato populo per Cornicinẽ, ut teſtator eo præſente, & quaſi teſte ultimam ſuã declararet volũtatem, quod tempore pacis bis in anno fieri ſolebat, & ſic *Calatis Comitijs* ab antiquo *calare*, quod à Græco, *vocare*, ſignificat, *Alex. 4. Dier. Gen. 3. Roſin. 6. Antiq. 1. Vultei. pr. I. de teſtam. n. 27.* & ibi *Vigli. n. 5. Conan. 9. cõm. 1. n. 4. Villalp. de Mag. lib. 1. c. 21. n. 9.* Vnde & Kalẽdæ, *Briſſon. 1. formul. pag. 119. Roſin. 6. Antiquit. 4.* & ſervi calatores, *Plaut. in Pſeud. act. 4. ſcen. 2. & in Rudent. act. 2. ſcen. 3.*

14 Sub calatis quandoque curiata & cẽturiata comprehenduntur, *Gell. lib. 5. c. 27.* ubi calata Comitia dicuntur, quæ habentur aut pro Collegio Pontificum, aut Regis ſacrificuli, aut Flaminũ inaugurandorum causâ, ut liquet ex oratione *Cic. pro domo ſua.*

15 Obſervari hîc oportet, Magiſtratus olim in Imperio Romano Comitijs, aut codicillis creatos fuiſſe, eleganter & eruditè *Iul. Caſ. Bulenger. lib. 2. de Imperio Romano, c. 10. & 11.*

16 De varijs Comitiorum generibus latè & graphicè pertractavit *Iul. Labor. var. lucubrat. tit. 1. à c. 1. cum ſeqq.* cuius copioſa penus eſt, & abundans meſſis, ut ſatis replearis, læteriſque, *Budæus in adnot. reliquis fol. 108.*

17 *In procinctu* teſtamentum conſtituebatur, cùm in prælium exituri eſſent, ideò *Feſtus* ex emendatione *Scaligeri* ait: *Dicuntur teſtamenta in procinctu fieri, quæ inſtructa acie nuncupantur, vel quæ ad pugnam ituri nuncupabant. Plutarch. in Coriolano: Eo tempore mos erat Romanis prælium inituris, ſcutaque ſumpturis togam præcingere, ſimulq; teſtamenta ſine ſcripto facere, hæredemq; tribus, aut quatuor audientibus nũcupare. Ioan. Ludov. de la Cerda in comm. ad Virgil. 7. Æneid. n. 18. fol. 102. Cic. 1. de natur. Deor. Agell. 15. Noct. 27.* terſè *Ioan. Barclai. lib. 4. Argen. Adnotatum eſt ad victoriam ingentem fiduciam Gallorũ, Maurorumq; pauciſſimos in procinctu nuncupaſſe teſtamentum.*

18 Procincti enim dicũtur milites, quaſi præcincti, & expediti, cùm præcinctus dicatur, qui ad cõfligendũ paratus eſt, *Ioan. Roſin. lib. 5. Antiq. Roman. c. 32. Geneſ. 49. n. 19. Habac. 3. n. 16. Prover. 31. n. 17. Iob 38. n. 3 Pſalm. 17. n. 33. Dan. 10. n. 5. Apoc. 1. n. 13. Pſal. 92.* Diſcincti verò dicũtur ignavi, & imbelles, *Hom. Iliad. 13. Alex. ab Alex. lib. 1. Dier. Gen. c. 20.*

Quare ignominiæ causâ de Afris cecinit *Mantuan. 8. Æneid.*

:—Diſtinctos Mulcifer Afros
Pinxerat.
Sueton.in Auguſt.c.24.Lipſ.lib.5.de milit.
dial.18. Guth. de offic. dom. Aug.lib.1. c.
14.fol.45.
Hinc venit intelligendus locus ſa-
cer *in c.12. Lucæ: Sint lumbi veſtri præ-*
cincti, & lucernæ ardentes in manibus ve-
ſtris, quod explicans *S.Petr.Chryſol.ſer.*
24. compte, & piè verbum paravit, *Cin-*
gulum quidem eſt propiè indicium ſervitu-
tis, quòd & diſcurſus expeditos reddat, &
19 *faciat obſequentes.* Sic curam impendere
debemus, ut parati, & expediti adſte-
mus, cùm mors adveniat, & præcinga-
mur ad irruendas, & devaſtandas dia-
boli inſidias, quia non ſolùm peccato-
rum mole non deflectemur, ſed ipſe re-
rum Arbiter cũ nobis ſe præcinget præ-
mium noſtræ vigilantiæ, & præcinctio-
nis retribuens: *Amen dico vobis, quia præ-*
cinget ſe, & faciet illos diſcumbere, & trã-
ſiens miniſtrabit eis: proſequitur erudi-
tè, & eleganter *Chryſol. d.ſerm. 24. En*
mutatio inaudita rerum! en terribilis cor-
reptio dominationis! en pavenda converſio
ſervitutis! quia parumper ſervus adſiſtit
in domini ſui expectatione ſuccinctus, &
ſuſtinendi fidem brevi fatigatione portavit,
cui ut talionem redderet, diſſimulat ſe in
ipſa divinitate divinitas.
20 *Per æs & libram* teſtamentum dice-
batur, ſcilicet, quod per emancipatio-
nem, ideſt, imaginariam quamdam vẽ-
ditionem agebatur quinq; teſtibus prę-
ſentibus, *Vlpian tit.20.§.9.Ioan.Garc.in*
tract.de expenſ.c.1.n.5. Cuius teſtamẽ-
ti ratio erat. Primò, quia in omnibus
ferè momẽti maioris rebus, & negotijs
emptionis contractus, quo nullus tutior,
certiorq; habebatur, ex QVIRITIVM
inſtitutis intervenit, *Vultei. princ. Inſtit.*
de teſtam. n.33. Cont. lib.1. diſput.c.12. Ra-
vard. in l.16. D. de reg. iur. Conan. lib.9.
comm. c.1. n.5. Briſſon. lib.1. ſelect. cap.7.
Roſin. lib.8. Antiq. Rom. in 3.p. explica-
tionis legum 12. Tabul. §.12. Petr. Greg.
lib.41. ſyntagm.c.3. Caius lib.1. inſtit.c.6.
Gell. lib.5.c.19.

21 Secundò, quia cùm in teſtamentis
alienatio fieri videatur tempore prohi-
bito, effectuſque eius cõferatur in id tẽ-
pus, quo alienans dominus non eſt, *Ant.*
Fab. lib.14. coniect. c.20. Alb. Gentil. lib.
4. lect. cap. 6. hoc ſimulatæ venditio-
nis commento ei difficultati ſic occur-
ſum: ut emptori familiæ bona ità man-
ciparentur (tanquam inter vivos) ſub fi-
ducia heredi inſtituto, & ſecretò fortè
in tabulis eadem remancipandi, *Hotho-*
man. lib.9. obſerv. cap.12. uno nummo in-
ſignato, qui *æs*, & *rauduſculum* diceba-
tur: ab *Statio* vocatur nũmus Caianus à
familiæ emptore, qui alius ab herede,
§ 10. verſic. Licèt, Inſtit. de teſtam. Plu-
tarch. lib. de ſera Numinis vind. Hothom.
d.lib.9. cap.12. Conan. dict. lib.9. comm.
c.1. num.9. libræ impoſito, qui adpen-
debatur per libripendem teſtatori, ceu
venditionis pretium, *Caius 1.inſtit.6.§.*
22 *4. Boët. in Topic.* Qui ritus ex antiquo
adpendendi argenti infecti more ante
uſum ſignatæ monetæ inventum, *Plin.*
lib.33.c.3. Budæus lib.1. de aſſe, pag.31. &
lib.5. pag.203. Briſſon. lib.1. antiq. cap.7.
Forner. ad l.159. D. de verb. ſign. quem
hodie apud Chinenſes populos ſervari
tradit *Ioan. Mendoç. lib.1. de Regno Chi-*
næ, cap. ult.
23 Quod tamen genus teſtandi, quãvis
duobus prioribus abolitis, diutius per-
manſerit, attamen poſteà partim in uſu
eſſe deſijt, reiectæ enim fuerũt captio-
ſæ illæ, & ſcrupuloſæ emancipationes,
& planior, & ſincerior uſus fuit recep-
tus, ut *ex princ. Inſtit. de teſtam. & ex l.*
quoniam indignum 15. C. eod. ſufficientiſ-
ſimè colligitur, *Oſſuald. in Don. lib. 6.*
comm. c.6. in not.
24 Iuriſperiti teſtamenta dictabant, *Sue-*
ton. in Nerone, cap.32. ibi: *Deinde, ut in-*
gratorum in Principem teſtamenta ad fiſ-
cum pertinerent, ac ne impunè eſſet ſtudio-
ſis iuris, qui ſcripſiſſent, vel dictaſſent ea.
Arrian. in Epict. lib.2. cap.13. Sed neque
iuris ſtudioſum adſumpſit unquam, qui
ei legitima interpretaretur. Sed teſtamen-
tum non ſcribit neſciens, qui ſcribi debeat,
nec

nec ſcientem adhibens. neque ſponſionem aliter ſignat, quam ſecuritatem ſcribit ſenſu ſuo, & arbitrio utitur ſine Iuriſperito. Auguſt. in Ioann. Qui habent cauſam, & volũt ſupplicare, quærunt aliquem Scholaſticum Iuriſperitum, à quo ſibi preces componãtur. Iul. Cæſ. Buleng. lib. 4. de Imper. Rom. cap. 8. Ità ut vix quiſquam ſine Iuriſperito teſtamentum facere audêret, *Cuiac. in l. 1. D. de teſtam. Gerard. Mainard. deciſ. Tholoſ. 58. num. 1. lib. 5. Pieb. ad l. Gallus, cap. 1. num. 1.*

25 In quacunque materia teſtamenta ſcribantur, valida ſunt, *l. 2. §. ad cauſam, D. quemadm. teſt. aperi. l. 1. l. chartæ 4. D. de bonor. poſſeſſ. ſec. tab. l. quoniam 15. ad fin. C. de teſtam. §. nihil autem 8. Inſti. eod. l. 12. in princip. tit. 1. p. 6. Forner. lib. 2. ſelect. c. 9. Pet. Gregor. lib. 41. ſyntagm. c. 4.*
26 *num. 4.* Quoniam etſi olim tabulis tantùm ceratis ſcriberentur, *Aldroband. lib. 1. de inſect. cap. 3.* qui antiquiſſimus mos fuit, poſteà tamẽ alijs materijs adinventis, in quacunque ſcribi cœperunt, ut & alia omnia, quæ ut poſteritati mandarentur, litteris commendabantur, quâ de re, & de multiplici chartarum uſu poſt *Plin. lib. 13. cap. 12. Alex. ab Alex. lib. 2. Dier. Gen. c. 30.* ubi in notis
27 plura tradit *Tiraq.* Ob id autem, quòd humana induſtria alijs materijs adinventis teſtamenta in membranis, papyro (de qua multa tradit *Guid. Pancirol. de reb. nup. invent. p. 2. tit. 13.*) pergameno, corio, & alijs inſtrumentis ſcriberẽtur, tabularum primũ nomen non amiſerunt, *Paul. lib. 4. ſent. tit. 7. verſ. Vltimò,* quamvis & aliæ ſint tabularum ſignificationes, quas adducit *Rhodigin. lib. 7. ant. lect. c. 20. & 21.*

28 Quod tamẽ intelligendũ eſt, niſi teſtamentũ litteris notis eſſet exaratũ, quia tunc nõ valet, *l. ſed eũ patrono 6. §. fin. D. de bonor. poſſ. con. tab. Iuſt. Lipſ. cent. 1. ad Belgas, epiſt. 3. n. 1. Ioan. Gruther. 2. tom. Inſcript. antiq. Vrbis Rom. ad fin.* dextrè *Anton. Pichard. in §. nihil autem 8. n. 8. Inſtit. de teſtam.* qui eruditiſſimè notas expreſſerunt, quales eſſent.

29 Signabantur teſtamenta imagine, ac ſigno impreſſo, *Paul. 5. ſent. 25. §. 8. Sueton. in Neron. cap. 17. l. 1. §. penult. & ult. D. de ſecun. tab. Oſſuald. in Donell. lib. 6. comm. c. 8. l. t. A. & B.* cum ali congeſtis ibîdem.

30 Servabantur, ac cuſtodiebantur in Deorvm delubris, Æditui fidei commendata, *ut in l. 3. D. de tab. exhib.* ibi: *Si cuſtodiam teſtamenti Æditiuus ſuſcepit, l. cùm pater 77. §. donationis 26. D. de leg. 2.* ibi: *Donationis prædiorum epiſtolam ignorante filio mater in Æde ſacra verbis fideicommiſſi non ſubnixam depoſuit, & litteras tales ad Æditiuum miſit: Inſtrumentũ voluntatis meæ poſt mortem meam filio meo tradi volo. Claud. Muſembert. ad Marti. de ſpect. epigr. 7.* ubi *D. Laurent. Ramir. de Prado: ex Dione, Appiano, Suetonio, Plutarcho, & Tertulliano* retulit *Iuſt. Lipſ. in comment. ad Tacitum lib. 1. Ann. n. 48. Hering. de fideiuſſ. c. 14. num. 49.*

31 Sed maior fiducia erat in Virgines Veſtales, quæ Sacerdotes cæteros dignitate, & authoritate ſuperabãt, adeò, ut Imperatores ipſi teſtamenta ſua ipſis commendarent: maximè Virgini præcipuæ, quæ reliquis præerat, *Sueton. in Iul. cap. 83. & in Aug. c. 101. Tacit. 1. Annal. & Plutar.* Marci Antonij Triũviri teſtamentum depoſitum apud Veſtales ſcribit *Alex. ab Alex. lib. 1. Dier. Gen. cap. 12. fol. 488.*

32 Reſerabantur poſt mortem, *Gregor. Turonenſ. lib. 6. cap. 45. Marculf. Monach. lib. 2. form. cap. 17. Ribera ad Hebr.* ad illud *c. 9. Teſtamentum enim in mortuis confirmatum eſt, Bellarm. 1. tom. lib. 1. c. 17. Ioan. Ludovic. de la Cerd. adverſar. ſacro. cap. 107. num. 1. & 112. n. 9.* cũcti Societatis Iesv ſplendentia lumina.

3 Vltimæ ceræ ſignificant teſtamentũ, acutè *Martial. lib. 4. epig. 26.*

Nihil Ammiano præter aridam veſtem
Moriens reliquit ultimis pater ceris.

Id eſt, noviſſimo teſtamento, ut explicat *D. Laurent. Ramirez de Prad. in Hiponem.* ad eumdem, *Alex. ab Alex. lib. 1. Dier. Gen. c. 1.*

34 Quod etiam intelligunt ſuptemæ tabulæ, *Mart.lib.5.epigr.33.*

Quadrantem Criſpus tabulis Fauſtine ſupremis
Non dedit uxori, cui dedit ergo? ſibi.

Vbi *Domit.* teſtatur.

35 Quandoque tamen ſub nomine elogij cõtinetur, *l.quidam elogio 20.* ubi *Accurſ.C.de iure delib.*

36 Ponitur verò *pro amicitijs 2. Reg.3. Fac mecum teſtamentum*: ubi *Septuag.* reponunt, *Fac mecum amicitias*, refert *Ioan. Ludov. de la Cerd. adverſ. ſacror.c. 65.num.144.*

37 De alijs teſtamentorum generibus, quæ nunc ſunt in uſu, videlicet teſtamẽti ſcripti (vulgò clauſi) & nuncupativi (nempè aperti) latè in proprijs teſtamentorum tractatibus agunt Authores, *& Petr.Gregor.lib.42.ſyntagm. cap.4. 5. & ſeqq. Oſuald.in Donell.lib.6. comm.c. 7.& 10. Matienç.in l.1.gloſ.3.* ubi *Azeved.tit.4.lib.5. Recop. Moneta de commut.ult.volunt. cap.2.q.2.num.18. Paul. Chriſtin.deciſ.Belg.304. num.2. vol.1. & deciſ.6.vol.4.Gerard.Main. deciſ.Tholoſ. 4.lib.5.*

38 Omiſſis ijs, quæ ad noſtram materiam non adtingunt, ad propriora accedendum eſt, ut diſpungantur: nunc ergo opportunè quæri debet, an teſtamentum metu factum valeat ipſo iure, necne?

39 In qua quæſtione aientium ſunt, & negantium *DD.* dicteria: alij adfirmãt, teſtamentum vi, aut metu factum ipſo iure valère, ſed auferri cogenti, metumvè inferenti hereditatem, tamquàm ab indigno, quod defendunt *Caſtr. num.4. Aretin.col.1. Duaren. & Conſtant. Ruger. ex num.2. uſque ad 7.in l.1. D. de teſtam. Michael.Craſſ.recept.iur.ſentent.§. teſtamentum, quæſt.83. in princip. Cevall. pract.q.348.num.4. Boſſius tit. ſi quis aliquem teſtari probibuerit, num.5. Peregrin. de iur.fiſc.lib.2.tit.6. ex num.4. Menoch. de arbitrar.lib.2.caſ.395.num.7. Gregor. Lop.in l.27.titul.1.part.6.verb. Haziendo fuerça, Fachin.lib.2.controver. cap.15. Caſtill. lib. 3. quotidian. cap.1. num.44. cum ſeqq. Mart.tom.2. de ſucceſ.leg.part. 4.quæſt.1 art.6.num.19.cum ſeqq. Nicol. Intrigliol. conſ.6.à num.80. Harprecht ad Iul.Clar.§.teſtamentum, num.13.q.1. Fachin.lib.10.cont.15. Anton.Fab. de error. pragm.decad.38.err.3.*

40 Quam ſententiam adſtruunt ex eo, quòd ea, quæ metu fiunt, valent, licèt reſcindantur; nam voluntas coacti voluntas eſt, *l.ſi mulier, §. penult. D. quod met.cauſ. l.ſi patre cogente, D.de ritu nuptiar.*

41 Alij verò negant, ut ſunt *Ioan.de Imola in l.1.num.4 D.de teſtam. Iaſon in l.1. num.3.C.ſi quis aliquem teſt. probibuerit, Rubeus in repet. §.morte, num.222. l.non ſolùm, D.de nov. oper.nunt. Spino in ſpecul. teſtam gloſ.rub.2.p.num.5. Pet.Gregor.lib.44. ſyntagm. cap.6. num.2. Vazq. de ſucceſ.§.17.à num.5.cum ſeqq.lib.2. requiſ.22.num.5. Mogoll.c.9.num.25. verſ. Quæ opinio, Farin.2.part. fragm. crimin. verb.Metus, num.43. Anton.Pichard. in §.actionum 28.num.26.Inſt. de act. Montan.in addit.ad Anton.Olivan.de act. par. 2. lib. 1. cap.14. num.22. tom.2.fol.256. col.2.*

42 Hoc tamen hemiſtichium etſi pau-
ciorum Authorum teſtimonijs fulcia-
tur, ratione & fundamentorum robore
ſubſiſtit, & comprobatur. Primò, ex
eo, quòd conſenſus in actu teſtandi re-
quiritur cùm qualitate libertatis ple-
næ, & ſic omninò abſolutus, & liber in
diſponendo, *l.1. C. de ſacroſ. Eccleſ.* ibi:
Liber ſit ſtylus, Menoch. de arbitr. lib.2.
caſ.395. num.1. Conſtant. Ruger. in l. 1.
num.2.D.de teſtam. Peralt. in l.ſi quis in
principio, num.94.verſ. Ex quibus manet,
& num. 132. D. de leg. 3. Ioan. Baptiſt.
Plot. in conſ. 168.num.54.inter conſil.ul-
tim.volunt. lib.2. Molin. de iuſt. & iur.
tract.2.diſput.135. verſ. Quoad ſecundum
attinet, eleganter *Gerard. Main. deciſ.*
43 *Tholoſ.6.num.10.lib.5.* Sed metus ex-
cludit conſenſum, *l. nihil. 116. D.de*
regul.iur. Ergo teſtamentum nullum fuit
ab initio.

Se-

44 Secundò, teſtandi libertas hominibus iure Gentium, & Naturali competit, *l.nec enim, §.deportati, D.de teſtam. milit.l.milites, C.eod.§.quod verò, Inſtit. de iur.Gent. Nat.& Civ. Bart. in l.interdum,num.7.D.de condict.indebit. Vigl. in §.ſed prædicta,num.4. Inſtit.de teſtam. Iaſ. in Rubrica, D. de acquir. heredit. Ioſeph. Ramon conſ. 34. num. 52.* Reverâ quoties quis aliquem ad teſtãdum coëgit, compulſus non ad ſuum libitum diſponit, quia cùm teſtamentum à mera teſtantis voluntate pendêre debeat, ſi non à ſua voluntate pependit, dici nequit ſuum teſtamentum, nec ſua diſpoſitio, ergo nullatenus valêre potuit.

Cui adſtipulatur *S. Athanaſ. Alex. in epiſt. ad ſolit.vit.agent*, ibi: *Liberius deinde poſt exactum in exilio biennium inflexus, miniſque mortis ad ſubſcriptionem inductus eſt, verùm illud ipſum quoque, & eorum violentiam, & Liberij in hæreſim odium, & ſuum pro Athanaſio ſuffragiū, cùm liberos affectus habebat, ſatis coarguit. Quæ enim per tormenta contra priorem eius ſententiam extorta ſunt, ea iam non metuentium, ſed ità cogentium voluntates habendæ ſunt.*

45 Tertiò, ideò reprobatur diſpoſitio captatoria, tamquam per indirectum auferat liberam facultatem teſtandi, *l. illa inſtitutio 32. D.de hered. inſtit.* cum ſimilib. *Bart.in l.ſtipulatio hoc modo concepta, D.de verbor.oblig. & in l. cùm donationis*, ubi *Alex.C.de tranſact. Rota diverſ. deciſ.592. num.11.part.1.Seraphin. deciſ.359. Surd. deciſ.98. num.7. Neguſ. conſ.521. num.50. Steph. Gratian. c.508. num.1. vol.5.* Vnde Solon captatorias voluntates omnes reijci & improbari voluit, *Plutarch. in Solone*: ergo ſimiliter eſt repellendũ teſtamentum coactione conſtitutum, cùm non liberâ voluntate fuerit effectũ, quia teſtator coactus adſtavit, & liberum nõ habuit ſtylum, adverſus iura vulgaria.

Quartò, ex compulſione noluntas provenit, *l.1.C.ſi quis aliq.teſt.prohibuerit*, ibi: *Cùm non ſua ſponte teſtamentum fecit*, & infrà: *Et quos noluerit, ſcripſerit heredes.* Ergo nullatenus dici poteſt, teſtamentum valuiſſe, cùm teſtator noluerit, & ſic à principio nullum fuit, alioqui enim contra eius voluntatem procederet, quod eſt abſonum non ſolùm à iuris regulis, ſed etiam à dictamine naturalis rationis.

46 Quintò, ex *text. in l. qui teſtamento, §.fin. in fin. D.de teſtament.* ubi quando teſtis teſtamẽtarius compulſus fuit adeſſe teſtamento, tunc teſtamentum eſt ipſo iure nullum, quia in hac materia voluntas coacti non eſt voluntas, quinimò pro voluntate non habetur, ut ibi, quod longè fortius locum vendicat in ipſo teſtatore, ut de ſe patet, *Fachin. lib. 9.cont.c.15.Conan.lib.9.comm. cap.2. & 3.num.9.*

Deinde ut coactio vitiat matrimonium, *cap.gemma, de ſponſ.* cum ſimilibus, ità quoque debet vitiare teſtamentum, ſecundùm *Iaſ.* ubi ſuprà, quia in hac materia à pari procedere videntur matrimonium & teſtamentum, *arg. text.in l.ſtipulatio hoc modo concepta*, iunctâ *l.Titia, in princip.D.de verb.oblig.* iunctis ijs quæ habẽtur per *Bart. in l.ſi quis pro eo, D.de fideiuſſ.*

Sextò, quando teſtamẽtum eſt imperfectum ratione voluntatis, etiam in minima ſui parte, tunc vitiatur ipſo iure, *l.ſi quis cùm teſtamentum, D. de teſtam.* adeò, ut etiam inter liberos non valeat, ut notatur per *gloſſam*, & communiter *DD. in l.fin. C.famil. erciſc.* Ergo ridiculum eſſet dicere, quòd valeat teſtamentum in ſpecie noſtra, in qua eſt defectus totius voluntatis: & hæc pars adeò vera eſt, ut contraria nobis ridenda videatur.

47 Neque ad rem pertinet *l.1. C ſi quis aliq. teſta. probib.* in qua iacet unicum fundamẽtum communis opinionis. Nã ille *text.* nil probat, ut fatetur ibi *Corn. num.1.in fin.* licèt ſequutus ſit communem ſententiam, & tunc demum fiſco locus aperitur, quãdo mero iure hereditas delata fuit ei, qui violentiam fecit,

qua-

quale eſt cùm is, qui primum locum tenet ab inteſtato, teſtatorem teſtari prohibuit, ut ſibi hereditas ab inteſtato deferretur, prout realiter delata fuit, vel quando heres priore teſtamento ſcriptus prohibuit teſtatorem ſecundum teſtamentum facere: quo caſu ex vi primi teſtamẽti, quod reverâ mutatum non fuit, ſibi defertur hereditas, quæ ei adimitur, & fiſco applicatur.

48 Cæterùm in ſpecie noſtra, cùm defuerit libera teſtatoris voluntas, neque teſtamentum ab initio valuit, neque heredi ſcripto ex tali inutili teſtamento hereditas defertur, neque auferetur, ut fiſco applicetur, ſed remanebit penes legitimos heredes teſtatoris, ne delictum alterius eis immerentibus noceàt, contra *text. in l. ſi quis in ſuo, §. legis, C. de inoffic. teſtamento.* Quæ ratio adeò æqua & pia eſt, ut ſola ſufficiat ad huius partis tuitionem, *l. 28.* ubi *Gregor. Lop. tit. 1. p. 6.*

49 Cui ſententiæ opponitur *Ant. Fab. de err. pragm. decad.* 38. *err.* 3. quatenus dictat ſub diſtinctione, nempè, quòd aut vis, & metus præceſſit, & tunc validum ſit teſtamentũ, ſi autẽ in ipſo actu teſtandi interveniat, tunc nullum exiſtat, quia deficiunt ſolennitates requiſitæ, cùm teſtes, qui debent eſſe rogati, inviti detinentur, vel invitus teſtator, ut eos roget, per vim adhibeatur.

50 Qui quidem expreſsè convincitur; nam idem eſt, ut metus ſit in actu teſtandi, aut præcedat eum, cùm trepidatio illa mentis debeat præcedere antequàm actio metu extorta fiat, licèt inferatur ob futurum inſtans periculum, incuſſio enim metus, & trepidatio mẽtis agentis ità præſens debet eſſe, quòd præcedat & det cauſam actui, etſi cauſam conditionalem, ità ut poſſit homo eligere, quod maluerit; ſic intelligendus eſt *textus in l. metum 9. in principio, l. iſti quidem, §. 1. D. hoc titul.* Dicat ergo meus *Faber*, quâ ratione dici quit metum præcedentem actum non ſufficere ad invalidationem, cùm is præbeat cauſam ad geſtionem.

51 Rurſus ſi metus non præceſſiſſet, nullatenus in illum modum teſtamentum celebraretur, & teſtator aliter diſponeret, aut ceſſaret; ſed propter compulſionẽ, quæ pręceſſit, adest obnoxius ad celebrationem: igitur coactus teſtatur, & ſic non habet liberam voluntatẽ, quæ neceſſariò requiritur.

52 Reſtat reſponſio ad dubitationem circa prohibitionem teſtatoris per metum factam, quam ad amuſſim, & latè diſpunxit *Caſtill. lib. 3. var. cap. 1. & tomo 5. var. c. 72. Farinac. de falſis, q. 161. à num. 1. cum ſeqq. Carol. de Tapia deciſ. 16.* tota. Sed advertẽdum nunc eſt, hereditatem auferri ab eo, qui coëgit aliquem vel prohibuit teſtati metu, vel dolo malo, elegãter *Sixtin. de regal. lib. 2. c. 10. n. 61. uſq. 64. ex l. 1. & 2. D. ſi qui aliq. teſt. prohib. l. in ſcriptis, D. de his quæ ut indign. l. Marcellus, §. fin. D. ad Treb. l. Lucius; §. Sempronia, D. de leg. 1.*

53 Teſtamentum præſumitur metu factum, ſi effectum ſit ob importunitatẽ, & perſuaſionem multorum, *Decian. cõſ. 65. num. 2. vol. 1. Mant. de coniect. lib. 2. c. 7. num. 4.* etiam ſi metu reverentiali factum ſit, *Pech. de teſtam. coniug. lib. 1. c. 9. num. 7.* Legatum metu factum reſtituẽdum eſt illi, in cuius detrimentum cedit, & inſimul hereditas, *Molin. tom. 1. tract. 2. diſp. 135. in verſ. Ex eadem doctrina, fol. 732.*

54 Cui finitima eſt & alia quęſtio, an additio metu facta valida ſit, necne? Probant expreſsè *text. in l. ſi mulier 21. §. 5. D. hoc tit. & in l. ſi metus 85. D. de acq hered. Petr. Greg. lib. 46. ſyntagm. c. 4. num. 15. Pichar. in tract. de acq. hered. c. 18. n. 10. Medic. de caſib. fort. 1. p. q. 7. n. 7. verſ. Iis præmiſſis, Farin. 2. p. fragm. crim. verb. Metus, n. 45.*

55 Quod confirmatur ex eo, quia etſi quis coactus velit, vult tamen, *l. ſi patre cogente 22. D. de ritu nupt.* ibi: *Maluiſſe hoc videtur, l. ſi privatus 17.* ibi: *Quamvis voluntatem accommodaverit, D. qui & a quibus.* Vndè Prætoris eſt neceſſa-

tium

rium remedium ad eam reſcindendam, *dict.§.5.* quod eam valuiſſe ſupponit ex reg. *l.nam etſi ſub conditione 5. §. poſt defectum, D.de iniuſt.rupt. l.decem 116. D. de ver.oblig.l.2.C.in quibus cauſis in integ. reſtit.non eſt neceſ.l.2.C.de prædijs min.*

56 Cui ſententiæ opponitur expreſsè textus *in l.qui in aliena, §.Celſus, D.de acq. hered.*) ibi: *Eum qui metu verborum* (ubi *verberum* reponit *Cuiac. in d.l. mulier 21. §. 5.*) *vel aliquo timore coactus fallens adierit hereditatem.ſive liber ſit, heredem non fieri placet, ſive ſervus ſit, dominum heredem non facere.*

57 Ad quem *textum* ità reſponſum concipitur, nempè, quòd *Vlpian.* ſit intelligendus cõſenſu deficiente: nam ibi additio fuit facta à coacto, nihil minus in animo habens, quàm ut adiret ſimulans ſe adſentiri, ac non invitum facere, atque ità non eſt ibi coacti voluntas hereditatis habendæ, ſed fallax, ſimulata, & nulla, *Anton. Fab.in dict.l. mulier 21.§.5.Cuiac.ad l.4.D.de reg.iur.& lib. 16.obſer.cap.ult. Duaren. ad titul. de acquir.hered. cap.6. Petr.Fab. ad l.3. D.de reg.iur. Pac.2. quæſt.67. Oſſuald. in Donell.lib.7.comm.c.8.lit.B.Pich.dict.c.18. num.11.Arellan.de Imp. ration.lib.2.cap. 10.num.25.*

58 Verùm ijs non obſtantibus, contraria ſententia tenenda eſt, nempè, quòd additio metu facta ipſo iure deficiat, ex *dict. §. Celſus*, qui quidem loquitur de filiofamilias, & ſervo patris, dominivè iuſſu adeũtibus, & hi metu, & coactione adeuntes nullum damnum, & incõmodum ſentiunt ex aditione, cùm onera hereditaria ad patrem, vel dominum tranſeant, iuxta *dict.l.qui in aliena, in principio.* Item & eius rationem, *& l. placet 78. D. de acquir.hered.& l.1. in princip.D.ſi à parente quis fuerit man.Alciat.lib.4.Paradox.cap.2.* aditionem eo remedio non reſcindi conſequens eſt. Item omninò neceſſarium, ab initio nõ ſubſiſtere: ne pater, aut dominus vim inferentes ex ſua malitia commodum reportarent.

59 Extra hunc verò caſum, & quoties is, qui metu coactus adivit, damnum patitur, manetque oneribus hereditarijs implicatus, & irretitus, generali edicti ratione ſuccurri æquum fuit, *d.l.ſi mulier, § pen.& ult.d.l.ſi metus.*

60 Sed ſi iterum urgeas, contra hanc interpretationem genuinam ex verbis *d. §.Celſus: Sive liber ſit, heredem non fieri*, quibus videtur probari, & de eo herede *Vlpianum* loqui, qui ſuo arbitrio lucro, vel damno heres fit.

61 Reſpondebo, de filiofamilias, qui patris iuſſu adit, ea intelligi; manet enim heres, etſi patri ſuo hereditatis cõmoda, & incommoda ſtatim quærat, *dict. l.placet.*

62 Nec obſtat, quod communiter adſeritur *in dict. §.Celſus*, ſimulationem interveniſſe, & ideò illius reſpectu aditionem non tenuiſſe: quia apertè ſatiſfit, ex illius verbis propter metum verberum, vel alium ipſo iure defeciſſe conſenſum, qui requiritur ad aditionem.

63 Cui adſtipulatur prudenter *Senec. lib. 4.cont.26.* ibi: *Illic vis eſt, & neceſſitas, ubi velim nolim, ſuccumbendum eſt.*

64 Denique advertendum eſt, quòd ſi quis vi aut fraude impediat, ne nepos filius ſpurij inſtituatur heres ab avo, tenetur ad reſtitutionẽ. Notandum tamẽ eſt, quòd hæc reſtitutio non eſt integrè facienda, ſed quanti iudicio prudentis ſpes poteſt æſtimari, ità *Diana tract. 6. miſcell.reſol.33.* tota.

65 Hîc ſubintrat aliud dubium, an ex teſtamento metu facto debeantur legata? In qua quæſtione reſolutivè dicendum eſt ſub diſtinctione, nempè, aut cõſtat, quòd teſtator me coactè inſtituit, & nihil aliud ultrà conſtat, tunc legata debentur: *arg. l.1.& 2. in fin. D. ſi quis aliq.teſt.probib.*

66 Si verò totam illam voluntatem fecit coactè, tunc nihil debetur, quia poſtquàm fecit teſtamentum totum invitus, ità non habent voluntatem legatarij, ſicut heredes, & quamvis coactio fuo-

fuerit facta per alium, non tamen pro-
deſſe debet legatarijs; quam diſtinctio-
nẽ propoſuit *Bald. in l.1. col.2.C.ſi quis
aliq. teſt. probib. Bart. in l.3. num.3. D.
eod.* ex quorum relatione dicunt, etſi ta-
citè, *Gregor. Lop. in l.27. verbo Haziendo
fuerça, in fin. tit.1.p.6. Azev. in l.1. num.
147. titul.4.lib.5. Recop.* latè *Caſtill. lib.
3. controver. cap.1. num.49. cum ſequentib.
Anton. Fab. de error. pragm. decad.* 38.
err.5.

67 Quæſtio ſuccedit, an teſtamentum
coram quinque teſtibus ab eo qui eſt in
carceribus (metu tyranni) factum, ſi
maior copia teſtium haberi nequive-
rit, validum ſit? Quod adfirmativè de-
terminant communiter poſt *Nicol. de
Matar. Bald. in l. ult. num.1. verſicul.
Vnde eſt argumentum, & num. 10. Salic.
num.2. Aretin. num.2. C. de teſtamen. So-
cin. conſ.85. circa art. præſentis conſulta-
tionis, num.5. & 9. vol.4. Dec. conſ.284.
num.1. Gulielm. Benedict. in cap. Rainu-
tius, verbo Teſtamentum, el.1. num.13.
verſicul. Tertiò fallit, de teſtament. Pariſ.
conſ.46. num. 24. vol. 3. Fern. Vazquez
Menchac. in tractat. de ſucceſ. creat. lib.3.
§.24. limit.19. num.2. Scipio Rendin. in
prompt. recept. ſent. tit.114. num.6.*

68 An autem teſtamentum ex metu re-
verentiali factum valeat, necnè? diſcu-
ti nunc debet. Et adeſt dicendum, in-
validum reddi, *Afflict. deciſ.69. n.*4. qui
decidit legatum factum ab uxore ma-
rito ob metum reverentialem adnulla-
ri, & *Afflict.* ſecutus eſt *Decian. conſ.65.
num.3. & 4.* ubi alios eiuſdem opinio-
nis *DD.* commemorat, *Menoch. conſ.*
69 *1139. num.11. vol.*12. quia metus reve-
rentialis gravis eſt, atque adeò in acti-
bus, & contractibus eum effectum ha-
bère, quo metus gravis potitur, ità pro-
bat doctiſſimè *Baſil. de matrimon. lib.4.
cap.*11.

70 Quamobrem cùm quis ob metum
reverentialem teſtatur, involuntarius
eſt, cùm oppreſſus adſit, *l. velle, D. de re-
gul. iur.* ibi: *Velle non creditur, qui obſe-
quitur imperio patris, vel domini, l.1. §.*

quæ onerandæ, D. quæ rer. act. non detur,
ibi: *Tamen cauſa cognita, ſi liquidò adpa-
reat libertum ſolo, vel nimia patroni re-
verentia, ità ſe ſubiecisse, ut vel pœnali ſti-
pulationi ſe ſubjiceret: l. pœnult. D. de
furt.* ibi: *Et hoc modo patronus quoque li-
bertum, & ei cuius magna verecundia,*
&c.

71 Miror ſanè multos non pœnitendæ
authoritatis Viros adſerentes, ſolum
metum reverentialem non ſufficere ad
invalidationem; quos in unum congeſ-
ſit *Caſtill. dict. cap.1. à num.147. cum plu-
ribus ſequentib.* Adverſus eos ſequens fa-
cit animadverſio, quæ ponit gladium
ad radicem.

72 Metus eſt impendentis mali opinio,
& cùm aliquis operatur ex metu, reve-
râ eligit aliquid, quod minus malum
iudicat, ut evitet id, quod ipſius iudi-
cio minus eſt, *S. Auguſtin. lib. un. 83. quæ-
ſtion. fol.234. col.2. lit. D. tom.4.* ibi: *Ne-
ceſſe eſt autem, ut qui metuit, aliquid fugiat.*
Vnde qui operatur ex metu reveren-
tiæ, planè agit aliquid, ut evitet aliud
maius malum, quod ſequi exiſtimat, ex
eo, quòd non impleat voluntatem pa-
tris, vel ſuperioris. Dicant ergo mihi
prædicti *DD.* ſi is metus aliquid am-
pliùs includit, quàm reverẽtialem me-
tum, quid nomine metus reverentialis
intelligant? Nam vel intelligunt reve-
rentiam tãtùm debitam patri, & ſupe-
riori, vel in eam, quam impugnant, ſen-
73 tẽtiam incidant, neceſſe eſt. Qui enim
metum reverentialem ſecluſis alijs gra-
vem dicimus, non intelligimus de in-
dignatione patris, ſeu ſuperioris, quæ
citò tranſit, id enim nulli unquam in
mẽtem venit, ſed de indignatione diu-
turna, etiam ſemotis minis, atque ver-
74 beribus. Quam indignationem, licèt
in alijs hominibus, qui ad nos non atti-
nent, parvi faciamus, attamen in pa-
tre, ac ſuperiore moleſtiſſimè ferimus,
& graviſſimum malum cenſent Pruden-
tiſſimi quique. Id quod & acutiores
alij, qui noſtram ſententiam impugnãt,
noſtrâ ipsâ veritate compulſi confiten-

tur, & in noſtram ſententiam incidunt, velint, nolint.

75 Idem dici debet, quoties teſtamentum nimiâ importunitate, & ſuaſione moleſtâ fuerit effectum, quia involuntarium reddunt teſtantē, *Gerard. Main. decis. Tholoſ. 6. num. 14. lib. 5. Caſtill. dict. cap. 1. à num. 114.* latè pertractat, cuius dicta trāſcribere haud expedit, cùm cauſent gravem metum, ut ſatis acutè, & ingenioſè patefecit Ingeniorū Phœnix, è cinere redivivus, & litterarum monumentis clarus *Baſilius Legion.* noviter ad propoſitum (quem ſequendum duxi) *lib. 4. de matrim. c. 5. n. 17.*

Ex hoc haud ineleganter advertas, quòd non valet teſtamentum ad mariti ſuggeſtionem prælectum, quod uxor non præordinaverat accedente præſertim eo, quòd maritus habeat uxorem ſub ſuo regimine; ità quòd uxor metu reverentiali in præſentia mariti curantis teſtamentum prælegi non audeat contradicere, prout in terminis voluit *Socin. Iun. cōſ. 156. n. 2. vol. 2. Georg. Everard. conſ. 43. n. 15. vol. 2.*

Quæri nunc debet, an ſi mulier importunâ mariti ſolicitatione fatigata eo ignorante in domo amici cuiuſdam ſui teſtamentum condidit clauſulis derogatorijs ultimarum in poſterum voluntatum adiectis, quibus importunitatem, & inverecundam illam mariti inhiationem expreſſit. Poſt deinde domi aliud teſtamentum pro arbitrio mariti ſcripſit, nullâ additâ clauſulâ, quâ præcedens teſtamentum minuat, ſicq; exempta rebus humanis ſit, valeat poſterius teſtamentum?

Et quod ſic, adfirmat *Anchar. in cap. ſi propter tua debita, de reſcript. lib. 6.* hoc procedere in Republica Venetorum, non in alia, quod ultimum ſequuntur *Barbat. in cap. cauſam matrimonij, col. 4. & in cap. cùm eſſes, col. 18. Bened. in c. Rainutius, verb. Teſtamentum 2. num. 24. de teſtam. Suar. alleg. 1. num. 33.* explicat eleganter *Petr. Peck. de teſtam. coniug. lib. 1. c. 10.* toto.

Quæ deciſio reſtringenda eſt, niſi poſterius teſtamētum longo deinde intervallo ſequatur, *Bart. in l. non ſolùm, §. morte, D. de nov. oper. nuntiat. Alex. in l. qui in aliena, §. fin. D. de acq. hered.*

A quibus in *dict. §. fin. num. 9.* non improbabiliter diſcedit *Iaſ.* Nàm ſi fuit probatus metus præcedens, is præſumitur perpetuus, *Petr. Peck. de teſtam. coniug. lib. 1. cap. 9. num. 3.* Sæpèque lapſu temporis non tam mitigatur, quàm exacerbatur iniquus mariti animus, ideòque cauſâ manente metus, idem effectus manère debet, *gloſ. in cap. ad id, de ſponſal.* Aliàs quoque clauſula derogatoria ſimpliciter præcedens actū cōtrarium ſubſequutum tollit, *l. talis, in fin. & l. ſeq. D. de leg. 1. Alciat.* latè *in l. deteſtatio, de verb. ſign. & in l. pacta noviſſima, n. 35. C. de pact.*

Rurſus *Aim. Crav. conſ. 5. num. 12.* iſtud reſtringere videtur, niſi in longinquas Regiones profecto marito uxor in illius favorem aliud teſtamentum conſcribat, manuque propriâ ſignet: tum, quoniam eo caſu omnis cauſa metus, & inſtigationis ceſſat, quia uxor marito redeunte fortè mortua erit: tum, quoniam veriſimile eſt, quòd ſi vel metu adacta, vel inſtigationibus, & ſuggeſtionibus alicuius tertij cauſam mariti agentis ità diſpoſuiſſet, ſimpliciter fuiſſet teſtata, non etiam manu propriâ tabulas ſignaſſet. Eſtque vulgata iuris regula, quòd metu ceſſante, id totum, quod ad metus cauſam referri potuiſſet, ceſſare debet, *l. 1. C. de naut. fœn. Tiraq. in tract. ceſſante cauſa, num. 176. verſ. Metu ceſſante.*

Mihi tamen cum *Aimone* hac in parte nō convenit, propterea quòd pari negotio, parique facilitate ad ſignandum, atque ad teſtandum uxor induci poterit, & quid ſi abiens maritus dira interminatus eſt uxori, niſi redux teſtamentum ab ea conditum, digitiſque eius ſignatum inveniat? Quid item ſi nō abiens comminatus ſit, ſed illa præcedentes minas perhorteſcens, reditum

tum illius, niſi facto & ſignato teſtamẽto expectare auſa non fuerit?

Vnde clarè percipitur, poſterius teſtamentum priori eſſe poſtponendum, utpotè quòd veræ voluntatis, liberęque mentis teſtationis, hoc eſt fundamentum & eſſentiam teſtamenti, non habeat.

Neque conqueri poterit maritus iniuriâ ſe adfectum fuiſſe ab uxore, quam ipſe prior importunitate læſit, cautioniq́ue, ſeu verius neceſſitati fallendi occaſionem dedit, & ità nullum ex improbitate ſuâ lucrum ſentire debet, *l. non fraudantur, §. nemo, D. de reg. iur. l. ſive hereditaria, D. de negot. geſt.*

Hinc ſuccedit altera indagatio, an uxor perſtitiſſe cenſeatur in teſtamento metu facto, quod diù vivens & occaſionem nacta non mutavit: Elegantiſſimè hanc quæſtionem *Pet. Peeb. lib. 1. de teſtam. coniug. cap. 11.* diſpunxit videndus, ubi pro adfirmativa, & negativa ſententia plurima adducit, & adhibitis circunſtantijs deciſionem cenſet eſſe faciendam.

76 Illud etiam obſervandum in præſentiarum adparet, non eſſe prohibitum, ut quis comitate, aut blando ſermone alterius iudicium in ſe provocet, *l. fin. C. ſi quis aliq. teſt. prohibuer. l. fin. D. eod. DD. in l. fin. C. arbit. tut. & in l. Titio in princip. verſic. Incldiſſe, D. ad municip. Franc. Burſ. conſ. 47. num. 26. Bologn. conſ. 74. n. 4. Diaz reg. 688. Sich. conſ. teſtam. 7. num. 13. Pet. Peeb. de teſtam. coniug. lib. 1. cap. 3. And. Gail. lib. 2. obſerv. 117. num. 4. Bernard. Vvurm. obſerv. tit. 39. obſerv. 18. Harthman. Piſt. 1. part. q. 29. Daniel. Moller. ad Conſtit. Auguſt. 7. num. 5. part. 3. Adrian. Gilman. lib. 1. rer. iudic. deciſ. 26. num. 56. Caſtill.* is prætermiſſis, & non laudatis, *d. c. 1. n. 176. & 177. cum ſeqq. & 194. 195. & 196. Ant. Fab. de error. pragmat. decad. 38. err. 8. n. 6.*

77 Animadvertendum eſt, Romæ genus crebrum Captatorum extitiſſe, ità dicti, quia ſimiles venantibus prædam ſectabantur, & luctum orbis, & ſenibus adhærebant, obſequijs, officijs, munuſculis adliciebant, omnia uno fine, ut in fine teſtamenti pars eſſent, *Senec. lib. 6. de benefic. c. 38.* ibi: *An tu Arruntium, & Aterium, & cæteros, qui captandorum teſtamentorum artem profeſſi ſunt, non putas eadem habere, quæ deſignatores, & libitinarios vota? Mart. lib. 6. epig. 63.*

Scis te captari: ſcis hunc, qui captat, avarum,
Et ſcis qui captat, quid, Marine, velit.

78 Iſti ijdem Heredipetæ, & ſuaviter ab *Horatio* artificium deſcribitur *ſaty. 5. lib. 2.* Quid à *Petronio* ſuaviſſimè in ſonis ſui Eumolpi perſona, qui Crotonem venerat, *In qua Vrbe* (inquit) *homines omnes in duas partes diviſi. Nam aut captantur, aut captant. Videbitis oppidum tamquam in peſtilentia campos, in quibus nihil aliud eſt, niſi cadavera, quæ lacerantur, aut corvi, qui lacerant.* Atque iſti corvi, ſive & vultures ſunt captatores. *Suillius apud Tacitum Romæ teſtamenta & orbos, velut indagine eius capi. Lucian. dial. 7. Sebot. in Senec. lib. 1. cont. 6. fol. 88. Senec. ep. 8.* ibi: *Et fera, & piſcis ſpe aliqua oblectante decipitur. Munera iſta fortunæ paratis? Inſidiæ ſunt. Quiſquis noſtrum tutam agere vitam volet, quantum plurimùm poteſt iſta viſcata beneficia vitet. Plin. lib. 9. epiſt. 30.* ibi: *Qui ijs potiſſimùm donat, qui donare maximè poſſunt, quos ego viſcatis, hamatiſque muneribus nõ ſua promere puto, ſed aliena corripere.*

79 Quâ de causâ teſtamentum doloſis ſuaſionibus à ſene corporis, animique viribus deficiente extortum & conditum non valêre, *ad textum in l. 1.* iunctâ *l. fin. C. ſi quis aliq. teſt. prohibuerit, Surd.* cum pluribus *conſ. 373. n. 17. Alex. Randenſ. deciſ. 45. num. 53. p. 1. Ceſ. Barz. deciſ. 120 n. 2. & 7.*

80 Atque hinc generaliter traditur teſtamentum blanditijs procuratum non valêre, ſi vis, aut metus præceſſerit juxta notata per *Cuman. & Mudæum* inter, *conſ. Molinæi, conſ. 32.* & quæ communiter traduntur *in l. fin. C. arbit. tut. &*

& in l.Titio in princip.verb.Incidiſſe, D. ad munic.& in l.Lucius, §.Sempronia,D. de leg.2. & in l.3. §.quamquam, ubi *Iaſ. Paul.de Caſtr.& Alexan. D. de condict. cauſ.dat.Pileus q.27.Hierony. Bruckner. in addit. ad Gerard.Main. deciſ. Tholoſ. 6. num.65. lib. 5.* elegantiſſimè *Petrus Pech. de teſtament.coniug.lib.1.c.9.n.2.*

81 Cùmque blandis, importunis, & inverecundis verbis mulierũ ſæpè mariti inducantur ad diſponẽdum iuxta earumdem placitum, ideò olim prohibitũ planè fuit, ne uxor à marito heres inſtitueretur, *Plaut. in Penulo* dicens, ægris maritis non rarò hereditates, ampliſſimavè legata mulieres extorquere, ut refert *Pet.Pech.de teſtam.coniug.lib.1.c.1.Alex.Raudenſ.de analog.lib.1.cap.18.num.12.*

Et è contrario *blanditiæ virorum maximè ad mulicbre ingenium efficaces preces ſunt, Livius lib.1.* Quoties itaque legata aliqua blandimentis & voluntatis captatione obtinèri cõtingit, rectè *Comicus* id non fieri ait ex vera vita, nec ex æquo & bono, ſed ex adſentando, indulgendo, largiendo, *Robert. lib.2. rer. iudic.cap.13.fol.466.* Vnde *Senec.epiſt.9. Amico ægroto aliquis adſidet, probamus: At hoc ſi hereditatis cauſa facit, vultur eſt, cadaver expectat. D.Cyprian.ad Demet. Perire ægrum voluit, qui cenſum per-*

82 *euntis invadit.* Sic ſimiliter falſis ſuggeſtionibus teſtamentũ factum non tenet, & ſimiliter nec melioratio, ità eleganter *Alvarado de coniect.ment.def. lib.2.c.3.num.38.& ſeqq.*

83 Rectè etiam illud notatur, quòd tutor blanditijs perſuadens teſtatorem, ut hereditatẽ, quã pupillo ſuo reliquèrat, vel relinquere volebat, ſibi relinquat, teneatur, & ſit in culpa, ob quam ab eo pupillus hereditatẽ repetere poſſit, *Muñoz de Eſcobar*, vir impensè doctus, in *tractatu de ratiocinijs cap.19.n.57.& ſeqq.* qui ſatis comptè & graphicè rationũ pondere reſolutionem adaptavit, ut hanc ſententiam tueatur.

Curator benè poteſt inſtitui heres à ſuo adulto, *arg.text.in l.23.tit.11.lib.5. Recop.* quam ſic intelligit *Azeved.num.14.* adſignans rationẽ, nã lex ſolùm prohibet contrahere cum minore, ſed non accipere ab eo hereditatem, *Gutierr.de tut.2.p.c.14.num.10.*

Quæ doctrina limitatur, ſi vi, vel metu, vel dolo eum circũvenerit, *Gut.d.c.14.n.10.* eleganter *Ioan.Pet.Bimius conſ.134.* toto, *vol.3.Ioan.Baptiſt.Coſta cõſ.16.* quod plerũq; præſumitur, cõducit *Pet. Greg.lib.7.de Rep.c.18.n.10.& lib.26.c.4.n.10.Valenç.conſ.36.à n.41.cum ſeqq.*

SVMMARIVM.

1 *Votorum obſervantia magna olim.*
In CAPITOLIO *cõcipiebãtur. Nuncupabantur pro Principibus.*
2 *Qui mos in Eccleſia Catholica viget.*
3 *Ludi votivi pro Augusti ſalute facti.*
4 *Solebant teſtatores legata relinquere ad ludos.*
5 *Cùm vota ſolvebãtur, tabulæ figebantur.*
6 *In magnis periculis fiebant.*
7 *Et ante bellum.*
8 *Res Deorum templis offerebantur, & 9.*
10 *Ab aliqua arte diſcedentes eius inſtrumenta Dijs ſuſpendebant.*
11 *A naufragio liberati tabulã in facti memoriam delubris præſtabant, & 12.*
13 *Suffigebantur columnis, & parietibus.*
14 *Tholium eſt in media Templi camera locus, in quo voventium primitiæ, aut exubiæ figebantur.*
15 *Hodie apud Orthodoxos fit.*
16 *In peregrinationem lõginquam, aut expeditionem proficiſcentes capillum alicui Deo devovebant, & 18.19.20.*
17 *Adoleſcentes, & virgines.*
21 *Intelligitur Claudian.*
22 *Aliqui vovebant ſe nõ priùs barbã, vel capillos raſuros, niſi recuperarẽt amiſſa, & 23.*
24 *Explicatur Textus ſacer 1. Reg.1.*
25 *Prædictum votum apud Hebræos erat prohibitum.*

De-

26 Decimæ HERCVLI *vovebantur.*
27 Intellectus Vlpiani in l.2. §.fin.D.de pollicit.
28 Origo decimarum pervetuſta eſt.
29 Ethnici decimas offerebant.
30 Decimæ Populi Romani quæ ſint? & 31.
32 Votum voluntas ſpontanea & cõſenſus.
33 Metu factum non tenet, & 34.
35 Metu mortis factum irritum eſt ipſo iure.
36 Comprobatur, & 37.38.
39 Metus gravis etiam iuſtè incuſſus irritam reddit profeſſionẽ religionis, & matrimonium.
40 Metus annullat votum iure naturali, etiamſi iuramentum accedat.
41 Metus infirmitatis non annullat votũ, & 42.43.44.
45 Contrarium proponitur, & 46.47.48.
49 Reſpondetur contrarijs, & 50.51.52. Sed non tenet Author.
Infirmus an poſſit contrahere?
Vtrùm oratio navigãtium ſit actus religionis?
53 Metus reverentialis annullat votum.
54 Simplex votum non obligat in conſcientia, etiamſi metu levi fiat, & 55.
Contrarium, ibi.
56 Vtrùm metu factum nullum eſt, etiamſi vovens iuret ſe, dum fecit conſenſum habuiſſe?
57 Diſpẽſatio metu facta an valeat? uſq.71.

CAPVT XXI.

De Voto.

1 VOTORVM apud Veteres obſervatio, & ſolennitas magna fuit, & varia, ut teſtis eſt *Alex.ab Alex.lib.3. Dier.Gen: cap.22.* & apud Romanos præcipua, quæ quidẽ in CAPITOLIO concipiebantur, *Florenſ. Tertul. de Corona. Sueton. in Neron cap. 46. Thom. Dempſter. ad Roſin.lib.1. Antiq. Roman. cap.5. lit.B.* & nuncupabantur pro Principibus, & eorum ſalute, incolumitateq; *l.ſi calluitur 233.§.1.*ibi:*Poſt Kalendas Ianuarias die tertio pro ſalute Principis vota ſuſcipiuntur, de verb. ſign. Plin.lib.10.epiſt.1.Tranq. in Auguſto, c. 87. l. unica, C.de oblat. vot. Ovid. lib.2. Triſt.eleg.1.*

Et pia thura dedi pro te, cùmque omnibus unus
Ipſe quoque adiuvi publica vota meis.

*Dio lib.41. Iuven.ſatyr.10. Livan.in Panegyr. Aurelius Victor. cap.26. Vir. Illuſt. Capitolin. in Pertinac. Eunap. in Maximo, Tertull. in Apolog. cap.31. P. Adam Contzen.lib.7.Poli.c.4.§.7.*toto.

2 Qui mos in Eccleſia Catholica viget, ubi nomina Imperatorum inter hymnos & preces commemorantur, *Bulenger.lib.1.de Imperat.Rom.c.35.* cũ alijs, *lit.E.*

3 Hinc ludi votivi pro AVGVSTI ſalute facti *apud Plin.lib.7.cap.48.Sueton. in eo, cap.59.Corn.Tacit.lib.2.Annal.*ubi pro GERMANICI incolumitate idem adſerit fuiſſe factitatum *Sueton. in Calig.c.6.*

4 Quamobrem ſolebant teſtatores legata relinquere civitatibus, ut munera, ideſt, ludi, vel ſpectacula celebrarentur, ut conſtat ex *l. Publius 36.D. de condit. & demonſtr. l.122. D. de legat.1. l. mortuo 49. § fin.D.de leg.2. Iuſt.Lipſ. lib.1.Saturn.c.7.& 8.in fin. Dorleanſ. in Tacit.1.Ann.pag.67.Amaia lib.3.obſerv. c.5.n.47.Arellan.de Imp.rat. lib.2. cap.9. num 8.*

5 Moris autẽ fuit, cùm vota ſolverentur, ut eius rei ergò tabulæ figerentur, & in eis adſcriberentur, *Propert.lib.4. epig.3.*:

Omnibus heu portis pendent mea noxia vota,
Texitur hæc caſtris quarta lacerna tuis.

Item. *Armaque cum tulero portæ votiva Capenæ.*
Subſcribam ſalvo grata puella viro.

*Senec.epiſt.10.*ibi:*Vota pollicerí non ſatis erat, ſed atteſtatione, & inſcriptione voti opus fuit.*

6 In magnis periculis Priſci vota dabant, & ut effugerent, ad templi fabricam ſe obligabant; teſtis eſt Romulus in bello Sabino, & Elpis Samius, de quo *Plin. lib. 8. cap. 16. Ioan Ludov. de la Cerd. in comm. ad Virgil. 8. Æneid.* ad illud:

Dijs Italum votũ immortale ſacrabat.
fol. 273. num. 4.

7 Et fiebant ante bellũ, *Virgil. 7. Æn.*

Hacubi dicta dedit, Divoſque in vota vocavit,
Certatim ſeſe Rutuli exhortantur in arma.

Vbi *Cerd. num. 5. fol. 81. Polyb. lib. 3. Ammian. lib. 21.* Et pro reditu in patriam, idem *Virgil. 2. Æneid.*

---- *Votum pro reditu ſimulant.*

Briſſon. lib. 1. formul. Tiber. lib. 3.

Ac ſi pro dulci reditu quaecunq; vovẽtur.
Ovid. 1. Amor. eleg. 11.

-- *Pro reditu ultima vota cadit.*

Sueton. in Calig. cap. 14. Cùm deinde paucos poſt dies in proximas Campaniæ inſulas traiceſſet, vota pro reditu ſuſcepta ſunt. Cornel. Tacit. lib. 3. Decrevere Patres vota pro reditu eius. 2. Regum 15. ℣. 8. Si reduxerit me Dominus in Ieruſalem, ſacrificabo Domino: eleganter *Petron.* ad hoc votum alludens dixit: *Danai in voto latent.*

8 Res illæ Deorum templis offerebantur ex more Veterum, quæ ſibi vel uſui fuiſſent, vel ornamento, *Virg. lib. 6. Æn.*

Dædalus (ut fama eſt) fugiens Minoia regna,
Præpetibus pennis auſus ſe credere cælo,
Inſuetum per iter gelidas enavit ad Arctos,
Calcidicaq; levis tandẽ ſuperaſtitit arce.
Reditus his primùm terris tibi Phœbe ſacravit
Remigium alarum, poſuitque immania templa.

9 Ità Aries Phrygi ſacratus eſt Marti apud Colchos, quò ille per maria vectus fuerat, & Midas regiam ſellã obtulit Apollini Delphico, in quo ſedens iura dederat, quod narrat *Herodot. lib. 1.* Sic Diodorus Dux apud *Plutarc. de malignitate Herodoti*, dedicat Latonæ arma. Ita ſellam Xerxis, & acinacem Mardonij dicata fuiſſe, alteram è Salaminia, alterum è Plateænſi victoria ſcribit *Enarrator. Demoſth. in 3. Olynth.*

10 Qui ab aliqua arte diſcedebãt, eius inſtrumenta Dijs ſuſpendebant, ſacrabantque; latè de hoc more tractat *Ioan. Ludov. de la Cerd. in comm. ad Virg. Eclog. 7.* ad id:

Hic arguta ſacra pendebit fiſtula pinu.
fol. 132 num. 6.

11 Vnde à naufragio liberati tabulam in facti memoriam delubris præſtabãt, *Horat. lib. 1 Od. 5.*

---- *Me tabula ſacer*
Votiva paries indicat vivida
Suſpendiſſe potenti
Veſtimenta maris Deo.

Vbi eius *Scholiaſtes* antiquus dicit: *Ità ſolent naufragi ſuũ naufragium in tabella depictum circumferre, & in templis alicui Deo conſecratum ſuſpendere.* Hunc ſuperſtitione plenum ritum Gentiliũ attendit *Cic. lib. 3. de Nat. Deor.* in hæc verba prorumpens: *Tu, qui Deos putas humana negligere, nõnè animadvertis ex tot tabellis pictis, quàm multi votis vim tẽpeſtatis effugerint?* eruditiſsimè plura commemorans *D. Franc. Fernand. de Cordova in Didaſcal. cap. 22.*

12 Cui ritui elegantiſsimè adluſit *Comes à Villamediana fol. 328. ſuor. oper.* ubi ſummà eruditione:

Aqueſte, pues, trofeo neceſſario
Al honor del Sagrario,
Luz de aviſos, i norte de aviſados,
En ſu pared deſpliega
De tragicas hiſtorias no deſnuda
Vozes de la razon en tabla muda.

13 Suffigebantur autẽ non columnis modò, & parietibus votivæ hæ tabulæ, ſed & tholis ipſis, ſeu faſtigijs ædium ſacratũ, *Arnob. lib. 6. Multa templa, quæ tholis ſunt aureis, & ſublimibus clara faſtigijs. Lact. ic. Placid. ad lib. 2. Thebaid. ad ℣.*
14 *734. Tholium eſt in media templi Camera, locus in quo voventium primitiæ, aut exuviæ figebantur, Martial. lib. 1. epigr. 71.*

Et Cybeles picto ſtat Corybante tholus.
Virgil. lib. 9. Æneid. ℣.*407.* frequenter
Stat.lib.1.ſilv.4.℣.*33.*
---Tamen accipit omni
Exubias Diana tholo,captivaſque tela
Bellipotens.---
Et *lib.2.Thebaid.in fin.*
Has ego maiorum pugnas, vultuſque tremendos
Magnanimum effingam rerum, figamque ſuperbis
Arma tholis.---
Et *lib.7.*℣.*56.*
Terrarum exubiæ circũ, & faſtigia tẽpli
Capta inſignabant gentes.---
Thom.Dempſter.ad Roſin.lib.2.Antiquit. Roman.cap.2.litt.D.& E.

15 Hodie apud Orthodoxæ Fidei profeſſores hic mos locũ tenet, ex *1. Reg. 6.* ℣. *5.* cùm enim aliquis aut à naufragio,aut infirmitate liberatur, ſacroſanctis Templis tabulam, vel aliam rẽ devovet, quæ in miraculoſum teſtimoniũ illorũ parietibus ſuffigitur, ut pendeat; teſtes ſunt ingentia Cœnobia ſacrarũ Imaginum miraculis fulgentia, quę rẽ hanc ſatis demonſtrant, & indicant, quarum Hiſtorias ſi quis in protaſi exoptat, adeat Scriptores plenâ gazâ tractantes, quorum nomenclatura vulgatis eſt; ideò omitto, hæc pro mantiſſa adnotaſſe ſufficiat in hoc. Quod Ethnici olim factitarunt; *Virgil.7.Æneid. Sili.lib.2. de bell. Punic. Stat.lib.2. Theb.Mend.tom.2.lib.1. Reg.cap.5.* ℣.*2. num.13.fol.282.col.2.*

Sic ſimiliter venatores ſuſpendebãt in arboribus capita ferarum, quæ occidebant, *Scholiaſtes Ariſtophan. in Pluto. Dio Chryſoſt.Orat.1. Ovid. lib.12. Met. Marc.Græc.lib.2.cap.18.Anthol. Plutar. Tit.Liv.lib.1.Amm.lib.22.Manil.lib.4. Virgil.lib.9.Æneid.& Eclog.7.Symmac. lib.5.epiſt.66. Plin.lib.12. cap.1.* quia in ſeculo antiquiori falſi Dij ſua templa in arboribus habebant, *Maxim. Tyrius ſerm.38.*

Ab quo ritu ortũ fuit ſuſpendere vexilla, & ſpolia in tholis,in tectis,& liminibus, *Valer.Max.lib.7. cap.6. Plin.lib. 35.cap.2.M.Cat. Orat.de ſpol. Sili.lib.1. & 10.V.Flacc.lib.1.Argon. Albin.ad Livium,Tibull. lib.1. eleg.1. Properc. lib.3. Ecl.8. Lucan. lib.6. Horat.lib.4. Od. 15. Stat.lib.1. Achill.lib.3. Theb.Ovid.lib.1. Triſt.Virg.lib.7.Æn. Claud.4.Coſſ.Hon. Ioſeph. lib.4. Antiq.Iud.c.10.Max.Tyri. diſſ.28.Plat.lib.5.de leg.Plutarc.in Marc. Pind.Iſthim.Od.1.Appia.in Annib.Livius lib.38.c.10.Iacob.Ravard.lib.1.c.15.var.*

16 In peregrinationem longinquam, aut expeditionem proficiſcentes capillum alicui Deo devovebant, cui domum reduces detonſum conſecrabant, *Papin. Stat.lib.6.Thebaid.*℣.*608.*
Flavus ab intonſo pendebat vertice crinis
Arcados,hoc primis Tribiæ paſcebat ab annis
Munus, & Ogygio victor cum Marte rediſſet,
Nequicquã patris audax promiſerat aris,
Tunc liber nexu, lateque in terga ſolutus
Occurſu Zephyri retrò fugit.
Turneb.lib.22.adverſ.cap.28.Valer.Flac. lib.1.Argonaut.
Tectus & Eurition ſervato colla capillo,
Quem pater Aonias reducẽ tõdebit ad aras.
Petron. in Satyric. pag. 65. Cui Deo crinem voviſti? Servius Maur. ad ℣. *684. lib.4. Æneid. Sacratum crinem Didonis,* dixit, *Marc.Varro: Ambracia primum puerilem demptum capillum, item cirros ad Apollinem ponere ſolebant.*

17 Neque adoleſcentes tantùm, ſed & virgines id factitare ſolitæ, *Lucian.in Syria Dea.Sed qui iſti Dÿ,quibus vota capillitia?* Votum iſtud concipiebatur interdum ab ipſa nativitate, depoſito de recepta cõſuetudine in terram nuper nato, *Tertul.de anima,cap.40.* Quod & fluminibus fiebat. *Iulius Pollux* videtur inſinuare *lib.2.cap.3.num.5.* fluminibus, aut Dijs. Aiax Thelemonius illiſo flumini crinem vovet, *Philoſtrat.Iunior in Icone eius.*

18 Sed è diverticulo ad viã redeamus, & in hunc ritũ alios Authores advocemus. Theſe* Apollini Delphico capillos de-

devovit, *Plutarch. in eo.* Puellæ Delioru͂ Hegargeæ Deę, *Pauſan. in Atticis*; vulgus Athenienſium Herculi ex Heſychio doctiſsimus adnotavit *Iſaac Ca-*
19 *ſaubonus.* Adoleſcẽtes Romani Æſculapio, *Stat. lib. 1. ſilv. 4.*

Accipe laudatos iuvenis Phœbeie crines,
Quos tibi cæſarius donat puer, accipe lætus,
Intonſoque oſtendi patri.

20 Aut Apollini ipſi, *Martial. lib. 1. epigram. 88.*

Hos tibi, Phœbe, vovet totos à vertice crines
Encolpus, domini Centurionis amor.
Grata Pudens meriti tulerit cum præmia pili,
Quã primũ lõgas, Phœbe, recide comas.

Hadrian. Iun. comment. de coma, cap. 4. D. Laurent. Ramir. de Prado in Hyponem. ad Martial. ubi ſuperiùs, *Martial. lib. 9. epigram. 17.*

Conſiliũ formæ ſpeculũ, dulceſque capillos
Pergameo poſuit dona dicata Deo.

Et Iovi. *Stat. lib. 6. Thebaid. ỷ. 197. & Lu-ctac. Placid.*

Iuppiter hunc crinem voti reus antè dicaram,
Si pariter nati virides libaſſe dediſſes,
Ad tua templa genas.

21 Fortè & hoc ſenſu ſumendus *Claudian. lib. de bell. Get.*

Sperchiúſque, & virginibus dilectus Enipeus
Barbaricas lavere comas. ---

Aut denique Apollini barbam, Baccho crinem devovebant, *Stat. lib. 8. Theb. ỷ. 492.*

Ille genas Phœbo, crinẽ hic paſcebat Iaccho.

Thom. Dempſt. ad Roſin. lib. 10. Antiq. Roman. cap. 29. fol. 1709. litt. F. cum ſeqq. qui ſcitiſsimè hunc morem tradidit.

22 Cui finitimum eſt & aliud votũ ſuperioribus ſeculis decantatum, & quidem Argivis contra Lacedæmonios agrũ, qui Thyrea dicebatur, ipſis eripiẽtes, *Herod. lib. 1. Plutarc. in Paralell.* necnon Sarracenis, ut author eſt *Oſſor. lib. 5.*
23 *de reb. Emanuelis*; præcipuè verò Germanis ſe nõ priùs barbam, vel capillos raſuros, niſi amiſſa recuperarẽt, niſi vincerent, niſi de hoſtibus ulciſcerentur, *Corn. Tacit. de morib. Germ. & lib. 4. Annal.* & ibi *Lipſius in notis, Paul. Diac. lib. 3. de geſtis Longobard. cap. 3. Sueton. in Iul. cap. 67. Cæſ. lib. 5. de bell. Gallic.*

24 Huc accedit facer *Text. in 1. Reg. 1. ỷ. 10.* ubi Anna ſic vovit, ibi: *Et Heli ſacerdote ſedente ſuper ſellam ante poſtes Tẽpli Domini, cùm eſſet Anna amaro animo, oravit ad Dominum, flens largiter, & votum vovit, dicens: Domine exercituum, ſi reſpiciens videris afflictionem famulæ tuæ, & recordatus mei fueris, nec oblitus ancillæ tuæ, dederiſque ſervæ tuæ ſexum virilẽ: dabo eum Domino omnibus diebus vitæ eius, & novacula non aſcendet ſuper caput eius.*

25 Vt enim in iſto voto nihil eſt impietatis, ſiquidem barbam, vel capillos alere per ſe non eſt prohibitũ, ſed indifferens, ut pluribus pertractant *Agell. lib. 2. c. 4. Alex. ab Alex. lib. 5. Dier. Gen. cap. 18. fol. 279. M. Mantua lib. 9. obſerv. cap. 75. Ant. Hotboman. in tract. de barba. Philip. Camerar. in oper. ſucciſiv. cent. 1. cap. 36. & cent. 2. cap. 40. Ant. Hering. de fideiuſſ. cap. 19. num. 147.* (præterquàm apud Iudæos *Levit. 19. ỷ. 27.*) & Gręci prolixam barbam aluerunt, ut latè probat ſcitè *D. Laurent. Ramir. de Prado in Pentecõtarc. cap. 25.*

26 Decimas Herculi vovere ſolebant Hetruſci, *Varr. lib. 5. de ling. Latin. Cic. 3. de nat. Deor. Plutarch. problem. cap. 17. Diodor. Sicul. lib. 5. c. 2. Beroald. in Suet. fol. 356. col. 1. ante fin. & Girald. de Dys Gent. pag. 454.* ubi *de victore Hercule, Budæus in l. quicunque, de inſtit. act. fol. 325. & in adnot. reliquis, fol. 259.*

Quam partẽ Herculeam adpellabãt, *Plaut. in Trucul. & Stycho. Priſcian. lib. 9. fol. 377. Tertull. in Apolog. cap. 13.* Idq; apud Romanos factum à Camillo, *Livius lib. 5.* à Sylla, & Craſſo, *Plutarch.* Voverunt & Græci templo Delphico decimas, *Xenophon.* Idem apud alias Gentes, *Feſtus in Decimæ.*

27 Ex quo fluit *Vlpiani* intellectus *in l.2. §.fin. D.de pollic.* in his verbis: *Si decimã quis bonorum voverit, decima nõ priùs eſſe in bonis deſinit, quàm fuerit ſeparata, et ſi fortè qui decimã vovit, deceſſerit ante ſeparationẽ, heres ipſius hereditario nomine decimæ obſtrictus eſt, voti enim obligationẽ ad heredẽ transire conſtat*; ubi ad decimam bonorum partem, quæ olim votivo epulo in Herculis honorem impendebatur, reſpexiſſe videtur.

28 Origo autem decimarũ pervetuſta eſt, quemadmodum varijs tùm veteris Teſtaméti, tùm etiam Ethnicorũ (præter ea quæ à *Covarr. lib.1.cap.17. Ioan. Petr. Monet.in ſuo tract.de decim. Fõtan. de pact.nupt. to.1.clauſ.19.par.1.& 2.* allegãtur) probat *And. Tiraq.de præſcript. gloſſ.verb. Dix ans*, ubi etiam perfectionẽ numeri denarij, eiuſque ſolenné apud Antiquos uſum oſtendit. Conſtat & ex *Geneſ.cap.14.* Abrahã ſolviſſe decimas Melchiſedech ex manubijs hoſtiũ à ſe devictorum, cuius meminit *D. Paul.ad Hebr. cap. 7. Intuemini autem quantus ſit hic, cui & decimas dedit de præcipuis Abraham Patriarcha.* Traditur itẽ *Geneſ. 28.* Iacob Patriarchã votum emiſiſſe de ſolvendis decimis: *Si fuerit* (inquit) *Deus mecum, & cuſtodierit me in via, per quã ego ambulo,* &c. *cunctorumque quæ dederis mihi, decimas offerã tibi.* Et hic decimarum uſus inſtinctu quodam pietatis proceſsit, donec Deus per Moyſen eas ſibi dari ab Iſraëlitico Populo præcepit, *Exod.22.& Levit.ult.*

29 Hanc cæremoniam offerendi primitias & decimas ab Hebræis obſervarũt Ethnici quaſi cum iiſdem ritibus, *Plin. lib.18.cap.2.Xenoph.lib.7.* Et non ſolùm ſub nomine decimæ cõtinebatur decima fructuum, ſed etiam perſonarum, aut ad bellum, vel ad ſupplicium, *Liv.lib.2. Fortè decimus quisque ad ſupplicium lectus, Tertul.ad Scapul.cap.5.Quid ipſa Carthago paſſura eſt decimanda à te?*

30 Extra decimas, quæ Deo offerebãtur, ſicut tradit *Dionyſ. lib.1. Callim.in Delo.Ariſt.lib.2.Oecon.Cic.lib.2. offic. & 5. in Verr.* aliæ extiterunt, quas introduxit Populus Romanus in provincijs ſubiectis obligatas, & obſtrictas trahere Romæ decimam partem ſuorum fructuũ, & ità omnes agri Siculi erant Decumani, *Tacit.lib.de morib.German.* Sicq;

31 Sicilia ſolvebat tres decimas, ſecundũ *Tull.5.in Verr.* Primã, ſine pretio. Secũdã, emptam in tribus ſextertijs. Tertiã, in quatuor. Poſteà ſolvit non decimam, niſi quadrageſimam partem, ſicut cæteræ Provinciæ, ut videtur *in l.9.C. de ſuſcept.& arcar.* de qua haud vulgariter agit *Buleng.lib.9.cap.9. de vectig. Popul. Roman.*

32 Aliud eſt votum Deo factum, de quo noſtra eſt pertractatio; quod dicitur voluntas ſpontanea, *l.1. C.de oblation.votor.* & ideò conſenſus adpellatur, *cap.2. de elect.in 6. Pet.Gregor.lib.24.ſyntagm. cap.10.n.1.* de quo latè egit *Buſeus de ſtatu homin.in tract.de voto, cap.1.cum ſeq.*

Hinc fit votum metu factum non valère, & cenſeri ipſo iure nullum, *Calderin.conſ.1.in tit.qui cler.vel vov. Ioan.de Selva in tract. de benef.par.4. q.32. Rendina in Promptuar. recept.ſent. tit. 125. num.1. Aug. Barboſ.in cap.2. num.6.hoc noſtro tit.Porc.conſ.5.Sarmient. lib.2.ſelect.cap.11.n.9.Iacob. Gall.conſ.66.n.10. Mart.Bonae. to.2. circ.2.Decal. præcept. diſp.4.punct.3. §.1. propoſ.3. P. Laym.in ſumm.moral. tract.4. cap.1.num.3.in fin. tom.2.Vinctt.Filiuc.tract.26.n.10.cap.1.*

33 Quod expreſsim voluit *gloſſ.1. in cap. inter 22.quæſt.4.& in cap.Abbas*, cui ibidem inhærent *Anchar.n.3.verſ.Quærit, Butr.num.9.verſ.Quartus caſus, Panorm. num.11.* ſimpliciter tranſeunt ibi *Ioan. Andr.num.7. Imol. num.4.* & alij, extra *hoc tit.gloſ.*magna, *in cap.authoritate 15. quæſt. 6.* ibique *Archidiacon. num. 3. in verb.Perlatum.*

34 Et hoc elegãti ratione robur recipit, & comprobationem; etenim per votum quis Deo obligatur, cui nihil eſt acceptũ, niſi quod ex pura & ſincera volũtate procedit, ſed illud dicitur bonum, quod voluntariè fit, *cap.ult.23.q.5. cap. ult. §. ex*

ex his 23. quæſt. 6. igitur metus debet votum invalidare.

35 Sic ſimiliter votum metu mortis factum irritum eſt ipſo iure, *Ludovic. Lop. 1. par. inſtruct. Conſc. cap. 45. col. 4. Eman. Sà in Aphoriſm. verb. Votum, n. 8. & verb. Metus, num. 2. Tolet. in ſumm. lib. 4. cap. 17. num. 5. Valenc. in 2.2. diſp. 6. quæſt. 6. punct. 4. col. ult. Fr. Eman. in ſumm. tom. 2. cap. 93. num. 1. & quæſt. regul. tom. 3. quæſt. 17. art. 15. Azor inſtit. moral. par. 1. lib. 11. cap. 15. quæſt. 7. & lib. 17. cap. 5. quæſt. 9. Menoch. conſil. 2. num. 232. cum ſeqq. Navarr. comm. 4. de regularib. num. 71. Sair. in Claſe. Reg. lib. 2. cap. 2. num. 11. & lib. 6. cap. 4. num. 17. Suar. de Religione, tract. de voto, lib. 1. cap. 7. num. 9. Sanch. in præcepta Decalog. lib. 4. cap. 3. num. 12.*

36 Non me latet diſtinctio in hac re tradita, nempè, metum gravem iniuſtè incuſſum ad extorquendum votum, voti obligationem irritare, *cap. 1. & 2. hoc noſtro tit.* tradunt *Sylveſt. verb. Metus, q. 6. Sot. lib. 7. q. 2. art. 1. ad 1. Angel. verb. Metus, num. 8. & 10.* & alij.

37 Suggeritur evidens ratio, quia hic ſolus cenſetur repugnare libertati, tanquam cauſa extrinſecùs cogens, quare metus iuſtè incuſſus non irritabit votum; cùm enim metus iuſtè irrogatur, non tam cenſetur inferri ab extrinſeco, quàm provenire ab intrinſeco, ſcilicet à propria voluntate; & is, qui votū proponit, potiùs aufert, quàm infert metū oſtendens viam evadendi mali; id autē, quod ex propria voluntate oritur, non cenſetur moraliter libertati repugnare, *Leonard. Leſſ. de iuſt. & iur. lib. 2. cap. 17. dubit. 6. num. 43. cum ſeqq.*

38 Ex quo provenit, & ſequitur, quòd ſi maritus uxori in adulterio deprehenſæ privatâ authoritate mortem minetur, niſi profiteatur religionē, profeſſionem inde ſecutam fore irritam, utpotè metu iniuſtè irrogato extortam, non enim poterat illam iure privatim occidere, *l. nec in ea 22. §. fin.* ibi: *Ideò autem patri, non marito mulierem, & omnem adulterum permiſſum eſt occidere, quod plerumque pietas paterni nominis conſilium pro liberis capit: cæterùm mariti calor, & impetus facilè decernentis fuit refrænandus, D. ad leg. Iul. de adult.* Si autē minetur accuſationem, & mortem viâ iuris, profeſſio erit valida, quia iure poterat id facere. Pari modo, ſi reó mortis detur poteſtas redimendi ſupplicij profeſſione religionis, vel matrimonio puellæ, erit validum, quod actum fuerit.

39 Quamvis non deſint, qui putent metum gravem etiā iuſtè incuſſum irritā reddere profeſſionē religionis & matrimoniū: ratio eſt, quia hæc duo requirūt ſummam libertatem, quę nō minus aufertur, cùm iuſtè, quàm cùm iniuſtè incutitur. Ità *Covar. in 4. p. 2. cap. 3. §. 5. n. 7.* ubi citat *gloſſ. in cap. veniens 2. de ſponſal. & in cap. 2. hoc tit. Felin.* & alios. Pro qua ſententia *Sanch. lib. 4. diſp. 13.* alios congerit, & dicit probabilem.

40 Animadvertendum eſt, votum metu factū iure naturali irritari, inſinuat *Sot. lib. 7. quæſt. 2. art. 1. Navarr. cap. 12. num. 52. gloſſ. in cap. 2. hoc tit. Bonavent. in 3. diſt. 39. art. 3. q. 2.* ubi dicit, *Vota coacta eſſe irrita, quia Deus vult ſacrificia non coacta, ſed voluntaria*: refert, etſi non ſequatur, *Leonard. Leſſ. de iuſt. & iur. lib. 2. cap. 40. dubit. 3. n. 17.* qui *num. 18.* ſolùm iure poſitivo irritum reddi adfirmavit cum *Sylv. Arag. & Henr.*

Quod ſimiliter procedit, etiam ſi voto metu facto iuramentum accedat, *Bonacin. de matrim. q. 3. punct. 8.*

Ratio eſt, tum, quia matrimoniū metu gravi contractum non obligat, etiam ſi addatur iuramentum: ergo non obligat illud votum.

Tum, quia iuramentū adhęrens matrimonio, aut voto videtur hanc tacitā habêre conditionem, ſi libet conſenſus interveniat; nam iuramentum ſequitur naturam actus, ſuper quem cadit, *l. fin. C. de non numer. pecun.* matrimoniū autē, & votum videntur ex iuris diſpoſitione hanc tacitā conditionē habêre, ſi liber conſenſus interveniat: ergo iuramentum cadens ſupra votum, & matrimonium

nium evidenter eam conditionem habet, *l. fin. tit. 11. par. 5. Covar. in 2. p. c. 3. §. 3. Vega in ſumm. 2. p. cap. 129. caſ. 18.*

Vnde non ſunt audiẽdi *Suar. tom. 2. de Relig. tract. de vot. lib. 6. cap. 17. n. 8. Sair. in Clav. Reg. lib. 6. cap. 12. n. 30. Sancb. lib. 4. ſumm. c. 45. n. 3.* ubi inter cauſas diſpenſandi votum, numerant metũ; quod nullatenus eſt dicendum, cùm votum metu factum nullum ſit, ex *dict.*

Similiter non debet audiri *Monet. de comm. ult. vol. cap. 6. q. 2. concl. 4. num. 95.* quatenus docet metum inducere iuſtã cauſam ad commutationem.

41 Dubium nunc ſuccedit, an votum ex metu mortis intrinſecùs, ſive divinitùs inlatum (cuiuſmodi ſunt vota facta Deo metu gravis infirmitatis) validum ſit, & obliget in conſcientia?

42 In qua quæſtione adfirmativè reſolvunt *Navar. in Manual. cap. 12. n. 51. & 52. Sair. in Clav. Reg. lib. 6. cap. 4. n. 11. & 14. Sancb. in præcept. Decalog. tom. 1. lib. 4. cap. 3. num. 4. Rendin. in prompt. recept. ſent. tit. 125. num. 1. in fin. Aug. Barboſ. in cap. 17. n. 2. de regul. Cardoſ. in prax. verb. Votum, num. 8. Martin. Bonac. tom. 2. circ. 2. præcept. Dec. diſp. 4. punct. 3. §. 1. prop. 1. Vinc. Filiuc. tom. 2. tract. 26. c. 1. num. 1. Valboa in cap. in præſentia, n. 7. de probat.*

43 Eâque adſtruitur ratione; quòd quoties metus nõ eſt incuſſus gratiâ extorquendi voti, ſive proveniat à cauſa naturali, ſive libera, quantumvis graviſsimus ſit, non irritat votum; quia tunc à nemine impellitur vovens ad votum emittendum, ſed ſponte ſuâ id vovendi medium eligit, quo ex eo periculo incolumis evadat, *Lorin. in Pſalm. 65. ℣. 15. fol. 250. tom. 2.*

44 Expreſsè hanc ſententiã probat *text. in cap. ſicut nobis 17. de regularib.* ibi: *Sicut nobis fuit propoſitum, quidam clericus cùm ægritudine nimia laboraret, quaſi de morte ſecurus, & de recuperanda ſanitate deſperans, habitum Canonicorum petijt Regularium, & accepit, ſed nec ad Eccleſiam tranſivit, nec bonis ſuis uti ceſſavit, videntibus, & ſcientibus Epiſcopo, & Canonicis Eccleſiæ Nazarenſis, à quibus habitum ſuſceperat regularem;* & infrà: *Fraternitati tuæ taliter reſpõdemus, quòd ſi regularem habitum ſe poſtulante ſuſcepit, & ad obſervationem religionis Canonicæ ſua ſe profeſſione ligavit, ad reſumendum habitum ſuæ eſt religione cogendus: cùm quod tanto tempore extra Canoniam manſit, non in excuſationẽ eius, ſed in maioris tranſgreſſionis augmentũ meritò valeat allegari,* ubi *Abb. num. 5.*

45 Sed pro contraria ſententia faciunt ſequentes ſpeculationes. Prima, & non parum ſubtilis eſt, & dimanat ex *text. in l. 2. §. fin. & l. qui levandæ, D. ad l. Rhod. de iact.* ubi ſi navis criſpantibus undis iam cœlum, iam imum petit, & Nautarum clamore, ut levetur, merces in mari proijciantur, tunc illarũ dominus proprietatem non amittit; ſicque ubi repererit, condictionem habet, & repetitionem: quia eas nõ pro derelicto im-
46 poſuit, ſed ut tẽpeſtas ſedaretur, & periculi incolumis evaderet, quod merces in navi minabantur, cùm illã ſummopere onerarent; ità ſimiliter cùm infirmitatis undæ criſpant, mens revolvitur, & anteactorum criminum memoria perturbat, affligit, pungit; & hominis navis invenitur onuſta, qui ut ſeipſum ſedet, & componat, ſe proijcit, & votum efficit. Ergo nullo modo poterit obligatio ſubſiſtere, nec dominium ſui ipſius amittere, cùm perturbatâ mente devoverit.

47 Secunda, *Votum* (ut colligitur ex *D. Thom. 2. 2. quæſt. 88. art. 1. & 2.* ab *Omnibus* recepto) *eſt promiſſio Deo facta de meliori bono*; cùm autem hæc promiſsio debeat eſſe voluntaria, atque voluntariam deliberationem exigat, neceſſariò debet intervenire voventis libertas, quæ (ut lippis & tonſoribus notum) ab infirmitate, velùt forti ſtimulo [illegible] primitur, & involuntaria redi[illegible]

Conducit *S. Chryſoſt. ho*[illegible] de Ioſeph, ibi: *Semper* [illegible] *bat ad illum timorem* [illegible] *rans, expectans* [illegible]

citas cogeret frui rebus, tamen futurorum ſolicitudo voluptatem interrupit. Quia niſi ab ea urgeretur votum nullatenus conſtitueret. Igitur dici nequit voventem obligatum, & obſtrictum manſiſſe, cùm voluntas abſit; potius enim de ſalute cogitans vovit, ut recuperaret, & reditum ad eam habèret, quàm ut adimplèret promiſſum.

48 Tertia haud refert, à quo vis adhibeatur, dummodò adſit, *l. non intereſt, C. hoc noſtro tit.* Sed dubitari non poteſt; quin infirmitas metum incutiat, cùm inſtet ocyùs fatū: *S. Leo Pap. ſerm. 3. de Paſſ. Domini*, ibi: *Non enim poſſet Domino ſervus, & Magiſtro maior eſſe diſcipulus, qui humanæ fragilitatis trepidationem non vinceret, niſi victor mortis antè timuiſſet.* Ergo licèt ab aliquo alio non imponatur, tamen cùm in rei veritate clarè pateat, votum irritabitur.

49 Nec obſtat ratio, quâ fundatur, & innititur contraria opinio, quia nō ſuadet intentum; vovens in infirmitate gravi conſenſum ſpontaneum non habet, perturbatus enim adeſt, elegantet *Scacc de iudic. lib. 2. cap. 9. num. 1905.* & ſic eum interponere non videtur; cùm propter evaſionem periculi, & incolumitatem votum faciat: & miran lum eſt tale hemiſtichlum proponi, ut dicatur ſpontaneam voluntatem ex gravi periculo, & infirmitate oriri; quod ſatis abſonum exiſtit; quot anguſtiæ? quot oppreſsiones? quot perturbationes? quot anxietates? quot dubia? quot dolores? quot tormenta? quot cruciatus? quot conſcientiæ ſtimuli animum circumeunt? & impellunt, à quibus, ut liberetur, & exiſtimatur; vovet, tamen voluntas non eſt libera tot intervenientibus, cùm unum eorum ſufficiat ad noluntatem.

Mirè [illegible] ducit *S. Petr. Chryſol. ſerm. 111* [illegible] *membrorum partibus, &* [illegible] *hoc, quod eſt à Deo condi*[illegible] *cœperit, &* [illegible] *imbe*[illegible] *lorum* [illegible]

caligo, tunc greſſuum nutabunda veſtigia, tunc inimica aura, tunc chari graves, tunc ipſa obſequia videntur otioſa.

Hinc adſerunt *DD. in l. 3. & in princ. Inſt. de donat.* quòd donatio causâ mortis facta ab infirmo ſuperveniente convaleſcentiâ eſt ipſo iure nulla, ſequitur *Iacob. Gall. conſ. 51. num. 2.*

50 Nullum negotiū faceſsit *text. in cap. ſicut 17. de regul.* Nam ſatisfit: Quòd ideò Romanus Pōtifex decrevit ad votum clericum compellendum fuiſſe, ut obſervaret; cenſuit enim nullum metū habuiſſe propter ægritudinem (alioqui nōn ità decerneret, & ſtabiliret propter ſummam libertatem in voto religionis requiſitam, *cap. notificaſti 33. q. 5. & cap. 1. hoc noſtro tit.*) ſed egiſſe votum, ut ſalutem non corporis, ſed potiùs animæ caperet, ut dicit *gloſſ.* ibi *verb. De morte.* Ergo ſi infirmitas multùm premat, & concutiat voventem, & voveat corporis ſanitatem reſpiciens, quod plerumq; fit, votum non tenebit, quod non repugnat *dict. cap. ſicut 17. de regul.*

Probat expreſsè *text. in cap. Gonſaldus 1. 17. quæſt. 2.* ubi vovens in infirmitate fervore paſsionis preſſus non tenetur votum adimplère.

Facit ſimiliter *text. in cap. in præſentia, de probat.* ubi ad valorem voti in infirmitate facti neceſſum eſt renovationem fieri poſt cunvaleſcentiam.

51 Rurſus quoties quis in gravi infirmitate iacet, rimet mori, propter vitam, quæ dulcis, & ſuavis eſt, ne eam deſerat. Hūc pervenit elegans conſideratio ex *text. in cap. 3. Geneſ.* ubi poſtquàm Deus noſtris Protoplaſtis prçceptum impoſuit, ne ex Paradiſi ligno eſſum facerent, alioqui morerentur, ſolâ

52 ſerpentis adfirmatio, quòd non eſſent obituri, effecit legem frangi: quia dixerunt, nobis mors obtingere nequit, comedamus ergo: quâ de causâ ſi voveat, eſt propter ſanitatem obtinendā; quod & ratio naturalis ſuadère cogit; faciles enim ſunt homines ad promittendum, & ſummo amore proſequuntur vitam.

Tametſi hæc acriter pungant, prima ſententia tenenda eſt.

Quæſtionis nunc eſt, an infirmus poſſit actus gerere, ut valeant?

Ad cuius reſolutionem advertendũ eſt, quòd ſola infirmitas, & corporis imbecillitas neceſſariò non includit nec dementiam, nec mentem non ſanã: cùm quis corpore poſsit eſſe languens, & infirmitate opprimi, mente tamen ſanus, *l. ſanum, C. de tranſ. l. ſenium, C. qui teſtam. facer. poſſ. l. 2. l. in adverſa, D. de teſtam.* & ità oppreſſus infirmitate poterit teſtari, & alios actus legitimè facere, licèt proximus morti efficeret, & mortis cogitatione turbaretur, *l. hac conſultiſſima, §. at cùm humana, C. qui teſtam. fac. poſſ.* etiam ſi in extremis conſtitutus eſſet, *l. Seia, §. fin. D. de don. cauſ. mort. Iaſ. in l. quoniam indignum, C. de teſtam. in 2. notab. DD. in cap. fin. de ſucceſſ. ab inteſt.*

Et licèt propter infirmitatem aliquatenus ſenſus rectus effectus eſſet imbecillis, non propterea ità oppreſſus prohibetur teſtari, & alios actus facere, ut tradunt *Angel. Paul. Alex. & Iaſ. in l. furioſum, col. 2. in 3. fall. C. qui teſt. fac. poſſ. Ioan. Fab. & Ang. Aretin. col. 1. ver. in gloſſ. carenti, in §. prateredà, quibus non eſt permiſſ. fac. teſt. Iaſ. in l. ex facto, in princip. col. 14. verſ. Quid autem in fatuo, D. de vulg. & pup. ſubſtit. Corn. conſ. 91. & 261. col. 9. verſ. Perfectò non requiritur, vol. 4.*

Et quamvis oppreſſus morbo, & infirmitate ſit extra ſenſum verum & ſanum, *Sfort. Odd. de in integr. reſtit. q. 11. art. 6. num. 24. verſ. Hac ratione, & num. 25. Scacc. de iudic. lib. 2. cap. 9. num. 1905.* & loquendo varia dicat propter morbi, & infirmitatis acerbitatem, & gravitatem tamẽ ceſſante aliquatenùs infirmitate, & morbi oppreſsione, in cõtinenti, & ſtatim ſanam mentem recuperat, *argum. l. fin. de liber. & poſthum.* ex quibus expreſsè colligitur actus factos ab infirmo validos eſſe, eleganter *Ioan. Pet. Pariſ. conſ. 15. num. 11. vol. 4.*

Inferas ex dictis, quòd donatio, & alienatio acquiſitorum facta per maritũ uxore multùm infirmâ præſumitur fraudulenta, eleganter *Petr. Pech. de teſtam. coniug. lib. 2. cap. 8.*

Nunc quæri debet, utrùm oratio, quã navigantes timentes naufragium fundunt Deo, ſit actus religionis? Et affirmativè reſolvitur cum *D. Thom. 2. 2. quæſt. 19. art. 2.* ubi dicit, certum eſſe orationem, quæ ex metu filiali proficiſcitur, eſſe actum religionis.

Sed dubium eſt, ſi ità ſit, quando oratio naſcitur ex timore ſervili? Sunt qui negant; quia talis oratio non proficiſcitur ex pietate, quâ orans vult honorem Deo exhibère; ergo non eſt actus religionis.

Verùm hæc ſententia non mihi placet; quia talis oratio ex genere ſuo pertinet ad religionem, cùm ſit proteſtativa ex ſua natura, excellentiæ & virtutis exiſtentis in eo, cui fit oratio, nec timor adiunctus mutat conditionem ipſius, ut habetur *ex Concil. Tridẽt. ſeſſ. 6. cap. 8.* Igitur ſi talis actus ſublato metu eſt actus religionis, ſimiliter erit exiſtẽte metu, ità *Barth. à Sãcto Fauſto in tract. de orat. lib. 1. quæſt. 6.* Quid enim magis familiare, quàm in vota & preces procumbere, quos mare conturbat? eleganter *Ioan. Pined. in Iob, tom. 2. cap. 31. ℣. 16. num. 1. 2. 3. & 4. fol. 1105. col. 1.*

53 Et non ſolùm metus gravis votum adnullat, ſed etiam metus reverẽtialis; qui etiam gravis eſt de per ſe, non alijs adiunctis, ut alibi probavimus, etſi renuat *Thom. Sanch. lib. 4. de matrim. diſp. 6. à num. 1. uſque ad 35. & ad præcept. Decalog. lib. 4. cap. 3. num. 24.*

54 Simplex autem votum non obligat in conſcientia, etiam ſi metu levi fiat, dummodò ipſe metus ſit cauſa, ſinè qua votum factum non fuiſſet, *Rebell. de oblig. iuſt. 2. par. lib. 1. quæſt. 5. num. 10.* Sed cùm quoad vim ſe obligandi Deo tantum importet votum ſimplex, quantum ſolenne, ut tradit *Turrecrem.* poſt *Hugon. in cap. vidua, num. 2. 20. quæſt. 3.* vi-

videtur non ſufficere quemlibet metũ levem, ut votum ſit irritũ coram Deo; cùm in ſolenni non ſufficiat, ſed oportère eſſe gravem; ità *Lopez 1. par. cap. 45.* tamen metus levis faciliorem cauſam præſtat diſpenſandi, quia ſimiliter hic minuit voluntarium, *Sanch. d. cap. 3. num. 25.* & eſt ſufficiens, ut iuramentum homini præſtitum valeat ab Epiſcopo relaxari iisdem *de matrim. lib. 4. diſput. 20. num. 9.*

56 Pro huius rei colophone unum mirabile prætereundum non duxi, videlicet, votum ſolenne religionis metu iuſto, ſeu in conſtantem virum cadente factum uſque adeò eſſe nullum, ut licèt ille, qui metu vovit, iureiurando confiteatur in iudicio, ſe dum illud voverat, conſenſum adhibuiſſe, nihilominus ſi iuſtum metum legitimè probaverit, abſolvetur voto, probant *Soto diſtinct. 29. quæſt. 1. art. 3. §. de voto*, dicens, talè eſſe uſum Eccleſiæ: ſequitur *Rebell. d. q. ad fin.* quod nihilominus non eſſet in foro cõſcientiæ; quia ſtandum foret dicto voventis, *cap. illud, de cler. exc. miniſt. Extrav. inter cæteras, verſ. Super confeſſione, de privil. inter comm. gloſſ. in cap. ſignificaſti, in 2. de homic. verb. Credendum ſit, in cap. ſi verò, in 2. de ſent. excomm. & in §. ſed iſta quidem, Inſtit. de act. gloſſ. in Clem. 1. de privil. verb. Non habita, Felin. in cap. licèt Heli, num. 2. de ſimon. Valer. in differ. utr. fr. verb. Metus, differ. 3. num. 5. & verb. Pœnitentia, differ. 5. numer. 2.*

57 Diſpenſatio metu facta an valeat? nunc diſquiri debet. Et affirmativè reſolvunt *Sanch. lib. 4. ſumm. cap. 47. numer. 8. & 9. Martin. Bonacin. de legib. in genere, & in particulari, punct. 6. diſp. 1. quæſt. 2. propoſ. 1. tom. 2. fol. 52.* Ex eo, quòd omnes contractus metu geſti teneant.

Sed hæc ſententia corruit ex ſeqq.

58 Primò, quia certum eſt, omnes contractus metu geſtos neutiquam valère, ut ſuperiùs *lib. 1. cap. ult.* abundãter probavimus.

59 Secundò, argumentum de maiori ad minus validum eſt, *l. in ſuis, in fin. D. de liber. & poſthum. l. nec in ea 22. D. de adulter. Auth. multo magis, C. de ſacroſ. Eccleſ. Velaſc. in Axiom. litt. A. num. 454.* Ergo ſi votum metu factum non tenet, ſimiliter non tenebit diſpenſatio.

60 Tertiò, diſpenſatio reſpicit favorem; at favor nullam debet ſapere coactionem; ergo diſpenſatio metu facta nulla eſt; ità in terminis *Baſil. de matrim. lib. 4. cap. 8. num. 15.*

61 Quartò, ſi daretur diſpenſationem metu factam validam eſſe, ſequeretur maximum abſurdum; quòd cogẽs frueretur utilitate, vel particeps illius eſſet, qui quidẽ puniri debebat, ut enim ait *Senec. lib. 4. cont. 8. Æquè dignus eſt pœna, qui ipſe vim adhibet, ut qui ab alio admota ad lucrum ſuum utitur, l. non intereſt, C. hoc tit.* cum alijs ſimil.

62 Quintò, metus adimit conſenſum, *l. nihil 116. D. de regul. iur.* Ergo diſpenſans propter metum non præſtat adſenſum diſpenſationi, ſicque non valet diſpenſatio.

63 Cui elegãter adſtipulatur *D. Thom. 1. 2. quæſt. 6. art. 4. & quæſt. 74. art. 2.* ibi: *Dicendum: quòd duplex eſt actus voluntatis: unus quidem, qui eſt eius immediatè, velùt ab ipſa elicitus, ſcilicet velle: alius, qui eſt actus voluntatis à voluntate imperatus, & mediante alia potentia exercitus, ut ambulare & loqui; qui à voluntate imperantur mediante potentia motiva.* Igitur ſi actus voluntatis eſt velle, & metus obponitur voluntati, ſequitur apertè, diſpenſationem metu gravi factam non tenère, ſed irritam & nullam exiſtere, cùm careat voluntate & velle.

64 Sextò, actus non operantur ultra intentionem agentium, *l. non omnis, D. ſi cert. petat.* Sed diſpenſans propter metum non intendit id agere; ergo diſpenſatio non ſubſiſtet.

65 Quæ quidem ſententia ità corroborata & fulcita extendenda eſt ad delegationem poteſtatis commutandi, aut diſpenſandi metu gravi extortam, ut nuſ-

nuſquam valorem habêre quear, per *l. 2. in princip. D. de iudic.* cum alijs iam ſuo loco congeſtis.

66 Nam, ut optimè oſtendit *D. Thom. 1. 2. quaeſt. 9. art. 1. Fines & perfectiones omnium aliarum potentiarum comprehendũtur ſub obiecto voluntatiũ, ſicut quædam particularia bona; ſemper autem ars, vel potentia, ad quam pertinet finis univerſalis, movet ad agendum artem & potentiã, ad quam movet finis particularis ſub illo univerſali comprehenſus: ſicut Dux exercitus, qui intendit bonum commune, ſcilicet, ordinẽ totius exercitus, movet ſuo imperio aliquem ex Tribunis, qui intendit ordinem unius aciei.*

67 Nec obſtat, quòd in hac delegatione nõ delegetur iuriſdictio aliqua, cùm irritare non ſit actus iuriſdictionis, ut dictat *Sanch. lib. 4. ſumm. cap. 47. num. 9.*

Nam ſatisfit, diſpenſationem eſſe de lege iuriſdictionis, per *cap. ex tranſmiſſa, de translat. Prælator. & gloſſ. in Clem. 1. de reſcript. Borgaſ. de irregul. par. 2. rub. an diſpenſatio ſit de lege diœceſana, num. 4. Auguſt. Barboſ. de offic. & poteſtate Epiſcop. part. 1. tit. 1. cap. 1. num. 16. & 17.*

68 Sicque cùm in delegante ſit poteſtas, & delegare exiſtat actus iuriſdictionis, *l. imperium, in ultim. reſp. D. de iuriſdict. omn. iudic. Pereg. lib. 1. variar. in Rubr. de offic. & poteſt. iud. deleg. fol. 16. num. 5.* evidenter *Sanch.* convincitur; cùm iuriſdictio delegantis delegetur.

69 Rurſus etſi fateremur nõ delegari aliquam iuriſdictionem, adhuc eius adſertum adſtabit in confirmationem. Nam metus cùm ſit, omnia irritat, itaque quamvis nulla iuriſdictio adpareat, actum qualemcunque ceſſare, & effectũ ſortiri impediet.

70 Cæterùm perquàm ridiculum erit, quòd exiſtente coactione valeat delegatio, & cùm *Sanch.* ipſe concedat metum in illa extitiſſe; quâ de causâ non adnullabit?

71 Tandem diſpenſare idem eſt, quòd à legibus ſolvere, & à vinculo legis eximere, *cap. de multa, ad fin. de præbẽd. cap. præpoſuit, de conceſſ. præb. cap. at ſi clerici, §. de adulterijs, de iudic. Auguſt. Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſcop. par. 2. alleg. 33. n. 2.* Sed irritatio in hoc tendit; igitur eſt actus poteſtatis, & iuriſdictionis.

SUMMARIUM.

1 COMMENDANTUR compromiſſa.
2 Definitur.
3 Etymon.
4 Arbitri ſingulorum placito eliguntur.
5 Eorum poteſtas ex compromiſſo pendet.
6 Non habent poteſtatem iudicandi ultra comprehenſa in compromiſſo.
7 Magna eſt arbitrorum poteſtas.
8 Diſcrimen inter iudicem & arbitrum verſatur.
9 Arbitri debent æqualitatem ſervare.
10 Iudicis nomine continentur.
Vocabantur Diatitæ.
Diata dicebatur cœnaculum.
Vel habitatio in hortis voluptatis cauſa.
Convivia adhibebantur apud Romanos ad concordiam agnatorum, ſi quæ fuiſſet diſſenſio.
11 Amici plerumque arbitri fiunt.
12 Arbiter de iure, & de facto cognoſcere poteſt.
13 Appellatur iudex compromiſſarius.
14 Arbiter non poteſt excedere iuris diſpoſitionem.
15 Definitur arbitrator.
16 Sponſionis cauſa arbiter eligitur.
17 A ſententia arbitri adpellari nõ poteſt.
18 An pro obſervantia arbitrij poſſit agi ad pœnam conventionalem, remiſſivè.
19 Compromiſſum eſt tranſactio.
Factum in arbitros requirunt ſcripturã.
Per id non cenſetur renuntiatum ſententiæ.
20 Novatio inſtrumentorum non fit per compromiſſum.
21 Finitur morte. & 22.
23 Emptor compromittens privatur commodo evictionis.

Mi-

24 Minor compromittens non reſtituitur.
25 Compromittere nemo compellitur.
Metu factum nullum eſt, ibi.
26 Ampliatur. & 27.
28 Reſtringitur. uſque 33.
Ob potentiam litigantium poteſt Princeps avocare cauſam ad Curiam.
34 Non datur compromiſſum inter cõpulſos etiam ex inſtrumento guarentigiato executioni mittendo.
35 Super rebus maioratus compromiſſum non fit.
Intelligitur hæc doctrina.

CAPVT XXII.

De Compromiſſo.

1 COMPROMISSORVM commendatio favore maximo digna eſt, quia & litiũ moræ arbitrijs reſolvũtur, & cõtroverſiæ abſq; publico judiciorum ſtrepitu privatim intra parietes diiudicãtur, ut eâ ratione victor, quod ſuum eſt, conſequi poſsit; victus ſine dedecore, ſine tædio, & damnosâ litis diuturnę expensà quidquid æquũ eſt, præſtare iubeatur, *Alderan. Maſc. de ſtatut. interpret. concl. 4. num. 142. Robert. lib. 3. rer. iudic. cap. 13.*

2 Definitur autem cõpromiſſum, quòd *ſit ſimultanea promiſſio partium, quæ earũ ſpontè controverſiam in alicuius boni viri arbitrium remittunt. Corraſ. lib. 4. miſcell. cap. 18. num. 4. Paul. Chriſt. deciſ. Belgic.*
3 *257. num. 5. vol. 1.* Derivatur à prępoſitione *cum* (verſa *u.* in *o.* propter compoſitionem, ut inquit *Priſcian. lib. 14.* dum loquitur de prępoſitione *cum*) & à verbo *promiſſum*, quaſi ſimul promiſſum. Inſpectâque hâc etymologiâ omnes invicem eodem tempore aliquid promittẽtes, compromittentes dici poterunt. Licèt teſte *Ioan. Bapt. in tract. de arbitr. lib 1. cap. 1.* Iuris Cæſarij, & Pontificij Cõditores hęc ſtrictiùs accipiẽtes, pro eo tantùm ſecundùm eos capiendũ eſt, quod invicẽ à pluribus promittitur tribuẽtibus alteri ſine iuriſdictione notionẽ quandam cum iudicandi poteſtate, *l. 1. 2. & 3. & per totum, D. & C. de arbit. & in Decret.* & hoc modo in præſenti materia adſumendũ eſt hoc nomen, *Azeved. in l. 4. num. 6. tit. 21 lib. 4. Recop.*

4 Hinc fit, quòd quando res ad plures, ut ſingulos, committitur, arbitri cõpromiſſarij omnium, ut ſingulorum, placito ſunt eligendi, *cap. 1.* extr. *de arbitr.* ſin autem ad plures, ut univerſos, maioris partis placitum ſufficiet, *Abb. in dict. cap. 1. notab. 1. Imol. num. 6. Aug. Barboſ. num. 2. Rebuff. tom. 3. ad leg. Gall. tract. de arbitr. art. 1. gloſſ. 3. num. 2. Verrut. lib. 1. de verb. ſignif. verb. Arbitrium, Menchac. uſi fr. cap. 37. num. 26.*

5 Arbitrorum poteſtas ex compromiſſo pendet, *l. non diſtinguemus, §. de officio, l. ſi cùm dies, §. plenum, D. de arbitr. Corn. conſ. 168. vol. 1. & conſil. 293. vol. 3. Marian. Socin. Iun. conſ. 63. num. 6. vol. 1. Cacberan. deciſ. 39. num. 5.*

6 Vnde non habent poteſtatem iudicandi ultra comprehenſa in compromiſſo, *cap. cùm dilectus 6.* extr. *de arbitr. Iaſ. in l. reconiuncti, num. 253. D. de leg. 3. & l. cùm Aquiliana, num. 6. 7. & 8. D. de tranſact. & in l. curatores, num. 29. D. de offic. Proc. Caſ. Cardoſ. in prax. iudic. verb. Arbitramentum, num. 3. Camil. Borrell. tom. 1. ſumm. Deciſ. tit. 63. num. 236. Azeved. in l. 4. num. 119. & num. 180. tit. 21. lib. 4. Recop.* faciunt *Petr. Barboſ. in l. 2. §. legatis, num. 241. D. de iudic. Anton. Hering. in tract. de fideiuſſ. cap. 5. n. 67. cũ ſeqq.* Aliàs erit nullum laudum, ſi ultra ea, quæ in compromiſſo expreſſa fuerint, prolatũ fuerit, *cap. per tuas, de arbitr.* valebit tamen in vim pacti, ſi fuerit à partibus ratificatum, & confirmatum, *Afflict. deciſ. 117. n. 6. Surd. deciſ. 53. num. 22. Magon. deciſ. Luc. 48. num. 17. Barz. deciſ. 112. à num. 10. Marc. Ant. de Amat. deciſ 58. num. 18.*

7 Magna eſt arbitrorum poteſtas, quæ ex partium cõſenſu, & lege ſtatuta, niſi reſtringatur, excedit iudicũ poteſtatẽ, ele-

eleganter *Senec.lib.3.de benef.cap.7.* ibi: *Prætereà quæcumque in cognitionem cadunt, comprehendi poſſunt, & non dare infinitam licentiam iudici. Ideò melior videtur conditio cauſæ bonæ, ſi ad iudicem, quàm ſi ad arbitrum, mittit: quia illum formula includit, & certos, quos non excedat, terminos ponit; huius libera, & nullis adſtricta vinculis religio, & detrahere aliquid poteſt, & adijcere, & ſententiam ſuam non prout lex, aut iuſtitia ſuadet, ſed prout humanitas, & miſericordia impulit, regere. Ann. Robert. lib. 1. rer. iud. cap.7. Feſt.lib.1.*

8 Atque id diſcrimen verſatur inter arbitrum & iudicem, quòd ille quantum æquius melius definit, iſte rigidè, ut petitum eſt, & directè, *Briſſon. 3. formul. Senec.lib.2.de clem. cap. 7.* ibi: *Clementia liberum arbitrium habet: non ſub formula, ſed ex æquo & bono iudicat. & abſolvere illi licet, & quanti vult, taxare litem. Cæſ.3. belli civil. De his rebus cùm ageretur apud Cæſarem, iſque maximè vellet pro communi amico, atque arbitro controverſias Regum componere.*

9 Sed æqualitatem, quâ debent arbitri uti, propoſuit *text.in l.ubi falſi 22.C. ad leg. Cornel. de falſ. & Ariſt. lib. 4. Ethic.cap.4.*

10 Iudicis nomine ipſe, ſive arbiter cõtinetur, *Roſin. lib. 9. Antiquit. Roman. cap.14.litter.C. Terent.in Heautb. Simo, & Crito vicini hic ambigunt de finibus, me cœpere arbitrum. Martial. lib.6. epigram.35.*

Septem clepſydras magna tibi voce petenti
Arbiter invitus, Cæciliane, dedit.

11 Ad munus arbitri plerumque utriuſque partis amici eliguntur, quorum interventu ſpes eſt fore, ut diſſentientibus cõveniat, *Langl.5.ſem. 4.pag. 233. & ſeqq.* ubi à *Cicer. pro Cæc.* & alibi, domeſtici diſceptatoris, & amici nomine arbitros innui oſtendit, *& Pollet.3.Hiſt. for. 12. Oſuald. in Donell. lib.28. comm. cap.ult.*

Nunc adnotandum eſt, quòd *Diætitæ* iudices quidam fuerunt, ſeu domeſtici diſceptatores, ad quos homines litigaturi ex compacto deferebant diſceptationem ſuarum controverſiarum, nolentes ambigere apud iudices ordinarios. Oportebat autem huiuſmodi arbitros eſſe ſexagenarios, aut paulò minus, à quibus ij, qui iudices dicuntur, adpellabantur, ſi ſententia videbatur iniqua. A quo compromiſſo, vel arbitrio licebat recedere re integrâ, *Budæus in comment. ling. Græc. fol. 150. in fin.* ubi etiam, quòd iſti erant arbitri, quos Latini honorarios vocabant, *Cicer.5.Tuſc. Quorum ſolebat tanquam honorarius arbiter Carneades iudicare: & lib.de Fato.*

Quemadmodum etiam huiuſmodi arbitrium adpellabant veteres honorariam, & domeſticam diſceptationẽ, *Cic. pro Cæcin. Budæus in cõm. ling. Græc. fol. 151. & 152.* ubi etiã de alio genere arbitrorum, qui non electione, ut ſuprà dictũ eſt, ſed ſortitione arbitrãdi poteſtatem habebant, & ij enim erant annui Magiſtratus, & ibi etiã de Prætore, qui Romæ iudicibus præerat, & iudex quæſtionis, ſeu diſceptationis dicebatur, & quæſitor, de quo etiam idẽ *Budæus ibi. Cuiac.lib.21.obſerv.cap.30.* cum alijs per *Marcell. Donat. ad Tacit. lib. 1.* in illis verbis: *Patiens tulit abſolvi reum criminis Maieſtatis, de pecunijs repetundis itum ad Recuperatores, fol. 96. & ad Sueton. Tranq.in Auguſt. cap.32.fol.239. Rebuff. in l.ſolvendo 114.verſ.Sexta, D.de verb. ſignif.fol. 628. & in l.pecuniæ 178.in fin. D.eod.fol.818.*

Vocabantur autẽ præfati arbitri, ſeu domeſtici diſceptatores, *Diætitæ*, à verbo Græco *diætin*, quod eſt, arbitri officio fungor: cùm *diæta* apud Græcos ſumatur pro loco, quo arbitri ad iudicãdum conveniunt, à *diæteo*, iudico ut arbiter: unde *diæta* criminũ, id eſt iudiciũ criminum, & de *diætetis*, id eſt arbitris, plura *Pollux lib.8.* quem refert *Cæl.Rhodig.lib.12. lect. Antiq. cap.58.* ubi etiam quòd iſti differebant ab illis, qui vocaban-

bantur Dycaſtæ, de quibus *Ariſt.lib.5. Ethic.cap.4.*ubi *Muret.fol.367.Cæl. Rhodig.lib.23.lect. Ant.cap.16.*hoc eſt, iudices,& illorum *Echinus* erat nunc æneus, nunc ex opere figlino,in quem teſtlum dicta conijciebantur.

Quidquid aliàs *diæta* diceretur cœnaculum, in quo æſtate ad umbrã, hyeme ad ſolem cœnatur, *Plin.in epiſt.* Vnde *Diætarij* miniſtri *Diæta, l. quæſitum 12. §. hoſtiarij autem, D. de fund.inſtr.* & *Diætarij* fures, qui aliena cœnacula furandi animo ſe dirigunt, & plûs puniũtur,quàm fures, de quibus *in l.ſacculary 7.in princip.D.de extraord.crimin.& l.1. §.ultim.D.de effractor.* ubi malè legitur, ibi: *Directarij adpellantur; hoc eſt, qui in aliena cœnacula ſe dirigunt furandi animo.* Nam pro *directarij* reponi debet *diætarij*;id eſt,qui ſe in diætas, & cubilia potentũt ingerũt,ità rectè *Zaſ.in Paratitl. de offic.Præf.Vigil. & ad l.43. §.1.de leg. 1.num.2. Poſſard.de Magiſtrat. Athenienſibus,cap.8.in fin.*

Quare non eſt audiendus *Oſſuald. in Donell.lib.15.comm.cap.29.litt.B.& Cuiac.lib.10. obſerv.cap.34. Dionyſ.Gothof. in dict.leg.*

Iſti autem diſceptatores,& arbitri,id eſt, *diætitæ*, iudices erant per ſingulas tribus lecti numero quatuor & quadraginta. Moris autem erat in locum certum arbitros convenire, copiamque ſui facere,& præbêre cuivis furibundo, ut ſi ipſi ſordidè, vel ambitioſè, vel offenſo animo arbitro uſi eſſent, in promptu reſpondèrent ei, qui ſe ab illis damno affectum eſſe conquereretur; prout ex *Demoſthenis* Interprete docet *Budæus in comm. ling. Græc.fol. 150. ad med.* ubi etiam quòd *diæta* verbum non ſolùm arbitrari, ſed etiam conciliare, & componere diſcordiam ſignificat.

Diæta tamen propriè eſt habitatio in hortis voluptatis causâ, *l. Senatus,§. Marcellus,D.de leg.1.* ſed & quandoque ab hortis ſeparatur, & pro parte ædium accipitur, *l.uxorem, §.in teſtamẽto,D.de leg.3.* Nam in *diæta*, quæ *zæta* etiam dicitur, erat dormitorium cubiculum,iũctaque *diæta* amicorum cœnatio, *Plin. lib.5.epiſt.6.Iacob.Gutb.de offic.dom.Aug. lib.3.cap.29.fol.662.*

Et arbitri dicuntur, qui totius rei habent arbitrium & facultatem, *Feſt.in verb. Arbitrium,*eorumque iudiciũ definitio adpellatur, *Iacob.Gutb.de offic.dom. Auguſt.lib.2.cap.21.fol.400.*

In conſideratione eſt,quòd ſodalitatum lautiſsima fuêre convivia Phiditia Laconũ, Andria Cretenſium, Atheniẽſium Apaturia,aliæque Phatriarũ ſympoſiacæ coitiones, de quibus *Ariſt. lib. 2.Polit.cap.8.Herod.lib.1. & Plutarc.in Lycurg.*

Vnde & *Plat.* Philoſophorũ ſeveriſſimus admiſit huiuſmodi compotatiũculas ex more Græcorum ad largiùs bibendum,modò ne prætereatur ratio.

Sic Romani ſolenne conviviũ inſtituerunt, Cariſtiam ritè adpellatum,cui præter cognatos,& adfines nemo interponebatur, & ſi qua inter neceſſarias perſonas querela eſſet orta, apud ſacræ menſæ, & inter hilaritatem animorum fautoribus cõcordiæ adhibitis tolleretur, *Valer.Max.lib.2.cap.1.de inſt.antiq.*

12 Arbiter de iure & facto cognoſcẽdo procedere poteſt, in pronuntiando verò de iure tantùm ſententiam profert, *Bart.in l.ſocietatem, §.arbitrorum, n.7. & 8.D. pro ſocio, Ladereb.conſ.151.num. 3.vol.1. Barz.deciſ.67. num. 13. Sylveſt. Aldob.conſ.12.num.44. vol.1. Bertazol. conſil.civil.31.num.13.vol.1. Paſet.conſ. 79.num.1.vol.1. Gail. lib.2. obſerv.150. num.4. Sim.de Prat. conſ.136.n.73. vol. 1. Lancel. Gall conſ.110. num. 12. vol.1. Lel.Zech.de privil. Eccl. privil.83.n.40.*

13 Proptereà iudex cõpromiſſarius adpellatur, *l.ſocietatem, §. arbitrorum,D. pro ſocio,l.2. C.de iur. iurand. propt.calũniam dando, l.cum lege, l. peti, C. de pact.* & voluit *Venator in analyſi iuris Pontificij,lib.1.tit.43.verſ.Vnde dicitur.*

14 Quod declarandum eſt,quòd etſi arbiter iuris formam tanquam iudex ſervare debeat,& iuris diſpoſitionem non ex-

Et Cybeles picto ſtat Corybante tholus.
Virgil. lib. 9. Æneid. ℣.407. frequenter *Stat.lib.1.ſilv.4.℣.33.*

---Tamen accipit omni
Exubias Diana tholo, captivaſque tela
Bellipotens. ---

Et *lib.2.Thebaid.in fin.*

Has ego maiorum pugnas, vultuſque tremendos
Magnanimum effingam rerum, figamque ſuperbis
Arma tholis. ---

Et *lib.7.℣.56.*

Terrarum exuvia circũ, & faſtigia tẽpli
Capta inſignabant gentes. ---

Thom.Dempſter.ad Roſin.lib.2.Antiquit. Roman.cap.2 litt.D.& E.

15 Hodie apud Orthodoxæ Fidei profeſſores hic mos locũ tenet, ex *1. Reg. 6.℣.5.* cùm enim aliquis aut à naufragio, aut infirmitate liberatur, ſacroſanctis Templis tabulam, vel aliam tẽ devovet, quæ in miraculoſum teſtimoniũ illorũ parietibus ſuffigitur, ut pendeat; teſtes ſunt ingentia Cœnobia ſacrarũ Imaginum miraculis fulgentia, quę tẽ hanc ſatis demonſtrant, & indicant, quarum Hiſtorias ſi quis in protaſsi exoptat, adeat Scriptores plenâ gazâ tractantes, quorum nomenclatura vulgatis eſt; ideò omitto, hæc pro mantiſſa adnotaſſe ſufficiat in hoc. Quod Ethnici olim factitarunt; *Virgil.7.Æneid. Sili.lib.2. de bell. Punic. Stat.lib.2. Theb.Mend.tom.2.lib.1. Reg.cap.5.℣.2. num.13.fol.282.col.2.*

Sic ſimiliter venatores ſuſpendebãt in arboribus capita ferarum, quæ occidebant, *Scholiaſtes Ariſtophan. in Pluto. Dio Chryſoſt.Orat.1. Ovid. lib.12. Met. Marc.Græc.lib.2.cap.18.Anthol. Plutar. Tit.Liv.lib.1.Amm.lib.22.Manil.lib.4. Virgil.lib.9.Æneid.& Eclog.7.Symmac. lib.5.epiſt.66. Plin.lib.12. cap.1.* quia in ſeculo antiquiori falſi Dij ſua templa in arboribus habebant, *Maxim. Tyrius ſerm.38.*

Ab quo ritu ortũ fuit ſuſpendere vexilla, & ſpolia in tholis, in tectis, & liminibus, *Valer.Max.lib.7. cap.6. Plin.lib. 35.cap.2.M.Cat.Orat.de ſpol. Sili.lib.1. & 10.V.Flacc.lib.1.Argon. Albin.ad Livium, Tibull. lib.1. eleg.1. Propert. lib.3. Ecl.8. Lucan. lib.6. Horat.lib.4. Od. 15. Stat.lib.1. Achill.lib.3. Theb.Ovid.lib.1. Triſt.Virg.lib.7.Æn. Claud.4.Coſſ.Hon. Ioſeph. lib.4. Antiq.Iud.c.10.Max.Tyri. diſſ.28.Plat.lib.5.de leg.Plutarc.in Marc. Pind.Iſthim.Od.1.Appia.in Annib.Livius lib.38.c.10.Iacob.Ravard.lib.1.c.15.var.*

16 In peregrinationem longinquam, aut expeditionem proficiſcentes capillum alicui Deo devovebant, cui domum reduces detonſum conſecrabant, *Papin. Stat.lib.6.Thebaid.℣.608.*

Flavus ab intonſo pendebat vertice crinis
Arcados, hoc primis Tribiæ paſcebat ab annis
Munus, & Ogygio victor cum Marte rediſſet,
Ne quicquã patris audax promiſerat aris,
Tunc liber nexu, lateque in terga ſolutus
Occurſu Zephyri retrò fugit.

Turneb.lib.22.adverſ.cap.28. Valer.Flac. lib.1.Argonaut.

Tectus & Euritionſervato colla capillo,
Quem pater Aonias reducẽ tõdebit ad aras.

Petron. in Satyric. pag. 65. Cui Deo crinem voviſti? Servius Maur. ad ℣. 684. lib.4. Æneid. Sacratum crinem Didonis, dixit, *Marc. Varro: Ambracia primum puerilem demptum capillum, item cirros ad Apollinem ponere ſolebant.*

17 Neque adoleſcentes tantùm, ſed & virgines id factitare ſolitæ, *Lucian. in Syria Dea. Sed qui iſti Dÿ, quibus vota capillitia?* Votum iſtud concipiebatur interdum ab ipſa nativitate, depoſito de recepta cõſuetudine in terram nuper nato, *Tertul.de anima, cap.40.* Quod & fluminibus fiebat. *Iulius Pollux* videtur inſinuare *lib.2.cap.3.num.5.* fluminibus, aut Dijs. Aiax Thelemonius illiſo flumini crinem vovet, *Philoſtrat. Iunior in Icone eius.*

18 Sed è diverticulo ad viã redeamus, & in hunc ritũ alios Authores advocemus. Theſe Apollini Delphico capillos de-

devovit, *Plutarch. in eo.* Puellæ Deliorũ
Hegirgeæ Deę, *Pauſan. in Atticis*; vul-
gus Athenienſium Herculi ex Heſy-
chio doctiſsimus adnotavit *Iſaac Ca-*
19 *ſaubonus.* Adoleſcẽtes Romani Æſcula-
pio, *Stat. lib. 1. ſilv. 4.*

Accipe laudatos iuvenis Phœbeie crines,
Quos tibi cæſarius donat puer, accipe lætus,
Intonſoque oſtendi patri.

20 Aut Apollini ipſi, *Martial. lib. 1. epi-*
gram. 88.

Hos tibi, Phœbe, vovet totos à vertice cri-
nes
Encolpus, domini Centurionis amor.
Grata Pudens meriti tulerit cum præmia
pili,
Quã primũ lõgas, Phœbe, recide comas.

Hadrian. Iun. comment. de coma, cap. 4. D.
Laurent. Ramir. de Prado in Hyponem. ad
Martial. ubi ſuperiùs, *Martial. lib. 9. epi-*
gram. 17.

Conſiliũ formæ ſpeculũ, dulceſque capillos
Pergameo poſuit dona dicata Deo.

Et Iovi. *Stat. lib. 6. Thebaid. ỳ. 197. & Lu-*
ctac. Placid.

Iuppiter hunc crinem voti reus antè di-
caram,
Si pariter nati virides libaſſe dediſſes,
Ad tua templa genas.

21 Fortè & hoc ſenſu ſumendus *Clau-*
dian. lib. de bell. Get.

Sperchiuſque, & virginibus dilectus Eni-
peus
Barbaricas lavere comas. ---

Aut denique Apollini barbam, Bac-
cho crinem devovebant, *Stat. lib. 8.*
Theb. ỳ. 492.

Ille genas Phœbo, crinẽ hic paſcebat Iac-
cho.

Thom. Dempſt. ad Roſin. lib. 10. Antiq. Ro-
man. cap. 29. fol. 1709. litt. F. cum ſeqq. qui
ſcitiſsimè hunc morem tradidit.

22 Cui finitimum eſt & aliud votũ ſu-
perioribus ſeculis decantatum, & qui-
dem Argivis contra Lacedæmonios a-
grũ, qui Thyrea dicebatur, ipſis eripiẽ-
tes, *Herod. lib. 1. Plutarc. in Paradell.* nec-
non Sarracenis, ut author eſt *Oſſor. lib. 5.*
23 *de reb. Emanuelis*; præcipuè verò Ger-
manis ſe nõ priùs barbam, vel capillos
raſuros, niſi amiſſa recuperarẽt, niſi vin-
cerent, niſi de hoſtibus ulciſcerentur,
Corn. Tacit. de morib. Germ. & lib. 4. An-
nal. & ibi *Lipſius in notis, Paul. Diac. lib.*
3. de geſtis Longobard. cap. 3. Sueton. in Iul.
cap. 67. Cæſ. lib. 5. de bell. Gallic.

24 Huc accedit ſacer *Text. in 1. Reg. 1.*
ỳ. 10. ubi Anna ſic vovit, ibi: *Et Heli ſa-*
cerdote ſedente ſuper ſellam ante poſtes Tẽ-
pli Domini, cùm eſſet Anna amaro animo,
oravit ad Dominum, flens largiter, & vo-
tum vovit, dicens: Domine exercituum, ſi
reſpiciens videris afflictionem famulæ tuæ,
& recordatus mei fueris, nec oblitus ancil-
læ tuæ, dederiſque ſervæ tuæ ſexum virilẽ:
dabo eum Domino omnibus diebus vitæ e-
ius, & novacula non aſcendet ſuper caput
eius.

25 Vt enim in iſto voto nihil eſt impieta-
tis, ſiquidem barbam, vel capillos alere
per ſe non eſt prohibitũ, ſed indifferens,
ut pluribus pertractant *Agell. lib. 2. c. 4.*
Alex. ab Alex. lib. 5. Dier. Gen. cap. 18. fol.
279. M. Mantua lib. 9. obſerv. cap. 75. Ant.
Hothoman. in tract. de barba. Philip. Ca-
merar. in oper. ſucciſiv. cent. 1. cap. 36. &
cent. 2. cap. 40. Ant. Hering. de fideiuſſ. cap.
19. num. 147. (præterquàm apud Iudæos
Levit. 19. ỳ. 27.) & Græci prolixam bar-
bam aluerunt, ut latè probat ſcitè *D.*
Laurent. Ramir. de Prado in Pentecõtarc.
cap. 25.

26 Decimas Herculi vovere ſolebant
Hetruſci, *Varr. lib. 5. de ling. Latin. Cic. 3.*
de nat. Deor. Plutarch. problem. cap. 17.
Diodor. Sicul. lib. 5. c. 2. Beroald. in Suet.
fol. 356. col. 1. ante fin. & Girald. de Dys
Gent. pag. 454. ubi *de victore Hercule,*
Budæus in l. quicunque, de inſtit. act. fol.
525. & in adnot. reliquis, fol. 259.

Quam partẽ Herculeam adpellabãt,
Plaut. in Trucul. & Stycho. Priſcian. lib.
9. fol. 377. Tertull. in Apolog. cap. 13. Idq;
apud Romanos factum à Camillo, *Li-*
vius lib 5. à Sylla, & Craſſo, *Plutarch.*
Voverunt & Græci templo Delphico
decimas, *Xenophon.* Idem apud alias
Gentes, *Feſtus in Decima.*

27 Ex quo fluit *Vlpiani* intellectus *in l.2. §.fin. D.de pollic.* in his verbis: *Si decimã quis bonorum voverit, decima nõ priùs eſſe in bonis deſinit, quàm fuerit ſeparata, etſi fortè qui decimã vovit, deceſſerit ante ſeparationẽ, heres ipſius hereditario nomine decimæ obſtrictus eſt, voti enim obligationẽ ad heredem tranſire conſtat*; ubi ad decimam bonorum partem, quæ olim votivo epulo in Herculis honorem impendebatur, reſpexiſſe videtur.

28 Origo autem decimarũ pervetuſta eſt, quemadmodum varijs tùm veteris Teſtamẽti, tùm etiam Ethnicorũ (præter ea quæ à *Covarr. lib.1.cap.17. Ioan. Petr. Monet. in ſuo tract. de decim. Fõtan. de pact. nupt. to.1. clauſ.19. par.1. & 2.* allegãtur) probat *And. Tiraq. de præſcript. gloſſ. verb. Dix ans*, ubi etiam perfectionẽ numeri denarij, eiuſque ſolennẽ apud Antiquos uſum oſtendit. Conſtat & ex *Geneſ. cap.14.* Abrahã ſolviſſe decimas Melchiſedech ex manubijs hoſtiũ à ſe devictorum, cuius meminit *D. Paul. ad Hebr. cap. 7. Intuemini autem quantus ſit hic, cui & decimas dedit de præcipuis Abraham Patriarcha.* Traditur itẽ *Geneſ. 28.* Iacob Patriarchã votum emiſiſſe de ſolvendis decimis: *Si fuerit* (inquit) *Deus mecum, & cuſtodierit me in via, per quã ego ambulo, &c. cunctorumque quæ dederis mihi, decimas offerã tibi.* Et hic decimarum uſus inſtinctu quodam pietatis proceſsit, donec Deus per Moyſen eas ſibi dari ab Iſraëlitico Populo præcepit, *Exod.22. & Levit.ult.*

29 Hanc cæremoniam offerendi primitias & decimas ab Hebræis obſervarũt Ethnici quaſi cum ijſdem ritibus, *Plin. lib.18.cap.2. Xenoph.lib.7.* Et non ſolùm ſub nomine decimæ cõtinebatur decima fructuum, ſed etiam perſonarum, aut ad bellum, vel ad ſupplicium, *Liv.lib.2. Fortè decimus quique ad ſupplicium lectus, Tertul. ad Scapul. cap.5. Quid ipſa Carthago paſſura eſt decimanda à te?*

30 Extra decimas, quæ Deo offerebãtur, ſicut tradit *Dionyſ. lib.1. Callim. in Delo. Ariſt. lib.2. Oecon. Cic. lib.2. offic. & 5. in Verr.* aliæ extiterunt, quas introduxit Populus Romanus in provincijs ſubiectis obligatas, & obſtrictas trahere Romæ decimam partem ſuorum fructuũ, & ità omnes agri Siculi erant Decumani, *Tacit. lib. de morib. German.* Sicq;
31 Sicilia ſolvebat tres decimas, ſecundũ *Tull. 5. in Verr.* Primã, ſine pretio. Secũdã, emptam in tribus ſextertijs. Tertiã, in quatuor. Poſteà ſolvit non decimam, niſi quadrageſimam partem, ſicut cæteræ Provinciæ, ut videtur *in l.9. C. de ſuſcept. & arcar.* de qua haud vulgariter agit *Buleng. lib.9. cap.9. de vectig. Popul. Roman.*

32 Aliud eſt votum Deo factum, de quo noſtra eſt pertractatio; quod dicitur voluntas ſpontanea, *l.1. C. de oblation. votor.* & ideò conſenſus adpellatur, *cap.2. de elect. in 6. Pet. Gregor. lib.24. ſyntagm. cap.10. n.1.* de quo latè egit *Buſeus de ſtatu homin. in tract. de voto, cap.1. cum ſeq.*

Hinc fit votum metu factum non valêre, & cenſeri ipſo iure nullum, *Calderin. conſ.1. in tit. qui cler. vel vov. Ioan. de Selva in tract. de benef. par.4. q.32. Rendina in Promptuar. recept. ſent. tit. 125. num.1. Aug. Barboſ. in cap.2. num.6. hoc noſtro tit. Porc. conſ.5. Sarmient. lib.2. ſelect. cap.11. n.9. Iacob. Gall. conſ.66. n.10. Mart. Bonac. to.2. circ.2. Decal. præcept. diſp.4. punct.3. §.1. propoſ.3. P. Laym. in ſumm. moral. tract.4. cap.1. num.3. in fin. tom.2. Vincẽt. Filiuc. tract.26. n.10. cap.1.*

33 Quod expreſsim voluit *gloſſ.1. in cap. inter 22. quæſt.4. & in cap. Abbas*, cui ibidem inhærent *Anchar. n.3. verſ. Quærit, Butr. num.9. verſ. Quartus caſus, Panorm. num.11.* ſimpliciter tranſeunt ibi *Ioan. Andr. num.7. Imol. num.4.* & alij, extra *hoc tit. gloſ.* magna, *in cap. authoritate 15. quæſt. 6.* ibique *Archidiacon. num. 3. in verb. Perlatum.*

34 Et hoc elegãti ratione robur recipit, & comprobationem; etenim per votum quis Deo obligatur, cui nihil eſt acceptũ, niſi quod ex pura & ſincera volũtate procedit, ſed illud dicitur bonum, quod voluntariè fit, *cap. ult. 23. q.5. cap. ult. §.*

ex

ex his 23. quæſt. 6. igitur metus debet votum invalidare.

35 Sic ſimiliter votum metu mortis factum irritum eſt ipſo iure, *Ludovic. Lop. 1. par. inſtruct. Conſc. cap. 45. col. 4. Eman. Sà in Aphoriſm. verb. Votum, n. 8. & verb. Metus, num. 2. Tolet. in ſumm. lib. 4. cap. 17. num. 5. Valenc. in 2.2. diſp. 6. quæſt. 6. punct. 4. col. ult. Fr. Eman. in ſumm. tom. 2. cap. 93. num. 1. & quæſt. regul. tom. 3. quæſt. 17. art. 15. Azor inſtit. moral. par. 1. lib. 11. cap. 15. quæſt. 7. & lib. 17. cap. 5. quæſt. 9. Menoch. conſil. 2. num. 232. cum ſeqq. Navarr. comm. 4. de regularib. num. 71. Sair. in Clav. Reg. lib. 2. cap. 2. num. 11. & lib. 6. cap. 4. num. 17. Suar. de Religione, tract. de voto, lib. 1. cap. 7. num. 9. Sanch. in præcepta Decalog. lib. 4. cap. 3. num. 12.*

36 Non me latet diſtinctio in hac re tradita, nempè, metum gravem iniuſtè incuſſum ad extorquendum votum, voti obligationem irritare, *cap. 1. & 2. hoc noſtro tit.* tradunt *Sylveſt. verb. Metus, q. 6. Sot. lib. 7. q. 2. art. 1. ad 1. Angel. verb. Metus, num. 8. & 10.* & alij.

37 Suggeritur evidens ratio, quia hic ſolus cenſetur repugnare libertati, tanquam cauſa extrinſecùs cogens, quare metus iuſtè incuſſus non irritabit votum; cùm enim metus iuſtè irrogatur, non tam cenſetur inferri ab extrinſeco, quàm provenire ab intrinſeco, ſcilicet à propria voluntate; & is, qui votũ proponit, potiùs aufert, quàm infert metũ oſtendens viam evadendi mali; id autẽ, quod ex propria voluntate orîtur, non cenſetur moraliter libertati repugnare, *Leonard. Leſſ. de iuſt. & iur. lib. 2. cap. 17. dubit. 6. num. 43. cum ſeqq.*

38 Ex quo provenit, & ſequitur, quòd ſi maritus uxori in adulterio deprehenſæ privatâ authoritate mortem minetur, niſi profiteatur religionẽ, profeſsionem inde ſecutam fore irritam, utporè metu iniuſtè irrogato extortam, non enim poterat illam iure privarim occidere, *l. nec in ea 22. §. fin.* ibi: *Ideò autem patri, non marito mulierem, & omnem adulterum permiſſum eſt occidere, quod plerumque pietas paterni nominis conſilium pro liberis capit: cæterùm mariti calor, & impetus facilè decernentis fuit refrænandus, D. ad leg. Iul. de adult.* Si autẽ minetur accuſationem, & mortem viâ iuris, profeſsio erit valida, quia iure poterat id facere. Pari modo, ſi reò mortis detur poteſtas redimendi ſupplicij profeſſione religionis, vel matrimonio puellæ, erit validum, quod actum fuerit.

39 Quamvis non deſint, qui putent metum gravem etiã iuſtè incuſſum irritã reddere profeſsionẽ religionis & matrimoniũ: ratio eſt, quia hæc duo requirũt ſummam libertatem, quę nõ minus aufertur, cùm iuſtè, quàm cùm iniuſtè incutitur. Ità *Covar. in 4. p. 2. cap. 3. §. 5. n. 7.* ubi citat *gloſſ. in cap. veniens 2. de ſponſal. & in cap. 2. hoc tit. Felin.* & alios. Pro qua ſententia *Sanch. lib. 4. diſp. 13.* alios congerit, & dicit probabilem.

40 Animadvertendum eſt, votum metù factũ iure naturali irritari, inſinuat *Sot. lib. 7. quæſt. 2. art. 1. Navarr. cap. 12. num. 52. gloſſ. in cap. 1. hoc tit. Bonavent. in 3. diſt. 39. art. 3. q. 2.* ubi dicit, *Vota coacta eſſe irrita, quia Deus vult ſacrificia non coacta, ſed voluntaria*: refert, etſi non ſequatur, *Leonard. Leſſ. de iuſt. & iur. lib. 2. cap. 40. dubit. 3. n. 17.* qui *num. 18.* ſolùm iure poſitivo irritum reddi adfirmavit cum *Sylv. Arag. & Henr.*

Quod ſimiliter procedit, etiam ſi voto metu facto iuramentum accedat, *Bonacin. de matrim. q. 3. punct. 8.*

Ratio eſt, tum, quia matrimoniũ metu gravi contractum non obligat, etiam ſi addatur iuramentum: ergo non obligat illud votum.

Tum, quia iuramentũ adhęrens matrimonio, aut voto videtur hanc tacitã habêre conditionem, ſi liber conſenſus interveniat; nam iuramentum ſequitur naturam actus, ſuper quem cadit, *l. fin. C. de non numer. pecun.* matrimoniũ autẽ, & votum videntur ex iuris diſpoſitione hanc tacitã conditionẽ habêre, ſi liber conſenſus interveniat: ergo iuramentum cadens ſupra votum, & matrimo-

nium evidenter eam conditionem habet, *l. fin. tit. 11. par. 5. Covar. in 2. p. c. 3. §. 3. Vega in ſumm. 2. p. cap. 129. caſ. 18.*

Vnde non ſunt audiẽdi *Suar. tom. 2. de Relig. tract. de vot. lib. 6. cap. 17. n. 8. Sair. in Clav. Reg. lib. 6. cap. 12. n. 30. Sanch. lib. 4. ſumm. c. 45. n. 3.* ubi inter cauſas diſpenſandi votum, numerant metũ; quod nullatenus eſt dicendum, cùm votum metu factum nullum ſit, ex *dict.*

Similiter non debet audiri *Monet. de comm. ult. vol. cap. 6. q. 2. concl. 4. num. 95.* quatenus docet metum inducere iuſtã cauſam ad commutationem.

41 Dubium nunc ſuccedit, an votum ex metu mortis intrinſecùs, ſive divinitùs inlatum (cuiuſmodi ſunt vota facta Deo metu gravis infirmitatis) validum ſit, & obliget in conſcientia?

42 In qua quæſtione adfirmativè reſolvunt *Navar. in Manual. cap. 12. n. 51. & 52. Sair. in Clav. Reg. lib. 6. cap. 4. n. 11. & 14. Sanch. in præcept. Decalog. tom. 1. lib. 4. cap. 3. num. 4. Rendin. in prompt. recept. ſent. tit. 125. num. 1. in fin. Aug. Barboſ. in cap. 17. n. 2. de regul. Cardoſ. in prax. verb. Votum, num. 8. Martin. Bonac. tom. 2. circ. 2. præcept. Dec. diſp. 4. punct. 3. §. 1. prop. 1. Vinc. Filiuc. tom. 2. tract. 26. c. 1. num. 1. Valboa in cap. in præſentia, n. 7. de probat.*

43 Eâque adſtruitur ratione; quòd quoties metus nõ eſt incuſſus gratiâ extorquendi voti, ſive proveniat à cauſa naturali, ſive libera, quantumvis graviſſimus ſit, non irritat votum; quia tunc à nemine impellitur vovens ad votum emittendum, ſed ſponte ſuâ id vovendi medium eligit, quo ex eo periculo incolumis evadat, *Lorin. in Pſalm. 65. ℣. 15. fol. 250. tom. 2.*

44 Expreſsè hanc ſententiã probat *text. in cap. ſicut nobis 17. de regularib.* ibi: *Sicut nobis fuit propoſitum, quidam clericus cùm ægritudine nimia laboraret, quaſi de morte ſecurus, & de recuperanda ſanitate deſperans, habitum Canonicorum petijt Regularium, & accepit, ſed nec ad Eccleſiam tranſivit, nec bonis ſuis uti ceſſavit, videntibus, & ſcientibus Epiſcopo, & Canonicis Eccleſiæ Nazarenſis, à quibus habitum ſuſceperat regularem;* & infrà: *Fraternitati tuæ taliter reſpõdemus, quòd ſi regularem habitum ſe poſtulante ſuſcepit, & ad obſervationem religionis Canonicæ ſua ſe profeſſione ligavit, ad reſumendum habitum ſua eſt religione cogendus: cùm quod tanto tempore extra Canonicam manſit, non in excuſationẽ eius, ſed in maioris tranſgreſſionis augmentũ meritò valeat allegari,* ubi *Abb. num. 5.*

45 Sed pro contraria ſententia faciunt ſequentes ſpeculationes. Prima, & non parum ſubtilis eſt, & dimanat *ex text. in l. 2. §. fin. & l. qui levandæ, D. ad l. Rhod. de iact.* ubi ſi navis criſpantibus undis iam cœlum, iam imum petit, & Nautarum clamore, ut levetur, merces in mari proijciantur, tunc illarũ dominus proprietatem non amittit; ſicque ubi repererit, condictionem habet, & repetitionem: quia eas nõ pro derelicto im-

46 poſuit, ſed ut tẽpeſtas ſedaretur, & periculi incolumis evaderet, quod merces in navi minabantur, cùm illã ſummopere onerarent; ità ſimiliter cùm infirmitatis undæ criſpant, mens revolvitur, & anteactorum criminum memoria perturbat, affligit, pungit; & hominis navis invenitur onuſta, qui ut ſeipſum ſedet, & componat, ſe proijcit, & votum efficit. Ergo nullo modo poterit obligatio ſubſiſtere, nec dominium ſui ipſius amittere, cùm perturbatâ mente devoverit.

47 Secunda, *Votum* (ut colligitur ex *D. Thom. 2. 2. quæſt. 88. art. 1. & 2.* ab *Omnibus* recepto) *eſt promiſſio Deo facta de meliori bono*; cùm autem hæc promiſsio debeat eſſe voluntaria, atque voluntariam deliberationem exigat, neceſſariò debet intervenire voventis libertas, quæ (ut lippis & tonſoribus notum) ab infirmitate, velùt forti ſtimulo opprimitur, & involuntaria reditur.

Conducit *S. Chryſoſt. hom. 14.* loquens de Ioſeph, ibi: *Semper cogitatione ſpectabat ad illum timorem operiens eum, ſperans, expectanſque, & licèt præſens fœlicitas*

citas cogeret frui rebus, tamen futurorum ſollicitudo voluptatem interrupit. Quia niſi ab ea urgeretur votum nullatenus conſtitueret. Igitur dici nequit voventem obligatum, & obſtrictum manſiſſe, cùm voluntas abſit; potius enim de ſalute cogitans vovit, ut recuperaret, & reditum ad eam haberet, quàm ut adimplèret promiſſum.

48 Tertia haud refert, à quo vis adhibeatur, dummodò adſit, *l. non intereſt, C. hoc noſtro tit.* Sed dubitari non poteſt; quin infirmitas metum incutiat, cùm inſtet ocyùs fatũ: *S. Leo Pap. ſerm. 3. de Paſſ. Domini*, ibi: *Non enim poſſet Domino ſervus, & Magiſtro maior eſſe diſcipulus, qui humanæ fragilitatis trepidationem non vinceret, niſi victor mortis antè timuiſſet.* Ergo licèt ab aliquo alio non imponatur, tamen cùm in rei veritate clarè pateat, votum irritabitur.

49 Nec obſtat ratio, quâ fundatur, & innititur contraria opinio, quia nõ ſuadet intentum; vovens in infirmitate gravi conſenſum ſpontaneum non habet, perturbatus enim adeſt, eleganter *Scacc de iudic. lib. 2. cap. 9. num. 1905.* & ſic eum interponere non videtur; cùm propter evaſionem periculi, & incolumitatem votum faciat: & mirandum eſt tale hemiſtichium proponi, ut dicatur ſpontaneam voluntatem ex gravi periculo, & infirmitate oriri; quod ſatis abſonum exiſtit; quot anguſtiæ? quot oppreſsiones? quot perturbationes? quot anxietates? quot dubia? quot dolores? quot tormenta? quot cruciatus? quot conſcientiæ ſtimuli animum circumeunt? & impellunt, à quibus, ut liberetur, & eximatur, vovet, tamen voluntas non eſt libera tot intervenientibus, cùm unum eorum ſufficiat ad noluntatem.

Mirè conducit *S. Petr. Chryſol. ſerm. 111.* ibi: *At corpus membrorum partibus, & ſenſibus ſuis per hoc, quod eſt à Deo conditum, viget: ſed ubi vis febrium cœperit, & procella dominari, totum efficitur imbecillum, tunc amaritudo oris, tunc oculorum caligo, tunc greſſuum nutabunda veſtigia, tunc inimica aura, tunc cibari graves, tunc ipſa obſequia videntur otioſa.*

Hinc adſerunt *DD. in l. 3. & in princ. Inſt. de donat.* quòd donatio causâ mortis facta ab infirmo ſuperveniente convaleſcentiâ eſt ipſo iure nulla, ſequitur *Iacob. Gall. conſ. 51. num. 2.*

50 Nullum negotiũ faceſsit *text. in cap. ſicut 17. de regul.* Nam ſatisfit: Quòd ideò Romanus Põtifex decrevit ad votum clericum compellendum fuiſſe, ut obſervaret; cenſuit enim nullum metũ habuiſſe propter ægritudinem (alioqui nõn ità decerneret, & ſtabiliret propter ſummam libertatem in voto religionis requiſitam, *cap. notificaſti 33. q. 5. & cap. 1. hoc noſtro tit.*) ſed egiſſe votum, ut ſalutem non corporis, ſed potiùs animæ caperet, ut dicit *gloſſ.* ibi *verb. De morte.* Ergo ſi infirmitas multùm premat, & concutiat voventem, & voveat corporis ſanitatem reſpiciens, quod plerumq; fit, votum non tenebit, quod non repugnat *dict. cap. ſicut 17. de regul.*

Probat expreſsè *text. in cap. Gonſaldus 1. 17. quæſt. 2.* ubi vovens in infirmitate fervore paſsionis preſſus non tenetur votum adimplère.

Facit ſimiliter *text. in cap. in præſentia, de probat.* ubi ad valorem voti in infirmitate facti neceſſum eſt renovationem fieri poſt convaleſcentiam.

51 Rurſus quoties quis in gravi infirmitate iacet, timet mori, propter vitam, quæ dulcis, & ſuavis eſt, ne eam deſerat. Hùc pervenit elegans conſideratio ex *text. in cap. 3. Geneſ.* ubi poſtquàm Deus noſtris Protoplaſtis præceptum impoſuit, ne ex Paradiſi ligno eſum facerent, alioqui morerentur, ſolà
52 ſerpentis adfirmatio, quòd non eſſent obituri, effecit legem frangi: quia dixerunt, nobis mors obtingere nequit, comedamus ergo: quâ de causâ ſi voveat, eſt propter ſanitatem obtinendã; quod & ratio naturalis ſuadère cogit; faciles enim ſunt homines ad promittendum, & ſummo amore proſequuntur vitam.

Tametſi hæc acriter pungant, prima ſententia tenenda eſt.

Quęſtionis nunc eſt, an infirmus poſſit actus gerere, ut valeant?

Ad cuius reſolutionem advertendũ eſt, quòd ſola infirmitas, & corporis imbecillitas neceſſariò non includit nec dementiam, nec mentem non ſanã: cùm quis corpore poſsit eſſe languens, & infirmitate opprimi, mente tamen ſanus, *l. ſanum, C. de tranſ. l. ſenium, C. qui teſtam. facer. poſſ. l. 2. l. in adverſa, D. de teſtam.* & ità oppreſſus infirmitate poterit teſtari, & alios actus legitimè facere, licèt proximus morti efficeret, & mortis cogitatione turbaretur, *l. hac conſultiſſima, §. at cùm humana, C. qui teſtam. fac. poſſ.* etiam ſi in extremis conſtitutus eſſet, *l. Seia, §. fin. D. de don. cauſ. mort. Iaſ. in l. quoniam indignum, C. de teſtam. in 2. notab. DD. in cap. fin. de ſucceſſ. ab inteſt.*

Et licèt propter infirmitatem aliquatenus ſenſus tectus effectus eſſet imbecillis, non propterea ità oppreſſus prohibetur teſtari, & alios actus facere, ut tradunt *Angel. Paul. Alex. & Iaſ. in l. furioſum, col. 2. in 3. fall. C. qui teſt. fac. poſſ. Ioan. Fab. & Ang. Aretin. col. 1. ver. in gloſſ. carenti, in §. praterea, quibus non eſt permiſſ. fac. teſt. Iaſ. in l. ex facto, in princip. col. 14. verſ. Quid autem in fatuo, D. de vulg. & pup. ſubſtit. Corn. conſ. 91. & 261. col. 9. verſ. Perfectò non requiritur, vol. 4.*

Et quamvis oppreſſus morbo, & infirmitate ſit extra ſenſum verum & ſanum, *Sfort. Odd. de in integr. reſtit. q. 11. art. 6. num. 24. verſ. Hac ratione, & num. 25. Scacc. de iudic. lib. 2. cap. 9. num. 1905.* & loquendo varia dicat propter morbi, & infirmitatis acerbitatem, & gravitatem tamẽ ceſſante aliquatenùs infirmitate, & morbi oppreſsione, in cõtinenti, & ſtatim ſanam mentem recuperat, *argum. l. fin. de liber. & poſthum.* ex quibus expreſsè colligitur actus factos ab infirmo validos eſſe, eleganter *Ioan. Pet. Pariſ. conſ. 15. num. 11. vol. 4.*

Inferas ex dictis, quòd donatio, & alienatio acquiſitorum facta per marirũ uxore multùm infirmâ præſumitur fraudulenta, eleganter *Petr. Pecb. de teſtam. coniug. lib. 2. cap. 8.*

Nunc quæri debet, utrùm oratio, quã navigantes timentes naufragium fundunt Deo, ſit actus religionis? Et affirmativè reſolvitur cum *D. Thom. 2. 2. quæſt. 19. art. 2.* ubi dicit, certum eſſe orationem, quæ ex metu filiali proficiſcitur, eſſe actum religionis.

Sed dubium eſt, ſi ità ſit, quando oratio naſcitur ex timore ſervili? Sunt qui negant; quia talis oratio non proficiſcitur ex pietate, quâ orans vult honorem Deo exhibere; ergo non eſt actus religionis.

Verùm hæc ſententia non mihi placet; quia talis oratio ex genere ſuo pertinet ad religionem, cùm ſit proteſtativa ex ſua natura, excellentiæ & virtutis exiſtentis in eo, cui ſit oratio, nec timor adiunctus mutat conditionem ipſius, ut habetur *ex Concil. Trident. ſeſſ. 6. cap. 8.* Igitur ſi talis actus ſublato metu eſt actus religionis, ſimiliter erit exiſtẽte metu, ità *Barth. à Sãcto Fauſto in tractat. de orat. lib. 1. quæſt. 6.* Quid enim magis familiare, quàm in vota & preces procumbere, quos mare conturbat? eleganter *Ioan. Pined. in Iob, tom. 2. cap. 31. ℣. 16. num. 1. 2. 3. & 4. fol. 1105. col. 1.*

53 Et non ſolùm metus gravis votum adnullat, ſed etiam metus reverẽtialis, qui etiam gravis eſt per ſe, non alijs adiunctis, ut alibi probavimus, etſi renuat *Thom. Sanch. lib. 4. de matrim. diſp. 6. à num. 1. uſque ad 35. & ad precept. Decalog. lib. 4. cap. 3. num. 24.*

54 Simplex autem votum non obligat in conſcientia, etiam ſi metu levi fiat, dummodò ipſe metus ſit cauſa, ſine qua votum factum non fuiſſet, *Rebell. de oblig. iuſt. 2. par. lib. 1. quæſt. 5. num. 10.* Sed cùm quoad vim ſe obligandi Deo tantum importet votum ſimplex, quantum ſolenne, ut tradit *Turrecrem.* poſt *Hugon. in cap. vidua, num. 2. 20. quæſt. 3.* vi-

videtur non ſufficere quemlibet metũ levem, ut votum ſit irritũ coram Deo;
55 cùm in ſolenni non ſufficiat, ſed oportêre eſſe gravem; ità *Lopez 1. par. cap. 45.* tamen metus levis faciliorem cauſam præſtat diſpenſandi, quia ſimiliter hic minuit voluntarium, *Sanch. d. cap. 3. num. 25.* & eſt ſufficiens, ut iuramentum homini præſtitum valeat ab Epiſcopo relaxari; idem *de matrim. lib. 4. diſput. 20. num. 9.*

56 Pro huius rei colophone unum mirabile prætereundum non duxi, videlicet, votum ſolenne religionis metu iuſto, ſeu in conſtantem virum cadente factum uſque adeò eſſe nullum, ùt licèt ille, qui metu vovit, iureiurando confiteatur in iudicio, ſe dum illud voverat, conſenſum adhibuiſſe, nihilominus ſi iuſtum metum legitimè probaverit, abſolvetur voto, probant *Soto diſtinct. 29. quæſt. 1. art. 3. §. de voto,* dicens, talẽ eſſe uſum Eccleſiæ: ſequitur *Rebell. d. q. ad fin.* quod nihilominus non eſſet in foro cõſcientiæ; quia ſtandum foret dicto voventis, *cap. illud, de cler. exc. miniſt. Extrav. inter cæteras, verſ. Super confeſſione, de privil. inter comm. gloſſ. in cap. ſignificaſti, in 2. de homic. verb. Credendum ſit, in cap. ſi verò, in 2. de ſent. excomm. & in §. ſed iſtæ quidem, Inſtit. de act. gloſſ. in Clem. 1. de privil. verb. Non habita, Felin. in cap. licèt Heli, num. 2. de ſimon. Valer. in differ. utr. f. r. verb. Metus, differ. 3. num. 5. & verb. Pœnitentia, differ. 5. numer. 2.*

57 Diſpenſatio metu facta an valeat? nunc diſquiri debet. Et adfirmativè reſolvunt *Sanch. lib. 4. ſumm. cap. 47. numer. 8. & 9. Martin. Bonacin. de legib. in genere, & in particulari, punct. 6. diſp. 1. quæſt. 2. propoſ. 1. tom. 2. fol. 52.* Ex eo, quòd omnes contractus metu geſti teneant.

Sed hæc ſententia corruit ex ſeqq.

58 Primò, quia certum eſt, omnes contractus metu geſtos neutiquam valêre, ut ſuperiùs *lib. 1. cap. ult.* abundãter probavimus.

59 Secundò, argumentum de maiori ad minus validum eſt, *l. in ſuis, in fin. D. de liber. & poſthum. l. nec in ea 22. D. de adulter. Auth. multo magis, C. de ſacroſ. Eccleſ. Velaſc. in Axiom. litt. A. num. 454.* Ergo ſi votum metu factum non tenet, ſimiliter non tenebit diſpenſatio.

60 Tertiò, diſpenſatio reſpicit favorem; at favor nullam debet ſapere coactionem; ergo diſpenſatio metu facta nulla eſt; ità in terminis *Baſil. de matrim. lib. 4. cap. 8. num. 15.*

61 Quartò, ſi daretur diſpenſationem metu factam validam eſſe, ſequeretur maximum abſurdum; quòd cogẽs frueretur utilitate, vel particeps illius eſſet, qui quidẽ puniri debebat, ut enim ait *Senec. lib. 4. cont. 8. Æquè dignus eſt pœna, qui ipſe vim adhibet, ut qui ab alio admota ad lucrum ſuum utitur, l. non intereſt, C. hoc tit.* cum alijs ſimil.

62 Quintò, metus adimit conſenſum, *l. nihil 116. D. de regul. iur.* Ergo diſpenſans propter metum non præſtat adſenſum diſpenſationi, ſicque non valet diſpenſatio.

63 Cui elegãter adſtipulatur *D. Thom. 1. 2. quæſt. 6. art. 4. & quæſt. 74. art. 2.* ibi: *Dicendum: quòd duplex eſt actus voluntatis: unus quidem, qui eſt eius immediatè, velùt ab ipſa elicitus, ſcilicet velle: alius, qui eſt actus voluntatis à voluntate imperatus, & mediante alia potentia exercitus, ut ambulare & loqui; qui à voluntate imperantur mediante potentia motiva.* Igitur ſi actus voluntatis eſt velle, & metus obponitur voluntati, ſequitur apertè, diſpenſationem metu gravi factam non tenêre, ſed irritam & nullam exiſtere, cùm careat voluntate & velle.

64 Sextò, actus non operantur ultra intentionem agentium, *l. non omnis, D. ſi cert. petat.* Sed diſpenſans propter metum non intendit id agere; ergo diſpenſatio non ſubſiſtet.

65 Quæ quidem ſententia ità corroborata & fulcita extendenda eſt ad delegationem poteſtatis commutandi, aut diſpenſandi metu gravi extortam, ut nuſ-

nuſquam valorem habêre queat, per *l. 2. in princip. D. de iudic.* cum alijs iam ſuo loco congeſtis.

66 Nam, ut optimè oſtendit *D. Thom. 1. 2. quæſt. 9. art. 1. Fines & perfectiones omnium aliarum potentiarum comprehendũtur ſub obiecto voluntatis, ſicut quædam particularia bona; ſemper autem ars, vel potentia, ad quam pertinet finis univerſalis, movet ad agendum artem & potentiã, ad quam movet finis particularis ſub illo univerſali comprehenſus: ſicut Dux exercitus, qui intendit bonum commune, ſcilicet, ordinẽ totius exercitus, movet ſuo imperio aliquem ex Tribunis, qui intendit ordinem unius aciei.*

67 Nec obſtat, quòd in hac delegatione nõ delegetur iuriſdictio aliqua, cùm irritare non ſit actus iuriſdictionis, ut dictat *Sanch. lib. 4. ſumm. cap. 47. num. 9.*

Nam ſatisfit, diſpenſationem eſſe de lege iuriſdictionis, per *cap. ex tranſmiſſa, de translat. Prælator. & gloſſ. in Clem. 1. de reſcript. Borgaſ. de irregul. par. 2. rub. an diſpenſatio ſit de lege diœceſana, num. 4. Auguſt. Barboſ. de offic. & poteſtate Epiſcop. part. 1. tit. 1. cap. 1. num. 16. & 17.*

68 Sicque cùm in delegante ſit poteſtas, & delegare exiſtat actus iuriſdictionis, *l. imperium, in ultim. reſp. D. de iuriſdict. omn. iudic. Pereg. lib. 1. variar. in Rubr. de offic. & poteſt. iud. deleg. fol. 16. num. 5.* evidenter *Sanch.* convincitur; cùm iuriſdictio delegantis delegetur.

69 Rurſus etſi fateremur nõ delegari aliquam iuriſdictionem, adhuc eius adſertum adſtabit in confirmationem. Nam metus cùm ſit, omnia irritat, itaque quamvis nulla iuriſdictio adpateat, actum qualemcunque ceſſare, & effectũ ſortiri impediet.

70 Cæterùm perquàm ridiculum erit, quòd exiſtente coactione valeat delegatio, & cùm *Sanch.* ipſe concedat metum in illa extitiſſe; quâ de causâ non adnullabit?

71 Tandem diſpenſare idem eſt, quòd à legibus ſolvere, & à vinculo legis eximere, *cap. de multa, ad fin. de præbẽd. cap. præpoſuit, de conceſſ. præb. cap. at ſi clerici, §. de adulterijs, de iudic. Auguſt. Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſcop. par. 2. alleg. 33. n. 2.* Sed irritatio in hoc tendit; igitur eſt actus poteſtatis, & iuriſdictionis.

SVMMARIVM.

1 COMMENDANTVR compromiſſa.
2 Definitur.
3 Etymon.
4 Arbitri ſingulorum placito eliguntur.
5 Eorum poteſtas ex compromiſſo pendet.
6 Non habent poteſtatem iudicandi ultra comprehenſa in compromiſſo.
7 Magna eſt arbitrorum poteſtas.
8 Diſcrimen inter iudicem & arbitrum verſatur.
9 Arbitri debent æqualitatem ſervare.
10 Iudicis nomine continentur.
Vocabantur Diætitæ.
Diæta dicebatur cœnaculum.
Vel habitatio in hortis voluptatis cauſa.
Convivia adhibebantur apud Romanos ad concordiam agnatorum, ſi quæ fuiſſet diſſenſio.
11 Amici plerumque arbitri fiunt.
12 Arbiter de iure, & de facto cognoſcere poteſt.
13 Appellatur iudex compromiſſarius.
14 Arbiter non poteſt excedere iuris diſpoſitionem.
15 Definitur arbitrator.
16 Sponſionis cauſa arbiter eligitur.
17 A ſententia arbitri adpellari nõ poteſt.
18 An pro obſervantia arbitrij poſſit agi ad pœnam conventionalem, remiſſivè.
19 Compromiſſum eſt tranſactio.
Factum in arbitros requirunt ſcripturã.
Per id non cenſetur renuntiatum ſententiæ.
20 Novatio inſtrumentorum non fit per compromiſſum.
21 Finitur morte. & 22.
23 Emptor compromittens privatur commodo evictionis.

Mi-

24 Minor compromittens non reſtituitur.
25 Compromittere nemo compellitur.
Metu factum nullum eſt, ibi.
26 Ampliatur. & 27.
28 Reſtringitur. uſque 33.
Ob potentiam litigantium poteſt Princeps avocare cauſam ad Curiam.
34 Non datur compromiſſum inter cõpulſos etiam ex inſtrumento guarentigiato executioni mittendo.
35 Super rebus maioratus compromiſſum non fit.
Intelligitur hæc doctrina.

CAPVT XXII.

De Compromiſſo.

1 COMPROMISSORVM commendatio favore maximo digna eſt, quia & litiũ moræ arbitrijs reſolvũtur, & cõtroverſiæ abſq; publico judiciorum ſtrepitu privatim intra parietes diiudicãtur, ut eâ ratione victor, quod ſuum eſt, conſequi poſsit; victus ſine dedecore, ſine tædio, & damnosâ litis diuturnę expensâ quidquid æquũ eſt, præſtare iubeatur, *Alderan. Maſc. de ſtatut. interpret. concl. 4. num. 142. Robert. lib. 3. rer. iudic. cap. 13.*

2 Definitur autem cõpromiſſum, quòd
ſit ſimultanea promiſſio partium, quæ earũ
ſponte controverſiam in alicuius boni viri
arbitrium remittunt. Corraſ. lib. 4. miſcell.
cap. 18. num. 4. Paul. Chriſt. deciſ. Belgic.
3 *257. num. 5. vol. 1.* Derivatur à præpoſi-
tione *cum* (verſa *u.* in *o.* propter compo-
ſitionem, ut inquit *Priſcian. lib. 14.* dum
loquitur de prępoſitione *cum*) & à ver-
bo *promiſſum*, quaſi ſimul promiſſum. In-
ſpectâque hâc etymologiâ omnes invi-
cem eodem tempore aliquid promittẽ-
tes, compromittentes dici poterunt.
Licèt teſte *Ioan. Bapt. in tract. de arbitr.*
lib. 1. cap. 1. Iuris Cæſarij, & Pontificij
Cõditores hęc ſtrictiùs accipiẽtes, pro
eo tantùm ſecundùm eos capiendũ eſt,
quod invicẽ à pluribus promittitur tribuẽtibus alteri ſine iuriſdictione notionẽ quandam cum iudicandi poteſtate, *l. 1. 2. & 3. & per totum, D. & C. de arbit. & in Decret.* & hoc modo in præſenti materia adſumendũ eſt hoc nomen, *Azeved. in l. 4. num. 6. tit. 21. lib. 4. Recop.*

4 Hinc fit, quòd quando res ad plures, ut ſingulos, committitur, arbitri cõpromiſſarij omnium, ut ſingulorum, placito ſunt eligendi, *cap. 1.* extr. *de arbitr.* ſin autem ad plures, ut univerſos, maioris partis placitum ſufficiet, *Abb. in dict. cap. 1. notab. 1. Imol. num. 6. Aug. Barboſ. num. 2. Rebuff. tom. 3. ad leg. Gall. tract. de arbitr. art. 1. gloſſ. 3. num. 2. Verrut. lib. 1. de verb. ſignif. verb. Arbitrium, Menchac. uſufr. cap. 37. num. 26.*

5 Arbitrorum poteſtas ex compromiſſo pendet, *l. non diſtinguemus, §. de officio, l. ſi cùm dies, §. plenum, D. de arbitr. Corn. conſ. 168. vol. 1. & conſil. 293. vol. 3. Marian. Socin. Iun. conſ. 63. num. 6. vol. 1. Cacheran. deciſ. 39. num. 5.*

6 Vnde non habent poteſtatem iudicandi ultra comprehenſa in compromiſſo, *cap. cùm dilectus 6.* extr. *de arbitr. Iaſ. in l. reconiuncti, num. 253. D. de leg. 3. & l. cùm Aquiliana, num. 6. 7. & 8. D. de tranſact. & in l. curatores, num. 29. D. de offic. Proc. Cæſ. Cardoſ. in prax. iudic. verb. Arbitramentum, num. 3. Camil. Borrell. tom. 1. ſumm. Deciſ. tit. 63. num. 236. Azeved. in l. 4. num. 119. & num. 180. tit. 21. lib. 4. Recop.* faciunt *Petr. Barboſ. in l. 2. §. legatis, num. 241. D. de iudic. Anton. Hering. in tract. de fideiuſſ. cap. 5. n. 67. cũ ſeqq.* Aliàs erit nullum laudum, ſi ultra ea, quæ in compromiſſo expreſſa fuerint, prolatũ fuerit, *cap. per tuas, de arbitr.* valebit tamen in vim pacti, ſi fuerit à partibus ratificatum, & confirmatum, *Afflict. deciſ. 117. n. 6. Surd. deciſ. 53. num. 22. Magon. deciſ. Luc. 48. num. 17. Barz. deciſ. 112. à num. 10. Marc. Ant. de Amat. deciſ. 58. num. 18.*

7 Magna eſt arbitrorum poteſtas, quæ ex partium cõſenſu, & lege ſtatuta, niſi reſtringatur, excedit iudicũ poteſtatẽ, ele-

eleganter *Senec.lib.3.de benef.cap.7.* ibi: *Prætereà quæcunque in cognitionem cadunt, comprehendi poſſunt, & non dare infinitam licentiam iudici. Ideò melior videtur conditio cauſæ bonæ, ſi ad iudicem, quàm ſi ad arbitrum, mittit: quia illum formula includit, & certos, quos non excedat, terminos ponit; huius libera, & nullis adſtricta vinculis religio, & detrahere aliquid poteſt, & adÿcere, & ſententiam ſuam non prout lex, aut iuſtitia ſuadet, ſed prout humanitas, & miſericordia impulit, regere. Ann. Robert. lib. 1. rer. iud. cap.7. Feſt.lib.1.*

8 Atque id diſcrimen verſatur inter arbitrum & iudicem, quòd ille quantum æquius melius definit, iſte rigidè, ut petitum eſt, & directè, *Briſſon. 3. formul. Senec.lib.2.de clem. cap. 7.* ibi: *Clementia liberum arbitrium habet: non ſub formula, ſed ex æquo & bono iudicat. & abſolvere illi licet, & quanti vult, taxare litem. Caſ.3. belli civil. De his rebus cùm ageretur apud Cæſarem, iſque maximè vellet pro communi amico, atque arbitro controverſias Regum componere.*

9 Sed æqualitatem, quâ debent arbitri uti, propoſuit *text. in l. ubi falſi 22. C. ad leg. Cornel. de falſ. & Ariſt. lib. 4. Ethic. cap.4.*

10 Iudicis nomine ipſe, ſive arbiter cõtinetur, *Roſin. lib. 9. Antiquit. Roman. cap.14.litter.C. Terent.in Heauth. Simo, & Crito vicini hic ambigunt de finibus, me cœpere arbitrum. Martial. lib.6. epigram.35.*

Septem clepſydras magna tibi voce petenti
Arbiter invitus, Cæciliane, dedit.

11 Ad munus arbitri plerumque utriuſque partis amici eliguntur, quorum interventu ſpes eſt fore, ut diſſentientibus cõveniat, *Langl.5. ſem. 4. pag. 233. & ſeqq.* ubi à *Cicer. pro Cæc.* & alibi, domeſtici diſceptatoris, & amici nomine arbitros innui oſtendit, *& Pollet. 3. Hiſt. for. 12. Oſſuald. in Donell. lib.28. comm. cap.ult.*

Nunc adnotandum eſt, quòd *Diatitæ* iudices quidam fuerunt, ſeu domeſtici diſceptatores, ad quos homines litigaturi ex compacto deferebant diſceptationem ſuarum controverſiarum, nolentes ambigere apud iudices ordinarios. Oportebat autem huiuſmodi arbitros eſſe ſexagenarios, aut paulòminus, à quibus ij, qui iudices dicuntur, adpellabantur, ſi ſententia videbatur iniqua. A quo compromiſſo, vel arbitrio licebat recedere re integrâ, *Budæus in comment. ling. Græc. fol. 150. in fin.* ubi etiam, quòd iſti erant arbitri, quos Latini honorarios vocabant, *Cicer.5.Tuſc. Quorum ſolebat tanquam honorarius arbiter Carneades iudicare: & lib. de Fato.*

Quemadmodum etiam huiuſmodi arbitrium adpellabant veteres honorariam, & domeſticam diſceptationẽ, *Cic. pro Cæcin. Budæus in cõm. ling. Græc. fol. 151. & 152.* ubi etiã de alio genere arbitrorum, qui non electione, ut ſuprà dictũ eſt, ſed ſortitione arbitrãdi poteſtatem habebant, & ij enim erant annui Magiſtratus, & ibi etiã de Prætore, qui Romæ iudicibus præerat, & iudex quæſtionis, ſeu diſceptationis dicebatur, & quæſitor, de quo etiam idẽ *Budæus in P. Cuiac. lib.21. obſerv. cap.30.* cum alijs per *Marcell. Donat. ad Tacit. lib. 1.* in illis verbis: *Patiens tulit abſolvi reum criminis Maieſtatis, de pecunÿs repetundis itum ad Recuperatores, fol. 96. & ad Sueton. Tranq. in Auguſt. cap.32. fol.239. Rebuff. in l. ſolvendo 114. verſ. Sexta, D. de verb. ſignif. fol. 628. & in l. pecunia 178. in fin. D. eod. fol.818.*

Vocabantur autẽ præfati arbitri, ſeu domeſtici diſceptatores, *Diatitæ*; à verbo Græco *diætin*, quod eſt, arbitri officio fungor: cùm *diæta* apud Græcos ſumatur pro loco, quo arbitri ad iudicãdum conveniunt, à *diæteo*, iudico ut arbiter: unde *diæta* criminũ, id eſt iudiciũ criminum, & de *diætetis*, id eſt arbitris, plura *Pollux lib.8.* quem refert *Cal. Rhodig. lib.12. lect. Antiq. cap.18.* ubi etiam quòd iſti differebant ab illis, qui vocaban-

bantur Dycaſtæ, de quibus *Ariſt.lib.5. Ethic.cap.4.*ubi *Muret.fol.367.Cæl.Rhodig.lib.23.lect.Ant.cap.16.*hoc eſt, iudices,& illorum *Echinus* erat nunc æneus, nunc ex opere figlino,in quem teſtium dicta conijciebantur.

Quidquid aliàs *diæta* diceretur cœnaculum, in quo æſtate ad umbrã, hyeme ad ſolem cœnatur, *Plin.in epiſt.* Vnde *Diætarij* miniſtri *Diætæ*, *l. quæſitum 12. §. hoſtiarij autem, D. de fund.inſtr.* & *Diætarij* fures, qui aliena cœnacula furandi animo ſe dirigunt, & plùs puniũtur,quàm fures, de quibus *in l. ſaccularij 7.in princip.D.de extraord.crimin.& l.1. §.ultim.D.de effractor.* ubi malè legitur, ibi: *Directarij adpellantur; hoc eſt, qui in aliena cœnacula ſe dirigunt furandi animo.* Nam pro *directarij* reponi debet *diætarij*;id eſt,qui ſe in diætas, & cubilia potentũt ingerũt,ità rectè *Zaſ.in Paratitl. de offic.Præf.Vigil. & ad l.43. §.1.de leg. 2.num.2. Poſſard.de Magiſtrat. Athenienſibus,cap.8.in fin.*

Quare non eſt audiendus *Oſſuald. in Donell.lib.15.comm.cap.29.litt.B.& Cuiac.lib.10. obſerv.cap.34. Dionyſ.Gothof. in dict.leg.*

Iſti autem diſceptatores,& arbitri,id eſt, *diætitæ*, iudices erant per ſingulas tribus lecti numero quatuor & quadraginta. Moris autem erat in locum certum arbitros convenire, copiamque ſui facere,& præbêre cuivis furibundo, ut ſi ipſi ſordidè, vel ambitioſè, vel offenſo animo arbitro uſi eſſent, in promptu reſpondêrent ei, qui ſe ab illis damno affectum eſſe conquereretur; prout ex *Demoſthenis* Interprete docet *Budæus in comm. ling. Græc.fol. 150. ad med.* ubi etiam quòd *diæta* verbum non ſolùm arbitrari, ſed etiam conciliare, & componere diſcordiam ſignificat.

Diæta tamen propriè eſt habitatio in hortis voluptatis causâ, *l. Senatus,§. Marcellus,D.de leg.1.* ſed & quandoque ab hortis ſeparatur, & pro parte ædium accipitur, *l.uxorem, §.in teſtamẽto,D.de leg.3.* Nam in *diæta*, quæ *zeta* etiam dicitur, erat dormitorium cubiculum,iũctaque *diætæ* amicorum cœnatio, *Plin. lib.5.epiſt.6.Iacob.Guth.de offic.dom.Aug. lib.3.cap.29.fol.662.*

Et arbitri dicuntur, qui totius rei habent arbitrium & facultatem, *Feſt.in verb. Arbitrium*,eorumque iudiciũ definitio adpellatur, *Iacob.Guth.de offic.dom. Auguſt.lib.2.cap.21.fol.400.*

In conſideratione eſt,quòd ſodalitatum lautiſsima fuête convivia Phiditia Laconũ, Andria Cretenſium, Atheniẽſium Apaturia,aliæque Phatriarũ ſympoſiacæ coitiones, de quibus *Ariſt. lib. 2.Polit.cap.8.Herod.lib.1. & Plutarc.in Lycurg.*

Vnde & *Plat.* Philoſophorũ ſeveriſſimus admiſit huiuſmodi compotatiũculas ex more Græcorum ad largiùs bibendum,modò ne prætereatur ratio.

Sic Romani ſolenne conviviũ inſtituerunt, Cariſtiam ritè adpellatum,cui præter cognatos,& adfines nemo interponebatur, & ſi qua inter neceſſarias perſonas querela eſſet orta, apud ſacræ menſæ, & inter hilaritatem animorum fautoribus cõcordiæ adhibitis tolleretur, *Valer.Max.lib.2.cap.1.de inſt.antiq.*

12 Arbiter de iure & facto cognoſcẽdo procedere poteſt, in pronuntiando verò de iure tantùm ſententiam profert, *Bart.in l.ſocietatem, §.arbitrorum, n.7. & 8.D.pro ſocio,Ladereb.conſ.151.num. 3.vol.1. Barz.deciſ.67.num. 13. Sylveſt. Aldob.conſ.12.num.44. vol.1. Bertazol. conſil.civil.31.num.13.vol.1. Paſet.conſ. 79.num.1.vol.1. Gall. lib.2. obſerv.150. num.4. Sim.de Prat. conſ.136.n.73. vol. 1.Lancel. Gall conſ.110.num. 12. vol.1. Lel.Zech.de privil. Eccl. privil.83.n.40.*

13 Propterea iudex cõpromiſſarius adpellatur, *l.ſocietatem, §. arbitrorum,D. pro ſocio,l.2. C.de iur. iurand. propt.calũniam dando, l.cum lege, l. peti, C. de pact.* & voluit *Venator in analyſi iuris Pontificij,lib.1.tit.43.verſ.Vnde dicitur.*

14 Quod declarandum eſt,quòd etſi arbiter iuris formam tanquam iudex ſervare debeat, & iuris diſpoſitionem non ex-

excedere, ob quietē nihilominus, & bonum pacis extra compromiſſum poteſt manus extēdere, *arg. cap. niſi eſſent*, extr. *de præbend. & l. capitalium, §. ſolent, D. de pœn. Blanc. de compromiſſ. q. 5. n. 16. Alex. Raudenſ. deciſ. Piſan. 23. num. 33.*

15 Arbitrator autem eſt quidā amicabilis compoſitor, qui potius de facto, & ſine aliquo iuris ordine, quàm de iure litem dirimere debet, *l. ſocietatem, § arbitrorum*, ubi *Bart. n. 7. & 8. D pro ſoc. Maſt. deciſ. 91. num. 1. Salgad. de Reg. protect. tom. 1. par. 2. cap. 13. num. 107. & 108.*

16 Vnde cùm penes aliquē res deponitur ſponſionis causâ, ipſe ut arbiter electus videtur, ut de victoria ſententiam proferat, & vincenti reſtituat, quòd ſi id facere neglexerit, ſententiam dicere cogendus eſt, *l. litigatores 11. §. quid ergo, D de arbitr. Narbon. in l. 31. gloſ. 11. num. 11. tit. 7. lib 1. Recop.*

17 Appellari à ſententia arbitri nō poteſt, ſive æqua, ſive iniqua illa fuerit, ſervanda, & illi ſtandum eſt, *l. diem proferri. §. ſtari, D. de arbit. l. ſocietatem, §. arbitrorum, D. de arbitr.*

Multas tamen ea regula declarationes patitur, *Gail. lib. 1. obſerv. 1. num. 49. Robert. lib. 3. rer. iudic. cap. 8. Ant. Fab. in Cod. lib. 2 tit. 35. definit. 6. in fin. vol. 1. Paul. Chriſt. deciſ. 257. vol. 1.* late *Camill. Borr. d. tit. 63. à num. 253. cū multis ſeqq.*

18 Vtrùm autem pro arbitrij obſervantia agi poſsit ad pœnam conventionalē? Vide *Abb. in cap. cùm à nobis 12. n. 14. & Bero. 79.* extr. *de arbit. Abb. in cap. ſuā, num. 6. de pœn. Bart. & Scribentes in l. 4. §. Cato, & in l. 5. §. ſi ſortem, D. de verb. Mant. Dial. 45. Stracch. de mercat. tit. de contract. mercat. n. 24. Gig. de penſ. quæſt. 94 num. 10. Navarr. in Manual, cap. 17. num. 125. & cap. 23. n. 68. Covar. de ſponſ. par. 2. cap. 6. § 8. num. 11. Clar. §. furtum, verſ. Pœna, & §. ult. quæſt. 80. Afflict. deciſ. 135. Menoch. de arbitr. caſ. 460 à num. 13. Menoch. de ſucceſſ. creat. §. 10. n. 662. Vaſc. conſ 35. & 86. à princip. Gutter. canonic. lib. 2. cap. 20. à num. 10. Sarmient. lib. 3. ſelect. cap. 6. num. 10. Cened. ad Decret. collect. 122. Facbin. lib. 1. cont. c. 97. verſ. 4. & lib. 10. cap. 94. Barboſ. in l. 2. num. 42. D. ſolut. matr. Surd. deciſ. 259. num. 1. & 260. num. 22. & conſ. 348. num. 7. Camill. Borr. dict. tit. 63. à num. 292. Grat. cap 928. num. 18. tom. 5. Petr. Greg. lib. 47. ſyntag. cap. 39. num. 26.*

19 Sciendum eſt, compromiſſum eſſe tranſactionem quandam, *Magon. deciſ. Florent. 85. Cavalc. deciſ. 45 par. 1. Gail. obſervat. 141. lib. 1. Barz. deciſ. 63. Perez in l. 4. gloſſ. 3. col. 2. pag 639. in princ. tit. 8. lib 3. Ordin. Auguſt. Barboſ. in cap. expoſita 11. n. 6.* extr. *de arbit.* & factum in arbitros requirit ſcripturam, *Ant. Fab. in ſuo Cod lib. 7. tit. 26. defin. 2 vol 2. Magon. deciſ. Florent. 119. Ioan. Mar. Novar. collect. 19. num. 28.* & per id non cenſetur renuntiatum ſententiæ, *Surd deciſ. 185. Raudenſ. deciſ. 23. D. Marta in D. noviſſ. tom. 1. tit. compromiſſum, cap. 11.* & publicatis atteſtationibus fieri nequit inter coniunctos, *Ioann. Aloiſ. Ricc. collect. 2071. par. 5.* quod intelligas ſecundùm *Carroc. deciſ. 98.* ſi atteſtationes publicatæ eſſent adeò ſubſiſtētes, & in iure claræ, ut nihil remanêret, niſi ſententiam ferre, aliàs ſecùs.

20 Novatio inſtrumentorum non fit per compromiſſum, *Rota divers. deciſ. 171. par. 2. D. Marta in D. noviſſ. tom. 1. tit. compromiſſum, cap. 22.* & quod plus eſt, eo nō obſtante executio peti poteſt, *Socin. in l. pecuniam, num. 11. D. ſi cert. petat.* ubi decidit, quòd ſi eſt factum compromiſſum contra inſtrumentum guarentigiatum, pendente tali compromiſſo inſtrumentum habet executionem paratam ſuper contentis in eo, *Cartar. deciſ. 2. num. 10.*

21 Arbitrium compromittentiū morte finitur, *cap. ex parte 10.* extr. *de arbitr.* neque tranſit in heredes ipſorum, *cap. penult.* ubi *gloſſ. ult. de offic. deleg. l. diē proferre 32. § 1.* ubi *gloſſ. verb. Morte, l. ſed &, §. ult. D. de arbitr. l. 28.* & ibi *gloſſ. 2. tit. 4. par. 3. Marant. de ordin. iudic. p. 4. diſt. 5. num. 33. Lanfranc. de arbitr. 3 q. 4. princip. Bober. ſing. 0. num. 6. Blanc. de compr.*

prom. quæſt. 6. à num. 1. Hippolyt. ſing. 54. Dueñ. reg. 128. Mieb. Graſſ. tom. 1. comm. opin. lib. 3. tit. 26. num. 57. 58. & 59. Barboſ. in l. heres abſens, in princ. num. 30. & 31. D. de iudic. & num. 32. Ioan. Baptiſt. Coſt. de fact. ſcient. cent. 1. diſt. 75. num. 1.
22 *cum ſeqq.* adſerit compromiſſum extingui etiam ſi unus ex compromittentibus decedat poſtquàm iam erat concluſum in cauſa, *Aug. Barboſ. cap. ult. n. 2. 3. & 4.* extr. *de arbitr.* & etiam expirat morte illius, qui arbitriũ habebat, *Rota apud Farin. decis. 651. n. 2. p. 2.* recẽtior.

23 Non erit parvæ utilitatis obſervare, quòd quamvis emptor compromittens privetur commodo evictionis, *l. ſi dictũ, §. ſi compromiſſero, D. de evict.* ſi tamen compromittat ex forma ſtatuti, vel ex alia cauſa neceſſaria, evictionis beneficium non amittit, ut latè tradit *Caballin. de evict. pag. 203. num. 17.*

24 Hinc eſt etiam, quòd quamvis minor ex cauſa voluntaria reſtituatur in integrum, *l. ſi minor 25. annis filio, D. de minorib.* Attamen iſtud non procedit, ſi ex forma ſtatuti minor compromiſit, ut docent *DD. in l. fin. C. de in integ. reſtit. min.* & maximè *Caſtr. num. 4. & Alex. num. 7.* & latiùs *Blanc. de compromiſſis, fol. 117. Achill. Pedroch. conſ. 16. n. 123.*

25 Compromittere nemo regulariter compellitur, *gloſſ. in l. furti, §. qui iuſſu,* & ibi claré *Bart. D. de his, quĩ not. infam. Lanfranc. de arbitr. par. 7. quæſt. 45. Socin. Iun. conſil. 24. num. 9. lib. 1. Honded. conſil. 9. num. 9. vol. 1. Hippolyt. Rimin. conſ. 312. num. 24. & conſ. 676. num. 99.* ideò compromiſſum metu factum nullum eſt ipſo iure, & invalidum, *Salic. in l. interpoſitas, num. 5. C. de tranſ. Bald. cõſ. 142. lib. 1. Angel. 218. num. 3. Tuſch. pract. verb. Metus, concl. 216. num. 9. & 10. & concl. 218. num. 2. & 5. Proſper. Farin. 2. par. fragm. verb Metus, num. 31. Bald. in l. ſi qui, num. 3. C. de Epiſcop. aud. Suarez alleg. 23.* ubi *Additio, Roland. Cavagnol. in obſerv. ad Menoch. conſ. 1. num. 87. 88. & 89.*

26 Quamobrem quando ad cõpromittendum extat coactio, quia quis ob id ſuâ ſponte compromiſiſſe dici nequit, permiſſa eſt à laudo adpellatio, ſeu reductio, ità poſt *Ioan. And.* docuit *Angel. Aretin. in l. ex conſenſu, num. 2. D. de adpell. Barbat. conſ. 40. col. 14. lib. 4. Blanc. de compromiſſ. quæſt. 10. num. 5.* quò loci ex ipſo *Aretino* commemorat rationem, quæ hûc maximè pertinet, inquit ille, ob id adpellationem hoc in caſu eſſe permiſſam; quia arbiter datus à cogente, licèt de conſenſu partium, dicitur quodammodò arbiter iudiciarius, & magis dicitur arbiter iuris, quàm meri facti; & propterea mirum non eſſe, ſi ab eius laudo concedatur adpellatio, *l. ult. C. de iudic.* ſequitur *Menoch. conſil. 406. num. 36. vol. 5.*

27 Amplia ſuprà poſitam concluſionem; ut adeò ſit vera, quòd ſi iudex quempiã indebitè ad compromittendum cõpulerit, compromiſſum ſit ipſo iure nullũ, ut ſcribunt *Cacialup. de tranſ. q. 20. ſub num. 1. Felin. in Rubr. de treg. & pac. n. 1.*

28 Quæ tamen communis, & regularis concluſio ſequentes reſtrictiones capit. Et primò ceſſat in Papa & Imperatore, quia ipſi ad compromittendum cogere poſſunt, *argum. text. in cap. cùm inter R.* & ibi notant *Innoc. & Abb. de elect. But. in cap. 1. num. 24. de mut. petit. Caſt. in l. quidam exiſtimaverunt, num. 6. D. ſi cert. petat. Alexand. conſ. 62. ſub num. 1. lib. 7. Afflict. deciſ. 149. ſub n. 6.* & ibi *Urſil. in adnot. n. 9.* etiã in his, de quibus diſponere non poterant, ut in maioraribus, ut tradunt *Pinell. in l. 1. par. 3. n. 5. in 8. limit. C. de bon. mat. Alciat. reſp. 87. n. 19. Molin. de primog. lib. 4. cap. 9. num. 32. Mier. eod. tract. q. 22. par. 4. n. 5. & q. 37. par. 1. n. 5. Meneſ. in l. unum ex familia, §. ſi de Falcidia, n. 20. de leg. 2. Sarm. ſelect. lib. 1. cap. 8. num. 18. Morl. in empor. tit. de tranſ. q. 3. num. 30. Borrel. in ſumm. tit. 36. num. 37. Rovit.* latè *conſil. 15. dict. text. in cap. cùm inter R. 16. de elect.* ibi: *Ad componendum coëgit invitum, cap. placuit, 9. diſtinct. cap. nonnulli 28. de reſcript.*

Ra-

Ratio eſt, quia ut lites terminentur, pertinet ad publicam utilitatem, *l.1. D. de arbitr. l. quoties, C. eod. l. ubi pactum 40.* ubi *Leo, C. de tranſ.* eleganter *Cicer. lib. 1. de legib.* ibi: *Et ea ſalus litium multitudine maximopere læditur, ideò ad conſervationẽ illius præcepti multa quidem excogitarunt, tã ad impediendas eas ſua origine. Gunther. in Lygurin. lib. 11.*

Hoc quoque per cunctas Regnator Teutonus urbes,
Non modo Teutonicas, ſed & hic, & ubique iacentes
Ius habet: ut præſens quaſi maximus omnia iudex
Claudere iura manu, eliſ:ſq. recidere lites
Debeat: atq; omnis iudex, omniſq; poteſtas,
Atque Magiſtratus illo præſente quieſcant.

Ex hoc fit, quòd Princeps propter potentiam litigantium poteſt ſibi avocare cauſas ad ſuam Curiam, *Authent. qua in Provincia. C. ubi de crimin. agi oportet, verſ. Excipitur,* ubi *Gug. de Cum. & Bald. Maſtrill. de Magiſtrat. lib. 3. cap. 4. num. 166.* Vel quando lis eſt cum iudice durante officio, *l. 21. titul. 5. lib. 2. Recop. Gregor. Lop. in l. 5. tit. 3. par. 3. gloſſ. 2.* & generaliter in caſibus Curiæ, de quibus *in l. 8. tit. 3. lib. 4. Comp.* ubi *Azeved. Covarr. pract. cap. 6. & 7.*

29 Secundò, cùm iudex videt ſe non poſſe expedire cauſam per ſententiam, quia tunc valet interponere officium ſuum, & cogere partes ad compromittendum, *Blanc. de compromiſſ. in princip. ſub num. 1. Caputaq. deciſ. 166. n. 1. par. 1.* & in caſu imminentis ſcandali non ſolùm litigantes ad compromittendum, ſed etiam conſanguineos ad acceptandum compromiſſum, *Cacialup. de tranſ. quæſt 20. ſub num. 3. Bald. in l. 1. §. quamvis, D. ubi pupill. educ. debeat, Crem. ſing. 58. Roland. à Valle conſ. 45. n. 56. lib. 1.*

30 Tertiò, quando partes diù litigaſſent, & quæſtio eſſet multùm dubia, tunc enim iudex diceretur habêre iuſtã cauſam cogendi eas ad compromittendum; *argum. text. in cap. placuit, diſt 90. Roman. conſ. 126. Alexand. in l. æquiſſimũ, D. de uſufr. Lanfranc. de Orian in tract. de arb. diviſ. 7. quæſt. 45. num. 92. verſ. Secundò fallit.*

31 Quartò, quando lis eſt dubia, & non reperitur deciſio in terminis, & rationes militãt hinc inde, *Anchar. conſ. 210.* quem referunt, & ſequuntur *Felin. in Rubric. de treg. & pac. ſub n. 5. verſ. Pro iſta fallentia, Afflict. dict. deciſ. 149. in fin.*

32 Quintò, cùm tales eſſent lis, ſeu lites, ut ex eis inquietaretur Reſpublica, quia tunc iudex poteſt ſimiliter cogere partes ad compromittendum, *Auth. de mãd. Princip. §. eos autem, Angel. in l. furti, §. qui iuſſu, D de his qui notant. infam. Lanfranc. dict. diviſ. 7. quæſt. 45. fall. 1. num. 92. Felin. in dict. Rubr. num. 6.* declarans iſtam limitationem eſſe veram, quando lis eſt inter Magnates, & Potentes, quo caſu *Martin. Laud. tract. de fiſc. q. 29.* ſcribit, cogi poſſe per Magiſtratum etiam ad pacem ad evitandum tumultũ; & benè conſuluit *Pariſ. conſ. 10. n. 62. & 63.* dicens, quòd iſto caſu faciens pacẽ tenetur coactus obſervare, quod bellè declarat & exprimit *Scacc. de iud. cauſ. civ. lib. 2. cap. 2. num. 24. cum ſeq.*

Nã ubi tribunal, ibi faſces, id eſt, inſignia maioris Magiſtratus, elegantiſſimè *Valẽç. cont. Venet. 3. p. n. 146.* ubi quid prænotabant Conſulũ Romanorũ præligati faſces, *Ravard. lib. 3. coniectaneor. cap. 10. ex Senec. lib. 4. de benef. cap. 31.* ibi: *Hominum tam palàm obſcœnum ad faſces & tribunal admiſiſti:* & ex *Martiali*, & alijs, *Gothof. in l. 2. D. de iuriſd. omn. iud.*

33 Sextò, cùm imminet ſuſpicio rixæ, & armorum, *Felin.* qui alios laudat, *in Rubr. de treg. & pac. num. 5. fall 4. Anch. in cap. 1. num. 1. diſt. 90. & in cap. placuit 9. num. 7. ead. diſt.*

Inſurgit opportunè quoddam dubium, an ſi compromiſſum evanuit, poſſit reiterari? In qua quæſtione ſub diſtinctione negativè reſolvendum eſt, nempè, aut loquimur in compromiſſo voluntario, & tunc procedit reſolutio, *Blanc. de compromiſſ. q. 7. n. 42. verſ. Limita præmiſſam, Bald. in l. unica, num. 40. q.*

4.

4.verſ.Dic contra, C.de his quæ pœnæ nom. Socin.conſ.221.n.4.lib.2. Dec.conſ.93.n.3.verſ.Tertiò,Specul.de arbit.& arbit.§.excipitur, verſ.Sed quid ſi fuerit, n.3. Tiraq.in l.boves,§.hoc ſermone, limit.9.n.3.in fin.de verb.ſign. Anton.Monach.deciſ.Luc.53.num.4. aut loquimur in compromiſſo neceſſario,& tunc reiterationi locus eſt, & toties quoad compromiſſum effectum ſortiatur, *Abb.* & alij,*in c.tua nobis,num.5.de adpellat,Seraph.de iuram.priv.73.n.38.Men.conſ.219.num.8.lib.3.Seac.d.lib.2.c.2.n.642.*

34 De iure autem non datur compromiſſum inter compulſos etiā ex inſtrumento guarentigiato executioni mittendo, ut notant *Blanc.in tract. de comprom.q.4.princip.num.3. Horat.Carpan. ad Statut.Mediolanenſ.cap.42.num.224.tom.1.*

35 Super rebus maioratus compromiſſum fieri non poteſt, *l.non ſolùm, C.de prædijs minor.Molin.lib.4.cap.9.num.7.* Sed quòd poterit cōpromitti, ſi res penes poſſeſſorem maioratus remaneat aliquâ pecuniâ datâ petenti, ſive poſſeſſor, ſive actor ſit, *Molin.ubi ſup.num 22.* & valebunt compromiſſa, & ſententiæ arbitrales ſuper eis latæ, licèt queant reſcindi exceptione metus, doli, enormiſſimæ læſionis, & ſimilibus, *ut ibi à n.32.Seſſ.deciſ.384.n.1.vol.4.*

SVMMARIVM.

1 *Vectigalia ad protectionē Reipublicæ.*
2 *Cum ipſis Regibus orta.*
3 *De varijs vectigalibus remiſſivè.*
4 *Exauſto Ærario novum vectigal conſtituebatur.*
5 *Cura Ærarij magna fuit.*
6 *Princeps non debet Ærario ditando incumbere,& 7.8.*
9 *Ærarium publicum nō eſt propriè Principis patrimonium,& 10.*
11 *Conveniens eſt Rempublicam locupletem exiſtere.*
12 *Divitiæ Regiæ ad Monarchiæ conſervationem impertiunt.*
13 *Rectè poteſt Rex vectigalia vindicare.*
14 *Apud Indos,vectigal furans capite plectebatur.*
15 *Ad acquiſitionem vectigalium præter conceſſionem à S. Principe ex iuſta cauſa factā legitima præſcriptio requiritur.*
16 *Novorum vectigalium exactio permittenda non eſt.*
17 *Exauſtis facultatibus per nimias exactiones Provinciæ in perpetuum reddūtur deſertæ.*
Taciturnitas ſubditorum in tolerandis gravaminibus non inducit conſenſum, quod explicatur.
18 *Laudatur Darius,& 19.*
20 *Adſtruitur hiſtorijs, uſq.29.*
30 *Ceſſante cauſa exactionis gravis,æquum eſt ceſſare exactiones.*
Ob has fiunt depopulationes, & clades.
31 *Refertur factum Domitiani.*
32 *Intelligitur Martial. & 33.*
34 *Princeps non debet ſubditos onerare, & 35.*
36 *Salomon Rex nimis ſeverus, & truculentus,uſq.39.*
40 *Indecorū eſt ſubditos obprimere, & 41.*
42 *Poteſtas , cauſa , & proportio iuſtificant tributum.*
43 *Legitima tributa non ſunt deneganda.*
44 *Negans tributum Imperatori ſolvere crimē læſæ Maieſtatis committit,& 45.*
46 *Si autē privatim negaret , vel quia non eſſet ſolvēdo,vel quia arbitraretur iniuſtum, non eſſet reus læſæ Maieſtatis.*
47 *Ab egenis nō ſunt vectigalia exigenda.*
48 *Rebellarunt aliquando Dalmatæ ob iniuſtas exactiones.*
49 *Ad conceſſionem novorum tributorum Comitia fiunt.*
50 *Ingens debet eſſe cura in ſumptibus , ut tributa non imponantur, & 51.52.*
53 *Conceſſio vectigalium ob metum reverentialem extorta tenet, & 54.*
55 *Contrarium proponitur.*
Sed non tenet Author.
56 *Explicatur lex Regia,& 57.58.*

59 *Metus excuſat exigentem gabellas, & tributa ob metum Principis ſui à non debente eas iuſtè.*

CAPVT XXIII.

De Conceſſione vectigalium.

1 VECTIGALIA in dotē Reipublicæ ad eius protectionem præſtita fuerunt, *l. 1. §. interdictū, D. de loc. publ. fruen.* ibi: *Interdictum hoc publicæ utilitatis cauſa proponi palàm eſt, tuetur enim vectigalia publica.* Ideoque Reipublicæ nervos nuncupavit *Vlpian. l. 1. §. in cauſa, D. de quæſt.* ibi: *In cauſa tributorum, in quibus eſſe Reipublicæ nervos nemini dubium eſt. Novell. 52. & 149. c. 2.* dixit abſq; eis non poſſe Rempublicam conſervari, ibi: *Impoſſibile enim eſt, ut ſacris tributis non inlatis alioqui Reſpublica conſervetur: militares namque copiæ adſignato ſibi ſalario inde percepto, hoſtibus reſiſtunt, & collatores à Barbarorum incurſionibus, & truculentia vindicant: l. 2. C. de exact. tribut. lib. 10.* ibi: *Ad ſolvenda ea, quæ ad noſtri uſum exercitus pro communi ſalute poſcuntur. Authent. de mand. Princip. §. publicorum, coll. 3.* ibi: *Quoniam fiſcalium ratio & militibus & privatis, & ipſis Templis, & cunctæ Reipublicæ utilis, & neceſſaria eſt: l. 1. C. de condict. ex lege,* ibi: *Vt fiſco cuius ob neceſſitates publicas cauſam potiorem eſſe oportet: l. utilitas 3.* ibi: *Vtilitas publica præferenda eſt privatorum contractibus: l. 4. C. de Primipil. lib. 12.* (ubi ex cauſa Primipili filius non exiſtens heres patris poteſt conveniri pro patre, ubi latè *Luc. de Penna, Platea*, & eruditiſſimus *Iacob. Cuiac.* exornat *Petr. Gregor de Republ. lib. 3. c. 1. & 4.*) de iure Regio probat *l. 2. tit. 15. lib. 8. Recopil. l. 1. titul. 18. lib. 9.* ibi: *Coſa notoria es, quan neceſſario ſea para el bien publico de nueſtros Reinos, i de nueſtros ſubditos la conſervacion de nueſtras rentas i derechos, por depender dellas el ſoſtenimiento de nueſtros Eſtados: & l. 1. titul. 21. eod. lib. Nueſtro Patrimonio Real, cuya conſervacion tanto importa para el ſoſtenimiento, defenſa i ſeguridad deſtos Reinos, i cauſa publica dellos:* eleganter *Roa in Apolog. de iur. Princ. defend. quæſt. 4.* per totum, *Iacob. Guth. de offic dom. Auguſt. lib. 3. cap. 17. Frech. lib. 1. de Princip. cap. 14. num. fin. Iuſt. Lipſ. lib. 4. Civ. Doct. cap. 11. Bobad. lib. 5. Pol. c. p. 4. in princip Valenç. conſ. 99. n. 3. M. Tull. pro leg. Man. Quintil. declam. 341. Plut. in Cleom.*

Cui adſtipulatur, quòd non ſolùm in Republica, ſed in negotijs agendis nervos eſſe pecunias, dixit *Demoſthen. Olynth. 2. l. lex quæ tutores, §. huic accidit, C. de adminiſt. tut. Artemido. lib. 1. Oneiro. cr. c. 18.* ubi *Nicol. Rigaltius* plura cōgerit; eleganter & doctè *Baſil. p. var. diſp. relect. 1. fol. 492. col. 2. lit. C.*

2 Quæ quidem penè cum ipſis Regibus ortum habuerunt, *Geneſ. c. 47. 3. Reg. 5. Livius lib. 1. & 3. Cic. in Verr. & Ariſt. in OEcon.*

3 De varijs vectigalibus Populi Romani ad ſacietatem adprimè tractavit doctiſſimus *Iul. Cæſ. Buleng. lib. 9. de vectig.* quæ repetere non eſt meum. Et aliqua adnotavit *Roſin. lib. 10. Antiq. Roman. cap. 22. lit C. cum ſequentib. Alexand. ab Alexand. lib. 4. Dier. Gen. cap. 10. fol. 362. & ſeqq.* ubi plenâ manu, *ie adnotat. Tiraquel.*

4 Hoc quoque notandum eſt, potuiſſe Ædiles exhauſto Ærario, atque inopi novum vectigal cōſtituere, quo Reipublicæ oneribus cōſuleretur, *Alex. ab Alex. d. lib. 4. Dier. Gen. c. 5. in fin.*

5 Hinc cura Ærarij magna fuit, idem *Alex. ab Alex. lib. 2. Dier. Gen. c. 2. fol. 94. Dempſt. ad Roſin. lib. 7. Antiq. Rom. cap. 31. fol. 1148. & cap. 36. fol. 1170. Iul. Cæſ. Buleng. lib. 3. de Imperator. Roman. cap. 23. Petrus Gregor. de Republ. lib. 3. cap. 3. Carol. Scriban. in Polit. Chri-*

Chriſtian.inſtit.lib.2. c.42. Bornitius de Ærarij red. per totum, cuius opes expromit *Buleng.lib.9 cap.94.* & de conſervatione eruditè agit *Petr.Greg. dict. lib. 3.cap.8.*

6 Haud debet Princeps Ærario ditando incumbere, vel ex confiſcationibus, vel alijs tributis populi ſubditi;
quia quò fit, ut quò magis Ærarium abundet, eò magis Reſpublica morboſa, & malè adfecta cenſeatur. Quemadmodum rectiſſimè & *Trajanus* fiſcum,
7 ſeu Ærarium Reipublicæ lienem vocabat. Nã ut liene creſcente reliqui artus, & mẽbra tabeſcunt, ità fiſco Principis turgente, Civitatis corpus vnà cũ membris langueſcit, & intermoritur, & ut lien modicus vegetat in corpore membra, & auget robur, ſic fiſcus Principis moderatus, nec exuberans cauſa eſt bonę valetudinis in corpore Civitatis, notat *Philipp. Beroald. in Periphraſ.ad vitam Auguſt.Cæſ.Cælius Rhodig.lib.4.cap.18.*

8 Et *Apollon. Tyanæus* dicebat, teſte *Philoſtra.in eius vita,lib.5.c.13.* divitias non eſſe æſtimandas, quas in occulto
Princeps retinet. Nã illæ ab arenæ cumulo parùm differunt: nec ea, quæ ex collatione tributorũ ex gemitibus omnium proveniunt; atrum enim, ſordidũque æſtimandum eſt aurum, quod ex lacrymis oritur› *Petr.Greg.lib.22.cap.12. n.7.& lib.3.ſynt.c.3.n.10.*

9 Ærarium publicum non eſt propriè Principis patrimonium, nec pleno iure uti poteſt, niſi ad uſum publicũ. Magna laus Principis privato fiſco detrahere, & publicum augêre, ità *Hadrianus*, teſte *Spartiano. Damnatorum bona in fiſcũ privatum redigi vetuit omni ſumma in Ærarium publicum recepta.*

10 Minyas Rex, ut teſtatur *Plin.lib.33. cap.3. Pauſan.Boët.lib.9.* primus Ærariũ ædificaſſe dicitur, ſed inter Barbaros iam olim conſtituta erant Æraria in Ægypto, *Adam Contzen. lib.8. Polit. c. 7.§.7.*

11 Quamobrem conveniens eſt Rẽpublicam locupletẽ exiſtere, *Polian.apud Stobæum ſermon. de Repub. Negotia publica Civitatis omnium exiſtimare oportet maxima, ut fœliciter augeantur,* & pòſt paulò, ibi: *Civitas enim proſperè agens fœlicitas eſt magna, in hac inſunt omnia, hac ſervata cuncta ſervantur, at pereunte nihil non peſſum it. Thucydid. lib. 2. in Orat. Periclis: Ego exiſtimo meliùs agi cum civibus privatim ſi tota Civitas fortunata ſit, quàm ſi per ſingulos cives fœlix ſit, publicè verò labefactetur: nam cùm evertitur patria, is cui privatim benè eſt, nihil tamen minùs & ipſe evertitur, cui autem malè, is in illa proſperè agente, multò magis incolumis eſt.*

12 Divitiæ namque Regiæ maiorem ſecuritatem ad Monarchiæ conſervationem impertiunt, ut probatur *3. Regum 3. & 10. Abulenſ. ad Deuteronom. 17. quæſt. 9. D. Thom. lib. 2. de regim. Princip. cap. 7. Divitiæ ſunt Regi neceſſariæ, atque etiam theſaurus, quia ſine illis congruè Regnum non poteſt regere: eſt enim pecunia inſtrumentum rerum agendarum, & quaſi fideiuſſor futuræ neceſſitatis;* & paulò pòſt, ibi: *Deinde Rex debet abundare pecunijs, ut domui ſuæ provideat, ut ſubiectorum neceſſitati ſubvenire poſſit: præterea cùm Rex indiget pecunia, cogitur facere exactiones.* Et in terminis vectigalium adſeruit eleganter *Oſſorius de reb. Emanuel. lib. 1. & de Reg. inſtit. lib. 7. & Laurent. Valla lib.3. Hiſtor.* Ad hoc propoſitum FERDINANDI Regis Aragoniæ notabilia verba commemorat *Anton. Fab. in ſuo Cod. lib. 7. titul. Ne rei Dominicæ, vel Templor. definit. 1. pag.305. tomo 2.* ibi: *Nec tantùm cum Principe, ſed etiam cum ſubditis, quorum incommodo ceſſura eſſent univerſa Principis, & Reipublicæ onera, ſi nihil ille de ſuo haberet, unde ſibi ipſi, ſuiſque ſubvenire poſſet*: latè *Franciſc.de Ponte in tract. de poteſt. Proreg. titul. 5. de tract. num. 10. cum ſequentib.gloſ.in cap.ſuggeſtum, de decim. verb. Privilegia, c.quod non eſt, de reg.iur.in 6.*

13 Inter ſuprema Regalia connumerantur vectigalia, *cap.1.de Regalib. in feud.* ideò ea vindicare, & recuperare Rex poteſt, ut dicitur 1. *Macbab.* 15. ibi: *Nec alienam terram ſumpſimus, nec alienam detinemus, ſed hereditatem patrum noſtrorum, quæ iniuſtè ab inimicis noſtris aliquo tempore poſſeſſa eſt. Nos verò tempus habentes vendicamus hereditatem patrum noſtrorum. Caſſiod.1.var. ep.19.* ibi: *Fiſci volumus legale cuſtodiri compendium, quia noſtra clementia rebus proprijs videtur eſſe contenta: & ſicut nullum gravare cupimus, ità debita nobis perdere non debemus: indigentiam iuſtè fugimus, quã ſuadet exceſſus: dum pernicioſa eſt in Imperante tenuitas: Modus ubique laudandus eſt; nam cur, aut vituperabilis negligentia in proprijs defluat, aut aliena cupiditas turpis abradat.* Quod Henricum III. Castellae Regem effeciſſe legimus, ut teſtatur *Marian.de reb. Hiſpan. lib.3.cap.7.* ibi: *Id ſecutus* Henricus *eo nomine Tertius* Castellae *Rex, cui excelſus animus fuit, maior ætate prudentia, vectigalia à Proceribus occupata memorabili exemplo liberavit.* Bvrgis, *quæ Vrbs in Veteri* Castella *eſt, minor annis morabatur, ſeque aucupio coturnicum oblectari ſolitus erat. Accidit, ut ad multam diem aliquando in Aulam rediret, feſſus mora, feſſus labore, nihil obſonij paratum erat. Appellatus de ea re Regius obſonator, renuntiavit non tantùm pecuniam regiam, ſed fidem etiam conſumptam. Rex in præſenti dolore diſſimulato, oppignorato pallio arietinas carnes emi iubet: ex ijs, & captis coturnicibus prandium omninò parari. Audit inter prandendum meliori conditione Proceres agere, quotidie inter ſe lautiſſima convivia frequentare omni alia cura ſolutos, certare luxu, & ſplendore menſarum. Fore ea nocte apud Toletanum Archiepiſcopum Petrum Tenorio cœnebatur, adeſt involuto capite Rex, omnia videt lætitia, & delitijs redundare: peracta cœna pro ſe quemcunque narrare, quantum redditum ex paternis oppidis, quantum ex Regijs vectigalibus quotannis perciperet. Poſtera die Rex vindictæ avidus, & certus, fingit gravi ſe morbo implicitum teneri, ſuprema mandata velle dare, ea denuntiatione Proceres feſtini, & pavidi, diverſi in Arcem conveniunt: ij excluſis famulis, ut erat iuſſum, admittuntur, conſiſtuntque ad multam in cœnatione diem, moræ cauſam mirantes. Rex tandem ad Proceres ferro tectus, diſtricto enſe ingreditur. Cùm paveſactis eo aſpectu omnibus adſediſſet, irato ſimilis torvo aſpectu rogat ex Proceribus, quot ſinguli Reges in Provincia vidiſſent? Quibuſdam duos, alij tres, aut quatuor, ut cuiuſque erat ætas, reſpondentibus. Equidem, inquit, verum eſt, quod dicitis, cùm ego hac ætate in* Castella *viginti nihilominus Reges noverim. Iurantibus dicti cauſam, atque ſuſpenſis animis, quorſum res evaſura eſſet, expectantibus. Vos, inquit, omnes, vos, inquam, Reges eſtis, Regni arcibus, & copijs occupatis, mihi inane nomen, ſordes, & egeſtates reliquiſtis, an idonea cauſa videatur, cur Nos ludibrio habeatis? Sed ne ampliùs faciatis, veſtris omnium capitibus ſanciam. Simul, quæ ad ſupplicium poſtulabat, parari, afferrique iubet. Cocta voce lictores evocat, militeſque ſexcentos, quos arcano paratos habebat, alijs attonitis metu. Toletanus Archiepiſcopus, ut erat magno animo, in genua procumbens, lacrymis toto ore manantibus, veniam precatur, idem eius exemplo cæteri faciunt. Mortis metu perfuſis, & ſupplicibus veniam dat, neque ex Arce tamen ante unum & alterum menſem dimitti placuit. Quo ſpatio arces, & vectigalia Regi tradere compulſi ſunt, ita ille ſupra annos, animumque gerens, curamque virilem. Garib.in Comp.lib.15. cap.47.*

14 Vnde apud Indos, qui vectigal furatus eſſet, capite plectebatur. *Strabo lib.15. Alexand.ab Alexan. lib.3. Dier. Gen. cap.5. fol.213.* cumulatiſſimè *Tiraquel. de utroq. retract.cap.1. in præfat. num.68.*

16 Et ſic ad acquiſitionem vectigalium requiritur præter conceſſionem à Summo

mo Principe ex iuſta cauſa factam, legitima etiã præſcriptio cuiuſmodi eſt immemorialis, *c. ſuper quibuſdam, § præterea, de verb. ſign. Sixtin. de regalib. lib. 2. cap. 6. à n. 56.* cum pluribus, alioqui obtinêri nequeunt, nec immemoriali præſcriptione contra Regem, *Gutierr. de gabell. q. 5. Cabed. deciſ. 65. num. 2. & deciſ. 109. p. 2.* (etſi contrarium reſolvat *Farinac. in prax. crim. part. 6. q. 172. n. 92. cum ſeqq.* ſequitur *Auguſtin. Barboſ. in cap. 26. num. 5. de verb. ſign.*) conducit *Petr. Barboſ. in l. competit 6. à princ. C. de præſcript. 30. vel 40. ann. Othero de iure paſcendi, cap. 17. num. 6.*

17 Sed ad rem perveniamus, & aliqua proponamus in propatulo. Nec quidem temerè permittenda eſt novorum vectigalium exactio, ſed ſi adeò tenuis eſt patria, ut extraordinario auxilio iuvari debeat, re diligenter inſpectâ, *l. 1. C. vectig. nova inſtitui nõ poſſ. Valenç. cõſ. 99.* toto, ubi latè & elegãter *Garcia Barrionuevo in Panegyr. fol. 53. Scipio Rovitus conſ. ult.* adeò verò odioſa & prohibita ſunt, ut per vim, & impreſſionẽ extorta eſſe præſumantur, *Bald. in c. 1. verb. Pactiones, de pac. Conſt. Luc. de Penn. in l. hac lege, C. de aquaeductu, Iacob. de Sãct. Georg. in tract. feud. verb. Et cũ mero, mixtoq; imperio, n. 16. Vbeſemb. cõſ. 45. n. 45. verſ. Dicũtur autẽ nova,* noviſſimè *Ioan. Hering. in tract. de molend. q. 10. n. 28.*

Ex hoc communi diverbio procedit, quòd taciturnitas ſubditorum in tolerandis gravaminibus collectarum, quas domini imponunt, non habetur pro conſenſu, cùm præſumantur tacêre propter metum, & reverentiam, *Iſern. & Natt.* laudati à *Fulvio Pacian. de probat. lib. 1. c. 29. n. 80.*

Niſi fortè per tot annorum curricula iſtiuſmodi ſervitia fuerint præſtita, ut omnis ſuſpicio, vel metus coactionis purgatus, ac cõſuetudo talia ſervitia in poſterum quoq; exigẽdi introducta cẽſeatur, cũ pluribus eleganter *Ioan. Hering. in tract. de molend. dict. q. 10. n. 32. & 33. Maſtrill. de Magiſt. lib. 4. c. ult. n. 116.*

Sed dominis incumbit probare patientiã vaſſallorũ. Quòd ſi vaſſalli probaverint, ipſis nolẽtibus ſolvere, pignora ſibi fuiſſe capta, eoſque pignora datâ & numeratâ pecuniâ redemiſſe, ne rebus ſuis carêrent; deniq; ſi domini arreſtabant, fortior efficitur præſumptio coactionis & violẽtiæ. Hi enim actus arreſtatio, pignoratio, incarceratio, violentiæ, & coactionis indices ſunt non meræ voluntatis, ex quibus immemorialis corruit, neq; enim domini, qui arreſtare poſſunt, & incarcerare, præſcribunt unquam cõtra vaſſallos in his, in quibus ius reſiſtit, *Pennenſ. in l. 1. C. ne ruſtic. ad ult. obſeq. lib. 11.* doctiſſimè *Garc. de expenſ. c. 9. n. 35. & 36. cum ſeqq.*

Facit *auth. ut nulli iudic. §. 1. coll. 9.* ibi: *Mala enim.*

18 Provinciæ enim in perpetuũ redduntur deſertæ, miſeri homines, & efferati, ne dicam, deſperati, exauſtis facultatibus per nimias exactiones, quod ijs verbis deſcribit *Cicer. lib. 5. ad Attic. epiſt. 16. Maxima ſpectatione in perditam, & planè everſam in perpetuum Provinciam nos veniſſe citò, &c. Audivimus nihil aliud niſi imperata non poſſe, poſſeſſiones omnium venditas, civitatum gemitus, ploratus, monſtra quadam non hominis, ſed feræ, neſcio, cuius immanis. S. Salv. lib. 4. de provid. Bened. Fern. in Geneſ. cap. 31. num. 16. in fin. Sixtin. de regal. lib. 2. cap. 13. num. 51.*

Laudatur benivolentia Darij Re-
gis Xerxis patris, quâ ſibi conciliavit
mirificè ſubditorum animos, ut meritò
ab omnibus amaretur, cùm enim tribu-
tum indixiſſet ſubditis, accerſitos Pro-
19 vinciarum Præfectos percontatus, cùm
de alijs rebus, tùm etiã an gravia eſſent
Populo tributa? Et illi reſpondiſſent, eſ-
ſe mediocria, iuſſit, ut ſinguli dimidiam
tantùm partem exigerent, *Plutarch. in
Reg. & Imperat. Apophtheg.*

20 Præſtantior adhuc reſponſio Alexandri Magni, cùm enim quidam admonêret longè plùs vectigalium auferri poſſe, reſpondit. Ego olitorem odi, qui radicitus

olera exſcindet, *Maximus Tyrius ſerm. 13.* cui illud convenit reſponſum à Tiberio: *Boni paſtoris eſſe tondere pecus, non deglubere, Sueton. in eo c. 13.*

21 Cyrus Perſarum Rex nullum tributũ ab eis exegit, ideò pater fuit appellatus, quòd omni ratione de ſubditis benemereri ſtudèret, *Herod. lib. 3.*

22 Titus Romanorum Imperator *nulli civium quidquam ademit: abſtinuit alieno, ut ſi quis unquam, ac ne conceſſas quidem, ac ſolitas collationes recepit, Sueton. cap. 7. in eo.*

23 Periander Corinthiorum Rex à nemine tributũ exegit, ſed redditibus fori, & portuum contentus fuit, ut ait *Heraclides in Polit. de Repub. Corint.* Maluit Erythrius Præfectus Imperij ſub Zenone magiſtratu ſe abdicare, quàm maius onus præter tributa ordinaria populo imponere, ut ſcribit *Suidas in Erythrio.*

24 Valdè acceptus populo Iudæorũ Vitelius Syriæ Præfectus ſub Tiberio, qui civibus Ieroſolymitanis totũ vectigal fructuum venalium remiſit, teſtatur *Ioſeph. lib. 18. Antiq. c. 6.*

25 Tamen contra Roboam valdè exoſus ab Iſraëlitis, quòd tributi onera ab Salomone impoſita noluit remittere, quare decem Tribus ab eius Regno deſciverunt, lapidato Adurâ, qui ſuper tributa regis erat, *3. Reg. 12.*

26 Fuit & Procleres lapidatus à populo Treberenſi, quòd conſilium dediſſet Theodoberto Regi de imponẽdis ſubditis novis exactionibus.

27 Achæus Rex Lydiæ, cũ nova tributa ab populo vellet extorquère, In factione populari ſuſpenſus eſt pedibus ſurſum verſum erectis, & capite in aquas Pactoli demiſſo, ut ait *Ovid. in Ibin.*

28 Parthenius quoq; apud Theodobertũ Franc. Regem, cũ novorum tributorum author eſſet, à populo lapidibus obrutus eſt, *Gregor. Turon. lib. 8. Hiſt. Franc. c. 36.*

29 Sic bellis frequẽtibus fiſco exhauſto Imperatoris, cùm Theodoſius tributũ novum præter ſolitũ impoſuiſſet Civitatibus, populus Antiochenus vectigal illud novum non tulit, & cùm exactores cerneret, cùm pleraq; alia facere, tùm ex civibus quoſdam ſuſpendere, nonnullos crudeliter trahere, alioſq; in carcerẽ conijcere, ſeditionem movit, & Placillæ uxoris Theodoſij ſtatuã ſuo loco imprudenter deiecit, & traxit per civitatẽ cũ opprobrijs funi per pedes adligatã, *Nicephor. Calixt. lib. 12. Hiſt. Eccleſ.*

30 Ceſſante causâ exactionis gravis, æquum eſt ceſſare exactiones novorũ tributorum, ſi populi retinendus eſt amor, quod expedit, ut quod belli calamitas introduxit, hoc pacis lenitas ſopiat, ut inquit *Iuſtin. in l. unica, in princ. C. de caduc. toll.* Naturale quippè in omnibus, & Phyſicis & iuſtis, ut ceſſante causâ ceſſet effectus, *l. cùm ceſſes, C. de appellation. Soarez de legib. lib. 5. c. 15. §. 5. & 6.*

Depopulationes & clades repentinæ Sardianis inlatę in cauſa fuère, ut centies ſextertium Tiberius miſericordiâ motus (aliàs inexorabilis) pollicitus fuerit ad reſtaurationem, & ſimul quantum Ærario & fiſco pendebãt, in quinquennium remiſerit, teſte *Tacit. 2. Ann.* Id ipſum ex ſimili cauſa fecit Theodoricus Rex Gothorum, cum Apulis *ad Caſſiod. lib. 1. ep. 16.* & cum Gallis Arelatenſibus, *lib. 3. ep. 32. Capitol. in M. Anton. Philo. cap. 23.* ibi: *Oppidis labentibus auxilium ferr, & tributa, vel vectigalia, ubi neceſſitas cogebat, remittis. Paul. Diacon. lib. 10. Hiſt. miſcell. cap. 1. Garcia Barrionuevo fol. 62. & 63. Adam Cotzen. lib. 8. Polit. c. 7. §. 21.*

Quod quidem video fuiſſe cõceſſum non ſolùm locis everſis, & deſtructis, ſed etiam obſeſſis, aut irruptis, cuius rei elegans eſt exemplũ apud *Cic. pro lege Manil.* ibi: *Cùm hoſtium copiæ non longiùs abſint, etiam ſi irruptio nulla facta ſit, tamen pecora relinquuntur, agriculturæ deſeruntur, mercatorum navigatio conquieſcit, ita neque ex Portu, neque ex Decumis, neque ex Scriptura vectigal conſervari poteſt.*

Vnde fit, vectigalia triplicia olim fuiſſe; è *Decumis*, è *Paſtione*, vel *Scriptura*, e

Por-

Portorijs, ut notat *Carol. Sigon. de Antiq. iur. Rom. lib. 1. Lipſ. de Magnit. Rom. lib. 2. c. 1. Buleng. lib. 9. de vectig. pop. Rom. c. 6. uſq. ad* 11.

In bona ſpecie tenet *Franc. de Ponte de poteſt. Proreg. tit. 4. §. 1. num. 1. ex Luc. de Penn. in Rubr. C. de ſuperind. lib. 10.* quòd ſi contigerit terram eſſe incolarum numero diminutam, ità quòd ſolita onera functionũ fiſcalium ferre nequeat, debet fieri alleviatio, & ibi *Ioan. Bapt. Toro in addit. num. 1. Guzm. de evict. q. 30. num. 93.*

Quare concludit *gloſ. ſingularis in l. omnes. la 1. C. de ann. & tribut. lib. 10.* hoc in caſu facultatem habère tributorum exactorem arbitrio boni viri remittere, vel diminuere tributum ei, cuius patrimonium adversâ fortunâ collapſum ſit, ſequitur *Rom. conſ. 369. num. 32.*

31 Domitianus exegit tributa Iudæorum, multi ne ſolvere cogerentur, diſſimulabant originem, negantes ſe eſſe Iudęos, ſed ſi differebantur, inſpiciebãt an eſſent circumciſi, & ità deprehẽdebantur: *Interfui* (inquit *Tranquill. in eo c. 12.*) *adoleſcentulus, cùm ſenex nonagenarius inſpiceretur à Quæſtoribus, & frequẽti concilio, an eſſet circumſectus, nam circumciſi damnabantur ad ſolvenda tributa.*

32 Inde venit intelligendus *Martial. lib. 7. epig. 54.*

Nulli munera, Creſte, ſi remittis:
Nec nobis dederis, remiſeriſque:
Credam te ſatis eſſe liberalem.
Sed ſi reddis Apitio, Lupoque,
Et Gallo, Titioque, Gellioque.
Lingas, non mihi (nam proba, & puſilla eſt)
Sed quæ de Solymis venit peruſtis
Damnatam modo mentulam tributis.

33 Mentula igitur damnata tributis dicitur conciſſa, ideſt, Iudæa, quoniam eo iudicio damnabantur ad tributa.

34 Curet igitur Princeps, ſubditos nequaquam onerare, quia piè & doctè adſeruit *S. Alreus ſerm. 10. in Iſai.* in illud: *Tunc Luna convertetur in ſanguinem. Tũc Luna convertetur in ſanguinem, quando manus Principum plenæ fuerint exactionibus, & vectigalibus, populo quaſi præda abutentes.*

35 Cui adſtipulatur ad litteram *Michea 7.* ibi: *Malum manuum ſuarum dicunt bonum: Princeps poſtulat, & iudex in reddẽdo eſt, & magnus locutus eſt deſiderium animæ ſuæ, & conturbaverunt eam.*

36 Ideò Salomon nimis ſeverus, & truculentus Rex fuit, ut ſatis acutè explanans *3. Reg. 12.* ad illa verba ab Roboane dicta: *Pater meus poſuit ſuper vos iugũ grave. Pater meus cæcidit vos flagellis,* di-
37 xit *Abulenſ.* quia tributis, & vectiga-
38 libus maioribus, quàm quæ ſubditi po-
39 terant contribuere, eos moleſtiſſimè onerabat, & vexabat.

40 Indecorum eſt Regiæ Purpuræ ſubditos nõ affluẽter beneficijs honorare, ſed opprimere, quod elegans è ſacra Pagina animadverſio evidẽter demonſtrat, cùm CHRISTVS crucifigebatur, diviſa fuerunt veſtimenta eius, *Marc. 15.* & *Ambroſ. in cap. 13. Lucæ* ità ait: *Secundùm Marcum milites exuerunt* CHRISTVM *purpura, quod nec myſterio vacat:* tamẽ illud non reſeravit, in abſcõdito enim, & ſub involucro reliquit, quod quidã eruditus Interpres acutè ſubodoratus exprompſit. Dicitur *Ioan. 19. Poſuit ſuper crucẽ* IESVS NAZARENVS REX IVDAEORVM. Sic erat Rex, igitur nudus moriatur, ne adſeratur omnia ſibi adrogaſſe, & ſubditis non imperrijſſe, cùm debeat in eos liberaliter conferre, & refundere munificentiſſimè, *Origen. lib. 2. in epiſtol. ad Roman.* ibi: *Vnum hoc invenit ſolum, quod offerre oportet Deo, id eſt, ut crederet de eo, quod nunquam poſſit ab homine aliquid accipere, ſed ſemper dare, & ideò dixit: Calicem ſalutaris accipiam. Theodor. ſup. 10. Ioan. quæſt.* 17. ibi: *Quare Ioſue cum alijs terram diſpertiret, ſibi non diſtribuit aliquam portionem? Imitatus eſt in eo modeſtiam Domini; docuit autem eos, qui in aliquo Magiſtratu ſunt conſtituti, non ſuis commodis, ſed utilitati ſubditorum inſervire debere.*

41 Conducit elegantiſſimè *Ioan. Barclaius lib. 4. Argen. fol. 568. in parvis,* ibi: *Quis igitur diuturnam, & publicam pacem ſperet, ſi quæ Rex adimit civibus, facit ſua, quæ relinquit, adhuc habet cũ illis communia:* terſè *D. Chryſolo. ſerm. 23.* ibi: *Eſt conſuetudinis, eſt animi fœlicis, ut adſcitus ad Regnum, quod fuit propriũ, quod privatum mox parẽtibus, mox propinquis, civibus indigentibus liberaliter prorogare, ne ſit mendicus animo, qui cenſu functus eſt, & honore.*

42 Tres conditiones ſunt tributi, ut iuſtum ſit. Poteſtas, Cauſa, Proportio: horum ſi quidpiam deſit, non obligabit. Poteſtas eſt in Principe ſupremo. Cauſa eſt neceſſitas publica. Proportio, ut tributum reſpondeat facultatibus, ut teſtantur *Ioan. Salas tract. de legib. 14. diſp. 15. ſect. 10. Leonard. Leſſ. de iuſt. & iur. lib. 2. cap. 33. dubit. 1. & dubit. 6. Ludov. de Torr. de iuſt. diſput. 44. dubit. 2.* cũ pluribus, *Adam Contzen. lib. 8. Polit. c. 7. §. 18.*

43 Cùm verò legitimè tributa exiguntur, negare illa iniuſtum eſt, itaque pœna à Servio ſtatuta vincula, & mors, ut ait *Livius, & Halicarnaſ.* lege cautum fuiſſe, ut publicatis bonis verberati vẽderentur, ſi profeſſionem eluſiſſent, aut minoris bona ſua exiſtimari voluiſſent. *Zonaras* ait, eos, qui ſe, aut bona, ad cẽſum non detuliſſent, ipſos a Conſulibus, bona à Cenſoribus venundata. *Herodot.* Perſas eàdem cautelâ egiſſe teſtatur *lib. 3.* Darius enim tributa diſtinxit, & annua 14560. talenta Euboica corraſit, forte non magna ea ſumma exercitui alendo.

44 Ex quo fluit, quòd qui negat tributum Imperatori ſolvere, crimen læſæ Maieſtatis committit, quia ex hac denegatione oſtendit nolle Regi, vel Imperatori obedire; cùm tributum in ſignum ſupremæ poteſtatis, obedientiæ, & recognitionis Principi exſolvatur, ut per *textum in l. Mediterranea, C. de annon. & tribut. lib. 10. & Bart. in l. competit, C. de præſcript. 30. vel 40. ann.* ubi ſimiliter *Pet. Barb. ſ.* probant *Gig. tract. de crimin. læſ. Maieſt. rubr. qualiter, & à quib. lib. 1. quæſt. 29. num. 15. Tiber. Decian. lib. 7. tract. crimin. cap. 33. num. 1. Narbon. in l. 20. gloſ. 11. num. 10. & 11. tit. 1. lib. 4. Recopil.* Qui enim id facit, 45 non ſolùm conſtituit eum impotentem ad ſe, ſuamque Rempublicam defendẽdam, ſed ſeditionem commovet, publicè iactando non eſſe tributa ſolvenda, & tanquam ſeditioſus in Principẽ Maieſtatem lædit contra eius perſonam.

46 Quod ſi privatim negaret, vel quia nõ eſſet ſolvendo, vel quia ipſe ſic ſentiret de aliquo tributo, ſeu vectigali particulari, quod illud iniuſtum eſſe arbitraretur, non videtur iudicandus *Maieſtatis* reus, ità docet *Gambacurta lib. 5. de immun. Eccleſ. c. 44. num. 16.*

Vnde non ſunt audiendi *Caleaneus conſ. 52. num. 1. Petr. de poteſt. Princip. c. 24. n. 52. fol. 354. col. 2.* ubi dicunt, quòd Papa poteſt deponere Principes nimis onerantes ſubditos.

Quia etiã ſi iniuſtè, & enormiter illos lædant, non privantur directo dominio, ità *Luc. de Penn. in l. in ſacris, in verb. Sed pone Rex Siciliæ, C. de proxim. ſacror. ſcrin. lib. 12. Pariſ. de reinteg. feud. c. fin. verſ. An ſi Rex Siciliæ.*

Ratio eſt, ſicut enim Reges non poſſunt alienare Regnum & Domanialia, ad *text. in cap. intellecto 33. de iur. iuran.* ità etiam nec delinquendo à ſe directũ dominium in præiudicium Coronæ, ac publicæ utilitatis: valet enim argumẽtum de alienatione ad delictum, ut ſi quis non poſſit alienare, ità nec delinquendo facere, ut ad alium perveniat, *Bart. in l. ſi quis in tantam, C. unde vi, facit text. in l. Imperator, D. de fideicom. libert. Capic deciſ. 69. n. 28. Afflict. deciſ. 265. in 3. fallent. Maſtrill. de Magiſt. lib. 3. c. 4. n. 384. 385. 386.*

47 Ab egenis non ſunt vectigalia exigenda, doctè *Ioan. Barclaius lib. 3. Argen. fol. 414. & 415.* ibi: *Ne redemptoribus portoriorum, aut vectigalium liceat ab ijs quidquam exigere, quos non vitio ſuo egenos,*

nos, & colendæ terræ utiles eſſe Magiſtratus cenſuiſſe, propterea ne quis ex proletarijs, aut capite cenſis imitari divitum otiũ poſſet, ceſſando, faſtidiendo artificia, & unum ferrum ſic ad latus geſtando, tanquam in pace militaret: Sed quos de ſuo non vivere poſſe conſtaret, vel ſponte, quod profiterentur, eligerent, vel ad publica opera diſtribuerẽtur. Quippè, illos ignava, triſtique ſuperbia in pace marcentes, privata ſcelera exequi, aut quo ſuam egeſtatem publicis malis paſcant, operam ultrò ad ſeditionem, motuſque civiles commodarent, illud quodque periere: Ne imi Quæſtores exigendis à populo tributis præeſſent, & ne ipſi privatorum limina circumirent, nec miſſis lictoribus pignora caperent, divexarent oppidanos, ipſorum conciviùm eſſe hoc munus, qui ex ſuo corpore eligerent, per quos ea pecunia cogeretur, humaniùs hanc ſingula oppida ad Prætorem ſuum ferrent, inde vel Præfecto Provinciæ numeraretur, vel ſi Regi placeret, Syracuſis inferretur Ærario: ſi quis enim privatus detrectaret, aut moretur per ſuos hunc cives per adſuetos Magiſtratus, notoſque lictores præſtare ad ſolutionem adigi, quam inhumano faſtu cuſtodum, qui cum exactoribus ſuis brevem moram egenis interdũ crudeliter vendunt, meliuſque prædati numquam eum, quàm eùm in vexatis laribus, & in quibus vix tantum eſt, quod tributo ſufficiat ſibi, quæque ſpolia illato terrore inveniunt. S. Salv. lib. 5. de provid. Bened. Fern. in Geneſ. tom. 2. c. 31. ſect. 3. n. 7. toto.

Iuven. ſatyr. 8.

Curandum in primis ne magna iniuria fiat
Fortibus, & miſeris, tollas licèt omne, quod uſquam eſt
Auri atque argenti, ſcutum, gladiumq; relinques,
Et iacula, & galeam, ſpoliatis arma ſuperſunt.

48 Rebellarunt aliquando Dalmatę Romanis ob iniuriam exactionum, & tributorum, cum quibus tractans de pace Tiberius, qui Cæſaris partes agebat, interrogavit BATUM eorum Ducem, *cur ita rebellarent, & deficerent a Romanis?* Is autem reſpondit; *Vos ipſi in culpa eſtis, quòd ad veſtros greges cuſtodiendos, non canes, paſtore ſvè, ſed lupos mittitis.* Id ipſumque & in ſecunda rebellione reſpondit, *Dion Caſſius lib. 55. Hiſt. Rom.* Itaque cum *Amos cap. 8.* dici poteſt: *Audite hoc, qui conteritis pauperem, & deficere facitis egenos terræ.*

49 Quãvis olim Principes tributa imponendi poteſtatem habebant, eam tamen reſtrinxerunt REGES noſtri, ut nõ niſi intervenientibus Comitijs conceſſione factâ eâ uti poſſent, *l. 1. tit. 7. lib. 6. Recopil. Avend. in cap. 4. Præt. 2. p. num. 2. & ſeqq. Parlador. lib. 1. rer. quotid. c. 3. num. 8. Girond. de gabell. 1. part. in princip. num. 66. Bobadill. lib. 5. Politic. cap. 5. num. 3.* qui de noſtra materia eleganter ediſſerit, multa omnigenâ eruditionę referta congerens. *Ioan. Barclai. lib. 4. Argen. fol. 565. cum ſeqq.* ibi: *Sed quis locus convocando nunc ex tota gente concilio, cuius neceſſaria eſt tributis indicendis authoritas?* ubi quomodo vectigalia Regi ſint danda, accuratè proponit videndus, ſummâ enim curioſitate ludens, ſeria dat. *Franc. Mendoç. tom. 2. lib. 1. Reg. cap. 7. ℣. 4.*

50 Reverâ, ut Principes tributa non irrogent, ingentem curam habeant in ſumptibus, quia ut dixit *Ioan. Barclai. lib. 4. Arg. fol. 569. Sed nec ullis Regibus tam anguſtè à populo legem dictam exiſtimo, quibus ad hæc Regni munera, atque inſignia non opes ſufficiant. Ingentia illis patrimonia, etſi probè curentur, ſatis dignitatem aſſertura. Portoria quoque non pauca, licitatoribus magno redempta: his pleraque præterea iura, & in alijs Gentibus, alijſque diverſa ſunt. Hæc gaza, hæ opes, Regi ad ſplendorem ſufficient, ſi regnare ſolus volet, nec prodigis animis, quos inſanè, aut ſerviliter amat, penè in purpuræ communionem adſciſcere. Aſt ubi tam perdendi, quàm rapiendi aviditas illum invaſit; ut nec adſuetæ, & legitimæ opes, ità nec ulla tributorum acerbitas tantam voraginem explebit. Subeat imperia populus, ſuã ope-*

operam, ſuoſque labores in Ærarium conferat: at is Princeps (ut de Eriſichthonis fame pueris narramus) ſemper vacuus, & erectis in futurum votis egebit. Eò quoque profuſior, quò facilius credet rediturũ ſanguinem confecto Ærario.

51 Et verè, ut aiebat Mæcenas Auguſto, (ut refert *Dion Caſſ. lib.* 52.) magnæ, & immenſæ opes magis cumulantur parvo ſumptu, quàm magno captu, quia ſecũdùm *Cic. lib. 4. de Republ. Optimum vectigal parſimonia*, & ut prudẽter dictitavit *Senec. in conſolat. ad Helv. cap. 9. in fin.* ibi: *Caius Cæſar, quem mihi videtur rerum natura edidiſſe, ut oſtenderet, quid ſumma vitia in fortuna poſſent, cẽties ſextertio cœnavit uno die, & in hoc omnium adiutus ingenio, vix tamen invenit, quomodo Provinciarum tributum una cœna fieret.*

52 Cùm tamen prudens et Princeps ſe gerat in adminiſtratione, tunc promptiores ſubditorum animi ad neceſſitatum ſuccurſum adſtant, & ſe, ſuaſque facultates illi tradunt lubentiſſimè: quod mirificè adnotavit *Ioan. Barclai. lib. 4. Argen. An ergo miraris abſtinere populum nihil pro futuro obſequio, & negare Proceribus paucis, qui Regem circumſident, opes ſibi, & liberis paratas, quas tamen & Regi donabunt, ubi illas iam non ex prodigæ mentis morbo, ſed efflagitantibus patriæ rebus expoſcet?* De hac materie latè agunt *Navarrete diſc.* 18. elegantet *Iuſt. Lipſ. lib. 4. Civil. doct. c. 11.*

53 Denique ad noſtram de Metu tractationem accedentes, dicendum videtur conceſſionẽ vectigalium, aut novi tributi, quæ coactis Comitijs fieri ſolet, etiam ſi extorqueatur metu reverẽtiæ, aut quovis alio gravi, valère quidem in conſcientia, nec Principem obnoxium eſſe reſtitutioni. Illa enim conceſſio nõ pertinet ad liberalem donationem, atque ideò nec exigit plenum voluntarium. Ea enim tributa Regi conceduntur, quò & regnum tueatur, & Regni hoſtes debellet, alijſque publicis neceſſitatibus ſubveniat. Vnde nec etiam
54 iure poſitivo eſt irrita. Imò ſi cauſæ, quæ ad exigendum tributum requiruntur, ſint vere iuſtæ, & aliter illis neceſſitatibus commodè ſubvenire non poſſit, nec peccat Princeps vim inferendo Regnorum Procuratoribus, neque enim ea vis, aut metus iniuſtus eſſe poteſt, ſi cauſæ iuſtæ ſunt exigendi tributa, *Baſil. de matrim. lib. 4 cap.* 11. *num.* 9. noviſſimè *Antonin. Diana in tractat. de Parlam. reſol. 25. fol. 74. part. 1. mor.* Quod multò magis locum habet, ſi vectigaliũ impoſitio non dependeat ex populi conſenſu, ut idem *Baſil.* inſinuavit *1. p. var. diſp. relect. 1.*

55 Quod videtur nullatenùs accidère, quia ſi coactis Comitijs tributa petantur, neceſſariò Regnorum Procuratorum conſenſus intervenire debet, alioqui haud cogerentur, ideoque vi inlatâ, aut metu reverentiæ ſummoperè premente, conceſſio non tenèret, cùm Procuratorum poteſtas, & facultas deficeret ad voluntatem, & reſtringeretur propter metum, *l. nihil 116. D. de reg. iur.* quâ de causâ eleganter adſeruit *M. A. Petil. lib. 4. Exarchic. cap. 16.* ibi: *Tributa tibi ſpontè, & hilariter data capienda, non ex tua voluntate extorquenda, non iuſto maiora petenda, non violentiùs imperanda penſes. Satis clarè hoc Legiſlatorum ſummus expreſſiſſe videtur, ubi quas ſibi imperavit primitias, non niſi ab ultroneo offerente capiendas ſanxit, fore dicens, ut hac humanitate illecti populi plus offerrent, quàm Principis neceſſitas exigeret, quod experientia poſt comprobavit, adeò, ut per præconem edicere neceſſe fuerit, ne quis aliud quid ultrà tribueret, quod eo uſque oblata nedum ſufficerent, ſed & ſuperabundaret.*

56 Nec refert, quòd ex parte petentis iuſta ſint tributa: ſemper enim militat ratio propoſita, nunc fortiter roborata expreſſi textus clypeo *in l. 1. tit. 7. lib. 6. Recop.* ibi: *Los Reyes nueſtros Progenitores eſtablecieron por leyes i ordenanças fechas en Cortes, que no ſe echaſſen i repartieſſen ningunos pechos, ſervicios, pedidos, ni monedas, ni otros tributos nuevos, eſpecial,*

cial, ni generalmente en todos nueſtros Reinos, ſin que primeramente ſean llamados a Cortes los Procuradores de todas las Ciudades i Villas de nueſtros Reinos; i ſean obligados por los dichos Procuradores, que a las Cortes vinieren; ubi notari debet
57 dictio, *ningunos*, quæ omnia complectitur tributa, ſive iuſta, ſive iniuſta, cùm univerſalis ſit negativa, & excluſiva, ità *Panorm. in cap. ad noſtrum, per textum* ibi, *num. 5. de elect. Corn. conſ. 70. num. 12. vol. 1. Cened ſing. 76. num. 1. Seraph. decif. 843. num. 6. Tuſch. pract. lit. D. concluſ. 315. num. 2. & concluſ. 316. num. 1. Auguſt. Barboſ. dict. 229. num. 1. & 2.* nec lex diſtinguat, ſed generaliter loquatur, quâ de causâ generaliter eſt intelligenda, *l. in fraudem, §. ult. D. de teſtam. milit. Narbon. de appell. à Vicar. ad Epiſcop. 1. part. num. 27. Surd. conſ. 271. num. 28. Auguſt. Barboſ. Axiom. 136. n. 1.* Sed ſic eſt, quòd in tanta generalitate conceſſio Procuratorum requiritur; ergo aliàs contra formam, & prohibitionem effici nequit: & ſimiliter ſi coactio & oppreſſio accedat, conſenſus non aderit, & Princeps ad reſtitutionem tenebitur, cùm conceſſio (etſi urgeat neceſſitas) liberè conſtituenda ſit, alioqui fruſtrà eſſet legis diſpoſitio.

58 Rurſus ſi Princeps valêret Procuratores Regni compellere, ut (vellent nollent) contribuerent, non erat illi opus ad Comitia convocare, ſed prout ferret neceſſitas, ſubditos nova tributa penſitare cogere, ſed ſemper eos adducit; igitur eorum conſenſus neceſſarius exiſtit, qui ſi metu, vel violentiâ auferatur, nullo iure tributa iuſtificabũtur. Verùm prima ſententia tenẽda eſt (etſi hæc ultima probabilis ſit) *Marquez de Gubern. Chriſt. lib. 1. cap. 16. Vazq. cont. 12. diſp. 156. Camil. Borrell. de præſt. cap. 42. Cevallos de cogn. viol. in proœ. cap. 12. & in arte Reg. dotum. 20.*

Metus excuſat exigentem gabellas, & tributa ob metum Principis ſui a nõ debente eas iuſtè, *Naldus in pract. verbo Metus, num. 7.*

Denique quæri debet, an in timore publico & improviſo Eccleſia teneatur Principi cõtribuere? Latè *Luc. de Penn. in l. 2. & 3. C. quibus mun. & præſt. ſe excuſ. lic. lib. 10. Guill. Bened. in cap. Rainuntius, verb. Et uxorem nomine Adelaſiam, num. 1036. Afflict. in præfat. Conſt. Sicil. q. 17. Chaſſan. in conſuet. Burgun. rubric. 1. §. 4. num. 25. Baeç. de inope debitor. cap. 18. num. 13.* adfirmativè reſpondent.

Vnde *Ariſtot. lib. 2. Œconom. cap. 28. num. 4.* refert, quòd Antiqui Sacerdotes Romani coacti fuerunt à Tribunis, & Quæſtoribus ad auxilium ſolutionis debitorum, quæ contraxerant ad bellum Macedonicum, & etiam advertit, quòd Athenienſes ſtabilierunt pro lege, quòd nullus excuſaretur a contributione in auxilio belli, quamvis Deorum ſucceſſor eſſet.

Quod quidem iuri conſonum eſt, quod in noſtris temporibus viſum exſtat, quòd Prælati auxilium præbuerũt, & debent Regibus cum lancibus ad bella, & quòd ſunt in conſuetudine id faciendi, ut advertit *Carol. de Graſſal. lib. 2. Regal. Franc. cap. 15. num. 88. Azev. in l. 1. num. 54. tit. 4. lib. 6. Nov. Recopil.* proſequitur *Quiñones tract. de locuſt. c. 4. à num. 21. cum ſeqq.*

SVMMARIVM.

1 *Solvere verbum latè patet.*
Accipitur apud nos pro debiti ſatisfactione.
2 *Proponitur definitio ſolutionis.*
— *Per ſolutionem non idem redditur, ſed tantumdem.*
3 *Neceſſaria eſt ſolutio rerum creditarum.*
4 *Ei ſolvendum eſt, cum quo obligatio eſt contracta, vel eius conſenſu alteri.*
5 *Inveſtigandum eſt, cui perſonæ ſit facienda.*
6 *Per decennium præſumitur ſolutio.*
7 *Debitum non poteſt præſcribi.*
8 *Solutio probatur per teſtes.*

Con-

Confeſſio ſolutionis extraiudicialis præſtat idem, quòd apocha.

9 *Debitores manent ſecuri apochis theſaurarij, & 10.*

11 *Solutio cum proteſtatione nullum generat præiudicium.*

12 *Extraneus poteſt ſolvere pro debitore, & 13.*

14 *Debitor tunc poteſt cogi ad ceſſionem.*

15 *Solvens alteri quàm creditori metu ſtatuti pœnalis liberatur.*

16 *Solutio metu facta indebitè ſolventi nō nocet, & 17.*

18 *Solutio onerum coacta non tollit immunitatem, & 19.*

20 *Solutio facta per carceratum dicitur facta per metum.*

Tyranni metu coactus ſi ſolvit, repetit.

21 *Solutio facta apparitori liberat.*

22 *Solventi pro invito non competit actio negotiorum geſtorum.*

23 *Ex actu coacto non inducitur conſuetudo.*

24 *Duo requiſita ad ceſſionem proponuntur, & 25.*

26 *An per receptionem ſolutionis ſicut per ſolutionem ſpontaneam metus purgetur? uſq. ad 39.*

40 *Petenti reſervationem penſionis declarari nullam, vel penſionis reductionem non obſtat exceptio ſolutionis, ſi ea facta fuit ob metum.*

Metu cenſurarum ſolvens liberatur.

41 *An ſpecies pro pecunia ſolvi poſſit creditori invito, uſq. ad 48.*

49 *An adminiſtrator cenſeatur ſolutus ex pecunijs, quas adminiſtrat, ut debitor mutationis monetæ periculum effugiat, uſq. ad 62.*

CAPUT XXIV.

De Solutione.

1 SOlvere verbum latè patet, ut conſtat ex ijs, quæ eruditiſſimè congeſſit *Pet. Rebuf. in l. ſolutionis 176. D. de verb. ſign.* & deduci quit ex *Virg. 2. Georg. & Eclog. 4. & Æneid. 7.* ubi *Ioan. Ludov. de la Cerd.* & alij communiter, tamē in iure propriùs accipitur pro debiti ſatisfactione, & ſic *ſolvere* eſt ſatisfacere, & deſiderium creditoris implêre, ac liberare, *l. decem, D. de verb. oblig. l. ſi cui, in fin. l. minus, l. liberationis, l. verbum exactè, l. verbum facere, D. de verbor. ſign. Marti. lib. 2. epig. 3. & lib. 9. epig. 4.* & in alijs innumeris locis.

2 Vnde *ſolutio eſt rei debitæ per ipſum debitorem, vel alium eius nomine creditori idoneo facta actualis ſatisfactio:* explicat, & proponit *Pichard. in princip. Inſtit. quibus mod. tollitur oblig. num. 24. cum ſequentib.* etſi *Hugo Donell. lib. 16. comm. cap. 9.* aliter definiat, ſed minutè. Animadvertendum eſt, non idem per ſolutionem reddi debêre, ſed tantumdem, *l. 2. D. ſi cert. petat. Senec. de benefic. lib. 6. c. 5.* ibi: *Cùm dicimus, beneficium illi reddidi, non hoc dicimus, illud nos quod acceperamus, reddidiſſe, ſed aliud pro illo. Reddere enim eſt rem pro re dare. Quidni? Cùm omnis ſolutio non idem reddat, ſed tantumdem.*

3 Neceſſaria, & præciſa res eſt exſolutio rerum creditarum, *nec enim ulla res vehementiùs Rempublicam continet, quàm fides, quæ eſſe nulla poteſt, niſi erit neceſſaria ſolutio rerum creditarum*, ità inquit *Cic. 2. de offic.*

4 Generaliter eſt notandum, ei eſſe ſolvendum, cum quo obligatio eſt contracta, vel eius conſenſu alteri; aliter enim ſolutio non liberat, *l. qui hominem 34. §. ſi nullo, l. ſi quis offerenti 58. D. de ſolut. l. invito 11. C. eod. tit. Petr. Greg. lib. 21. ſyntag. cap. 18. num. 20.* Et ſic eſt in-
5 veſtigandum, an perſona cui facienda eſt ſolutio ſit legitima, *l. ſi quis ſervo,* ubi *Angel. num. 1. D. de ſolut. Garc. Maſtrill. deciſ. 31. n. 3. Caml. Borrell. tom. 3. ſumm. Deciſ. tit. 14. n. 134. Oſuald. in Don. lib. 16. com. c. 10. lit. B. & C.*

6 Per decennium præſumitur ſolutio, *Surd.* mirificè *deciſ. 105. num. 4.* maximè, ſi cum temporis diuturnitate ſilentium & taciturnitas concurrat, *Alex. conſ.*

115

115. num. 3. vol. 7. Iacob. Menoch. lib. 3. præſumpt. 135. Bertazol. conſ. civil. 118. num. 11. Camil. Borrel. dict. tit. 14. n. 48. & 49.

7 Sed debitor nō poteſt adverſus creditorem debitū præſcribere, *Petr. Gregor.* ex doctrina *Hoſt. And. & Card. lib. 4. ſyntagm. c. 8. num. 5. Guid. Pap. deciſ. 199.* ubi *Addentes, Seraph. deciſ. 632. Canc. lib. 1. var. c. 15. à num. 6. Ant. Theſaur. lib. 1. quæſt. 41.* tota. *Staphile. Pacific. de Salvian. deciſ. 65. Herc. Mareſcot. lib. 2. var. cap. 67.*

8 Aliquoties controverſum fuit, an ſolutio probetur per teſtes, qui deponunt creditorem feciſſe ſaldum cum debitore, & confeſſum eſſe: quam quæſtionem tractat *Bald. conſ. 457.* ubi pulchrè quòd ſic, *& cōſ. 466. vol. 4. Chriſtin. deciſ. 181. n. 6. vol. 4.*

Ex quo etiam colligi poteſt, quòd confeſſio ſolutionis quamtumvis extraiudicialis præſtet idem, quòd apocha, *Papon. lib. 10. tit. 5. arr. 4. & 5. Guid. Pap. q. 176.* & illinc quoque notare ſolent regulariter *DD.* quòd qui ſolutiones tres poſteriores probat, præſumatur anteà ſemper ſolviſſe, *l. quicunque, C. de apoch. pub. lib. 10. Anton. Fab. in ſuo Cod. tit. de ſolut. definit. 32. Maſcard. concluſ. 1320. Menoch. lib. 3. præſumpt. 139. Dueñ. reg. 54. Stephan. Gratian. deciſ. 152. Myſing. cent. 5. obſerv. 39. Iacob. Canc. lib. 1. variar. cap. 14. num. 43. Ioan. Aloiſ. Ricc. 1. part. coll. 25. Anton. Merend. lib. 6. cont. cap. 22.*

9 Nunc exorîtur dubium, an debitores maneant ſecuri apochis à Theſaurarijs, & fiſci officialibus conſcriptis, quamvis prætendatur, & dicatur eas ſub fide eſſe præſtitas, & ſine nummorū receptione cum effectu? Et in hac ſpecie adfirmativè reſpondendum eſt, ex *l. ſecuritatibus, C. de apoch. pub. lib. 10.* laudant *Scribent.* ibidem, & probatur etiam *in l. ſemel 2. C. eod. & in l. ſecuritates 11. C. de ſuſcept. præpoſit. & arcar. lib. 10. & in l. ne caſu, C. de diſcuſſ. & in l. 2. §. ad hæc, C. de quadrien præſcript. & in l. in contractibus 14. §. ſed quoniam, C. de non num pecun. Azo. num. 8. in ſumm. iſtius Rubricæ, Bald. conſ. 400. num. 2. vol. 5. Martin. Laudenſ. in tract. de fiſ. q. 26. Iaſ. in l. 2. §. ult. num. 20.* ante med. *D. ſi cert. petat. & in l. à Divo Pio, §. ſed ſi emptor, num. 14. D. de re iud. Tiraq. de retract. convention. §. 4. gloſ. 6. num. 12. & 13. Alciat. in l. Præſcs, num. 28. C. de tranſ. Rota Genuenſ. deciſ. 26. num. 3. Natta conſ. 543. num. 7. & 23. vol. 3. Menoch. conſ. 39. num. 5. lib. 1. Franc. Marc. deciſ. 203. num. 5. par. 2. Vbeſembec. conſ. 42. num. 30. vol. 1. Card. Mantic. de tacit & ambig conv. lib. 18. titul. 6. num. 32. Eſcob. de ratiocin. cap. 23. num. 40. 44. & 45.* in fin. *Peregr. de iur. fiſc. lib. 6. titul. 7. num. 20. ſub verſ. Intellige in debitoribus, Girond. de privil. quæſt. 110. num. 589. Alex. Trentac. lib. 3. var. tit. de ſolut. reſol. 20. num. 26. & 28. Ioan. Zang. in tract. de except. cap. 14. num. 8. part. 3.*

10 Quod procedit, & locum habet etiam è converſo, cùm creditores fiſci præbent apochas ſolutionis in favorem eius Theſaurarij, aut Receptoris, *Franciſc. Marc. dict. deciſ. 203. part. 2. num. 6.* Quinimò fortiùs ſtringit ratio, quia cōfeſſio de recepto emiſſa à parte principali, ſeu ab alio de eius mandato efficaci, potentior debet eſſe ad nocēdum, & operandum, quàm facta ab eo, qui nullum negotium gerit, *Surd. deciſ. 229. num. fin.*

11 Facta ſolutio cū proteſtatione, quòd eam facio involuntariè, & ſine præiudicio iurium, aut privilegiorum meorum, nullum mihi generat præiudicium, *l. 1. & fin. C. de his qui mun. public. ſpont. ſube. lib. 10.* & ibi *Bart. Ludovic. Roman. conſ. 252. in fin. Iaſ. in l. non ſolùm, §. morte, in fin. D. de nov. op. nuntiat. Guid. Pancirol. conſ. 23. in fin.*

12 Extraneus poteſt pro debitore creditori etiā invito ſolvere, & debitorē liberare, *l. ſolvendo, D. de neg. geſt. l. ſolutionē, D. de ſolut. Pancirol. conſ. 109. n. 2. Surd. deciſ. 174. num. 27. Carol. de Graſſ. except. 25. num. 56. Iacob. Menoch. conſ. 296. num. 43.*

*23.& 25.vol.3.Ioan.Franc.de Pont.conſ.
6.n.21.vol.1.Mari.Giurb.deciſ 91.n.2.
Magon.deciſ.Lucen.*12.ubi *Fab.Timc.in
Apoſtill.*

13 Verùm extraneus iſte ſolvens pro de-
bitore poſſit cogere illum creditorem,
quòd cedat ſibi iura ſua? Et quòd nemo
teneatur extraneo ceſſionem ſuorũ iu-
rium facere, & in ſpecie eſt *textus in l.
nulla,C.de ſolut.*ubi hoc videtur de mẽ-
te *Baldi*, & voluit *Anton. Capic. deciſ.
202.ſub num.5.Carroc.in tract. de excuſ.
bonor. part.2. q.22.num.9.* quem refert
& ſequitur *Carol.de Graſſ. except. 25. n.
69.Marc.Anto.Del-Rio in miſcellan.ad
d.l.nulla,*& ibi *Dionyſ.Gothofred.in ſcho-
lijs.*

14 Contrarium tenet *Flamin.Cartar.de-
ciſ.61.num.11. cum ſeqq.* quod fuit dictũ
*Ant. Neguſant.de pign. part.5. membr.3.
num.10. verſic. Inſuper quando ſecundus,*
dicens, quòd extraneus ſolvens non ſo-
lùm liberat rem ab hypotheca prioris
creditoris, ſed ſecundi, quia poteſt pri-
mum creditorem etiam invitum co-
gere ad cedendum iura ſua, ex *Bart. in
l. Ariſto, q.2. D. quæ res pign. oblig. poſſ.
Bald.in d.l.nulla.C. de ſol.* Sed adverten-
dum eſt, quòd idem *Neguſant.ubi ſup.n.
42.*dicit hoc ultimum procedere,quan-
do iſte extraneus ſolvendo primo cre-
ditori emerit ab eo ſuum nomen, vel
pignus, tunc enim taliter ſolvendo ſuc-
cederet in ius primi creditoris, à quo
emit, iuxta notata *in l.1.C.ſi antiq. cre-
dit. pign. vend.* tamen à prima opinio-
ne nullatenus eſt diſcedendum.

15 Solvens alteri, quàm creditori me-
tu ſtatuti pœnalis, iuſto metu videtur
ſolvere, *Afflict.deciſ.150.num.22. & 37.*
aliàs enim ſolvere alteri, quàm illi, cui
debet fieri ſolutio, eſt non ſolvere, &
ſic nec prodeſt, ità adfirmant *Ioſeph.Lu-
dovic.deciſ.Luc.25.n.16.Ariſmin.Tepat.
tom.1.var.tit.161.fol.306, col.2. circa
medium.*

16 Hinc metu facta ſolutio indebiti ſol-
venti non nocet, *Ancharr.conſ.299.*per
totum,*Tuſch.pract.verbo Metus,concluſ.
216. num.15.& 18.& concluſ.217.num.
21. Proſper.Farinac.2.part.fragm. crim.
verbo Metus,num.39.* Tamen nunc di-
cendum eſt ſolutionem præſumi factam
17 metu, ſi is in promiſſione acceſſit, *An-
gel. in l.cùm te, num.8.* & ibi *Salic.5. C.
hoc tit. Aim.Cravet. conſ.14. Gratian.c.
472. num.19. tom. 3.* idem *Salic. in l. ob
turpem,n.3.D.de condict. ob turp.cauſ.* &
quælibet verò præſumptio minima tol-
lit ſolutionem ſpontaneam, ut probant
infiniti laudati *à Scipione Rendina in
promptuar.recept.ſent.tit.90.num.1.*

18 Inferas primò, ſolutionem onerum
coactè factam non tollere immunita-
tem,*l.cura, D.de mun. & hon. Roland. à
19 Valle conſ.60.num.12.vol.2.* quia præſu-
mitur per obedientiam ſolutum fuiſſe,
non ut contraveniatur privilegio, *Ruin.
conſ.196.in fin.vol.1. Feſtaſ.de collect.p.
5. in fin. Oſaſcus deciſ. 91. num.19.Surd.*
eruditè *conſ.261.num.74. vol.2. & conſ.
419. num. 35. Carol. Bardelon. conſ.22.
num.40. Hippolyt. Rimin.conſ.265. num.
13. vol.3. Gregor. Lopez in l.42. tit. 18.
part. 3. gloſ.1. & in l.6.gloſ.2. titul. 10.
part 4.*

20 Inferas ſecundò, ſolutionem factam
per carceratum dici factam per metũ,
*Roland. à Valle conſ.2. num.51.vol.1. &
conſ.57.n.42.vol.2.*

Inferas ſimiliter, quòd tyranni me-
tu coactus, ſi ſolvit, repetit, *l. ſi cum ex-
ceptione, §.Pedius, D.hoc tit. Sfort.Odd.
de reſtit. in integr.2.p.q.52. art.1. à n.8.
cum ſeqq.*

21 Inferas tertiò, ſolutionẽ factã appari-
tori, quamvis nullum ad ſolutionẽ acci-
piendã mandatum habenti liberare ſol-
vẽtem, ſi modò facta ſit iuſto metu car-
cerum, *Ant. Fab.in ſuo Cod.lib.8.tit.30.
definit.48.*

22 Inferas quartò, quòd quando quis
ſolvit pro aliquo invito, non competit
actio negotiorum geſtorum ſolventi
contra illum, ſed ſolùm liberatur ille,
pro quo ſolvitur, ut notat *gloſ. & Bart.
in l.Stichũ, §.fin.D.de nova.& gloſ.DD.*
quę communiter *in l.fin. C.de negot.geſt.*

Pet.

Petr. Paul. Pariſ. conſ. 107. num. 129. vol.3.

23 Inferas quintò, in noſtra ſpecie ex actu coacto non in luci conſuetudinem, *Batr. in cap.fin.col.9. verſic. Ex hoc deceditur,de cõſuet. Ioan. And. in c.2.col 2.de immun. Eccleſ. Hoſt. in cap.dilecti,de arbitr.* & poſt eum *Batr. & Abb. Bald. in cap. 1. col. 3. verſicul. Extra quæro, qui feud. dar.poſſ. And.de Iſern. in cap. 1. verſicul. Extraordinaria, quæ ſint Regal. Alber. in l.de quibus,col 21. verſ. Item quæri an inducatur? D.de legibus, Natta conſ. 106.num.12.*

24 Inferas ſextò, duo eſſe neceſſaria, ut poſſit creditor cogi ad cedendum iura ſolventi: alterum eſt, ut ſolvens poſſideat: alterum verò, ut coactè ſolvat debitum, quod ad alium ſpectat, ità dixit *I.C. in l. mulier, D. qui potiores in pign. habeantur, l.Paulus, §.fin. D. quibus mod. pign. vel hypotech. ſolvitur, l. creditor, D. de evictionibus.* Imò etiam quando quis adſtringitur ad ſolvendum debitum alienum, eadem lex cogit eumdem dominum ad cedendum iura, ex *textu in l.ſi culpa, D. de*

25 *rei vindicat.* Qui ſimiliter loquitur in eo, qui abſq; poſſeſſione poteſt adſtringi ad ſolvendum ratione alicuius creditoris privilegiati, & eſt contextus ſimilis *in l.ſi minoris 25. D. de adm. tut.* ubi curator cùm minus petijſſet à tutore minoris, tenetur ſolvere minori illud deficiens, tamen minor tenetur cedere iura ſua: & eſt alius conſimilis *textus in l. res obligata, D. de leg. 1.* Et in fiſco quando agit ſtante privilegio ad recuperationem pecuniæ ſolutæ bonâ fide poſteriori creditori, quòd teneatur cedere iura, eſt *textus in l. cùm poſſeſſor, D. de cenſib. & l. fin. C. de privil. fiſc.* & ità dixit *Fab. de Ann. conſ. 123. in principio, vol.2.* & quòd teneatur cedere cuicunque tertio poſſeſſori, ac poſſit cogi, dixit *Felician. de cenſibus, lib.3. cap.2. num.17.* ubi etiam inquit, quòd principali debitori tenetur cedere ſi interſit, & dat exemplum, quando vendi lit prædium cum illo onere, & idem ipſe principalis fuit adſtrictus, quòd ſibi debent cedi iura, ut recuperet ab emptore, ex *Bart. in l.1. §. cùm prædium, D. de pignor. & in l. Ariſto, q.3. D. quæ res pignori oblig. poſſ. Franc. Ant. Coſta conſ.68. à n.23.cum ſeqq.*

26 Indagari oportet, an per receptionem ſolutionis ſicut per ſolutionem ſpontaneam metus purgetur? Et quòd ſic, adfirmare videtur expreſsè *textus in l.2.C. hoc tit. l fin. § fin. D. eod. l penult. de condict. ob turp. cauſam, l.49. tit.14. par.5.* ubi *gloſ.2. Bart. in l. de quibus, n.17. D. de legibus, Caſ. Manent. conſ.27.n.27. Fadill. in l. interpoſitas, n.22. C. de tranſ. Azeved. in l.1. tit.21. n.194. lib.4 Recop. Gutierr. in l. nemo poteſt, n.381. D. de leg. 1. Ricc. collect.921.p.4. Tuſch. pract tom 5. lit. M. concl.220.n.25. Hond. conſ.23.n.5. & 6. vol.1. Alex. conſ.127.n 5. verſ. Denique, lib.5. Pariſ. conſ.10.n.58. lib.1. Menoch. conſ.401. num.209. vol.5. Donell. lib.15. comm.c.38. Baſil. lib.4.c.9.n.12.*

27 Suſpicio enim metus tollitur, ſi conſenſus, ſeu ratificatio ſuperveniat poſt metum, *cap.1.* ibi: *Aut quod fecit, poſtmodùm ratum habuit, hoc tit. c. cùm virum, c. ſignificatum, de regul. Menoch. de arbitr. caſ.231.n.14. & 15. & lib.3. præſumpt.4. n.23. Flamin. Pariſ. de reſignat. lib.3. q.1. num.121. cum ſeqq. Faria.2.p. fragm. crim. verb. Metus, n.137. Gama deciſ.346.n.4.*

28 Cui adſtipulatur, puri & purificati parem eſſe conditionem, *l.fin.§.1. D. de vulg. & pup. Caſtill. lib.5. cont. par.2. cap. 119.n.8.* & cùm per actus ſubſequentes metus purgatur, purificatio intervenit, ac ſi à principio purus eſſet, permanet actus, & eiuſdem conditionis, ſeu paritatis exiſtit.

29 Deciſio tamen *d.l.2.C. hoc tit.* (de cuius ſenſu & intellectu agit *Fach. lib. 10. contr.c.16.*) limitationem recipit ex eo, quia ſemel inlatus metus, ſemper adeſſe præſumitur, ità *Bart. in l. penult. de condict. ob turp. Ann. alleg.114.n.4. Ricc. in prax. Eccleſ. deciſ.657.n.3. Manent. conſ. 27.n.28. Gutierr. conſ.16.n.15. Græve.*

lib.

*lib.2.concl.93. n.11. Ioſeph. Ludov. decis. Luc.18.Seſſe deciſ.60.lib.1.Alex. Ludoviſ. decis.392.*ubi *Beltramin.*

30 In tantum hoc eſt verum, quòd matrimonium metu contractum adeò nullum adeſt, quòd ratificatio ſubſequens nihil operatur, quidquid enim durante causâ metus fuit factum, cenſetur per metum fuiſſe factum, & proinde non relevat, *Verall.deciſ.213.p.2. Seraph.deciſ.1166.* Quare iure optimo *Marta in deciſ.64.* dicit, per præfatum matrimoniũ metu contractũ minimè impediri, quominùs poſſit, & valeat contrahens habêre ſecundum matrimonium, *Sanch. lib.4.diſp.18.num.7.*

31 Confert in hanc rem, quod notat *Calderin. conſ.1. hoc tit.* ubi concludit, quòd mulier, quæ monaſterium intravit per metum, licèt in monaſterio per annos plures perſeveraverit, non tamen videtur eſſe purgatus metus, ſi durat eadem cauſa metus, *And.Sicul.conſ.54.col.13.& 14.vol.1.& conſ.ult. col.11. & ſequent. vol.2. Franc. Aret. conſ.14. col.9. verſ.Sed reſtat nunc videre, Alex.conſ.1. vol.3. Celſus Hug. conſ.120.n.69. Farin. deciſ.705.tom.4.*

32 His accedit, quòd metus non cenſetur purgatus, etiam quòd in inſtrumento dicatur, quòd quis ſpontè conſentit, & ſic per clauſulã ſpontè: eodem enim timore, quo quis eſſet ductus ad contrahendum, etiam videtur inductus ad ſic adfirmandum, *Iaſ.in l.interpoſitas, poſt n.5. C.de tranſact.* & ibi etiam *Claud. Seiſſell.n.9.& 12.* ubi quòd ſi in inſtrumento addit iuramentum adſertoriũ omnia, ſcilicet, cõtẽta in inſtrumẽto eſſe vera, *Angel.conſ.215.verſ.Tertiò ad hoc, Areti. conſ.14.n.16. Soc.Iun. conſ.77. num. 48. & 49. lib.1.Aug.Barboſ.dict.382.à n.1. cum ſeqq. Roland. conſ.2.num.71.& ſeqq. lib.1.& conſ. 100.num.133.& ſeqq.lib.3. Beninc.de paupert. q.8.in 7.ſpec.n.8. Hering. de fideiuſ.cap.19. à n.20. Men. lib.3. præſumpt.24.n.30.*ubi generaliter dixit, & probavit omnes clauſulas poſitas in inſtrumento per metum celebrato præſumi adpoſitas eodẽ metu, *Card. Tuſch. pract. tom.5.lit.M.concluſ.223. n.16. & 42.* (licèt contrarium tenêre videatur *Pariſ.conſ.10.n.39. & 72. lib.1. & conſ.54. n.17. Virgil. Voccac. in conſtit. Picen. gloſ.2.n.70.*)

In tantum hoc verũ eſt, quòd clauſula ex certa ſcientia, & ſi tollat remediũ reſciſſoriũ, ut voluit *Mart.de clauſ.p.1. clauſ.206.* non tamẽ quãdo cõtractus, ſuper quo interponitur, fuit coactus & nullus; quia ſi nõ valet principale, multò minus acceſſoriũ, *c.acceſſoriũ de reg.iur.in6. Roland.Cavagn.ad Men.conſ.1.n.119.*

33 Et adprobatio, ſeu promiſſio meticuloſa non cenſetur adprobata, & metus purgatus ex adprehenſione poſſeſſionis, ſeu retentione bonorum relictorum, per id quod habetur in *l.ſi vir, & in l. ſi per vim, C.hoc tit.Imola in cap. ſuper hoc, verb. repoſcentibus, col.2.verſ. Sed dices, non eo ipſo, quòd ſpontè, de renunt. Steph. Bertrand. conſ.4.num.35.& 36. vol.3.p. priori.*

34 In terminiſque ſolutionis idem probant *Afflict.deciſ.336.num.7.Boëri.deciſ.100.n.15.& 16.Hippolyt.de Marſil.ſing.89.Petr.de Raven.ſing.570.Tepat.tom.1. var.tit.153.c.7.circa medium, Manent. conſ.27.n.49.*

35 Advertendum eſt, quod dicit poſt *Abbat.Roland.conſ.2.n.93. in princ.* omnem modicam præſumptionem ſufficere ad tollendam præſumptionem ſpontaneæ ſolutionis, *Iaſ.in l. ſi ob turpem, limit.6.D.de condict. ob turp. Minad. conſ.28.n.10.& Grammatic.deciſ.66.ſub n.28.* tradit, quòd ſolutio pecuniæ parũ operatur circa metus purgationem.

36 Et ut præcisè tradit *Bald.in d.l.2.n.10.C.hoc tit.* dictâs, quòd ubicunq; actus ſolutionis præſumi poteſt factus ob aliquã cauſam, quã ad ratificationẽ cõtractus antè initi, ſed meticuloſè, nũquam præſumitur purgatus metus nec adprobatio facta, ſequitur *Angel.*ibi *in fin. Salic.ſub n.8. Alex.n.8.Bart. Angel.Fulgoſ. Caſt. & Iaſ.in dict.l.ſi ob turpem, Aretin. conſ.14.n.18. Angel.conſ.99.ſub num. 30.*

Dec

Dec.conſ.218.Viſo puncto,col.penult.verſ. Nonò in ſimili, Gabriel conſ. 188. in fin. vol.2. Roland.conſ.2.n.92.& 93.in princ. Imol. conſ.145.n.11. Florian. inter cõſ. Martin. Laudenſ. conſ. 27. n.11. Neviz. conſ.52.n.52. Socin. Iun.conſ.77.n.65.in princip. Cacheran.deciſ.179.n.11.Padill. in l.interpoſitas,num.25.C.de tranſ.Burſat.conſ.72. n.28. Boer.deciſ.100. num.16. Ant. Gab.de adpell. concl.3. Seraph.de iuram. privil.29.num.6.7.& 8.

37 Ex quibus inferas, quòd ſi ſolutio facta fuerit vigore promiſsionis factæ in carceribus,nulla & invalida eſt,ità Anchar. quem ſummè notandũ dixit Vitalin.de Gamb. tract. clauſ.ſup.clauſ.nõ vi, non metu, cap.2.de metu carceris.ſub n.3. circa med.ſequitur Honded.conſ.23.n.45. in princ.Ruin.conſ.121.ſub num.28.verſ. Prætereà,vol.4.

38 Quod quidem confirmatur ex dictis Cyn. in l.2. C.hoc tit. & ibi Bald.& alij, prę cipuè Bart.ſub n.11.verſ.Sed videtur ſolvere,ne capiatur:&Salic.ibi:Nõ dicitur adprobare inſtrumentũ,ut ſpontè factũ,ſed potius ſolviſſe,ne capiatur, Anch.conſ.23.n.3.ibi:Semper præſumitur metus inſtare,ne iterùm capiatur.Grat.cõſ.71.n.26. vol.2. ibi:Non dicitur ſpontè ſolvere quotieſcũq; vigore primi cõtractus potuiſſet iterũ capi. Dec. in l. in omnibus cauſis,ſub n.14. ibi: Quia niſi ſolviſſet,iterùm capi potuiſſet,D. de reg.iur. Anchar.in c.1.col.2.hoc tit.ibi: Certè nõ debuit dici ſpontanea ſolutio, quia iterùm,ſecundò, & tertiò potuiſſet cogi,& capi,& ideò metus cõtinuatus inſtabat. Barbac.conſ.42.n.7.in princ.ibi:Si ſolvit,non videtur adprobare inſtrumẽtũ,ſed videtur ſolvere,ne capiatur. Nat.cõſ.451.n.16.ibi: Quia iuſtè timuit,ſi nõ ſolveret,quòd iterũ detruderetur in carcerẽ,Calcan.cõſ.112.n.1.latè Purpur.cõſ.282.n.19.& 20.Rebuf. to.2.ad Conſt. Reg.tract.de reſc. contract. gloſ.22.n.3.Farin.de cart.q.35.à n.38.cũ ſeq.Ioan.Garc.de nobil.gloſſ.17.num.48.

39 Cõducit huic inlationi adſerere,quòd ſi quis fuerit indebitè tortus,& in tortura cõfeſſus, licèt poſtmodũ ex intervallo,& extra locum torturæ perſeveret in eâdẽ confeſsione, nunquã ſibi præiudicat talis perſeverantia, quia poſtquàm ſemel indebitè fuit tortus, præſumitur ſemper ſubeſſe eadẽ cauſa timoris, Angel, & alij, in l. qui in aliena, §.Celſus,de acq.hered.Alex. conſ.144. poſt reditum,n.5.vol.2. & conſil.1. num.3. & 11. vol.3. Grammat.conſ.37.n.6.& 7.Brun. à Sole q.51.n.182. cum ſeq. Farin. de tortura,q.37.à num.110.& de reo convict. & confeſſ. q.83.n.9. Gutier.de iuram. confirm.1.par. cap.57.num.15.Cæſ.Man.conſ.28.toto.

40 Vnde petenti reſervationẽ penſionis declarari nullã, vel pẽſionis reductionẽ nõ obſtat exceptio ſolutionis,ſi ea facta fuit ob metũ,eleganter Gigas de penſion. q.15.torâ. Sic ſimiliter metu cenſuratũ ſolvẽs liberatur, Milis in repertor.verb. Metus iuſtus inferri,Eraſm.Chokier.tom.2. de iuriſd.par.2.quæſt. 22. n.6.fol.180. & quæſt.95.fol.255.

41 Nunc ſuccedit diſputare,an creditorĩ invito ſpecies pro pecunia ſolvi poſsit? Et negativè reſpondêri debet ex ſeqq.

42 Primò, quia beneficiũ dandi bona in ſolutũ creditoribus eſt cõceſſum de iure Digeſtorũ per text.in l.à D.Pio,§.ſi pignorã,ibi:Vt addicantur ipſi,cui quis condẽnatus eſt,D.de re iudic. creditore volẽte, non autem creditore invito, ità apertè dignoſcitur ex eodem text. in verſ.ſeq. ibi:Nam etſi creditor maluerit pignora in creditũ: & expreſsim adnotarũt Cagnol. in l.2.num.164.C.de reſcind.vendit.&ibi Arias Pinel.1.par.cap.4.num.10.& ſeq. & de eodem iure Digeſtorũ eſt expreſſè determinatum aliud pro alió invito creditore ſolvi non poſſe, l. 2. §. mutui datio,D.ſi cert. petat.

43 Nec hoc beneficiũ tribuitur de iure Codicis,per text. in l.fin. C.de iur.dom. Imp.in §.ſin autẽ tempore ſtatuto,& §.ſin autẽ minus; nam is text. ſimiliter procedit volente creditore, non autem invito,ponderando verba text.in d §. ſin autem tempore,ibi: Eandem rem expetat. Si ergo creditor expetit,nõ poteſt dici invitus;petens enim ab invito differt, ut volens à nolente, l. qui habent, §.ſi

pupillus, *D. de tutel.* & ſimiliter ponderando verba *dict.* §. *ſin autem minus quidem,in verſ.Et ne ex communione*,ibi:*Licentia dabitur creditori*; nam licentia nō datur,niſi petenti, & volenti, non autē invito,*l. fin.* §.*etſi præfatam,verſ. Licentia à creditoribus,&* §.*licentia data,C. de iur.delib.l.4.* §.*ſi detracta*, *D.de nox.act. l.1.D.de lib.cauſ.*

44 Et hoc adeò verum eſt, ut potius creditori ſit hoc beneficiū de iure Cod.cōceſſum pro remedio contra debitorem, qui per calliditatem ſuā efficit,ne inveniatur emptor ſuorum bonorū, ut, ſcilicet,poſſit creditor,ſi velit,illa eadē bona ſibi adiudicari facere, ut eſt *text.in l.3. C. de exec. rei iudic. l.fin.C. ſi in cauſam iudic.*Non eſt igitur in eius odiū retorquendū,quod in creditoris favorem, &beneficiū introductum eſt;præſertim quia de eodem iure Codicis eſt expreſsè ſtatutū,creditorem in pecuniam non tenêri ad recipiendum aliam rem in ſolutum,*l.eum à quo,C.de ſolut.*

45 Nec obſtat *Auth.hoc niſi debitor,C.de ſolut.* ubi ſpecificè eſt proviſum, debitorem, qui non poteſt ſolvere in pecunia,poſſe ſolvere in re immobili tradēdâ creditori mediante appretio.

46 Quandoquidem *Auth.* illa limitatur, quando ſolutio eſt promiſſa à debitore cum iuramento creditori ſpecificè in pecunia; itē quando illi privilegio, ſeu beneficio tradendi bona in ſolutū credi tori eſt expreſsè renuntiatum à debitore cū iuramento,eleganter*Franch.deciſ. 81.Theſaur. deciſ.153.n.13. & 14. Scipio Rovit.conſ.78.num.10. Novar.2.p.prax. dat.in ſolut.quæſt.12.*totâ.

47 Vnde non eſt audiendus *Novar.d. 2. p.q. 13.* quatenus ait, hoc ſolùm procedere in creditore annuorum reddituū, ex *Gutierr.lib.1.pract.q.143.*

48 Amplia tamen primam ſententiā,ut procedat etiam ſi heres cum beneficio inventarij nullum emptorem inveniat; quia non poteſt cogere creditores ad recipiendum bona in ſolutum, eruditè *Gizarell.deciſ.7.*totâ.

49 Nunc obportunè quærendū & indagandum eſt, an adminiſtrator cenſeatur ſolutus ex pecunijs,quas adminiſtrat,ut debitor,cuius bona regit, effugiat mutationis monetæ periculum?

50 Et primâ facie dicendū videtur, adminiſtratorem (cuius ſumma eſt authoritas, ut ex *Plauti Aſinaria*, *& ex Alpheno in l.in l·ge Cenſoria 203.*ubi *Alciat. num.18.D.de verbor.ſignif.*)ſibi propriâ authoritate ſolvere,nec valêre,nec debêre, imò potiùs debiti amiſsione, & alijs pœnis affligi poſſe, ſi efficeret, *l. exſtat*, *D.quod met.cauſ. l.creditorem,D. ad leg. Iul. de vi privata*, *Proſper. Farinac.1.part.fragment. crimin. litter. A. à num.253.*

51 Sed tamen conſtanter adſeverandum eſt,poſſe,& debêre ſibi ſatisfacere; exſtant enim in hanc rem multorum teſtimonia textibus fulcita,& corroborata. Ferculum parat huic ſententiæ *text.* ſingularis, & unicus, expreſſuſque in *l.debitor 13. D.de negot. geſt.* in cuius ſerie dicit *Paul.* quòd quidam creditor Titij poſt eius obitum hereditatis curationem ſuſcipiens,decē impendit, & centum in arca repoſuit, quæ abſq; eius culpâ periêre; quærit *Conſultus*, cuius damno cedat amiſsio? Reſpondet,quæſitumque fœdere diſtinctionis componit; nam ſi creditor ſibi & cæteris creditoribus ſolvere debebat,nec ſolvit;& ſatisfecit, debiti, repoſitique periculū eum tangere,ſed impēſum retenturum; ſi verò iuſtam ſeponendorum centum cauſam habuerit, nullum in aliqua parte ſenſurum detrimentum.

52 Ecce ſecundas menſas, bellaria adpono ex *l. ſed ſi damnum 9.* §. *præterea,verſ.Nam & eleganter*,ibi:*Sanè cùm ex cæteris cauſis ipſum a ſemetipſo exegiſſe dicimus*, ubi *Dionyſ. Gothofr. ed. litter. N. D.de pecul. & in l.fiſtulas 78.* §.*fundum*, ibi: *Dixi tradere te tibi poſſeſſionē, D. de contrahenda emptione*, & in tutore eſt *l.quoties*, §.*ſicut*, *D. de adminiſtr. tutor.*

53 Innumeri ſunt fautores & celebritate,

tate, & doctrinâ conſpicui Bald. in dict. l. debitor, num. 4. Angel. num. 2. & in l. ſed ſi damnum, §. prætereà, D. de pecul. Afflict. deciſ. 13. num. 16. ubi Vrſil. num. 19. Cravet. conſ. 129. num. 5. Magon. deciſ. Florent. 121. num. 6. Menoch. conſ. 457. à num. 3. Gutierr. de tutel. 2. par. cap. 9. num. 51. Larath. conſ. 30. num. 18. Camill. de Medic. conſ 123. num. 3. Caſan. conſil. 10. num. 201. Pedroch. conſil. 3. num. 82. Surd. conſ. 153. à num. 13. & de alimentis tit. 3. quæſt. 7. num. 18. Paſch. de virib. patr. poteſt. 3. par. cap. 10. num 43. Grat. cap. 129. num. 31. lib. 1. & cap. 224. num. 2. & 3. Menoch. deciſ. Florent. 39. num. 4. Milanenſ. deciſ. 11. n. 34 & 35. Rodrig. de reddit. lib. 3. q. 10. num. 46. Inerigliol. deciſ. 5. num. 38. Menoch lib. 3. præſumpt. 155. num. 12. Maur. Burg. de laudim. inſpect. 4. num. 74. noviſsimè Amĕdol. ad Franch. deciſ. 206. num. 22. & in muliere filiorum tutrice, idem tenet cum infinitis Antonin. de Amat. reſolut. 49. num. 101. Franc. Anton. Coſta conſil. 61. numer. 39.

54 Non refragantur dict. l. extat, & l. creditorem, ex eo quòd loquntur de ſolutione, quamquis per vim & violentiam extorquet, longè tamen diverſum eſt in adminiſtratore, qui iure tenetur ſibi ſatisfacere ex ſuperiùs animadverſis, & ideò ſi ſibi non ſolverit, damnum mutationis monetę ſubibit, cùm in mora verſetur, quæ tam debitori, quàm creditori præiudicium gignit, l. quod te, ubi Gothofred. D. ſi certum petat. l. ſi mora, D. ſolut matrim. l. mora, D. de ſolut. Bart. & DD. in l. Paulus, D. eod. & in l cùm quid, D. ſi cert. petat. Canon. in cap. quanto, de iur. iurand. Covarr. de vet. nūm. cap. 7. concluſ. 5. num. 4. Anton. Fab. de var. numm. debit. ſolut. cap. 10. Franc. Soler ad Edicta Cathalon. ſup. reformat. monet. cap. 4. Theſaur. de augm. monet. par. 1. num. 53. & in addit. ad Patrem, deciſ. 174. Pichard. de mora, num. 34. Alexand. Ludoviſ. deciſ 146. n. 11. Chriſtin. deciſ. 170. num. 8. vol. 1. Marc. Maur. alleg. 95. totâ.

55 In individuo adſtat Baldi doctrina in dict. l. debitor, num. 4. ibi: Quintò nota, quòd mora recipiendi trahit ſecum periculum interitus, etiam mora irregularis, quæ inducitur ratione officij, non ratione oblationis: nam ſicut ex parte debitoris eſt duplex mora, ſcilicet regularis, ut notatur infr. de uſuris, l. mora, ita ex parte creditoris mora regularis eſt per oblationem, irregularis ratione officij.

56 Patrocinatur Angel. in dict. l. debitor, num. 2. qui idem protulit in hæc verba: Nota, quòd adminiſtrator bonorum alterius, ſi pecuniam habeat paratam, nedum debet ſolvere creditoribus, imò etiam debet ſatisfacere ſibi ipſi, & non ſolvendo, & non ſatisfaciendo eſt in culpa, & ideò periculum pecuniæ ſpectat ad eum: acutè & eleganter Roman. conſil. 187. num. 5.

57 Pro huius rei mantiſſa notanda ſunt, quæ docent Addent. ad Alexand. in l. creditores 102. de verbor. obligat. litter. B. Nevizan conſil. 57. num. 11. Pedroch. conſil. 3. num. 84. dum arbitrantur, mulierē, quę bona mariti exſulis adminiſtravit, & pro dote ſibi conſulere potuit, ſi deinde ad illam agere velit, audiendam non eſſe.

58 Neque ſuperiorem ſententiam oppugnat Raphael Cuman. in l. 1. §. fuit quæſitum, in fine, ubi Iaſ. num. 18. D. ad Senat. Conſult. Trebellian. dicens, tutorem cùm ſibi ſolverit, quod ei pupillus debet, pecuniæ dominium, donec conſumpſerit, in eum non transferri, ac per conſequens dignoſcitur mutationis periculum ad eum non ſpectare, l. quæ fortuitis 6. C. de pignor. action. Bart. in l. ſi quis nec cauſam, num. 4. D. ſi cert. petat. & communi calculo Scribentes in l. creditor oblatam 102. D. de ſolut. Pichard. in §. cùm autem, num. 2. Inſtit. de emption. & vendit. Fachin. lib. 2. contr. cap. 96. Amat. reſol. 20. n. 4 Chriſt. deciſ. 172. num. 4. vol. 1. Herc. Mareſcot. lib. 1. var. cap. 7. num. 8.

59 Sed Cumani mens caligat, & ratione deſtituitur, nā prętérquā quòd ipſe du-

bius hæreat, dicteriumque cogitandũ relinquat; ſubſiſtere nequit ob eã cauſam, quòd pupillo nec liberatio contingeret, & fortaſſe debiti creſcerent uſuræ, gravioreſque efficerentur, & nullum ſortiretur effectum ſolutio; ſicque nullo iure debêret tutor ſibi ſatisfacere contra tot expreſſas ſanctiones, &, quod plus eſt, tutor, vel adminiſtrator mutationis timore pecuniam extantem habèrent, ut pupillo, vel domino decreſceret.

60 Ex quo fluit, & face accenſâ prælucet reſolutio quæſtionis, quòd adminiſtrator mutationis damnum patiatur, ex eo quòd in dolo, vel mora fuit, ut illud effugeret, *l. ſi cùm ipſe 42.* ibi: *Si cùm ipſe tutor datus conſtitueret, ut proferret, exc ſationem mora contradictionis impeditus eſt, quominus decreto liberaretur, excuſationem rectè probari, D. de excuſat. tutor. Abbas conſil. 16. num. 2. lib. 2. Felin. in cap. fin. num. 3. uſque in finem, de teſtibus, Marſil. in Rubr. de fideiuſſorib. ex num. 153. Cæſar Bargal. de dol. lib. 6. reg. 20. Iacob. Cancer lib. 2. var. cap. 13. num. 45.*

61 Mirum in modum adſtipulatur *text. in l. fin. C. depoſiti,* ubi unus ex pluribus heredibus petijt à depoſitario defuncti ſuam partem pecuniæ, alij non exegerunt (hæc mora) interim ſine dolo malo depoſitarij pecunia interijt, non poſſunt coheredes adverſus illum agere, quia ſuæ induſtriæ non debet pœnam perpeti. Quæſtionis deciſiva conſtitutio.

62 Tandem certum, & indubitatum exiſtit, adminiſtratorem ſi mutationis tempus non inſtaſſet, ſibi ſoluturum, nam ex qualitate perſonæ præſumptio naſcitur, eruditè *Cravet. conſil. 129.* Ergo iuſta de cauſa de pecunijs quas adminiſtrat, ſolutus cenſebitur, & mutationis periculum ſubibit.

SVMMARIVM.

1 *ADpellare verbum habet varias ſignificationes.*
2 *Definitur. & 3.*
4 *Iuri naturæ adſcribitur. & 5.*
6 *A ſententijs Principum non adpellatur.*
7 *De requiſitis adpellationis remiſſivè.*
8 *Adpellatio debet interponi coram iudice à quo.*
9 *Ab hoc metus excuſat.*
10 *Quod ampliatur. uſq. 16.*
17 *Non poteſt adpellans adpellationi renuntiare invito adpellante.*
18 *An metus reverentialis excuſet nõ adpellantem? uſq. 22.*
23 *Nõ adpellãs propter metũ iudicis poteſt agere ad id, quod interfuit in ſyndicatu.*
24 *An petens terminum ad ſolvendum in hoc caſu renuntiet adpellationi? uſq. 42.*

CAPVT XXV.

De Adpellatione.

1 VAtias habet verbũ *adpellare* ſignificationes, ut tradũt *Rebuf. in l. liberti adpellatione, D. de verb. ſign.* & ex eo *Sigiſmund. Scacc. de adpell. q. 1.* totâ, *Oſſual. in Don. lib. 28. cõm. c. 4. lit. B. Martial. lib. 7. epigr. 91.* quas omittimus referre.

2 *Adpellatio eſt provocatio ad maiorem iudicem ratione gravaminis inlati, vel inferendi,* ut definit *Maranta in ſpec. part. 6. act. 2. in verb. Et quãdoq; adpellatur, Scac. d. tract. q. 2. n. 2.* & latiùs inlationes proſequitur. Cuius frequẽs & neceſſarius eſt uſus, *l. 1. D. de adpel. Greg. de adpell. lib. 1. c. 5. Beſold. c. 1. Brederod. p. 1. tit. 2. Oſſuald. in Don. lib. 28. cõm. c. 6. lit. A.* quã plerique iuri naturæ adſcribũt; quippè cuius eſt defenſio, unde nec ſtatuto effici poteſt, ne adpellare liceat, docent *Myſinger. 1. obſer. 14.* quia alia (ait) ratio pacti, quod nõ directo offendit ius ſuperioris,

& citati à *Treutler.diſp.33.theſ.1.vol.2.*
5 Et quòd adpellationem iuſtã nec Prin-
ceps tollere poſsit, *Vazq.1. cont.uſuf.1.*
num.4.& 5. acutiſsimè probat.
6 Vnde à ſententijs Principum non eſt
permiſſa provocatio, *l.1.D.quib.adpell.*
nõ lic.l.1.C.de ſent.Præfect.Prætor. Alex.
Trentac. lib.2. var. tit. de adpell. reſol.1.
n.1. planè à quibus lege humanâ adpel-
latenon licebat, ad tribunal divinum
ſæpius iniquè condemnati provocave-
runt, nec omnino ſine effectu, exẽpla ex
Hiſtoricis referunt *Philip. Camerar. 3.*
oper.ſucciſiv. 30. Ioan. Marian. lib. 3. de
Rege,& Regis inſtitut.cap.12.Petr.Greg.
lib.1.de adpell.cap.2.n.10. Beſold.cap.2.n.
13. Ventura de Valencia Partheniј litigij
lib.1. cap.1. n.38. & cap.2. cum ſeqq. Oſ-
ſuald.in Don.lib.28.comm.cap.6. litt.S.
7 De requiſitis adpellationis mirè a-
gunt *Scacc.in tract. de adpellat. q.4.5.&*
12. Salz.de Reg. protect. p.3.c.9. à princ.
8 Adpellatio debet interponi corã iu-
dice à quo, *Innoc.in cap. fin. in fin.de ad-*
pell. Socin.conſ.39. ſub n.32. lib.4. Gram-
mat.deciſ.36. n.76. Veſtri. in prax. lib.7.
cap.3. n.27. & Gravat. in adnotat. n.57.
Lancell.de attentat. p.2. cap 12. de attent.
adpell. pend. ampl.15. princ. n.1. Gutier.
pract. lib.2. quæſt.102. Farin. deciſ. 396.
num.3. par.2.
9 Iuſtus tamen metus incuſſus adpellã-
ti illum excuſat, ne adpellet corã iudice
à quo, *cap. fin.* ubi *gloſſ.verb.Excuſat, In-*
noc.& Bald.de adpell. ibique *Aug. Barb.*
Scacc. de adpell. q.6. n.8. Bobad.in Polit.
lib.4. cap.21. n.235. quod comprobatur
ex *text.in l.2.C.de ijs, qui per met.iud. non*
adpell. l.22. in fin. & l.27. tit.23. p.3. &
utrobique *Greg.Sanch.de matrim. lib.4.*
diſp 4.n.8. Myſing.cent.4.obſer.44.& 45.
Marchiſ. de cõm. 1. p.§.1.ex n.13. cũ ſeq.
fol.1297. Coſta remed.ſubſidiar.59. toto.
Quia quando aliquis perhorreſcit ſe-
veritatem iudicis admittitur à ſuperio-
re, etſi non per viam adpellationis, ſal-
tem per viam recurſus, aut extraordi-
nariæ defenſionis, *Afflict. deciſ.85. n.2.*
Bart.in l.de pupillo, §. ſi quis ipſi Prætori,
n.5. de nov. oper.nunt. Caeberan.deciſ.30.
n.19.Bobad. in Polit. lib.5. c.3. n.93. uſ-
que *ad 98.* Inferas ex hoc, quòd adpel-
latio ſi non eſt facta tẽpore ab ipſo ad-
pellante propter metum, quia videt,
quòd iudex conſuevit malè tractare cõ-
ſanguineos eorum, qui adpellant ab ip-
ſo, valet adpellatio, ſi poſteà fuerit in-
terpoſita metu ceſſante, *iuxta text. in*
cap.fin.de adpell. Felin. in cap. cùm Eccle-
ſia S.M.n.99.de conſtit.fol.53.verſ.Deci-
motertiò quæro.
10 Quod ampliandum eſt, etiam ſi ipſe,
cui opus eſt adpellare, fuerit cauſa me-
tus, & ſui culpâ inciderit in eum, *Franc.*
in c.ult.n.2. ibi: *Sed iuſtus, aut probabilis,*
& Alex.n.3. extr. *de adpell.* facit, quod
ſcripſit *Scacc.q.17.limit.47.memb.1. ex-*
tenſ.5.n.28.verſ. Confirmatur : & ſimili-
ter ſi incutiatur adpellantis conſangui-
neis, *Sanch.dict.q.4.num.8.in fin.* cũ plu-
rib. *Scacc.dict.quæſt.6.num.15.& 16.*
11 Tamen ſi quis ob iuſtũ metũ timeat
facere proteſtationem coram iudice à
quo, proteſtatio habetur pro facta, &
ideò erit adpellandum coram honeſtis
perſonis præmiſsâ dictâ proteſtatione,
quod nõ audet adpellare à iudice à quo,
d.c.ult.verb.Exprimẽdas, in fin.de adpell.
Scacc.d.q.6.n.11.Crav.conſ.240.n.3.Lap.
alleg.39.Tuſch. pract.to.1.lit.A.concl.351.
Gratian.c.10.a n.1. to.1. Maldon.in ſilv.
reſp.2.lib.1.n.10.& 12. ubi qualiter me-
tus iudicis probetur: vel debet proteſta-
ri corã teſtibus, quòd nõ poteſt adpella-
re, & timet, *Ang.Aret.in l.1.§.libelli, ſub*
n.5.verſ.Sed dubium, D.de adpell. Sed in
12 iſta proteſtatione tria requiruntur; pri-
mũ, quòd fiat tempore cõgruo, id eſt in-
fra decẽ dies; ſecundũ, quòd fiat publi-
cè, id eſt corã perſonis publicis, aut co-
rã iudice cuiuſque fori; tertiũ, quòd cõ-
tineat cauſas metus, nõ tamẽ eſt neceſ-
ſariũ, quòd contineat cauſas cauſæ, &
quòd pars iuſtè timens de iudice poſsit
adpellare corã probis viris, licèt adſit
iudex, dicit doctiſsimè *Pet. Surd. conſil.*
13 *228 n.15.vol.2.* & ſi eius copia nõ habea-
tur, debeat proteſtari, ut tradunt *Felin.*

in cap. venerabilis, num. 6. de iudic. Vivius deciſ. 256. num. 6. Auguſt. Barboſ. in cap. 9. num. 4. de adpell. in 6.

14 Amplianda eſt iterùm regula iã firmata, ut procedat ſive metus incutiatur à iudice, ſive à parte, *Franc. in d. cap. ult. n. 4. verſ. in gloſſ. 1. & Alex. n. 3. & 4. de adpell. Seacc. d. q. 9. n. 16.* quæ tamen in iudice ceſſat ſi iuſtè ab eo imponatur metus, tunc enim nõ excuſaret adpellãtẽ, ut docẽt *Bart. in l. de pupillo, §. ſi quis ipſi, num. 17. D. de nov. oper. nunt. Alex. de Nev. in cap. fin. num. 20.* & ibi *Prapoſ. n. 6. Franch. num. 6. de adpell. Sanch. de matrim. lib. 4. diſp. 8. num. 9. in fin.*

15 Animadvertendum eſt, quòd etſi adpellatio iudici intimanda ſit, nõ eſt neceſſarium, quando propter iuſtũ timorẽ non adpellatur coram iudice; quia tunc ſicut metus excuſat, ne teneatur adpellare corã eo, ità etiam debet excuſare, ne teneatur ei intimare adpellationem; quia militat eadem ratio metus, *vulg. l. illud, D. ad leg. Aquil. Seacc. d. q. 6. n. 36.*

Ex *cap. fin. de adpell.* requiritur proteſtatio, quando quis ob metũ deſinit adpellare; tamen ſi dicens ſe per metũ nõ adpellaſſe, probet per metũ quoque nõ licuiſſe ſibi proteſtari, eſſet audiendus, ut tradit *Padill. in l. interpoſitas, n. 10. in fin. C. de tranſ.* & facit *l. 27. tit. 23. par. 3.* & tradit *Seacc. dict. q. 6. num. 36.*

Et hoc caſu licèt aliàs, ut ſit locus remedio attentatorũ, debeat adpellatio coram honeſtis viris facta intimari iudici, & parti, ut tradit *Lancell. de attẽtat. 2. par. cap. 12. ampl. 15. n. 22.* tamen ſi id non fiat ob metum iudicis, erit locus remedio attentatorũ; nã quando per iudicẽ ſtat, quominus ei fiat intimatio, non ceſſant attentata, ut poſt *Franc.* dictat *Lancellot.* ibi *num. 40. Seacc. d. q. 6. num. 36. verſ. Confirmatur hac reſtrictio, Lara in compend. vitæ homin. cap. 30. n. 55 & 56.*

Parte non valente adpellare corã iudice à quo propter iuſtum metũ, proteſtatio, quę fiet corã honeſtis perſonis, locum habebit adpellationis, *Carpan. ad Stat. Mediol. cap. 131. n. 105. tom. 1.* & licèt cautum ſit adpellare denuò ceſſante metu, non tamen eſt neceſſariũ; quod eſt menti tenendum, quia idem erit in omni caſu, in quo propter abſentiã iudicis ſufficit proteſtari in loco adpellationis, *Bald. in l. 2. C. hoc tit.* ità tenent *Præpoſ. in c. fin. col. 2.* extr. *de adpell.* (licèt ibi *Ant. & Imol.* teneant contrariũ) *Aufr. in addit. ad Cap. Tholoſ. deciſ. 492. n. 2.*

16 Quamvis quis omiſerit adpellationẽ; tamen ad eam admittitur, ſi iuſto metu iudicis non adpellavit, videlicet propter violentiam, vel terrorẽ, quem iudex incuſſerit, *l. cùm quidam 7. D. de adpell.* quod tamen locum non habet in eo, qui propter vanum timorem nõ adpellaverit, *l. 1. & 2. C. de iis qui per met. iudic. nõ adpell.* ubi *Salic. Angel. Bart. Paul. Caſtr. Bald. Paul. Chriſtin. deciſ. Belgic. 120. n. 1. vol. 4. Abb. in cap. fin. num. 1. de adpell.*

17 Obitet notabis, non poſſe adpellantẽ adpellationi renũtiare inviro adpellato, ad *text. in l. ampliorem, C. de adpell.* poſt *Cyn.* & cæteros *in l. per hanc, C. de temp. adpell. Innoc. ac Abb.* tradit *Felin. in cap. ex parte, el 2. num. 5. de reſcript. Oſaſch. deciſ. 131. num. 12. Barz. deciſ. 67. n. 5. Galgan. de iur. pub. lib. 2. tit. 45. num. 47.*

18 Dictat *Azeved. conſ. 25. à n. 76. cũ ſeqq.* quòd metus reverentialis non excuſat adpellantẽ, niſi eſſet perſona, quæ metum reverentialem incurit, nimis ſevera, & ſolita ſævire in non adpellantes, *cap. ſi iuſtus, de adpellat.*

19 Verùm fallitur evidentiſſimè; nam ſi iuſtus metus excuſat non adpellantem, *ex dic. cap. fin.* metus reverentialis iuſtus eſt, ut *lib. 1. cap. 8.* ſatis abũdanter probavimus: ergo non adpellans propter illũ excuſandus eſt.

20 Vnde deducitur in materia adpellationis metũ reverentialem ſufficere, & excuſare.

21 Idemque alijs ex cauſis eſſe poteſt, veluti ex minis iudicis, torvo vultu, vel ex antecedẽte cõſuetudine iudicis malè tractandi eos, qui adpellant in præſentia Magiſtratus, etiam ſi unicum eius rei extaret exemplum, ex quo poſſit etiam

etiam exemplum deſumi, *argum. text. in l. ſi quis fugitivus, D. de ædilit. edict.* oſtēdit *Alexand. in l. de pupillo 5. §. ſi quis ipſi Prætori, D. de nov. oper. nunt.*

22 Quæ quidem doctrina non ſolū procedit in metu à judice inlato, nam *dict. cap. fin. & d. l. 1. & 2. C. de his qui per met. iud. non adpell. & l. cùm quidā, D. de adpell. l. 22. & 27. tit. 23. par. 3.* non præcisè loquuntur de metu iudicis, ſed indeterminatè de iuſto metu, & conſequenter utrumque comprehendit & metum à iudice inlatum, & ab alteru ex litigatoribus, & ità ratiocinatur acutè doctiſsimus *D. Ioan. Valboa de Mogrobejo in dict. cap. fin. num. 6.*

23 Vnum tamen ſingulare pro colophone dictorum advertas, quòd ſi pars propter metum iudicis, vel nō apellavit, vel iniuſtæ ſententiæ conſenſit, poterit etiam in ſyndicatu agere ad id omne, quod ei intereſſit, ut egregiè reſolvit *Covarr. in 4. 2. par. cap. 8. §. 12. num. 18. Avend. reſp. 11. à n. 1. Avil. in cap. Prætorum, cap. 1. a num. 19. Cevall. tom. 1. pract. quæſt. 153. Bobad. lib. 2. Polit. cap. 19. num. 235. & lib. 5. cap. 3. num. 96.*

Idem autē erit, quādo conſentit pars in ſententia iudicis lata ob preces, & alias cauſas, idē *Bobad. d. lib. 5. cap. 3. n. 94.*

24 Quæſtionis eſt, an petens terminum ad ſolvendum cenſeatur renunciare adpellationi? Et adfirmativè reſpōdent *tex. l. ad ſolutionem 5. C. de ſolut. Gramm. deciſ. 103. n. 41. Surd. conſ. 12. n 52. Peregr. deciſ. 153. Scacc. de adpell. q. 17. limit. 2. n. 28. verſ. Pone primò, Marſil. ſing. 186.* latè *Gab. tit. de adpell. concl. 3. n. 8.* uſque ad fin. qui ſex modis declarat, *Carpan. tom. 1. ad Stat. Med. cap. 131. num. 575. Salgad. de Reg. protect. par. 2. cap. 13. n. 106. Oſaſc. deciſ. 142. num. 12. Grat. cap. 302. num. 2.*
25 *tom. 2.* Nam ex promiſsione ſolutionis ſententia ratificatur, *Corn. conſ. 299. col. 2. verſ. Quod autem, vol. 1. Gozadin. conſ. 98. n. 19. Iaſ. in l. poſtquam liti, n. 1. verſ. Tertiò limita,* ubi *Dec. num. 8. C. de pact. Curt. Iun. in l. 1. num. 41. C. eod. tit.*

26 Quod licèt verum ſit, tamen reſtringi debet; quia *dict. l. ad ſolutionem,* procedit, & locum habet; cùm effectus, & executio ſententiæ ſuſpenſa eſt per ad-
27 pellationē (cuius eſt natura interim primam ſententiam extinguere, & cauſæ cognitionem ad ſuperiorem iudicē devolvere, *Bart. in l. 1. n. 3. D. de adpell. recip. Alex. in Rubr. n. 22 & ſeq. D. eod. Scacc. de adpell. q. 1. art. 5. verſ. Tertia definitio, Bernard. Diaz reg. 37. Covarr. pract. c. 6. num. 6. verſ. Secundum, Aug. Barb. in cap. venienti 19. num. 7. de iur. iur. Franc. Leo deciſ. Valent. 161. n. 5. tom. 2. Grat. conſil. 121. à n. 12. to. 1. & cap. 183. n. 28. Chriſt. deciſ. 22. n. 2. vol. 1. Franc. Ant. Coſta cōſ. 1. n. 139. Oſſuald. Hillig. in Donell. lib. 28. comm. c. 4.*) tunc enim nil mirū, quòd per petitionē dilationis ad ſolvendum cenſeatur adpellationi renunciaſſe; at verò cùm lis eſt executiva, in qua adpellatio non ſuſpendit effectum ſententiæ, tunc ſolvere, vel petere dilationem nō inducit renunciationē adpellationis, probat
28 *Petr. de Bellapert. in l. cùm ex cauſs, n. 2. D. de adpell.* ubi dicit *d. l. ad ſolutionē,* nō procedere, quādo ex forma ſtatuti quis ſolvere tenetur, & poſteà ſi vult repetere; nā ſolvendo etiam ſine ulla proteſtatione non cenſetur renuntiare adpellationi. Idem *in d. l. ad ſolutionē,* ubi loquitùr in ſolvente propter metum ſumptuū & laboris litis, *Imol. conſ. 144. n. 1. verſ. Ad primam rationem,* & rurſus *conſ. 146. n. 1. verſ. Secundò poteſt dici, & conſ. 147.* quod eſt *Raphael. Fulgoſ. num. 14. verſ. Nam ea ſolutione, Hippol. de Marſil. ſing. 89. per tot. Guid. Pap. ſing. 813. Marſil. ad Afflict. deciſ. 78. n. 8. verſ. Adverte tamē,*
29 *Ceſar. Barz. deciſ. 125. n. 37.* qui loquitur quando ſolvens id fecit virtute decreti liquidationis, à quo non datur adpellatio ſuſpenſiva, *Menoch. lib. 3. præſumpt. 94. num. 4. verſ. Declaratur quintò, Aloiſ. de Leo in d. l. ad ſolutionem, num. 8. Scacc. de adpell. quæſt. 17. limit. 2. n. 40. verſ. Secus autem, Rugin. eod. tract. §. 9. gloſſ. 1. cap. 1. num. 38. pag. 289. Galerat. de renunt. tom. ult. renunt. 173. num. 32. verſ. Extenditur & hæc cōcluſio,*

ad finem, pag. 153. Franch. deciſ. 347. in
30 qua loquitur de reo, qui virtute liqui-
dati (quod executionem paratam ha-
bet ex quadam pragmatica Neapoli-
tana) ſolvit, tradens per ſolutionem nõ
cenſeri renuntiaſſe reviſioni rationum.

31 Idemque procedit, quando contra
eum, qui ſolvit, non eſt ſententia addi-
ctionis, nec præceptum ſolutionis, niſi
quòd ſolùm exiſtit obligatus ſub gua-
rentigia; tunc enim ſolvere non indu-
32 cit renuntiationem exceptionis, quæ
eſt adverſus obligationem, ut nòn te-
neat, niſi quòd intelligatur fieri ſolutio-
nem ad evitandam viam executivam,
bonorumque ſequeſtrum (ut minus læ-
33 datur ſolvens) *Bart. in l. 2. C. de his quæ
vi, num. 8.* ubi loquitur de eo, qui promi-
ſit ſolvere ſub iuramento, & *num. 11.* de
eo, qui promiſit ſolvere ſub guarẽtigia;
ſequitur ibi *Bald. num. 14. Angel. num.
8. verſ. Vltimò ſcias, Alexand. num. 8. &
9. Anchar. conſ. 159. num. 1. col. 2. verſ.
Quartò hoc probo, Rota apud Zachiam de-
ciſ. 15. num. 6.* poſt *tract. de Camer. oblig.*
& rurſus ipſe *Zachias quæſt. 17. num. 7.
Seraphin. deciſ. 62. num. 2. & 773. num. 6.
Grat. cap. 292. num. 6. tom. 2.*

Huius rei ratio eſt; nam idem adpa-
34 ret eſſe effectivam compulſionem, &
vim, quòd eam timere, ſeu metuere, *l.
noviſſimè, D. quod falſo tut. authore,* ibi:
Compulſus, vel metuens, ne compelleretur,
ubi notat *Bald. num. 2. Alexand. conſ. 99.
num. 6. & 7. vol. 5. Pereira de Caſtro de-
ciſ. 70. num. 4. Marta deciſ.* ſeu *voto 64. n.
10. Farin. de carcerib. & carc. quæſt. 35.
num. 27. cum ſeqq. Manent. conſ. 27. num.
45. Grat.* cum multis, *cap. 831. num. 7.
tom. 5. Maſtrill. deciſ. 304. num. 8. par. 4.
Franch. deciſ. 49. num. 5. Surd. conſ. 367.
num. 19. & ſeq. vol. 3. Paſet. conſil. 11. &
conſ. 193.* toto.

Sicque idem eſt exiſtere contra reũ
35 præceptũ executionis, addictioniſque
ſententiam, quòd poſſe adeſſe virtute
inſtrumenti guarentigij; utroque enim
caſu inducitur in ſolvente metus, &
coactio, & ex huiuſmodi actibus non in-
ducitur renuntiatio adpellationis, ut
probat *Galerat. renunt. 173. num. 30. verſ.
Sed intellige,* ubi citat alios *DD.* & hoc
tradit *Bald. in cap. fin. de adpell. num. 12.*
ubi de ſolvente metu iudicis, quòd non
cenſeatur renuntiaſſe adpellationi.

36 Et hoc confirmatur ex eo, quòd reus,
in quem eſt expeditum præceptum ſo-
lutionis, non poteſt audiri in gradu ad-
pellationis, donec ſolverit, *Avend. n. de
exequend. mandat. 1. par. cap. 6. n. 4. verſ.
Inexcuſabilibus tamen cauſis, Gutierr. lib. 1.
pract. quæſt. 120. num. 1. ad finem, & num.
5. Didac. Perez ad l. 5. tit. 8. lib. 3. Ordin.
gloſſ. verb. In oppoſitum, Parlador. lib. 2.
rer. quotidianar. cap. fin. 5. par. §. 15. num.
13. Covarr. pract. cap. 23. in fin. Maſtrill.
deciſ. 99. num. 5. Surd. deciſ. 27. num. 1. Leo
deciſ. Valent. 197. à num. 4. tom. 2. Mar.
Giurb. deciſ. 90. num. 4. & deciſ. 112. num.
23. Anton. Ripol. var. c. p. 14. num. 424.
425. & 426.* Itaque ſolvendo non ſolùm
non renuntiatur adpellationi, ſed etiam
manſit reſervatum & repoſitum ius, ut
poſſit ſequi adpellatio, cæteraque re-
media, quæ ei competierint, *Azev. in l.
3. tit. 17. num. 3. & in l. 4. tit. 21. num. 197.
lib. 4. Recop.*

37 Rurſus quamvis petens terminum
ad ſolvendum cenſeatur renuntiare ad-
pellationi interpoſitæ, *dict. l. ad ſolutio-
nem,* non tamen interponendæ, *Innoc. &
Felin. n. 10. in cap. quoad conſultationẽ, de
ſent. & re iudic. Scacc. dict. quæſt. 17. n.
9. verſ. Secus, Peregrin. dict. deciſ. 153. nu-
mer. 5.*

His ita poſitis reſtrictionibus *ad dict.
l. ad ſolutionem,* extendas, eius deciſio-
nem procedere in renuntiatione expreſ-
ſa per pactũ, *Maranta in ſuo ſpecul. par.
6. act. 2. in princip. in verb. Et quandoque
adpellatur, limit. 29. num. 341. Rebuff.
3. tom. ad Conſtit. Gall. in tract. de adpell.
art. 15. gloſſ. 1. num. 6. verſ. Certum enim,
Ruginell. §. 2. cap. 3. num. 79. Scacc. dict. q.
17. à num. 1. uſque ad 11. Salgad. de Regia
protect. par. 3. cap. 9. num. 229. Trentac-
cinq. lib. 2. var. tit. de adpell. reſol. 11. à nu-
mer. 1.*

Sed

38 Sed tamen advertendum eſt, in renuntiatione expreſſa verba debêri reſtringi ad cauſam, ſupra quã fuit facta conventio, & non ad aliam, ut probatur *in l. ſi de certa, C. de tranſact. Carol. Bard. conſ. 44. num. 9. & conſ. 67. num. 52. Grat. cap. 448. num. 41. tom. 5. Menoch. lib. 3. præſump. 151. num. 8. & 9. l. ſi ex pluribus, D. de ſolut. l. emptor, §. Lucius, D. de pact.* & ibi *Bart. l. ſi ex maiore, C. de except.* ubi *Cyn & Bald. Angel. in l. obligatione generali, D. de pignorib.* & eſt *text.* elegãs *in l. ſi ſtipulatus 4. D. de uſuris, Surd. conſ. 418. num. 11. & 16. lib. 3. Alex. Ludov. deciſ. 158. num. 4.* & tota.

39 Et ſic renuntians inſtrumento non cenſeatur actioni contentę in eo renuntiare, *Canc. lib. 3. variarum, cap. 15. num. 233.* & renuntiatio ex una cauſa nõ extenditur ad ius competens ex alia cauſa, *Bart. conſ. 90. num. 5. Canc. num. 235. cum duob. ſeqq.* & habens plura remedia, prout adpellationem & nullitatem, renuntiando uni, non cenſetur alteri re-
40 nuntiaſſe, *cap. fin. de adpellat. in 6. Franc. in cap. dilecto, de adpell. num. 109. Gail. obſervat. 135. num. 11. lib. 1. Galerat. de renunt. tom. ultim. ren. 173. num. 27. Paul. Chriſtin. deciſ. Belgic. 145. num. 8. vol. 1. Thom. Docc. conſ. 71. num. 11. & 12. Iacob. Canc. lib. 3. var. cap. 18. num. 25.*

Et renuntians adpellationi non cenſetur renuntiare attentatis, *Lancellot. de attent. cap. 23. num. 33. & cap. 27. num. 63. Galerat.* ſuperiùs *num. 26.* & remotã adpellatione nõ cenſetur remota reviſio, *Gail. dict. cap. 135. num. 13.*

41 Altera ſuccedit ampliatio & extenſio ad *dict. l. ad ſolutionem, C. de re iudic.* quæ eſt, habère locum in renuntiatione tacita, prout in expreſſa, *Gabriel lib. 2. de adpellat. concluſ. 2. num. 1. Lancellot. de attent. par. 2. cap. 12. num. 15. & ſeq. verſ. 1. renuntiatione, Rugin. de adpell. §. 9. gloſ. 1. cap. 1. num. 41. verſ. Inſuper, Caſ. Barz. deciſ. 154. num. 2. Scacc. dict. quæſt. 17. numer. 12. cum plurib. ſeqq. Salgad. dict. cap. 9. à num. 225.* Taciti enim & expreſſi idem eſt iudicium, *l. cùm quid, D. ſi cert. petat. Velaſc. in Axiomat. iuris, litter. T. num. 13.*

42 Notandum eſt, quòd licèt procurator adpellationi expreſsè non poſſit renuntiare, *Bald. in l. fin. §. fin. ſub num. 7. verſ. Sed nunquid procurator, C. de tempo. adpellat. Franc. in cap. ex ratione ſub n. 24. & in cap. interpoſita 70. § illa denique, q. 6. num. 9. de adpell. Scacc. dict. q. 17. limit. 2. n. 89.* generaliter tamẽ tacitè poteſt adpellationi renuntiare, *Franch. d. cap. ex ratione, num. 40. verſ. Circa quartum impedimentum, & ſub num 42. Alexand.* ibi *num. 18. verſ. Ex prædictis.* Idẽ *Franc. in cap. Nicolao, quæſt. 7. num. 13 de adpell.* ut loquantur, quando adpâret renuntiare non proſequendo adpellationem; *Vrſill. in addit. ad Afflict. d. deciſ. 78. num. 9. in fin.* dicens poſſe tacitè renuntiare permittendo labi tempus, *Scacc. d. quæſt. 17. limit. 2. num. 71.* ubi etiam, quòd poteſt renuntiare tacitè non adpellando infrà decem dies, & paſſus eſt labi tempus; quia tunc pariter prę iudicat domino, ut & ipſe *num. 90. verſ. Tertius caſus, Franc. in dict. cap. interpoſita, §. ille denique, quæſt. 6. num. 9.* tenent *Speculat. in tit. de adpell. §. 1. num. 6. lib. 2.* refert *Triſtacinq.* (licèt non ſequatur) *dict. titul. de adpell. reſol. 4 num. 3. verſ. Prima eſt, Salic. in Auth. hodie, num. 1. C. de adpell. Felin. in cap. 1. ſub num. 6. ut lite non conteſt. Nicell. tit. de concord. gloſſ. concord. 6. fall. 18. num. 54. & ſeqq. Afflict. deciſ. 144. n. 1. Lancell. de attent. 2. par. cap. 12. limit. 50. num. 80. & ſeqq. Cephal. conſ. 185. n. 34.* & aliquibus obiectis hanc opinionem tuetur *Scacc. de adpell. q. 12. à num. 118. Franc. Salgad. de Reg. protect. p. 1. cap. 5. n. 101. Carpan. to. 1. ad Stat. Mediol. cap. 131. num. 84. Papon. Ioan. Gall. Lanfranc. Balb.* quos recenſet *Ariſmin. Tepat. tit. 88. de procurat. ad negot. cap. 7. verſ. Procurator nõ poteſt; Roiz. in addit. ad Frãch. deciſ. 579. Ioann. Mar. Novar. collect. 12. num. 37.*

SVM-

SVMMARIVM.

1 *DE procuratoribus multa tractarunt DD.*

2 *Definitur procurator.*

3 *Sine mandato non auditur.*

4 *Mandatum non præſumitur ex diuturnitate temporis, & etiam ſi notarius dicat ſe vidiſſe, & ſcripſiſſe.*

5 *Exceptio falſi procuratoris in qualibet parte iudicij obponi poteſt.*

6 *Eſto quòd obponens uſque ad finem litis conſcius omiſerit exceptionem.*

7 *An plures poſſint unum procuratorem conſtituere? diſpungitur. & 8.9.10.11.*

12 *Procurator factus & creatus poſt citationem, & comparens ſimpliciter præiudicat domino ſuo.*

13 *In cauſa criminali quando non agitur de delicto, ſed de proceſſu, admittitur procurator. & 14 15.16.17.*

18 *Procurator an cenſeatur contrahere nomine proprio? uſq.31.*

32 *Procurator emens pro domino poteſt agere contra dominum antequàm res, ſeu pretium rei, quam ipſe pro eo emit, reddatur.*

33 *Similiter ad expenſas.*

Et poteſt uti retentione.

34 *Procurator de mãdato domini negotia gerens habet actionem mandati, etiam ſi cauſa ipſa non habuerit bonum exitum.*

35 *Procurator ſi ob ſuam utilitatem iter faciens cauſam alterius tractavit, ad illas tantùm expenſas agere poterit, quas fecit ultra id, quod expenſurus erat, ſi procurator non eſſet.*

Quivis actus factus à procuratore in proſecutione ſimpliciter intelligitur conſtitutus in procuratorio nomine.

36 *Si contractus habeat plura capitula, & in uno fiat mentio officij, in alijs autem contrahentes ſimpliciter loquantur, eodẽ modo debet intelligi. & 37.*

38 *An ſolutum à debitore procuratori anticipatè ante ſolutionis diem, procuratore inde revocato, vel nõ ſolvendo effecto liberetur, & creditor conſtituens teneatur huiuſmodi ſolutionem debitori admittere? & 39.*

40 *Procurator generalis cum plena & libera debitum, illiſve domini principalis donare, aut remittere non poteſt. & 41.*

42 *Pauperi tamen poteſt.*

43 *Procurator ad recipiendum octuaginta, conſtitutus cenſetur ad cambia.*

44 *Mandatum habens procurator, ut pro certo negotio compromittat, nequit compromittere adpellatione remota. & 45. 46.*

47 *Adprobatus ad unum actum non eſt ad alium.*

48 *Procurator non poteſt præteriti temporis ſalarium petere, etiam ſi eligatur ab eodem domino. & 49.*

50 *Ratione ſalarij advenæ ſunt de iuriſdictione illius Curiæ, ubi facta ſunt. & 51. 52.*

53 *Conſtitutio procuratoris metu extorta eſt ipſo iure nulla. & 54. 55. 56. 57. 58.*

59 *Contrarium proponitur. & 60.*

61 *Reſpondetur contrarijs. uſq.64.*

CAPVT XXVI.

De Conſtitutione Procuratoris.

1 DE Procuratoribus ad negotia, ſive ad iudicia multi varijs in locis varia protulerunt, ſed præcipui *Donel. lib. 18. comm. cap. 11.* ubi *Oſſuald. in not. Trentacinq. lib. 2. var. tit. de procurat.* toto. *Mantic. de tacit. & ambig. convent. lib. 7. tit. 1. cum ſeqq. Rendin. in prompt. recept. ſentent. tit. 94. Ariſmin. Tepat. tom. 1. var. tit. 88. & 91. Cardoſ. in prax. iudic. verb. Procurator, Toſc. eod. verb. Camill. Borrell. tom. 1. ſumm. Deciſ. tit. 66. Petr. Greg. lib. 27. ſyntagm. cap. 5. Iacob. Canc. lib. 2. var. cap. 14. Paul. Chriſtin. deciſ. Belg. 107. cum ſeqq. vol. 2.*

Ioan.

Ioan. Maria Novar. collect. decis. coll. 196.
Ant. Pichar. princip. Inſtit. de ijs per quos
agere poſſumus.

2 Eſt autẽ procurator is, cui alienæ rei
actio, vel defenſio præſentis, vel abſen-
tis permiſſa eſt mandato domini, qui in
iudicio litis cauſam ſuſtinet, l. 1. in prin-
cip. l. 3. l. filiusfamilias 8. §. fin. l. ſi quis
31. §. unius, l. qui proprio 47. in princip.
l. Paulus 69. D. de procurat. l. rectè de-
fendi 36. D. de iudic. plures per Treutler.
diſp. ſelect. lib. 1. diſp. 9. theſ. 1. & ſolo con-
ſenſu conſtituitur, l. 1. D. mand. §. item
per alienos, Inſtit. per quas perſon. nob.
acquir. §. procurator, Inſtit. de his per
quos ager. poſſum. ubi Mynſig. num. 12.
& Montan. Othoman. & ſatis accuratè
Oinotom. num. 6. Treutler. d. lib. 1. ſelect.
diſput. 9. theſ. 7. Iulius Paulus ſentent. lib.
1. tit. 3. ubi Cuiac. adſtipulatur Martial.
lib. 5. epigram. 62.

Procuratorem vultu qui præferat ipſo.

3 Qui tamen nequit audiri, niſi man-
datum oſtendat, cap. 1. de procuratorib.
l. de pupillo, §. qui procuratorio, D. de nov.
oper. nuntiat. l. ſi quis inficiatus, ubi Bart.
D. de poſ. Tiraquel. de retract. lignag. §. 1.
gloſſ. 10. num. 90. & 91. & §. 36. gloſſ. 2.
num. 4. Paz in prax. fol. 10. numer. 13.
4 Quia mandatum procuratorium non
præſumitur, Flamin. de reſign. lib. 9. quæſt.
22. Cardin. Mant. de tacit. & ambig. lib.
7. tit. 4. etiam ex diuturnitate temporis
per mille annos, Menoch. lib. 2. præſump.
33. num. 14. & conſil. 1. num. 78. cum ſeq.
& conſil. 148. à num. 34. Maſcard. concl.
1004. num. 41. Ricc. in prax. Eccleſ. decis.
55. num. 3. Mencha. uſufr. cap 16. num. 11.
& illuſt. cap. 62. num. 7. etiam ſi Nota-
rius dicat ſe vidiſſe, & ſcripſiſſe, Chaſ-
ſan in conſuetud. Burgund. rubr. 4. § 5. nu-
mer. 5. Avil. ad cap. 15. Prætor. num. 14.
verſ. In tantum.

5 Quamobrem exceptio contra fal-
ſum procuratorem in quacunque parte
iudicij obponi poteſt, cap. in noſtra 4. de
procurat. Dueñ. reg. 264. Perez in l. 1. tit.
4 lib. 8. Ordin. pag. 533. Rebuff. de except.
n. 389. Bernard. Muſcatell. in ſua prax. ci-
vil. par. 2. gloſſ. veniens, n. 4. Cald. Pereir.
de renov. emphyt. q. 17. num. 32. Eſto quòd
6 obponens uſque ad finem litis conſcius
omiſerit exceptionem; nec enim ſcien-
tia illius reddit iudicium validum, ſed
conſenſus, & mandatum domini, cuius
nomine agitur, ut per gloſſ. Bart. & Bald.
Iaſ. in l. licèt, C. de procurat. Pinell. in l. 1.
par. 3. num. 32. C. de bon. mater. Menoch.
conſ. 345. n. 12. Mencha. uſufr. cap. 16. n. 5.
7 Notandum eſt, an plures ſimul agen-
tes, vel conventi cogantur conſtituere
unum procuratorem? Variè ſecundùm
varios caſus deciſum reperitur. Nam in
Vniverſitate, vel Collegio concludi-
tur, quòd unus cõſtitui debet defenſor,
vel ſyndicus, l. 4. §. creditoribus, D. de fi-
deicom. libert. ubi DD. Grat. decis. 107. n.
4. Franch. decis. 309. Coſta de rata, q. 215.
Caſtill. decis. 33. num. 17. Maſtrill. decis.
108. à num. 1. Grat. cap. 194. num. 35. Me-
noch. lib. 3. præſumpt. 137. Ann. Sen. ſing.
387. Cald. in l. ſi curatorem, in princ. n. 13.
C. de in integ. reſt. Roman. in l. 1. §. ſervũ,
8 D. ad Treb. ubi dixit, quòd ſi dividere-
tur, maximi tædij eſſet, quòd ad unum-
quẽque actum omnes citari debèrent,
ſecundùm Vlp. in l. iam tamen, § ſi tamẽ,
D. iudic. ſolv. ibi: *Nam & plures heredes
neceſſe habebunt unum dare procuratorem,
ne defenſio per plures diviſa, & ſciſſa incõ-
modo aliquo adficiat actorem, aliud eſt in
heredibus actoris:* & licèt nõ loquatur de
conſtituendo procuratorem; gloſſ. tamẽ
ibi in propoſito adducit: melior verò
gloſſ. in l. non tamen, D. de procurat. & in
pluribus heredibus eſt etiã text. in l. li-
cèt, §. ſi plures, verſ. Planè, D. de procurat.
& clarior l. quod ſi nolit, §. ſi plures, de æ-
dil. edict. ubi gloſſ. cum concordantibus,
Aloiſ. de Leo in l. 1. n. 11. C. de petit. her. &
in pluribus conventis iudicatum fuiſſe
referunt Maſt. d. decis. 108. n. 7. Fontan. de
pact. nupt. clauſ. 4. gloſſ. 10. n. 27 p. 1. Quod
quidem militat, quando ſunt plures cõ-
9 venti, Aloiſ. de Leo in l. 1. n. 4. C. de edict.
furtiv. & in l. 1. n. 5. C. ſi plures una ſent.
Chaſſan. in conſuet. Burgund. rubr. 16. §. 6.
verb. Ou, n. 4. in fin. Frãc. Marc. decis. 699.
par.

par.2. & fortiùs ubi natura rei hoc pateretur, ut voluit *Florian. in l.familia, D.fam. erciſc.* ubi dixit, quòd in iudicijs duplicibus debet dari unus procurator, quia natura negotij hoc patitur, *& Bart.in l.4.§.Cato,q.4.D.de verb. oblig.* poſt *Iacob. de Aren. Oldrad.* quòd plures heredes poſſunt agere diviſim: fallit tamẽ, ubi natura negotij requireret ſimul, & per unum agi, *d l.quòd ſi nolit, §.ſi plures, D.de ædil.edict.* ubi *Capol. n.3.& 11.* & clariùs *Alex.in add. Angel.* ibîd. & ſequitur poſt alios *Grat. deciſ. 107.n.8.* qui limitat in heredibus actoris, qui licèt non teneantur unum procuratorem conſtituere, *dict. §.ſi tamen, verſ. Aliud*, tamen ſecùs eſſet, ubi natura negotij hoc requireret.

11 Reverâ in hac re diſtinctione procedendum eſt; nã aut cauſa, ex qua agitur, reſpectu reorum initium habuit in una perſona, & tunc unus dandus eſt procurator, aut in pluribus, & caſu iſto plures poterunt dari procuratores, ità ratiocinatur, & diſtinguit *gloſſ. in dict. §.ſi plures*, proſequitur *Guzm. de evict. quæſt.5. à num.64.cum ſeqq.*

12 Nunc quęri debet, an ſi quis fuerit citatus à iudice non cõperente, & ipſe conſtituerit procuratorẽ ſuum poſt notificatam citationẽ, & procurator comparuerit, cenſeatur ex tali cõparitione ſimpliciter facta præiudicaſſe Domino ſuo? Reſponſum adhibendum eſt, quòd talis procurator factus, & creatus poſt citationem, & comparens ſimpliciter, pręiudicat domino ſuo, quia ex quo ſuus principalis eum conſtituit procuratorẽ poſt citationem, cenſetur animum habuiſſe prorogandi iuriſdictionem; videtur enim ſe habêri pro citato. Ità ſenſit *Ioan.Baptiſt.Marqueſ.de commiſſ.utriuſq. ſignat.1.p.cap.5.n.142.Bellam.deciſ.138.* niſi comparèret cum proteſtatione, dicendo non eſſe illum ſuum iudicẽ, & ſic petat ſe ad ſuum iudicem remitti, non dicitur prorogaſſe, *l.ſi quis ex aliena iuriſdictione, D.de iudic.l.2. §.ſed ſi dubitatur, D.eod. Cened.collect.151.num.1.p.2.* *Raudenſ. conſ.51. num.115. lib.1. Acacc. Anton.Ripol.variar.cap.1.num.125.*

13 Etſi in cauſa criminali nõ admittatur procurator, tamen valet admitti, quãdo nõ agitur de delicto, ſed de proceſſu, prout de ſtylo Ducatus Mediolanenſis atteſtatur *Clar.in §.fin.q.32.n.21.* & ità firmarunt *Gab. in ſuis comm.tit.de delict. concl.9.n.75. Marſil. in prax. crim. §.ſequitur, n.6. Bart.in l. penult. § ad crimen, n.18.verſ. Quartò procurator, D. de pub. iud. Bald.in l.1.n.10. C.quomodo, & quãdo iud. Alex.conſ.138 n.12.vol.6. Beroua conſ.170. n.17.19.& 24 vol.3. Boſſius in tit.an in crimin. iud. quis pro abſent. poſſ. interven. num. 14. Fontan. de pact. nupt. tom.1.clauſ.3. gloſſ.15.num.145.*

14 Dicitque *Bald. conſ.238.n.2. vol. 2.* quòd ubicunque de aliqua exceptione conſtat, poteſt ſine probationibus facti, videlicet per iura tantùm, ne partes laboribus, & expenſis fatigentur, ſtatim iudicandum eſt, atque procuratorẽ admitti poſſe, cùm nõ ruminatur delictũ, ſed eſt quæſtio ſeparata; idem adſerit *in l.reos, col. penult. verſ. Quæro hic, C.de accuſ.* ubi quòd procurator poteſt intervenire, quãdo non diſputatur de crimine, ſed ſolùm de proceſſu, *Marſil.conſil. 43.n.42.Grat.reſp.73.n.3.vol.1. Socin.in cap.veniens, n. 6. de accuſ.* ubi quòd hoc maximè procedit, quando nullitas eſt evidẽs, *Menoch.de arbitr.q 80.num.82.*

15 Hoc multò magis procedit, quando
reus eſt abſens, ut probat *Andr.Fachin.*
lib.1.controv.iur.cap.24.verſ. Ego exiſti-
16 *marem*, quia publicè intereſt abſentes à
quocunque defendi, *l.ſervam quoque,*
§.publicè, D. de procurat. & multò magis quando ipſe abſens propter aliquod
impedimentum comparére non valet,
hoc enim caſu, etiam in integrum reſti-
17 tutio contumaci, & abſenti concedẽda
eſt, ad tradita per *Oddum de reſtit. in in-*
tegr.quæſt.82.art.7.Maria conſ.41.n.8.

18 Succedit indagare, an procurator cẽſeatur contrahere nomine proprio, an alieno? In qua quæſtione ità reſolutio ſe habet, ut dicatur fieri nomine proprio

obli-

obligatio; quia actus in dubio iudicatur factus nomine proprio, tradūt *Natt. conſ.161.num.3. Eugen.conſ.55.n.45.cum ſeq. Menoch.de arbitrar.caſ.493.n.10.& conſ.213.n.37.lib.3. Pedroch. conſ.37.n.188. Iacob. Canc. lib.2.var. cap.6.num.8. Ricc. deciſ.139. num.1. par.2. Maſtrill. deciſ.34.num.4. Tuſch.concl.824.num.17. litter.P. Cald.Pereir. de empt.& vendit. cap.7.num.4.* cum plurib.

19 Suggeritur evidens ratio; quoniam in cōtractibus nunquam ſubintelligitur perſona extrinſecùs, *l. ſi ita ſtipulatus 126. §.Chryſogonus, D.de verb.oblig. Bart.in l.ſi patruus,n.4.C.comm.utriuſq. iudic. Socin. Iun. conſ.95.num.13. vol.2. Caſt. conſ.415. vol.1. Amic. conſ.16.n.9. Roderic. Suar.in l.1. lib.3. tit.de lucris utriuſque coniugis,n.31.* ubi dicit, quòd ſi

20 ſocius aliquam rem emit, in dubio intelligitur de pecunia propria ſolvere, maximè cùm ſic dicit inſtrumentū, ut eſt caſus *in l. cùm proponas, C. pro ſoc. & in l. ſi ventri, §.1.de privil.credit. Vivius deciſ.289.num.30.*

21 Quod fortiter comprobatur, cùm procurator contrahens haud exprimit nomen officij, ut firmant *Bart. in l. poſt dotem,num.25. D.ſolut.matr. & in l.qui mihi donatum, n.6. D.de donat.& in l.1. §.nunciatio,n.13. cū ſeqq. D.de nov.oper. nunt. Bald.in Rubr.C.de cōtr.empt. in 15. q.n.15.in fin. Pariſ. conſ.78. n.46. vol.1. Tiraq.de retract. cōſang. §.10.gloſſ.1.n.3. Surd.* mirificè *conſ.19.num.8.lib.1.*

22 Quæ ſententia videtur probari. Primò, ex *text.in l.res ex mādato,D.de acq. rer.domin.* ubi deciditur, quòd res empta à procuratore nō acquiritur domino; niſi per procuratorem ei tradatur.

23 Secundò, ex *text.in l.3.§.& ſiquidem tutor, D. iudic. ſolv.* ubi ſi tutor aliquis, non tamen quaſi tutor, negotia adminiſtret, ſtipulatio ab eo concepta non intelligitur contracta nomine tutorio.

24 Tertiò, ex *l. & magis, D.de ſolut.* ubi actus magis proprio, quàm alieno nomine intelligitur celebratus, quādo utroque modo fieri valet: quem *text.* ad hoc propoſitum adducit *Bart. in l. Titium, & Mævium,§.alteto, num.2.verſ. Tertio caſu, D.de adminiſtr.tutor.*

25 Cui ſententię, etſi altera cōtradicat, ut dicatur procuratorem virtute præcedentis mandati, quamvis non expreſſerit officium, contractum celebraſſe, *ex Bart.in l.qui in aliena § is qui putabat, n.2.* ubi *gloſſ. Iaſ.n.11.cū ſeq.* & alij, *D.de acq.hered. Rota Gen.deciſ.198.n.3.& 200. n.2. Surd. deciſ.325.n.7.& 8. Seraph.deciſ.1048.num.8. Alex.conſ.90.n.9. vol.3. Natta conſil.636.num. 68.volum.3. Iaſ. in l. poſt dotem, num. 72. D.ſolut. matr.*

26 Quia actus ſubſequens ſemper cenſetur factus in executionem actus præcedentis, *l.3.§.verùm quæri poteſt, D.de manumiſ. Campeg.* plures laudans, *in tract. de petit.& reſtit.dot.quæ.14.num.2. Maſcar. de probat.concluſ.1239.num.8.*

27 Tamen non procedit, & locum habet, cùm mandatum generale exiſtit, ſed cùm adeſt ſpeciale; ſic propoſitas ſententias componere nituntur *Alciat. de præſumpt. reg.2. præſump.24.n.9. Roman.in l. poſt dotē,n.17.D.ſol.mat. Corn. conſ.310.lib.3. Socin.conſ.113.lib.4. Angel. in l.ſi pupilli,§.itē ſi procuratori,n.4.D.de negot.geſt. Surd.conſ.19.n.29.verſ.Prædictis,lib.1. Menoc.lib.3. præſump.49.n.22. & 23.& 46. Maſc.de probat.concl.38.n.1. Oliver.Beltr.in addit.ad Alex. Lud.deciſ. 472.n.9. Guzm.de evict.q.53.à n.13.cum ſeq. Acac. Ant. Ripol.var.cap.11.à n.127.*

28 Vnde ſi mandatū fuerit ſpeciale, curret planiſsimè *Bart.* & eius Adſeclarum doctrina; ſed cùm generale adſtaverit, ceſſat præſumptio. Quod corroboratur ex eo, quòd procurator, ſicut inſtitor, ſuo nomine negotium inire valet, *l. ſi quis, D.cōm.divid. l.licèt, C.de Decur.* ità probat *Bart.in l.ſi procurator, D.ſi quis caut. Rot. Genuæ, deciſ.14. num. 96. circa fin. verſ.Et idem in procuratore.*

29 Deinde obligatio procuratoris oneri cedit, & is ſolus ad executionem manet obnoxius, cùm mentionem officij in contractu non fecerit, *Bald. conſil. 2.numer. 4. verſ. Ecce, lib.5. Mantic. de tacit.*

tacit. & ambig. convent. tom.2. lib.8.tit.
11.num.9.Tuſch.concl.824. n.13.litt.P,
30 Quod procedit, quando teſtamenta-
rius, executor, vel procurator, qui ad
ſimilia iudicantur, ſe obligaſſet factâ
mentione ſuorum heredum, quia tunc
nomine proprio agere præſumitur, ità
voluit *Bald.in l.si qui,C.quod cum eo,So-*
31 *cin.Sen.conſ.154.n.9.lib.2.* Nã ſi voluiſ-
ſet acquirere procuratorio nomine, non
recepiſſet pro ſe, heredibus & ſucceſſo-
ribus ſuis, ſed pro heredibus & ſucceſ-
ſoribus domini, *Corn. conſ.172. circa 1.*
& 3.lib.1.Purpurat. in l.ex conventione,
num.3. C.de pact.Becc.conſil.42.n.7. Ro-
land conſ.64.num.9.& ſeq.lib.4. Maſtril.
deciſ.34 à num.9.
32 Summoperè mente tenendus eſt unus
caſus circa præſentem materiem, vi-
delicet, quòd procurator emẽs pro do-
mino poteſt agere contra dominũ, an-
tequàm ſolvat rem, ſeu pretium rei, quã
ipſe pro eo emit de mandato ſuo, ità di-
xit *Ludov. Roman.in l.facere poſſe, D.ſol.*
matr.Hippolyt.de Marſil.in Rubr.de fide-
33 *iuſ.n.226.* Et ſimiliter ad expenſas, ut ſic
indemnis ſervetur, & officium illi non
ſit damnoſum, *cap. cùm pro cauſa 6.* ubi
omnes, *de procurat. cap. ut præterita, de*
elect. l.qui proprio 46.§. pen.in fin. D. de
procurat.l.qui mutuam 56. §.ult D.mãd.
l.25.tit.5 par.3. ubi *gloſſ.4.* reſolvit *Alex.*
conſ.52.in princ.vol.1. in tantũ, quòd po-
teſt uti retentione pro expenſis, *l. quæ*
omnia 25 ubi *gloſſ. penult.Bart.* & omnes
D.de procurat. Boer.deciſ.15. num.3. Ti-
raq.de retract.tit.2. §.7.gloſſ.1. num.13.
Surd.de aliment.tit.8. privil.62. idem in
negotiorum geſtore dicit *Rebuff. in tra-*
ctat.de except.num 712.
34 Hinc procurator, qui de mandato do-
mini negotia geſsit, habet actionẽ mã-
dati, etiam ſi cauſa ipſa nõ habuerit bo-
num exitum, dũ tamen ipſe procurator
careat culpâ, *Bellacomb.tom.1 cõm.opin.*
lib.2. tit.8.n.40.pag.318. Perez ad tit.7,
lib.5.Ordin.pag.205.Rebuff.d.tract.de ex-
cept.num.711. Surd.de alim.tit.1.q.121.
num.17.cum ſeq.

35 Rurſus procurator, qui ob ſuam utili-
tatem iter faciens cauſam alterius tra-
ctavit ad illas tantũ expenſas agere po-
terit, quas fecit ultra id, quòd expenſu-
rus erat, ſi procurator non eſſet, *gloſſ.2.in*
cap.cùm pro cauſa 6.de procurat.gloſſ pen.
in cap.ut præterita, de elect. gloſſ.3.in l.in-
ter cauſas 26. § non omnia, D.mand. l.ex
parte 40.in princ.D.famil.erciſc.l. ſi com-
munes 42 D.de negot.geſt.Roman ſinguli
647 Hippolyt.conſ.10.n 45. Greg.in l.27.
verb. Venciesse, tit.5.par.3. Tiraq. de re-
tract.lignag § 29.gloſſ.4.num.12.Gomez
in l.29.Taur.num.16.col. penult.
Si aliquis procurator alterius ab ini-
tio cœpit agere cauſam procuratorio
nomine, licèt poſteà in proſecutione
fiat à ſe quivis actus ſimpliciter, tamen
intelligitur repetita illa qualitas, ſcili-
cet, procuratorio nomine, per *text in l.*
ita ſtipulatus, §.Chryſogonus, ubi *Bart.*
col. penult. D.de verb.oblig.& in l.qui ſer-
vum, per illum *text.D.de interrog.act.&*
in l.procurator qui pro evictione, D.de pro
curat. optimè *Felin. in cap. cùm M. Fer-*
rarienſ.num.2.de conſtit.
36 Ex quo fluit, quòd ſi cõtractus habeat
plura capitula, & in uno fiat mentio of-
ficij, in alijs autẽ contrahentes ſimpli-
citer loquantur, totus contractus eodẽ
modo debet intelligi, ſcilicet repetitâ
qualitate officij, quia illa qualitas infor
mat omnem obligationem, *Bald. in l.*
procurator, ad fin D.de procurat. Mantic.
de contract.lib.2.tit.1.num.3.
37 Quo pertinet, quod dicit *Crav.conſ.*
281.n 14. quòd petens reddi rationẽ ad-
miniſtrationis debet ſpecificare res,
quas quidem ſi à principio nõ exprimit,
ſed in proſecutione cauſæ, & hoc ſimpli-
citer abſq; eo, quòd eſſe adminiſtratio-
nis dicat, intelligitur hoc feciſſe ex cau
ſa adminiſtrationis, ſequitur *Menoch.lib.*
3.præſumpt.49. n.10. Salgad. de Reg.pro-
tect.tom.2. par.4 cap.8.num.298.
38 Quæſtionis eſt, an procuratori cum
mandato ad exigendũ, ſi ſit à debitore
ſolutũ anticipatè ante ceſſam ſolutio-
nis diẽ, procuratore inde revocato, vel

non

non ſolvendo effecto liberetur, & creditor conſtituens teneatur huiuſmodi ſolutionem debitori admittere? Quam negativè poſt multos reſolvit *Eſcobar de ratiocin. cap. 23. à numer. 50. ad fin.*

39 Quamvis contrarium ſentiat in procuratore, ſeu quolibet adminiſtratore indefinitè ad exigendum cum libera, & generali adminiſtratione conſtituto, ex quo habens ſimile mandatum ea omnia facere poteſt, quod dominus ipſe feciſſet; quod ex multis comprobat, ſed tutiùs in fine cogitandum relinquit, *Grati. cap. 127. ſub num. 33.* & diversè ſenſit *cap. 505. num. 30. 31. & 32. lib. 3. Paſchal. de virib. patr. poteſt. 1. par. cap. 2. num. 22. Antonin. Amato reſol. 29. num. 12.*

40 Notandum pro coronide, procuratorem quantumvis generalem cum plena, & libera debitum, iuſvè domini principalis donare, aut remittere non poſſe, *text. eſt in l. contra iuris 29. §. fin. D. de pact. l. filiusfamilias 7. D. de donat. Panormit. conſil. 55. num. 5. in fin. verſ. Non obſtat tertium motivum, lib. 1. Gutierr. de tutel. 2 par. cap. 6. num. 2. cum ſeq. Natta conſ. 25. num. 4. lib. 1. & conſil. 241. num. 2. lib. 2. Tuſch. pract. litter. P. concluſ. 836 num. 5. Hercul. Mareſcot. lib. 2. var. cap. 93. num. 5. & 7. Franc. Ant. Coſt. conſ. 45. num. 23.*

41 Nulli enim ex his (niſi nominatim, & expreſsè ad id concedatur facultas) donandi, remittendivè ius data videtur poteſtas: cùm nemo iactare ſuum velle cenſeatur, *Mar. Giurb. in conſuet. Senat. Meſſan. cap. 1. gloſſ. 10. num. 7. par. 1. Grat. cap. 699. num. 8. & 10. Anton. Fab. in ſuo Cod. lib. 2. tit. 21. definit. 1. num. 5.* conducit mirè *Senec. epiſt. 14.* ibi: *Fit ex domino procurator.*

42 Pauperi tamen poteſt procurator cum libera donare, iuſvè domini remittere, *gloſſ.* celebris *in l. 3. verb. Compelletur, C. de annon. & tribut. lib. 10.* quàmplures laudans ſequitur *Padilla in l. Præſes, num. 15. C. de tranſ. Gutierr. dict. cap. 6. num. 8. Velaſc. de privil. paup. in ſpecialib.* extr. *quæſt. 1. par. num. 12.*

43 Conſtitutus procurator ad recipiendum mutuo octuaginta tantùm, dicitur etiã procurator non ſolùm ad illa octuaginta, verùmetiam ad cambia, quæ pro illis octuaginta debentur, *Roman. conſ. 114. num. 4. & 5.* refert, & ſequitur *Franc. Ant. Coſt. conſ. 25. num. 7. Maſtrill. deciſ. 204. num. 7. & 8.*

44 Si procurator mandatum habeat, ut pro certo negotio compromittat, nequit compromittere adpellatione remotâ, quia qui compromittit, voluntarium actum facit, non neceſſarium, ut eſt *text.* elegans *in l. ſi dictum, §. ſi compromiſſero, in princip. D. de eviction.* Por-
45 rò in actibus voluntarijs procuratoris error domino non nocet, *Innoc. in cap. 1. ut lit. non conteſt. Ægid. de Bellam. deciſ. 582. Menoch. de arbitr. caſ. 432. num. 31.*

46 Ratio eſt, quia cùm procurator tunc fines mandati excedat, ut perſona privata feciſſe cenſendus eſt, non ut procurator, *cap. cùm dilecta, de reſcript.* & ob id domino (cuius procurator non eſt fines mandati excedendo) præiudicare non poteſt. Sic philoſophatur *Cabedo deciſ. 175. vol. 1.* niſi doceatur de mãdato ſpeciali, *Farin. deciſ. 319. in fin. Maſtrill. deciſ. 307. num. 17. Gom. Coccin. deciſ. 283. num. 2. & 326. num. 4.*

47 Quare procurator adprobatus in iudicio ad unum actum, non cenſetur adprobatus ad alium, maximè ſpeciale mandatum requirentem, *Alexand. conſ. 72. in fin. lib. 4. Cornazan. deciſ. 96. num. 8.* & conſtitutus ad excipiendum, adcipere non poteſt, niſi etiam ſit conſtitutus ad adcipiendum copiam libelli, *Barbac. in Clem. excommunicationis, num. 14. de except. Contard. in l. diffamari, in ampliat. num. 122. Cartar. deciſ. 20. numer. 12.*

Si ſteterit procurator per intergrum
48 biennium, quod erat pro præſcriptione ſalarij inductum à die, quo deſierit pro ſuo principali procurare, petere ſua ſalaria, quamvis poſteà aliam novam pro eo defendendam ſuſceperit litẽ non poteſt

teſt prçteriti temporis ſalaria petere,
quaſi per hanc novam procurationem
reviviſcerit extincta obligatio, niſi in-
49 termedio illo biennij tempore, aut ſala-
rium perijſſe probetur, aut ne inſtantiùs
urgêret, præſens aliquid à principali
ſuo exegiſſet, *Ant. Fab. in ſuo Cod. lib. 4.
tit. 41. defin. 34. Fontan. de pact. nupt. tom.
2. clauſ. 5. gloſſ. 5. par. 2. num. 93.*

50 Animadvertendũ eſt ratione ſalarij,
expenſarumque, quę fiunt per Advoca-
tos, & Procuratores advenæ, ut clientu-
li, dicuntur de iuriſdictione illius Curiæ,
ubi facta ſunt, etiam ſi tales perſonæ,
quibus inſervitum eſt, nõ ſint aliàs ſub-
iectæ, & maximè de ſtylo ſervatur, quia
51 ſtylus dat iuriſdictionem, *Abb. in cap.
cùm contingat 12. num. 4 & 5. de for. com-
pet.* & in huiuſmodi ſalarijs, ac expenſis
concludunt *Mandoſ. de monit. quæſt. 59.
comm. 11. in verb. Validitate iuriſdictio-
nis, Flores de Mena lib. 1. var. quæſt. 12.
num. 50. Grat. cap. 56. num. 7.*

52 Et ità multoties practicatur in hac
Curia, & per ſupremos Auditores quo-
tidie dantur reſcripta, quibus conveni-
tur quis, etiam ſi remotiſsimè vivat, ut
ſolvat huiuſmodi ſalaria Advocatis, &
Procuratoribus ſinè concurſu credito-
rum, & abſque oppoſitione tertij, teſta-
tur *Seſſe de inbibit. cap. 4. §. 2. num. 3. Ca-
ſtell. in l. 64. Taur. num. 95. Grat. cap 257.
num. 17. tom. 2.* & confirmatur principa-
lis concluſio ijs, quæ anteà *Ipſe* produ-
xerat *cap. 154 num. 24. tom. 1. Guzm. de
evict. quæſt. 2. à num. 22. cum ſeq.*

53 Iam ergo de noſtra materie quæra-
mus. Vtrùm conſtitutio procuratoris
metu extorta valeat ipſo iure, necne? In
qua quæſtione varia ſunt *DD.* dicteria:
alij enim adfirmãt, alij negant: ſed quid
tenendum ſit, ex animi ſententia pro-
ducam.

54 Conſtitutionem procuratoris metu
extortam eſſe ipſo iure nullam, voluerũt
*Hoſtienſ. in cap. 2. Ioan. Andr. in fin. Abb.
num. 18.* extr. *hoc tit. Roman. ſing. 125. &
780. Ruin. conſil. 121. num. 20. lib. 4. Fir-
man. in repertor. verbo, Metus non præ-
ſumitur, ſub num. 80. verſ. Metus non red-
dit actum, Sebaſtian. Medices de caſib.
fortuitis, 1. par. quæſt. 7. num. 45. Flamin.
Pariſ. de reſignat. benef. lib. 9. quæſt. 7. n.
42. & lib. 13. quæſt. 1. num. 47. Surd. conſ.
37. num. 20. vol. 1.*

In cuius rei teſtimonium, & cõpro-
bationem faciunt ſequentes rationes.
Prima eſt, quia mandatum per ſe nõ eſt
actus perfectus, cùm in eo finis negotij
non conſiſtat, ſed ſit medium ad finem,
ideò tanquam actus imperfectus vitia-
tur, ſi metus interveniat, *text.* eſt nota-
bilis *in l. 2. D. de iudic.* ibi: *Aut ſi cùm re-
ſtitiſſet quivis ex litigatoribus, viribus
præturæ compulſus eſt, nulla iuriſdictio eſt.*

55 Secunda procedit, quoniam in man-
dato eſt locus pœnitentiæ, *l. ſi pater,
D. de manu. vindict. l. ſi pecuniam, §. 1. D.
de condict. cauſ. dat.* & ibi notatur, & po-
teſt revocari expreſsè, vel tacitè, *cap.
quamvis, de procurat. lib. 6.* Si ergo pœ-
nitentiâ mandatum revocatur, nonnè
multò magis pœnitentia præcedens,
quæ in coacti volũtate ineſt, impediet,
ne mandatum ab initio ſubſiſtat? *ar-
gum. text. in l. patre furioſo, D. de ijs, qui
ſunt ſui, vel alieni iuris*: faciũt verba *text.*
elegantis *in l. penult.* ibi: *Quare non ab
initio? C. per quas perſon. nob. acquir.*

56 Hinc acutiſsimè, & notabiliter de-
ducit *Sarmiento de reddit. Eccleſ. 1. par.
cap. 4. num. 8.* quòd contractus innomi-
nati, in quibus eſt locus pœnitentię, *d.
l. ſi pecuniam, D. de condict. cauſ. dat.* ſi
vis, vel metus interveniat, ſint ipſo iu-
re nulli, quaſi pœnitentiâ in ipſo actu
interveniente, & præveniente ipſius
actus perfectionem.

57 Tertia ſic ſe habet, nempè, quòd
mandatum neceſſariò requirit con-
ſenſum, *l. 1. D. mandat.* qui quidem coa-
ctione, metuvè interveniente non re-
perîtur, *l. nihil conſenſui 116. D. de regul.
iuris.*

58 Quarta eſt, procurationẽ à principio
ſuſcipere nemo cogitur, *l. invitus 17. C.
de procurat.* & invitũ non ſolùm adcipie-
mus eũ, qui expreſsè contradixit, ſed &
qui

qui conſenſiſſe non probatur. *l. filiusfamilias, §. invitus*, & ibi *Accurſ. verb. Non probatur, D. de procurat. l. invitus 5. D. de ſervit. urb. prædior.* Ergo à ſimili nullus cogetur ad conſtituendum procuratorem, & quoties accedat coactio, adnulabitur conſtitutio.

59 His fundamentis fulcita, & corroborata ſententia verior eſt, & tenenda, etſi in contrariam manibus iverint *Covar. in 4. 2 p. c. 3. §. 5. n. 9. in fin. Padill. in l. interpoſitas n. 7. C. de tranſ.* & alij relati per *Sanch. lib. 4. de matrim. diſp. 12. n. 22. circ. fin. Farinac. 2. p fragm. crim. verbo Metus, num. 30. Auguſt. Barboſ. in c. accedens 10. num. 2. de procurat.*

60 Eo innixi rationis pondere, nempè, quòd prima ſententia ſit ſpecialis in procuratoris ad matrimonium metu factâ conſtitutione, cùm *textus*, qui hoc probat, ſolùm loquatur in prædicta ſpecie & caſu, ut ex eius verbis ſatis evidèter depromitur, ibi: *Accedens ad Apoſtolicam Sedem: & infr. Mandamus quatenus D. nobilem mulierem, quæ ſub tua poteſtate tenetur, plenè reſtituas libertati, faciens ipſam ad Caſtrum de Maſſa Lucanæ diœceſis, ſecurè perduci, ut exiſtens ibi libera procuratorem liberè ordinare valeat, qui ſuâ coram Nobis iuſtitiam proſequatur.*

61 Hoc tamen minimè refragatur ex eo, quòd non ſequatur ſolùm in *cap.* ſerie procedere conſtitutionem, cùm evidens ſit etiam in alijs caſibus inveniri, ut in procuratione ad reſignandum metu facta, quæ ipſo iure nulla eſt, *Rebuf. de pacific. poſſeſſ. amplia. 22.* fuſiùs *in prax. beneſic. part. 3. titul. de reſignatione metu extorta, & in l. ſolutum 48. fol. 256. verſicul. Item non procedit, D. de verb. & rer. ſignific.* & in ea, quæ facta eſt ad cedendum, idem eſſe adfirmat *Dec. conſ. 418. num. 3. verſicul. Tertiò quæritur, volum. 1.* & generaliter in omnibus adſertum ſit, & pateat manifeſtiſſimè.

62 Secundò ex eo, quòd *dict. cap. accedens* ſpecialitatem nullatenus probat, cùm ſolùm decernat, mulierem illam in ſecurum & tutum locum Induci, ut liberè procuratorem ſtatueret (alioqui ſicut obſes, & captiva illum non poſſet conſtituere: *arg. l. obſides, D. de teſtam. & l. Divus, D. de iur. fiſc.*) non ergo ex hoc deducitur procuratorem in ſolâ illâ effigie eſſe ipſo iure nullam, nec aliquis dictitare valebit, ſi *textus* mentem adcuratè perceperit.

63 Tertiò haud contrariatur noſtri ſententiæ *dict. cap. accedens*, ſed eam communit expreſsè, cùm diſponat requiri libertatem ad conſtitutionem procuratoris, quam Nos neceſſariam eſſe adfirmamus. Sic non ſunt audiendi ſecundæ opinionis Authores, quoniam ſi libertas requiritur ad connubia, etiam ad alios actus præciſa eſt, & non denegatur, ut ſatis eſt notum; igitur *dict. c.*

64 *accedens*, generaliter debet intelligi, *l. 1. §. generaliter*, cum mille vulgaribus, *D. de legat. præſt.* militat enim in omnibus eadem ratio, idem ius, *l. illud, D. ad l. A.* cum alijs ſimilibus.

SVMMARIVM.

1 Expreſſa licentia ad actum requiritur.

2 Debet præcedere actum.

3 Proponitur diſcrimen inter cõſenſum & licentiam.

4 Diſcedendi ab Eccleſia licentia debet obtineri in ſcriptis.

5 Mortuo Epiſcopo non exſpirat.

6 In duobus menſibus Concilij licentia Epiſcopi ſufficit, & 7. 8.

9 Epiſcopo ſine cauſa denegãte licentiã clerico, tunc eſt recurſus ad Archiepiſcopũ.

10 Prætor cupiens ſe abſentare, debet petere licentiam in Concilio.

11 Vt fiat tranſitus ad arctiorem Religionem licentia implorãda eſt.

12 Habens licentiam ad arctiorem religionem tranſeundi, ſi non inveniat illã, aut non poſſit ſuſtinere auſteritatem & rigorem, volens ad ſuam religionem iterũ admitti, eſt recipiendus.

13 Vtrùm regulares poſſint virtute Bullæ Cruciatæ eligere Confeſſorem, & abſolvi à caſibus reſervatis?

14 Adfirmatur, & 15.16.17.

18 Intelligitur cap. non dicatis 12. q.1. & 19.20.

21 Religioſi an poſſint ſumere Bullam remiſſivè.

22 Vtrùm profeſſio cum retentione ſubſtantiæ valeat? Negatur, & 23.

24 Adfirmatur.

25 Reſpondetur cap. fin. qui cler. vel vov. uſq. 30.

31 Summus Pontifex non poteſt diſpenſare cum Religioſis in particulari, ut habeant proprium cum dominio.

32 Abdicatio proprietatis non intelligitur abdicatio dominij.

33 Licentia extorta à Religioſo nõ excuſat à vitio proprietatis.

34 Quando religioſus dicit ſe paratum relinquere omnia, quæ poſſidet ad iuſſum ſuperioris fundẽdo murmurationes, preces, & querelas, ſimiliter non excuſatur.

35 Taciturnitas Prælati non excuſat à vitio proprietatis.

36 Licentia contrahendi à marito extorta nulla eſt.

37 Licentia tranſeundi extorta non ſuffragatur.

38 Vxor poteſt maritum profeſſum repetere, quando fuit profeſſus de eius licentia metu gravi extorta, & 39.

CAPVT XXVII.

De Licentia.

1 VBICVNQVE ex legis diſpoſitione licentia ad aliquem actum deſideratur, neceſſariò expreſſa licentia eſſe debet, & perſpicuis verbis concedi, ità ut nec tacitus conſenſus ſufficiat, ut eſt communis *DD.* opinio, teſte *Villalob. in ærario commun. opin. lit. L. num. 167. Tiraq. legum connub. gloſ. 7. à num. 1. cum ſequentib. Avendaño verbo Otorgamiento, & titul. de las excepciones, num. 39. & in cap. 12. Prætorum, num. 27. in princip. lib. 2. & in c. 14. num. 6 lib. 1. Suar. tit. de las deudas, q. 1. Paz in prax. 1. tom. 2. temp. num. 27. Chaſſan. in conſuet. Burg. rub. 4. §. 1. in textu,* ibi: *Sans la licence, num. 1. & § 7. n. 39. Azev. in l. 2. titul. 3. num. 17. & 18. & in l. 3. titul. 7. num. 1. lib. 5. Recopil. & in l. 1. titul. 6. num. 7. lib. 7. Recopil. Tuſcb. pract. lit. L. concluſ. 353. Bertazol. clauſ. 6. gloſ. 7. num. 3. Barboſ. in l. 1. articul. 3. num. 183. cum ſequentibus, D. de iudic.*

2 Quæ quidem actum præcedere debet, ità ut poſteà nequeat adhiberi, ut cõmuniter deducitur *ex cap. omnis utriuſque ſexus, §. ſi quis,* ibi: *Licentiam priùs poſtulet, & obtineat, de pœnitent. & remiſſ. cap. licèt, de regul. l. 1. C. de ſacroſanct. Eccleſ. l. certa forma, C. de iur. fiſc. & totus titul. C. non liceat matr. l. unica, C. de Metrop. Ber.* tenent *Bart. & Bald. in l. ſi autem plures, D. de aqua pluv. arcen. & in l. ſi quis mihi bona, §. iuſſum, D. de acquiren. hereditat.* idem *Bald. in l. 1. num. 45. C. qui admitti, & in l. fin. num. 1. verſicul. Septimò quando, C. ad Maced. Campeg. tract. de dot. 5. part. quæſt. 84. Corn. conſ. 89. num. 10. & conſ. 201. part. 3. Meres de maioratib. part. 4. q. 2. num. 2.*

3 Vnde oritur diſcrimen inter conſenſum, & licentiam, & non parvum, ſcilicet, quòd conſenſus debet intervenire in actu, licentia autem eum præcedere, tradunt *Bertazol. de clauſul. clauſ. 6. gloſ. 7. num. 4. Gonçal.* plures referens *in reg. 8. Cancell. gloſ. 47. num. 46. Narbon. in l. 10. gloſ. 3. titul. 6. num. 26. in fin. lib. 1. Recopil.*

4 Vnde novè *Concil. Trident. ſeſſ. 23. de reformat. cap. 1.* prope fin. prohibet, ne curati inferiores, & alij quicunque, qui beneficium aliquod Eccleſiaſticum curam animarum habens, obtineant diſcedendi licentiam in ſcriptis, gratiſque concedendam ultra bimeſtre tempus, niſi ex gravi cauſa ob-

obtineant, quæ quidem licentia debet
peti, & obtinêri, per ea, quæ *Chaſſan.*
in conſuet. Burg. fol.85. num.1. cum ſe-
quentib. Cald. Pereir. de reſol. emphyt. cap.
11. num.14. & debet præcedere, & in
ſcripris adcipi, *Menoch. conſ. 188. num.*
7. & 8. Navar. conſ. 13. num. 6. de cler. non
reſid. expreſſa, ſcilicet, *Nicol. Garc. de be-*
nef. part. 3. cap. 2. num 35. Armend. in ad-
dit. ad Recop. leg. Navarr. lib. 2. tit. 23. l.
2 §. 2. de reſid. vel abſent. Paroch. n. 164.
5 quæ mortuo Epiſcopo, ſeu concedente
non expirat, *Navarr. in cap placuit, num.*
161. & 163. de pœnit. diſt. 6. & in tract.
de redd. Eccleſ. quæſt. 3. monit. 8. num. 4.
Gut. pract. lib. 2. quæſt. 75. Cened. ad Sext.
coll. 1. num. 2. Perez in l. 2. verbo Sean fir-
mes, titul. 2. lib. 2 Ordin. pag. 119. Fr. E-
man. quæſt. reg. tom. 2. q. 46. articul. 7.
Gonzal. ad reg. 8. Cancell. gloſ. 12. princip.
num. 51. Henric. in ſumm. lib. 7. cap. 21. §.
6. Barboſ. in l. divortio, §. quod in anno, n.
20. D. ſolut. matrim. Cald. Pereir. de reſol.
emphyt. cap. 15. num. 33. & 36. Sanch. de
matrimon. lib. 8. diſp. 28. à num. 71. Paul.
Comitol. reſp. moral. lib. 1. quæſt. 108. Au-
guſt. Barboſ. in cap. relatum 4. n. 4. de cle-
ric. non reſid.
6 Hinc dimanat non levis controver-
ſia, an in duobus menſibus à *Conc. Trid.*
conceſſis licentia Epiſcopi requiratur?
In qua illa eſt verior opinio, quæ tenet
etiam pro his duobus menſibus licen-
tiam Epiſcopi eſſe requirendam, nã Pa-
rochus diſcedere non debet, niſi cauſa
7 cognita, & probata ab Epiſcopo, ac li-
centia in ſcriptis, & gratis concedenda,
ut ait *Conc. d. c. 1.* & cenſuit ſacra Con-
greg. apud *Nicol. Garc. d. c. 2. n. 23. in c.*
declarat. & p. 9. c. 2. num. 259. dub. 2. Ar-
mend. d. loco, num. 155. qui tenent, valêre
conſtitutionẽ Epiſcopi, ne Parochi poſ-
8 ſint abeſſe ultra dictos dies ſine licẽtia,
quare ità tenent *Ugolin. de offic. Epiſcop.*
c. 15. §. 5. n. 2. Leſſ. de iuſt. lib. 2. c. 34. dub.
29. n. 159. Poſſevin. de offic. curati, cap. 1.
num. 21. Quicquid contrarium teneant
Navar. in man. c. 25 num. 121. Azor in-
ſtit. moral. p. 2. lib. 7. c. 4. q. 9. & 10. Franc.
Leo in theſaur. for. Eccleſ. p. 3. c. 1. n. 19. &
21. Sanch. de matrim. lib. 3. diſp. 31. n. 11.
9 Ex quibus infert *Ioan. And. in c. cùm*
ex eo, verbo Poſſit, de iur. patr. lib. 6. quòd
ſi Epiſcopus ſine cauſa denegat licen-
tiam clerico, quòd poteſt recurrere ad
Archiepiſcopum tanquam ad ſuperio-
rem, ut compellatur ei dare licentiam,
Oldrad. conſ. 254. Abb. in c. tua, in fin. col.
fin. de cleric. non reſid. Acac. Anton. Ripol.
var. c. 8. num. 197.
10 Succedit quædam adnotatio, quòd
Prætor, ſeu Corrector debet à Decu-
rionibus in Concilio licentiam implo-
rare, cùm voluerit uti abſentiâ officij,
quã quotannis per nonaginta dies po-
teſt conſtituere, quamvis Concilium
renuat & contradicat, quoniam lex
non obligat ad plus, quàm ad petitionẽ,
latè diſputat *Bobad. in Polit. lib. 2. c. 9. &*
lib. 3. c. 8. num. 37.
11 Inferas ſimiliter, quòd ad ſtrictiorem
Religionem tranſeundi licẽtia neceſſa-
riò petẽda eſt ante tranſitum, exſpectã-
do debito tẽpore reſponſum ſuperioris,
probat cũ infinitis, quos laudat *Auguſt.*
Barboſ. in cap. licet, per textum ibi *à n. 17.*
cum ſeqq. de regul.
12 Adverte, quòd habens licentiam à
ſuo Prælato tranſeundi ad aliam Reli-
gionem, ſi non invenit arctiorem ſe re-
cipientem, aut nõ potuit ipſius auſteri-
tatẽ, & rigorem ſuſtinêre, vel aliâ qua-
cunque de causâ ante profeſſionẽ vult
reverti, prioris religionis Fratres tenẽ-
tur eũdem recipere, ut per *Sylveſt. ver-*
bo Religio. 4. q. 5. quem refert & ſequitur
Frat. Ludov. de Mirand. in man. Prælat.
tom. 1. q. 31. art. 18. Auguſt. Barboſ. in cap.
intelleximus 12. per textum ibi, *num. 2.*
de ætat. & qualit.

Dubium nunc eſt, utrùm Monialis à peccato, & à cenſura excuſetur, ſi à clauſtro urgente neceſſitate exeat non obtenta à legitimo ſuperiore facultate? Et adfirmativè reſpondendum eſt.

Ratio exiſtit, quia hic caſus per Epikeiã exceptus videtur, cùm neceſſitas

lege careat, nec ſuperior præſumatur
velle Monialem in tali eventu ad clau-
ſuram obligare, ità *Sorbus verbo Clauſu-
ra Mon.caſ.1.verſ. Circa hunc caſum, Ro-
drig.tom.1.q.49.art.2. ad fin. Llamas in
App §.20.Sanch.lib.6.ſumm.cap.15.verſ.
Nonò.*

Verumtamen eſt, prædictam Monia-
lem, quæ urgente neceſsitate exijt non
obtentâ licentiâ, tenèri poſt egreſſum
admonêre ſuperiorem, ſi poteſt, quādiu
extra monaſteriū exiſtit, quia cognitio
cauſæ pertinet ad ſuperiorem, & fieri
poteſt, ut cauſa, quæ Moniali legitima
videbatur, à ſuperiore non adprobetur,
& conſequenter Monialis ſtatim redire
cogatur, ſic *Bonac.de clauſ.q.1.punct.8.
prop.2.n.6.tom.1.fol.424.*

13 Nunc diſpungi debet, utrùm regu-
lares poſsint virtute Bullæ Cruciatæ
eligere confeſſorem, & abſolvi a caſi-
bus reſervatis ſine licentia ſuorum Su-
periorum? Quam quæſtionem in ter-
minis controverterunt, & reſolverunt
adfirmativè *Eman.in Bulla, §.9 num.25.
Ledeſm. titul.de pœniten. cap.13. dub.12.
Medin. de confeſſ. cap.26. Collector Pri-
vil. verbo Abſolutio ordinaria quoad fra-
tres, §.16. Antolin. de Indulg. Anton.
Fern. de Mour. in exam. p.3.c.9.§.8. Fr.
Ioan de la Cruz de ſtatu Relig.lib.1.cap.6.
dubit.12 concluſ.3.pag.58.* qui tanquam
probabilem opinionē amplexi fuerunt,
& *Henric.de indulgentijs, c.22.§.4. & in
gloſ lit.X. Garc. de benefic.2.part. cap.5.
num.84.* noviſsimè *Diana tract. de Bul-
la Cruciatæ reſolut. 14.part.3.fol.195.*

14 Quod procedit ſolū reſpectu Mendi-
cantium, & non aliorū, quia ſemper iſti
uſi fuerunt privilegijs Bullæ ſine cōtro-
verſia abſque neceſsitate impetrādi li-
centiam ſuorum Prælatorum, ſicut tra-
dunt *Eman. in Bulla § 9. num. 24. Hen-
ric.lib.6 de pœnit.cap.16.§.7.in gloſ.5.ad
fin. & lib.7.de indulg.cap.22.§.4. Cande-
lab.Aur.tit.de abſolut.num.35. Beja* (pro-
ponens caſum in Mendicante) *in ſumm.
3.p.c.16.* & alij.

15 Hoc quidem elegantem recipit cō-
firmationem, quia communiter recep-
tum eſt omnium conſenſu in tempore
Iubilæi poſſe cunctos regulares eligere
quemlibet confeſſorem idoneum ſine
licentia Superiorum, non obſtante qua-
libet Ordinis conſtitutione, quamvis
ſit confirmata à Sede Apoſtolica, &
ità ſecurè docent, & adſeverant *Le-
deſm. de pœnit. cap.13.dub.11. & 13. ver-
ſicul. La ſegunda, Navarr. conſ. 13. de
privil. Graffis part.1.deciſ. lib.4. cap.15.
num.13. Veg.in ſumm.2. part. cap.7. ver-
bo Indulgencias, caſ.32. Roder. Acuñ. de
Iubil.cap.10. num.2. Beja in ſumm.3.part.
cap.16 pag.323. verſ. Hæc tamen opinio,
Suar.de pœnit.diſp.28 ſect.6 n 6. Granad.
in 3.p.D.Thom.tom.5.controv.7. de pœ-*
16 *nit.tract.10.diſp.5 ſect.2.n.17.* Ergo ſi-
militer in noſtro caſu ex reg. *l. illud.D.
ad leg.A.* probat *Henric. lib.6.c.6.§.9.*

17 Neque eſt conſiderationis, aut mo-
menti adſerere, exiſtere indecens Re-
gulares habêre, aut procurare pecuniā
ſine licentia ſuorum Prælatorū, *ex reg.
cap.non dicatis 12 q.1.* ubi latè *Navarr.*
velùt conſiderant *Henric.de indulg. cap.
22.§.4.in gloſ.lit.C. Beja d.c.16.pag.325.
verſ.His adiunge.*

18 Quia *reg.dict.cap non dicatis* genera-
liter procedit reſpectu omnium Reli-
gioſorum, & noſtra indagatio ſolummo-
dò locum occupat in Mendicantibus,
ut ſuperiùs notavimus, & etiam inter
Patres Societatis non prohibetur Re-
ligioſos accipere, vel ſumere Bullam,
dum tamen non eligant Confeſſorem
exceptis adprobatis à Superiore, ut te-
ſtificatur *Henric.d.§ 4.in gloſ.lit.Z.*

19 Et cum ratione; quia Summus Pon-
tifex, qui concedit Bullam ad opus
tam pium, & notum, diſpenſat in hoc
caſu, *l. quidam conſulebant, D.de re iu-
dic.* cuius authoritas ſemper reſerva-
ta manet, *cap. veniens de iur. iur. cap.
dudum*, ibi: *Penes Nos tamen reman-
ſit maior, de præbend. lib. 6. Rota di-
verſor. deciſ. 492. num.10. cum ſequenti-*
20 *bus, part.3.* Et per conſequens Religio-
ſi non habent neceſsitatem alterius
li-

licentiæ ſuorum ſuperiorum, *Navarr. cōſ.13.de privil. Eman.in Bull.§.9.num. 22.in princip.* & utinam nummi in alijs operibus non impenderentur?

21 Tamen, an Bullam Cruciatæ ſumere poſſint religioſi ſine licentia Prælatorum, diſputant *Vivald.in Candel. aur. titul. de abſolut. num. 18. Cordub. lib. 5. de indulgen.quæſt.26.dub.1. ad fin.* & alij per *Valer. in differ. utriuſque for. verbo Bulla Cruciatæ, diff. 1. à n.1. cum ſequentibus.*

22 Non levis eſt indaganda quæſtio, utrùm profeſſio cum retentione ſubſtantiæ de licentia ſuperioris valida ſit? Totius difficultatis cardo vertitur in enucleatione *textus in cap.fin. qui Cler. vel vov.* qui expreſſior eſt, etſi aliqua nubila eius lucem caligare præſumant, ijs tamen remotis, face accensâ prælucebit.

23 Primâ facie videtur adſerēdum, profeſſionem factam cum cōditione, pacto, ſeu modo de retinendo, ſeu habēdo proprio non valēre, ſed vitiari ex tali adiectione, utpotè cōtra ſubſtātiā illius, *arg. c.fin. de cond.adpoſ.l.per ſervū,§.1.D. de uſu & habit.* ubi *gloſ.l.ubi donari,D.de donat.cauſ. mort. l.cum precario, D. de precar.* *gloſ.* magna *in cap.2.& c.cùm ad Monaſterium, de ſtat. Monach.* tenet cū infinitis *Nicol.Garc.de benefic.tom.2.p.7.c.10.n.99.Bart.à S.Fauſt.in theſaur.Relig. lib.8.q.21.*

24 Sed hoc minimè reſtagante dicendum eſt, profeſſionem cū ſubſtantiæ retentione valēre, ut probant *Gloſſa, Inn. n.2.Abb.n.4.& 5.* & alij communiter, *Navarr.comm.2.de regul.n.16. Azor inſtit. moral.1.p. lib.12.c.9.q.4.* latè *Ioan. a Cruc.de ſtat.Relig.lib.1.c.3.dub.2. Baſil.lib.4.c.11.num.17.*

25 Verū profeſſionem *in d.c.fin.qui cler. vel vov.* valuiſſe cū cōditione manendi in domo cū omni ſubſtantia non quoad proprietatē, ſed quoad uſum, adfirmant *Auguſt. Barboſ.* ibi, *n.3.Sanch.de matrim. lib.5.diſp.9.n.14.Nicol. Garc. de benefic. tom.2.p.7.cap.10.num.100.*

26 Cuius *textus* intellectus mihi non adridet, ex eo, quòd generaliter adſeratur *cum omni ſubſtantia*, id eſt, cum omnibus facultatibus (verbum enim *ſubſtantia* pro eis uſurpatur. Quintil. *ut plus ſubſtātia filio relinquerem, Luc.15. Et diviſit illis ſubſtantiam*; eleganter *Chryſol. ſerm. 1.*) itàque tam quoad uſum intelligendum adſtat, *l.1.§.generaliter, D. de leg. præſt.*

27 Nec eſt audiendus *Felician. de Solis lib.1.de cenſ.c.10.n.27.* ubi dicit, *textum* procedere, quoniam ibi mulier ſolenne Religionis votum nō emiſit, ſed ſolùm ſimplex caſtitatis, ideòque reſervatio proprij votū nō vitiavit. Nec quòd votum emiſſum fuiſſet in manibus cuiuſdam fratris *S.Aug.* arguit votū extitiſſe ſolenne, namq; vota ſimplicia caſtitatis ſępènumero emitti ſolent in manibus alicuius Religioſi?

28 Refellitur enim evidentiſſimè, quia poſt Religionis profeſſionē immediatè ſubſecuta eſt habitus ſuſceptio cum lapſu biennij, ibi: *Sanè in eiuſdem Ordinis habitu biennio pòſt permanſit.* Ergo votum ſolenne extitit, quia non ſolùm caſtitatem vovit, ſed ſe Ordini addixit.

29 Quare reiectis *Zabarellæ in d.c.fin.5. propoſ.2. & 3.* cum communi poſt *Innocen.in c. porrectum num.1. de regul. & gloſſæ verbo in domo* interpretationibus, & exploſsâ diſtinctione *Innoc. in d.c.fin. n.5.ad fin.verſ. vel dic.* conſonantiùs dici poteſt, profeſſionē ibi valuiſſe ex eo, quia manſio extra clauſtrum cum omni ſubſtantia fuit de licentia Superioris removibili ad ipſius nutum, quo caſu nihil proprium retinēri dicitur, & profeſſionem ſub huiuſmodi conditione factā validam eſſe: ad hunc *textum* noviſſimi tenēt *Bart.à S.Fauſt.in theſaur. Religioſorū lib.8.q.33. Bonac. de clauſ. & pœnis eam violant. impoſ. quæſt.2.punct.10. dif-*
30 *fic.2.§.1.n.4.verſ. Secundò infertur.* Advertens, iſtā conditionē non repugnare ſubſtātiæ voti paupertatis, cū paupertatis votū actuali retentione uſus alicuius rei depēdēter à volūtate Superioris

non violetur, additque hoc pacto explicandum eſſe in dubio, dum quis in profeſſione reſervat ſibi aliqua bona, cùm enim in dubio nullus præſumatur delinquere, credẽdus eſt voluiſſe modo licito promittere, & profeſſionem validam emittere.

31 Summus Pontifex nequit diſpenſare cum Religioſis in particulari in hoc, quòd ſtante Monachatu ſimul etiam habeant propriũ, proprio & ſtricto modo ſumptum quoad dominiũ ad inſtar, quo illum habent cæteri ſeculares, *cap. cũ ad Monaſteriũ, de ſtat. Monach. Cõcil. Aurelia. 1. ſub Symmacho anno* CHRISTI *507. Can.* 21. doctè *Peret. in Reg. D. Bened. c. 35. dub. 1. cum ſeqq.* ità docent, ac in his terminis hunc *textum* procedere aiunt *Navar. in cap. non dicatis* 12. *q.* 1. *n. 17. D. Thom.* ſibi contrarius, *in 4. diſt. 38. q. 1. art. quæſtiun. 1. ad 3. Caiet. 2. 2. q. 88. art. 11. Soto de iuſt. lib. 10. q. 5. art. 10. Corduba in ſuo quæſtion. lib.* 1. *q. 24. Covar. ad cap.* 1. *de teſtam. n.* 10. *Azor inſtit. moral. 1. p. lib. 12. c. 7. quæſt. 4. Barth. à Sanct. Fauſt. in theſaur. Religioſ. lib. 8. q. 25. Frat. Ludov. de Mirand. in man. Prælat. tom. 1. q. 28. art. 3. Baſil. 1. p. var. q. 9. Schol. cap. 2.*

32 Animadvertendum eſt, abdicationẽ proprietatis non intelligi abdicationẽ dominij, cùm etiam retento dominio poſſit eſſe vera religio, ſed abdicationẽ uſus ſine licentia Prælati, ut docent *Baſil. d. 1. part. var. diſp. q. 3. Scholaſt. & de impedim. matrim. c. 1. §. 3. verſ. Addendũ, Auguſt. Barboſ. in c. cùm ad Monaſterium, n. 11. de ſtat. Monachor.*

33 Collige ex concluſione, non excuſari Religioſum à vitio proprietatis, ſi extortã habeat à Prælato precibus importunis licentiam obtinendi, & recipiendi aliquid, quia ea non eſt licentia, ſed violentia, ut dixit *Bernard. de conſiderat. ad Eugen.* & ubi requiritur licẽtia, debet eſſe conſenſus expreſſus, *Plot. de iuram. in litem, §. 8. num. 22. Caballin. milleloq. 528. Carol. Bardel. conſil. 93. num.* 112.

34 Similiter quando religioſus dicit, ſe paratum relinquere omnia, quæ poſſidet ad iuſſum ſuperioris fundendo alias murmurationes, preces, & querelas, ità ut ſuperior non audeat contradicere, taceatq; ut vitet maius malum. Religioſus præter ſcandali, etiam violati paupertatis voti peccatum incurrit, quoniam ea nõ eſt licentia, ſed permiſſio coacta, ità *Navar. lib. 3. de reſtitut. c.* 1. in nova edit. *p. 3 dub. 1. n. 161. Turrecrem. in cap. non dicatis 12. q. 1. num. 9. &*
35 *Navarr.* ibi *n. 54.* qui explicat doctrinam *Hugonis* dicentis, taciturnitatem Prælati non excuſare a vitio proprietatis, ſcilicet, taciturnitatem ex conſenſu permiſſivo non adprobante, ſequitur *Carthuſi. de profeſſ. monaſt. lib. 1. art. 11. Cordub. q. 54. col. 2. fol. 139. Mendoça q. 8. Scholaſt. Sanchez de matrimon. lib. 4. diſp. 10. num. 9. Acuñ. in cap. 1. num. 7. 83. diſtinct.*

Denique ultra id latè egit *Baſil. 1. p. var. q. 9. Schol. fol.* 310. an liceat Religioſis habêre annuos redditus, ingentia depoſita, inſignemque ſupellectilem, ubi mitè reſolvit videndus.

36 Vnde colligendum eſt conſequenter licentiam contrahendi, quam extorſit fœmina à marito precibus importunis, nullam eſſe, ut probat *Perez in additio. ad Seguram, in l. 1. §. ſi vir, num. 128. D. de acquir. poſſeſſ.* & ità contractum ex eo defectu non ſubſiſtere, quia reverà vir non conſentit ſufficienter, & iuxta hæc in alijs etiam materijs & caſibus philoſophandum eſt, ut docet *Baſil. de matrimon. lib. 4. cap. 12. num. 9.*

37 Sic nec ſubditi electi à Prælatis debent tranſeundi licentiam extorquêre, *cap. quorumdam 24. de elect. lib. 6.* quia nõ valêret, ſi de hoc conſtaret, *c. cùm olim 2. de privil.*

38 Probat *textus in cap. accedens* 17. *de converſion. coniug.* uxorem poſſe maritũ profeſſum repetere, quando fuit profeſſus de eius licentiâ metu gravi extortâ, ut ibi docent *Hoſt. Ioan. Andr. Butr.*

Abb.

Abb. Zabarell. & Auguſt. Barboſ. Ledeſm. de matrim. q. 64 art. 4. dub. 1. concluſ. ult. Azor inſtit. moral. 1. part. lib. 12. c. 1. q. 6. Bartholom. à Sanct. Fauſt. in theſaur. Relig. lib. 5. q. 88. Roſell. Angel. Sylv. Duran. Ludov. Lop. Gregor. Lop. & alij, quos refert & ſequitur *Sanch. de matrim. lib. 7. diſp. 35. num. 1.* ubi *num. 4.* reſolvit hunc
39 coniugem nõ eſſe cogendum redire ad Religionem poſt mortem coniugis revocantis, & *num. 5.* pariter decidit hũc exeuntem propriâ authoritate à Religione non peccare, & altero non repetente poſſe propriâ authoritate Religionem deſerere, & *d. lib. 7. q. 34. n. 15.* cum alijs.

SVMMARIVM.

1 Abſolvere liberare eſt.
Qua nota olim procedebat abſolutio, ſeu condemnatio.
2 Sententia abſolutoria non indiget executorialibus, & 3.
4 Expenditur l. ſi ſuperatus, de pignorib.
5 An ſententia abſolutoria ab obſervatione iudicij ſit interlocutoria, necne?
6 Abſolutus à crimine per ſentẽtiam nullã, aut à iudice non ſuo iterum poteſt accuſari.
7 Secus à ſuo iudice.
8 Adminiſtrator, qui pluries rationem dedit, & liberatus eſt, criminaliter inquiri poteſt.
9 Abſolutus in foro pœnitentiali punitur in externo, & 10. 11.
12 Præſumentes abſolvere a caſibus Bullæ excommunicantur.
13 Hæc excõmunicatio cenſetur reſervata.
14 Oppoſitum tenetur.
15 Comprobatur, & 16. 17. 18.
19 Iudex ſecularis cõtra Bullam Cœnæ ſequeſtrans bona Eccleſiaſtica, offerens debitam ſatisfactionem arbitrio prudentis poteſt per Bullam Cruciatã abſolvi.
20 Iudex an vim faciat, non deferens appellationi interpoſitæ à relaxatione excõmunicationis?
21 Proſequitur diſputatio, & reſolvitur, uſq. 28.
29 Abſolutio cenſurarum delegata ordinario non poteſt ab eo ſubdelegari.
30 In dubio induſtria perſonæ cenſetur electa, & 31. 32. 33.
34 Contraria ſententia propalatur, & 35.
36 Quando de contraventione iuramenti agitur inter partes, non niſi parte citata abſolutio peti poteſt.
37 Unde obtenta parte non citata nõ valet.
38 Quando autem relaxatio petitur ad effectum agendi, tunc non eſt neceſſaria partis citatio.
39 Explicatur Covar.
40 Libellus in hoc caſu debet cõcludere, quòd præſtita relaxione adnulletur cõtractus.
41 Data renuntiatione præventionis cum iuramento non executio impeditur.
42 Iuramentum confirmat contractum minoris, etiam curatorem habentis, & 43.
44 Excommunicato currit præſcriptio, ſi eſt in mora petendi abſolutionem.
45 Mortuus poteſt abſolvi ab excommunicatione, & 46.
47 Non quidẽ directè, ſed indirectè, & 48.
49 Summus Pontifex non poteſt ſe abſolvere, & 50. 51.
52 Adfirmatur.
53 Reſpondetur cap. fin. de inſtitut.
54 Corroboratur opinio, & 55.
56 Abſolutio metu extorta non tenet.
57 Reprobatur D. Sanchez, & Ludovic. de Sancto Ioan.
58 Datur ratio ſententiæ, & 59.
60 Extorquens abſolutionem eſt excommunicatus.
61 Dolo extorta abſolutio non valet.
62 Pro abſolutione pretiũ recipi nõ poteſt.
63 Quando petitur pro abſolutione, non verò loco pœnæ ſpreti mandati.
64 Etiam ſi nolit abſolvere Sacerdos, non poteſt dari pecunia, abſq; labe ſimoniæ.
65 Invitus poteſt abſolvi, & 66.
Qui vi, vel metu inter infideles exteriùs fidem negat, corde tamen retinet, peccat graviſſimè, ſed non eſt hæreticus, ideoq; poteſt à quolibet abſolvi.

CAPVT XXVIII.

De Abſolutione cenſurarum.

1 ABSOLVERE liberare eſt, *Marti.lib.1. epigram.88. & lib.3.epig.16.& lib.12. epig.52. Ovid.lib.15. Metam.Senec.de beneſic.lib.4. cap.17.* eleganter *Param.de Orig. S.Inq. lib. 2. titul. 3. cap. 11. ſext. mund. ætat. num.73.*

Vnde quæri oportet, quâ notâ olim abſolutio, ſeu condemnatio procedebat? Et reſpondendum occurrit, quòd Antiquitas in capitalibus ſententijs ferēdis calculos diverſicolores habebat, albis quidem abſolutio continebatur, nigris lethale ſupplicium, quod notiſſimum ex Hiſtoria Alcibiadis ſcribente *Plutarcho in Apoththegmat. ipſius, Ælian.var.Hiſt.lib.13.cap.38.* adſtipulante *P. Ovid. lib. 15. Metamorphoſ. fab.1.*

Mos erat antiquis niveis, atriſque lapillis
His damnare reos, illis abſolvere culpa;
Tunc quoque ſic lata eſt ſentētia triſtis, & omnis
Calculus immitem dimittitur ater in urnam:
Quæ ſimul effudit numerandos verſa lapillos,
Omnibus à nigro color eſt mutatus in album.

Quod à Thracibus videtur exordium ſumpſiſſe, *C. Plin. lib.7.cap.40. Calculos pro experimento cuiuſque diei in urnā conijcit, ac ſupremo die ſeparatos dinumerat, atque itâ de quoquo pronuntiat.*

Alludunt *Mart.lib.12.epig.13.*

Etſi calculus omnis huc, & illuc
Diverſus, bicolorque digeratur,
Vincet candida turba nigriorem.

Q. Horat.lib.1.Od.36.

Threſſa careat pulchra dies nota.

Eruditiſſimè *Dempſterus ad Roſin.lib.4. Antiq.Roman.c.9.fol.610. cum ſeqq.*

Huius ritus ratio erat, ut tradit *Pythagoras in Diogen. Laërc.* quòd *candidū eſt in rebus natura bonis, nigrum in malis.*

Quarè in proſperis eventibus albus erat color, *Mart. lib.9. epig. 53. & lib. 10.epigr.38.& lib.11.epigr.37.& lib.14. epigr.8.Stat.lib.4.ſilv.6.Perſ.ſat.2.Sydon.Paneg 3.Plin.Iun.lib.6.epiſt.6.*

Nunc obſervari oportet, quòd littera K. in condemnationibus adfigebatur, ut ex *Caſſiod.* obſervat *Lorin.in Pſal. 71.℣.4.fol.400.col.2.tom.2.*

2 Hinc ſententia abſolutoria non indiget executorialibus, itâ eleganter advertit *Andr. Gail. pract.obſerv.lib.1.obſerv.114. num.28. Ioan. Garc. de nobilit. gloſ.8.§.1.n.6.* reddentes rationē, quòd abſolutoria ſententia ſtatim ſecū abſolutionem, & executionem trahit abſq;
3 aliquo novo facto iudicis, quia ſe ipſam exequitur, nihilque ex ea ſit tradendum: nihil enim præſtat, nec addit, nec adimit, & ſic nullo facto hominis eget, quia nullâ indiget traditione, nullâ cautione, nullâ citatione, nullâ particulâ, ſed itâ remanet, ſicut erat tēpore litis motæ, *l.ſi inter me, l.ex ſextante, §.Latinus, D.de ſent.& re iud.ſecūdùm gloßam verbo Eorum*, quam poſt *Bart.* reliqui probant, *Bart.in l. exceptio, D. de except. rei iudic. & in l.ſi quis rem.*

4 Pro quo eſt egregius *textus in l.ſi ſuperatus, D.de pign.* ubi *Bart.num.3.* latè, & optimè proſequitur *Ioan. Garc.* ubi proximè *à num.6.cum ſeqq.* quare ſe ipſam exequitur, ſtatimque abſolutus exceptione rei iudicatę (quam illa præſtat) tutus ſit, *toto tit.D.de except.rei iudic. Innocent. in cap.cùm noſtris, num.3. verſ. Ex his, de conceſ.preb.gloſ.in c.paſtoralis, verb. Cùm executionem, & DD.* ibi *de adpel. Angel.in repet.l.tale pactum, n. 17. D. de pact. Natta conſ.524. num.25. vol.3. Bart. in l.metum, §.ſed quod Prætor, n.12.D. de re iud.* ubi optimè *Zaſi. num.*

num.2 per textum in l.1.§.debitor, D.ut in poſſeſſ.legat.Franc.Salg.de Reg.protect. 4.p.c.1.n.99.& 100.

5 Quâ de causâ quæritur, utrùm ſententia abſolutoria ab obſervatione iudicij cenſenda ſit interlocutoria, vel diffinitiva, ità ut faciat gradum, necne? Quam quæſtionem diſpungunt *Covar. lib.1.var.cap.1.num.8. verſ. Quartò conſtat*, latè *Cavalc. deciſ.7.part.1.* aliquid *Gutierr.pract.lib.3.q.19. num.28.* benè *Farinac.tom.1. q.4. ex num.23.* uſque *ad 31. Theſaur.deciſ.81.& 122.num.3.Garcia de nobil.gloſ.8.§.1. Magon. deciſ.Luc. 32.num.56.Lancel.de attentat.2.par.cap. 4.in præfat. num.265. Pacian. de probat. lib.1.cap.67. Honded. conſ.21. lib.1. Amat. deciſ. 66. Tuſch. lit.S. concluſ. 168.* latè, & benè *Morot. in tract.de iur.offer.* poſt eiuſdem *reſp n.65.Caball.caſ.93.*

6 Abſolutus à crimine per ſententiam nullam, aut à iudice non ſuo iterùm poteſt accuſari, *cap. ex tuarum*, ubi *gloſſa verbo Non putantes, & DD.cap.cùm dilectis, de purg.canon.* facit doctrina *Bart. in l.ſi cui, §.iiſdem, D.de accuſ. & in l. libellorum, §.ſi accuſator, num.2.D. eodem, Bald.in l.querelam, C. ad l.Corn. de falſ. & gloſ. verb. Replicari in cap.de his*, ubi *Abb.n.3. Felin.n.2.* & alij, *de accuſation. Iul.Clar.lib.5.§.fin.q.57.num.12.* Si autem per acta iudicialia, & à ſuo iudice quis punitus fuiſſet, aut abſolutus, non poterit iterùm accuſari, *l.licèt, §.fin.D. naut. caup. & ſtab. Bald. conſ. 31. lib.4.*
7 *Paul. de Caſt. conſ.118. lib.1.* niſi interveniſſet aliqua fraus, vel colluſio, *cap.1. & fin.de colluſ.deteg. & l.ſi quis homicid. D.de accuſ.Cardoſ.in prax.verb. Delictũ, §.14.*

8 Quâ ratione adminiſtrator, qui pluries rationem dedit, & liberatus, quietatuſque eſt, moleſtari, & criminaliter inquiri poteſt, *l.1.C.de error.calc.& l.ſi defunctus, C.arbit.tut.Farin.cõſ.crim.96. toto.*

9 Obſervandum eſt, reum quemcunque ſive ab Epiſcopo, ſive ab Inquiſitoribus Apoſtolicis, ſive ab alijs quibuſvis poteſtatem abſolvendi habẽtibus, abſolutum in foro conſcientiæ, ſive ſacramentali, & accuſari in foro exteriori, & in eum inquiri poſſe, ſi crimen eius in iudicium deducatur, nec iuvare eum, aut tueri ſe poſſe exceptione receptæ pœnitentiæ in foro interiori, ut tradũt *Zanch. de hæret.c.34.Director. Inquiſ. verb. Abſolutio, § ſed an abſolutio, & verb.Cõfeſſio, §.utrùm ſi in for*, *Locat. in oper.iudic.verb.Abſolvere, n.1.& verb. Hæretic.n.24.*

10 Ratio huius adſertionis illa eſt, quam Canoniſtæ communiter tradunt, & ſequuntur, quoniam pœna impoſita per Confeſſarium in foro pœnitẽtiali, quãtumcunque ſit magna, non tollit aliquo modo pœnam imponendam in foro iudiciali, Canonico, vel Civili; nam pœna pœnitentialis in foro interiori impoſita tendit ad unum finem, videlicet, ut per eam pœnitẽs ſatisfaciat Deo, & animæ ſuæ; alia verò pœna, nempè, tẽporalis, ſpectat ad punitionem corporis, & ad publicam vindictam, ut Rei-
11 publicæ ſatisfaciat is, qui malo exemplo delinquendo eam offendit, *gloſ. verbo Poterit, in. cap. gaudemus, de divort. gloſ.1.in fin.in cap. 2.de ſchim.* & ibi *Panorm.Zabarell.* & alij, *gloſ.in cap.ult. 25. diſt.gloſ.ult. in cap.2. de empt. & vendit.* & ità declaravit *Gregor. XIII.* in quadam Bulla Iubil.ann.1572.3.Idus Septembris, de qua per *Penn.in Direct. Inquiſ.p.2.comm.25.§. quod autem abſoluti, Auguſt.Barboſ. de offic. & pot. Epiſc.p.2. alleg.40.n.29.*

12 Præſumentes abſolvere ab caſibus Bullæ Cœnę Domini excommunicantur, *Auguſt.Barboſ.de offic. & pot. Epiſc. p.2.alleg.50.n.78.Ioan.Bapt.Scort.in conſtit.Summ.PP.epit.166.& ult.theorem. 432.*

13 Sed dubium eſt, an hæc excommunicatio incurſa ob datam abſolutioné ſit reſervata, necne Summo Pontifici? *Felin.in cap. Paſtoralis, §.præterea, num. 9. de offic.ordin.Sylveſt.verb.Abſolutio 1. §.10.in fin. Caiet.verb.Excommunicatio,*

cap.

cap. 77. Armill. verb. Excommunicatio, num.7. Rebuf. in Bull. Cœn. articul. 13. verſicul. Illos autem, adfirmativè reſolvunt.

14 Oppoſitum tenent *Navarr. cap.27. num. 74. verſ. Secundò, Toletus lib.1.cap. 30. num.4. Suar. diſp.21 ſect.3.n.6. Sair. lib.3.cap.25.num.7. Alter. diſp.22. cap.3. dubit.2.*

15 Tùm, quia Auctor Bullæ non ſibi reſervat hanc excommunicationem, ſecùs ac olim fecerat *Paul.II.* ex *Felin. & Tolet.* ideò ei, cui de iure competit, abſolutio conceditur, *cap. nuper de ſent. excomm.*

16 Tùm, quia hæc excõmunicatio additur poſt factam reſervationẽ in præcedenti clauſula, quate reſervatio ſe extendit ſolùm ad caſus præcedentes, non etiam ad ſubſequentes.

17 Nec obſtat *extravagans Sixti IV.* quæ incipit; *Et ſi Dominici, de pœnit. & remiſſ.* cùm tantùm cõprehenderet eos, qui abſolvebant vigore privilegiorum, & facultatum à ſe conceſſarum, quas revocat, & contrà facientes eo ipſo excommunicat, prohibens abſolvi ab alio, quàm à Rom.P. ut ſcribit *Navarr. cap. 12. num.75. Suar. diſp.22 ſect.5.num.*
18 *20. Alter. loc. citat.* At iam non reperiuntur huiuſmodi indulta, & licètiæ a *Sixto* conceſſæ, nec quiſquam illarum prætextu abſolvit, unde non cenſetur hæc excommunicatio reſervata, ut olim.

19 Sic etiam ſi iudex ſecularis contra Bullam Cœnæ ſequeſtravit bona Eccleſiaſtica, & offert debitã ſatisfactionem arbitrio prudentis, poteſt per Bullam Cruciatæ abſolvi, quamvis pars nõ acceptet, *Henric. de excomm. c.28. §.1. lit.T. & K. Valer. in diff. utr. for. verb. Abſolutio, diff.3.n.3.*

20 Succedit nunc difficultas haud levis, an iudex vim faciat non deferens adpellationi interpoſitæ à relaxatione excommunicationis, ſuſpenſionis, vel interdicti, & eã non obſtante poſſit ad effectualẽ executionem, & ſic abſo-
21 lutionem devenire. In quo articulo omiſſâ diſputatione dicendum eſt, hoc caſu vim nullam eſſe poſſe, cùm eâ adpellatione non obſtante abſolutio acceleretur, etiam ſi pars, quæ ab huiuſmodi ſententia, quâ quis abſolvendus declaratur, adpellans adlegaverit ſe ſatisfactum non eſſe, vel aliam iniuſtitiã, ut probatur *ex c. qua fronte, de appell.* ubi *gloſ. & Scrib.* communiter hanc firmãt concluſionem.

22 Huius doctrinæ rationẽ reddit *gloſ. in dict. c. qua fronte, verbo Decedat*, quòd iudex a quo ideò abſolvit, cùm nihil pereat adverſario, imò magis ei conſulitur per præſtationem cautionis, quàm abſolvendus preſtare tenetur, adprobat *Franc.* ibi *col.3. verſ. Tertia ratio colligi, Rot. deciſ.7.* aliàs 199. *de ſentent. excomm. in nov.*

23 Facit etiam, quia ſicut excommunicatio etſi iniuſtè inlata ligat pendente adpellatione, ergo eodem modo abſolutio, licèt iniuſta, debet idem operari, & permitti eâ non obſtante, abſolutio enim, & excommunicatio pari paſſu ambulant, ut dicit *Lancellot. de attent. 2. part. cap.12. lim.23. num.5.* Imò favorabilior actus eſt abſolutio, quàm excommunicatio, vel interdictum, & ut talis magis ſuſtinendus, *l. Arrianus, D. de act. & obligat.* cum alijs, ideoque
24 pariter debet operari abſolutionis ſententia, quia nihil tam naturale eſt eodem modo quodque diſſolvi, quo colligatum eſt, *l. nihil tam naturale, D. de reg. iur. textus in §. fin. Inſtit. quib. mod. tollit. obligat. l. 1. C. quand. lic. ab empt. diſced. l. prout quiſque, D. de ſolut. authen. contra filij, de re iud. in fin.* Ergo quemadmodum adpellatione non obſtante ligatur quis ſententiâ excommunicationis, ſuſpenſionis, vel interdicti, eodem modo debet diſſolvi ipsâ non obſtante.

25 Et licèt hæc ratio iure probetur, efficacior eſt, quam reddit *textus in dict. cap. qua fronte*, ibi: *Ne in excommunicatione decedat*, quæ fundatur, nam ubi periculum eſt in mora, adpellatio emiſſa non ſuſpendit effectum ſententiæ, *textus*

et

eſt in l. fin. D. de adpel. & in cap. ei qui, §.
diffinitiva, & §. ſi quorum, verſ. Si quis au-
ſus 2. quæſt. 6. l. ult. C. de ſepulch. viol. &
tunc enim receditur à iuris communis
regulis, d. l. ult. & l. 1. §. ſed excipiuntur, l.
eadem, & l. & ſolet, D. de ferijs, latè expli-
cat Franc. Salgad. de Reg. protect. p. 2. c.
5. à num. 73. cum ſeqq.

26 Hæc pars inſuper probatur, etenim
ſi verum eſt, ſententiam, quâ alimenta
corpori humano præſtãda fore iubetur,
per adpellationem non ſuſpendi, quo-
minus interim debeant alimenta præ-
ſtari, eâ nempè ratione, ne fame mo-
riatur & perire poſſit, l. 1. ubi pup. edu-
car. deb. gloſ. verb. Alimenta, in l. 2. D. de
fer. Oſaſch. deciſ. 25. num. 20. Menoch. de
adipiſ. rem. 4. num. 829. Giurb. deciſ. 5. n.
27. Salg. de Reg. protect. part. 3. cap. 1. à
27 num. 1. cum ſeqq. Ergo dicendum eſt,
quòd cùm anima ſit in perpetuo prælio
cum fortibus inimicis, à quibus vera
defenſio, verumque ſubſidium, & ali-
mentum eſt EVCHARISTIA, ut probãt
Greg. 7. Regiſt. cap. 31. Laur. Iuſtin. diſcip.
mon. 2. Hebr. 12. Chryſoſt. in Pſalm. 22.
homil. 45. in Ioann. & homil. 16. ad He-
bræos, Pſalm. 103. gloſ. ibi. Paulin. ep. 9.
Exod. 12. Greg. 35. mor. 2. Dam. epiſt. 23.
Anſelm. in 1. Cor. 11. Ignat. epiſt. 14. Am-
broſ. ſerm. 4. Pſalm. 118. Cant. 2. Pſel. ibi,
quæ conſequitur per abſolutionem ab
excommunicatione, vel interdicto, mi-
28 nimè differenda, nec ſuſpendenda eſt
per adpellationem ab ipſa, vel a ſenten-
tia, quâ ipſa fieri iubetur, quemadmo-
dum non differtur, nec demoratur ſub-
ſidium prælio temporali mittendum,
per l. fin. D. de adpel. recip. imò a fortiori
in noſtro caſu cùm maius periculũ im-
mineat, ità argumẽtatur Salgad. de Reg.
prot. p. 2. c. 5. n. 101.

29 Quæſtionis eſt, an abſolutio cenſu-
rarum delegata Ordinario, poſſit ab eo
ſubdelegari? Et primâ facie videtur di-
cendum, quòd non, ex eo, quòd induſtria
perſonæ in dubio videatur electa regu-
lariter, ut ait Angel. in §. uſusfructus, ſub
num. 1. & tradit Bolognet. conſ. 6. num. 10.
Seraph. de privil. iur. privil. 57. num. 10.
30 Novar. collect. 24. n. 2. Eò magis quan-
do diceretur, per te ipſum cognoſcas, quia
per talem clauſulam cenſetur electa in-
duſtria perſonæ, & propterea ſubdele-
gare non poteſt, Iaſ. in l. à iudice ſub num.
16. C. de iudic. Vant. de nullit. ex defect.
iuriſd. deleg. ſub num. 21. Eugen. conſ. 86.
31 num. 15. vol. 1. Cùm dictio, ipſe, ſit per-
ſonaliſſima, nec perſonam ipſam egre-
diatur, imò perſonam veluti ad oculum
demonſtret, gloſ. in §. fuerat, verbo Cum
ipſa, Inſtit. de act. Menoch. conſ. 106. num.
196. Bald. conſ. 304. vol. 5. Tiraquel. de
32 retract. convent. § 1. gloſ. 6. num. 25. Vn-
de evenit, quòd ſi in alienationis pro-
hibitione teſtator dicat, & volo, & pro-
hibeo, ne ipſe heres meus bona alienet, Iſta
prohibitio non eſt perpetua, ſed ipſum
tantùm heredem comprehendit, non
autem heredẽ heredis, & ità per ipſum
heredem heredis poteſt fieri alienatio,
33 quia illa demõſtratio ipſe perſonam ip-
ſam gravatam indicat, & oſtendit, nec
eam egreditur; Roland. conſ. 59. vol. 3.
cum alijs relatis per Cened. in ſing. 22.
ubi quòd dictio, ipſe, eſt perſonaliſſima,
neque poteſt per alium adimplêri, Ce-
phal. conſ. 43. Moron. de pac. & treg. q.
57. num. 1. Auguſtin. Barboſ. dict. 177.
num. 5.

34 Tamen contrarium ſentiendum eſt,
& iudicandum, Ordinarium, cui erat
delegata abſolutio cuiuſdam cenſuræ,
illam ſubdelegare potuiſſe, ut adfirmat
Ioan. Aloiſ. Ricc. deciſ. 319. num. 3. vol. 3.
per textum in cap. quoniam, §. cæterùm,
de offic. deleg. ubi quòd is, cui commit-
titur nudum miniſterium exequendum,
poteſt vices ſuas alteri committere, ſi
35 fuerit legatus Sedis Apoſtolicæ: Eò
magis, quia in Bulla abſolutionis ade-
rat clauſula per te, quo caſu non intelli-
gitur electa induſtria perſonæ, ut nõ poſ-
ſet fieri ſubdelegatio, Iaſ. in l. 1. n. 30. D.
de offic. eius, quoniã pronomen, tu, poni-
tur ad demonſtrandũ, non ad cohortan-
dum, ut dixit Riccius deciſ. 88. ſub num. 5.
verſ. Secùs, vol. 1. cum alijs.

Poſt-

36 Poſtquàm de contraventione iuramenti agitur inter partes, non niſi parte citatâ abſolutio peti poteſt, *Hieron. Gab.conſ.9.num.8.lib.2.Covar.lib.1.var. c.4. num.5. Hieron. Franc. Leo deciſ. Valent.94.num.9.vol.1.*

37 Vlteriùs notandum eſt, quòd abſolutio à iuramento obtenta parte non citatâ non valet, niſi fuerit facta mentio de pacto in initio, hoc eſt, non petendi abſolutionem, nec contraveniendi cõtractui, niſi priùs abſolutio præceſſerit circa tale pactum non petendi abſolutionem, & ità deciſum patet penes *Afflict. deciſ.220.ſub n.11. verſ. Tamen ſi ſumo*, quem ſequitur *Pariſ.conſ.43. num. 14. volum.1. Ioan. Aloiſ. Ricc. deciſ. 87. num.31. vol.2. & in prax. Eccleſ. deciſ. 333.num.3.*

38 Adverte, quòd quando relaxatio iuramenti petitur ſolummodò ad effectũ agendi ab Epiſcopo, tunc pars adverſa non citatur ad videndam illam relaxationem; & in hac ſpecie poteſt procedere reſolutio tradita à *Covar.lib.1.var.*
39 *cap.4.num.6.* adſerente, nec eſſariam nõ eſſe partis citationem, itàque in praxi ſervari probant *Myſing.obſer.86. cent.6. Ioſeph. Ludovic.deciſ.Peruſ.18.Peguer.deciſ.188.Grat.deciſ.165.Tritiſ.deciſ. Ven. 64.part.1.*

40 Verùm, quando relaxatio iuramenti petitur ad effectum agendi, animadvertendum eſt, quòd in petitione relaxationis ſimul, & in eodem libello erit concludendum, quòd præſtitâ relaxatione à Iudice Eccleſiaſtico ipſe Iudex annullet, & reſcindat ipſum contractũ. Nam ad hoc erit competens inter laicos ratione iuramenti, ſecundùm *Bald. in l. ordinarij not. 2. C. de reivind. Bobadill. in Polit. lib.2.cap.17.num.52.* cum pluribus; & tunc laici efficiuntur de eius foro, *cap fin. de for. compet. in 6. Aufrer. de poteſt. ſecul. reg.4.fall.4. Selv. de iur.iur.2.p.q.5.Fortun.de ult. fin. n.325. Ioan. Aloiſ. Ricc.deciſ.252.n.2.par.3.rer. quot.*

41 Datâ renunciatione præventionis cũ iuramento executio non impeditur, quamvis iuramento ſuper dicta renunciatione præſtito, habilitatio præceſſerit, ne ius parti tollatur, *Franch. deciſ. 670.Mart.in D.noviſs.tom.1. tit. abſolutio, cap. 52.*

42 Adeò iuramentum operatur confirmationem contractus a minore geſti, ut habeat locum, quamvis habêret curatorem, & ſine eius conſenſu contraheret, & licèt omiſſa ſit ſolennitas iuris communis, & ſtatuti, *Gab. conſ.127. num.8.ad med. verſ. Procedunt autem, & num.16.lib.1. Cephal. conſ.403.num.24. cum ſeqq.lib.3.* latè *Honded.conſ.42.num. 13. 14. & 22. lib. 1.* ubi etiam *num.*
43 *24. 26. & 27.* quòd per iuramentum tollitur beneficium reſtitutionis in donatione ſimplici, *Alex.conſ.125.num.6. in fin.& num.8.lib.1.Socin.Iun. conſ.67. num.23. & 32.lib.2. Gab.conſ.127. num. 29. verſicul. Quartus eſt caſus, lib. 1.* Ità ut neque abſolutio à iuramento ſit concedenda minori donanti ob læſionem, & ſi concederetur, ſolùm faceret, ut minor non incurreret in periuriũ agendo, non tamen removêret vinculum iuramenti reſpectu obſervantiæ contractus intati, nam ſalvũ manêret omne ius partis, contra quam abſolutio fuit obtenta, non obſtãte dictâ abſolutione, *Gab.d.conſ.127.n.21. & 33. lib.1.Grat. c.233.num.32.vol.2.*

44 Excommunicato currit præſcriptio, ſi eſt in mora petendi abſolutionem, cũ dicatur poſſe agere, qui facit, ut nõ poſſit agi, *Bald. in cap. 1. in fin. de præſcript. per textum in l. ſed ſi per Prætorem, §.2. D. ex quib.cauſ.maior. l. 1. C. de nat. lib. l. Papinianus exuli, D.de minor. cap. bis quibus, de elect. Gratian.cap.223.num.29. vol. 2.*

Certum eſt ab excommunicatione
45 poſſe mortuum abſolvi, ſi probatur vivens iniuſtè excommunicatus, *gloſ. in cap. ſermone 23. quæſt.2. & cap. fin.* petijtque abſolutionem, & appâret per eum non ſtetiſſe, quin abſolveretur, *cap. a nobis, de ſent. excomm. Ioan. à Liguan.*

de

46 *de cenſur.§.26.q.45.num.21.* Imò etiam
quòd fuerit iuſtè excômunicatus præ-
miſſis ſignis contritionis poteſt abſol-
vi. Et quòd à laico poſsit abſolvi, tenet
*Aſin. in l. ſcriptus heres, § ſed tunc locus, n.
93. D. de relig & ſumpt. funer. Dilect. de
art. teſt. tit. 9. de ſepult.* quo remedio ex-
communicatus non careat Eccleſiaſti-
câ ſepulturâ, *Iul. Labor. var. lucub. tit. 8.
c. 12. num. 7.*

47 In hac re tamen notandum eſt, quòd
excommunicatus abſolvi poteſt poſt
mortem ab Eccleſia, non quidem dire-
ctè, ſed indirectè, quatenus concedit,
ut fidelibus liceat cadaver ſepelire, &
pro ipſo ferre ſuffragia: nam ſicut poteſt
poſt mortem declarare ipſum excom-
municatum, vel interdictum proprer
cenſuram contractam, dum viveret, ità
48 & eodem modo poteſt declarare ipſum
apud Deum eſſe abſolutum, ſi de ipſius
pœnitentia per evidentia ſigna conſti-
tetit, *Covar. in cap. Alma mater 1. p. §.
11. num. 8. Vazquez tract. 3. de excomm.
dubit. 17 num. 6. Bonac. eod. tract. diſp. 1.
q. 1. punct. 4. num. 1. Henric. in ſumm. lib.
1. cap. 21. §. 1. in fin. Azor inſtit. moral. p.
2. lib. 5. cap. 26. q. 3. Cened. ad Decret. col-
lect. 42. n. 2. Auguſt. Barboſ. in cap. à nobis
28. num. 7 de ſent. excommun.*

49 Nunc quærendum exiſtit, utrùm Pô-
tifex poſsit ſe ipſum abſolvere? Quam
quæſtionem Authores diſcutiunt *in cap.
1.* præſertim *Abb. & Dec. in 2. lect. de
conſt. Abb. in cap. propoſuit, de conceſ. præ-
bend. Felin. in cap. præterea, el 1. num. 20.
de ſponſal.* & videbatur negativè cõclu-
dendum.

50 Primò, non enim poteſt quis in fa-
cto proprio diſponere, *Clem. 2. de reb.
Eccl. alien. vel non.*

51 Secundò, quia debet eſſe diſtinctio
inter agentem, & patiẽtem, *cap. fin.* ubi
Abb. num. 4. de inſtit.

52 Sed his minimè teſtagantibus dicẽ-
dum eſt, Pontificem ex cauſa ſe ipſum
abſolvere [illegible] ſe, tenet *Abb. in dict. cap.
propoſuit, num. 13. de conceſ præbend.* dum
negat hoc poſſe facere ſine cauſa, ex-
preſsè *Dec. in dict. cap. 1. lect 2. num. 24.
de conſtit. Ancharr. in cap. venerabilem, in
fin. de elect. Felin. in cap. præterea, el 1.
num. 20. de ſponſ. & in cap. conſtitit, n. 18.
verſ. Potentiam, de reſcript. & in c. 1. num.
35. de conſt.*

53 Iam non obſtat *textus in dict. cap fin.
de inſt.* cum alijs adductis, quia regula
& diſpoſitio illorum, & ſimilium eſt de
iure poſitivo, cùm non habeat locum in
iuriſdictione voluntaria, *l. ſi Conſul, D.
de adopt.* & ideò nec etiam in conten-
tioſa habet locum in Pontifice, qui
& in cauſa propria poteſt iudicare, *cap.
cùm veniſſent, de iudic. Menoch. de arbitr.
caſ. 458. num. 60. Pereg. de iur. fiſc. lib. 1.
tit. 2. num. 33. Surd. de alim. tit. 4. q. 18.
num. 71. Cabed. deciſ. 76. num. 2 part. 2.
Carraſco in explicat. ad aliquas Recopila-
tionis leges, cap. 9.* Ergo pariter videtur,
quòd poſsit ſe ipſum abſolvere, vel alte-
ri hoc committere, declarat *Abb. in c.
fin.* maximè *num. 6. de inſtit.*

54 Corroboratur hæc opinio notabili-
ter ex *Archidiac. in cap. venerabilem, de
elect.* ubi vult, quòd ſi ille, qui iuravit
in materia diſpenſabili, non habet ſu-
periorem, poteſt ipſemet ſecum diſ-
penſare, refert cum alijs *Pariſ. de reſign.
benef. lib. 3. q. 18. num. 110.* addens, quòd
hoc caſu poſſet alteri committere ab-
ſolutionem per *gloſſam in cap. ſanè, el. 2.
de offic. deleg. & in cap. nemo 9. q. 3.* Nam
55 deficiente ſuperiore quis poteſt ſibimet
ius dicere, *Innoc. in cap. olim el 1. de reſtit.
ſpol. Ioan. Aloiſ. Ricc. p. 3. var. reſol. 221.
num. 3.*

56 Prælucet ad noſtram tractationem
non levis indagatio, an abſolutio cenſu-
rarum metu extorta nulla ſit? Quam
quæſtionem affirmativè reſolvendam
eſſe, decernit *textus in cap. 1. hoc noſtro
tit. lib. 6.* ubi dicitur, abſolutionem ab
excommunicatione vel a peccatis, ſeu
interdicto, aut ſuſpenſione per metum,
aut vim extortam non valere, dictant
ibi *Lap. Abb. Archid. Geminian. Ioan.
And. Ancharr. Butr. Dominic. Monach.
Franc. Auguſt. Barboſ. Vivian. in Ration.*

lib.

lib.1.pag.302. A'gon. in compend. pag. 189. Cardoſ.in prax Iudic.& Advoc.verbo Abſolutio,num.5. Baſil. de mat. lib.4.
57 *cap.8.num.17 Bonac. de cenſ. diſp.1. q.3. punct.8.prop.2 fol.310.col.1. tom.1.* cum pluribus.

58 Manifeſtè procedit ratio huius rei, nempè, quia abſolutio, vel revocatio ab Eccleſiaſticis cenſuris eſt humiliter petenda, non autem per metum inlatum obtinenda, *cap.ſententia 11.q.3.*

59 Vnde non ſunt audiendi *Ludov.de S. Ioan.1.part.ſum.tract.de Euchar.q.7. artic.8. diffic.4.fol. 167. D. Ioan Sanchez diſp.37.num.7.* quatenus docent, confeſſarium poſſe proferre verba abſolutionis abſque intentione ob fugiendam mortem ſibi minatam à pœnitente, ſi non abſolvat, quia cùm abſolutio nullatenus teneat, non eſt neceſſe, ut non habeat intentionem Confeſſarius.

60 Ex quo fluit, extorquẽtes abſolutionem eſſe ipſo iure excommunicatos, *Henric. in ſumm.lib.13 cap.30.§. 1.lit.G. Suar. tom 5.diſp.4.num.11.Gamb. de caſib.reſerv.cap.10.num.7. in princip. Rainer. de cenſur. extra Bull.cap.9. excomm. 48. Fillius. tract.14.num.53.verſic. Sexta, & num.59.Auguſt. Barboſ. de offic. & pot.Epiſc.tom.2. alleg 50.n.206.Navarr. in Man.cap.27.num.225.verſ.Decima ſeptima.Galganet.de iur.pub. lib.1.tit.15. num.18.*

61 Inferas ſecundò, eodem modo invalidam eſſe abſolutionem extortam per dolum verſantem circa cauſam finalẽ, quia ſuperior non intendit abſolvere, niſi iuxta cauſam ſibi propoſitam, tenet *Bonacin.de cenſur.diſp.1.q.3.punct.8. num.2.* ubi etiam tenet, validam eſſe abſolutionem extortam per dolum verſantem circa cauſam tantummodò impulſivam, de quo vide *Nicol. Garc. de benefic. part.8. cap.3.num.10. & 11. Auguſt. Barboſ.in c.ex parte 5.num.3.de offic. iud.Ord.*

62 Inferas tertiò pro abſolutione pretiũ recipi non poſſe, quia eſt materia ſimoniæ, *cap.ad aures 24. de ſim. Suar, de Relig.tom.1.lib.4.de ſimon. cap.19. num.6. & cap.50.num.21.Valer. Regin. in prax.*
63 *for.pœnit.lib.23.num.212.in fin.* Quod intelligi debet, quando pretium, ſeu pecunia petitur pro abſolutione, ſi verò petatur loco pœnæ, veluti ſpreti mandati, iuſtè peti poteſt, probant *Hoſt. in ſumm.ſub tit.de ſententia excommun. verſ. Et qualiter,col.2.S.Antonin.p.2.tit.1.c. 5.§.16. S.Thom. in 4.diſt.25.q.3.art.2. ad 6.*

64 Similiter etiam notatur, quòd pro abſolutione in Sacramento Pœnitentiæ, ſi aliter Sacerdos nolit abſolvere pœnitentem, non poteſt dari pecunia abſque labe ſimoniæ, ut per *Spin. in ſpecul.teſtam.gloſ.7.princ.num.36.* quod eâ ratione fit, cùm Sacramentum Pœnitentiæ non ſit ità neceſſarium ſimpliciter, ſicuti Sacramentum Baptiſmi, non poteſt recipi à ſimoniaco, ſicut Baptiſmus, ut tradit *Covar.in cap.Alma Mater,1.p.§.6.n.7.de ſent.excomm. Auguſtin.Barboſ.in cap.ad aures 24.num.4.de ſimon.*

65 Communis fert ſententia, invitum poſſe abſolvi excommunicatum non à culpa, ſed à cenſura, *cap. Presbyter 5. diſt.83.* Ità DD. *in gloſſa, cap. ſignificaſti, verbo Si petierit, de eo qui duxit in matrimon. quam poll. per adult. Ioan. Cald.* quem refert *Panormit.in cap. ab excommunicato, num 20. de reſcript. & in dict. cap. ſignificaſti,num.7 ſumm.Aſtenſ.part. 2. lib.7. titul.14. queſt.1. Felin. in cap. Apoſtolicæ,n.2. de except. Marian. Socin. in c. ſuper eo 2.n.4.& 5.de ſent.excom. & in c. ſuper dubijs n.17.eod.tit. Antonin.3. p.tit.24.c.77.Sylveſt.verbo Abſolutio 3.n. 7.Tabien,verb.Abſolutio 2.n.19.§.quaeritur 14.Vgolin.de cenſur.tab.1.c.10.§.2.& Sair.lib.2.Theſaur.c.20.n.5.* ubi *cit. Henric.lib.13.de excom.c.29.§.1. & Suar.de cenſur.diſp.7.ſect.7.n.5.D.Thom.q 2.art. 1.* cum alijs Theologis *in 4.diſt.18.Iaſ. in l.quod iuſſu,n.8.D.de re iudic.& Palac. Rub.in repet. cap.per veſtras §.18.n.17. de don.int.* eleganter *Othon.diverſ.quæſt. iur.1.p.q.1.* totâ.

Con-

66 Concluſionis ratio eſt, quia cenſura eſt pœna, non culpa, & ideò in invitum fertur, ergo eâdem ratione tolli poteſt invito eo, qui abſolvitur, culpa verò non niſi voluntate committitur, ergo non niſi qui ſe voluntariè ſubdit, poterit abſolvi.

67 Vnde quæri debet, an qui vi, vel metu inter infideles exteriùs fidem negans, corde tamen illam retinens (etſi peccet quidem graviſſimè contra externam Fidei profeſſionem, *cap. non ſolum* 11. *quæſt.* 3.) ſit hæreticus; comprehenſus in Bulla Cœnæ, & incurrat excommunicationem ipſius, & poſſit abſolvi à quocunque confeſſario Ordinario adprobato? Et reſolutivè dicendum eſt, non eſſe hæreticum, nec excommunicatum, & ideò poſſe abſolvi à quolibet confeſſario adprobato, *Fagund. præcep.*2. *lib.*8. *cap.* 8. *num.*39. *Sanchez lib.*1. *cap.*7. *num.* 8. *Filliuc. tom.*2. *tract.*22. *cap.*6. *num.*164. cum alijs noviſſimè *Dian. tract.*4. *de Sacram. reſol.*143.

68 Quia talis non eſt verè infidelis, vel hæreticus, quia non habet errorem in intellectu.

69 Deinde hęreſis ratione ſolius excommunicationis reſervatur, at hæreſis externa abſque errore interno non ſubiacet excommunicationi: ergo.

70 Nec refert, quòd ab Inquiſitoribus hic homo puniri poſſit in foro externo tamquam hæreticus, nam præſumitur illum habuiſſe diſſenſum à Fide in intellectu, ſiquidem hunc diſſenſum exteriùs finxerunt & manifeſtarunt, ſequitur *Auguſt. Barboſ. de offic. & pot. Epiſc. p.*2. *alleg.*4. *à num.*31.

SVMMARIVM.

1 EXcipere verbum latè patet, & 2.3.
4 Accipitur pro detrahere, deducere.
5 *Pro recipere.*
6 *Pro pati.*
7 *Pro paciſci.*
8 *Pro inquirere.*
9 *Pro intercipere, & ſeparare, &* 10.
11 *Pro colligere.*
12 *Pro abſcondere.*
13 *Pro excludere, &* 14.
15 *Exceptio nullitatis, & reſciſſionis non impedit executionem, &* 16.17.
18 *Adfirmatur, &* 19.20.
21 *Confirmatur.*
22 *Exceptio nullitatis executionẽ inſtrumenti impedit, &* 23.24.
25 *Executio impeditur à principio ſi extra inſtrumentum, quo nititur, mota ſit lis ſuper reſtitutione in integrum.*
26 *Exceptio falſitatis ſilere facit executionem, &* 27.
28 *Similiter exceptio nullitatis, &* 29.
30 *Concordantur opiniones, uſq.* 33.
34 *Exceptio litis pendentiæ non habet locũ in executivis, &* 35.
36 *Exceptio litis pendentiæ ſuper nullitate, aut reformatione penſionis non impedit interim agere via executiva ad ipſam penſionis exactionem.*
37 *Si exceptio nullitatis ſit notoria.*
38 *Exceptio uſurarum impedit executionẽ inſtrumenti, &* 39.
40 *Non obſtat prædictæ concordiæ pactum de non obponendo, uſq.*43.
44 *Si inſtrumenti nullitas ex parte creditoris præveniendo petatur, interim ex eodem contractu impugnato non poteſt cenſus exigere, uſq.*47.
48 *Adfirmatur, uſq.*51.
52 *Ceſſio bonorum an impediat executionẽ, uſq.*69.
70 *Exceptio metus executionem impedit, &* 71.
72 *Reprobatur Fontanela, &* 73.74.
75 *Reijcitur Coler. &* 76.

CA-

CAPVT XXIX.

Præventio ſuper exceptione metus & ſimilium an impediat executionem inſtrumẽti, ſi ante eã aliquo modo exceptio probationibus detecta fuerit?

1 EXCIPERE verbũ latè patet. Primò ſumitur pro adſumere, ſubire, capere, ſuſcipere, *l. obſervare*, §. 1. ibi: *Eſt enim congruens, ut unuſquiſque in patria ſua Proconſulem excipiat, D. de offic. Proconſ. l. ſi Titius*, ibi: *Ob ætatem ſi reſtituatur in integrum unus fideiuſſor, an alter onus obligationis integrũ excipere debet, D. de fideiuſ.*

2 Sic etiam conſtitutum eſt, non eodẽ modo puniendos eos eſſe, qui longo tẽpore in reatu agunt, quàm eos, qui in recenti ſententiam excipiunt, *l. ſi diutino, D. de pœnis, & l. eum qui bona vacantia à fiſco comparavit, debere actionem, quæ contra defunctum competebat, excipere, D. de iur. fiſc. l. 2. C. ubi in rem act.* ibi: *Si actoris intentionem excipiat, l. interdum, in fin.* ibi: *Non debet iudicium recuſare negotiorum geſtorum, ſed actionem eum excipere, de iudic. l. non ſolùm, de noxal. cap. fin. §. quod ſi ſuper, ut lit. non conteſt.*

3 Secundò, excipere eſt pœnam pati, adcipere, *l. ſi adulterium cum inceſtu, §. Imperatores*, ibi: *Si maritus uxorem in adulterio deprehenſam impetu tactus doloris interfecerit, non utique legis Corneliæ de ſicarijs pœnam excipiet, D. de adult.*

4 Tertiò, accipitur pro detrahere, deducere, *l. heres, D. de petit. heredit. §. in ſecundo, in proœm. Digeſtorum, l. 1. §. accuſationem, in fin. D. ad Turpil.*

5 Quartò, excipere lumina, id eſt, recipere, *l. 3. D. de ſervit. urb. prædior. l. ſi arborem, D. cod. l. qua ratione, § penult. D. de acquir. rer. domin. §. hoc amplius, Inſtit. de rer. diviſ.* doctè *Hugo Donell. lib. 11. comment. c. 5.* ubi *Oſſuald. Hillig. in not. lit. D.* cum alijs obſervat.

6 Quintò, excipere actiones, pati, ut agatur contra eum, & contra illas actiones ſe defendere, eaſque adcipere, qui nõ cogitur in aliquo loco iudicium pati, ſi ipſe ibi agat, ibi: *Cogitur excipere*, declaratur *in l. 2. § ſed ſi agant, D. de iudic. l. non ſolùm, D. de nox. Petr. Rebuf. in l. qui fundum 205. fol. 653. D. de verb. ſign.*

7 Sextò, paciſci, comprehendere, ſuſtinere, ac impetum ferre, & ſermonẽ irà haurire, ut quid ei ſubijciatur, ſignificat, exactè *Pet. Fab. lib. 3. Semeſt. cap. 24. pag. 385. & ſeqq. Oſſuald. Hillig. in Don. lib. 22. comm. c. 1. lit. L.*

8 Septimò, habetur pro inquietere, *Cic. de Orat.* ibi: *Quædam dari ex hac vita ad pertrahendos animos hominum, & ad excipiendas eorum voluntates.*

9 Octavò, per ſeparare, *Virgil. lib. 5. Æneid.*

Ipſum illum clypeum, criſtaſq; rubentes
Excipiam ſorti.

Vbi *Ioan. Ludov. de la Cerd. in comm. fol. 321. num. 13.*

10 Nonò, pro intercipere, & inſidiari, *Cic. ad Attic. lib. 4. Admoniti ſumus, ut caveremus, ne exciperemur à Cæſare. Virg. 3. Æneid.*

Excipit incautum, patriaſque obtruncat ad aras.

Ioan. Ludov. de la Cerd. in 4. Æneid. fol. 321. num. 5.

11 Decimò, pro colligere, *Martial. lib. 1. epig. 94.*

Ventris onus miſero, nec te pudet, excipis auro
Baſſa: bibis vitro: carius ergo cacas.

Et *lib. 3. epig. 5.*

Et illi coniux, quæ te manibuſque, ſinuque
Excipiet. ......

Vn-

12 Vndecimò, pro abſcondere, *Plaut. in Aul. Nec partem tibi ab eo indipiſces, neque furem excipies.*

13 Duodecimò, pro excluere ſibi reſervando; inde exceptio quaſi actionis excluſio, *l. 2. D. de except.* facit *l. binas ædes, quas ſolas habet, vel fundum tradiderit, excipere poteſt id, quod perſonæ, non prædij eſt, D. de uſufr. l. & eleganter, in princip. D. de dolo:* quicquid ibi *Gloſſ. & DD.* di-
14 cant; hinc exceptus obligatione dicit *text. in l. fin. D. de duob. reis*, id eſt, obligatione excluſus.

His ità prælibatis, antequàm ad noſtram de metu indagationem accedamus, ad res alias ſpeculatio patebit, & poſteà reſolutionem huius quæſtionis expromemus.

15 Si contra habentem viam executivam ex ſententia, vel inſtrumento à debitore viâ ordinariâ ante executionem præveniēte ſuper nullitate, ſimulatione, reſciſsione, uſura, vel ſimili, retardari prætēdatur executio, circumſcriptâ tamen renuntiatione per pactū de nō opponendo continentem pactum de non præveniendo, & quid iuris in hac ſpecie ſit, dubitetur. Duplicem ſententiā, etſi contrariam, inveniemus. Prima adfirmat nullatenus executionem impediri; quæ fuit *Innoc. in cap. cùm in iure, de offic. deleg. Angel. in l. 4. §. condemnatum, D. de re iudic.* ſequuntur *Canar. de execut. inſtrum. quæſt. 51. & 52. Monter. à Cuev. deciſ. 22. num. 4. & 5. Milanenſ. deciſ. 7. lib. 2. Canc. lib. 3. var. cap. 1. n. 54. Tuſcb. concluſ. 374. num. 16. litt. E. Burſat. conſ. 74. num. 25. Surd. conſ. 377. num. 42. Berous conſ. 85. num. 3. & 8. & conſil. 119. vol. 3. Cartar. deciſ. 2. num. 8. & 9. Covar. de ſponſal. cap. 8. quæſt. 12. & lib. 3. variar. cap. 3. Parlador. lib. 2. quotid. cap. fin. par. 5. §. 11. num. 22. Gutier. de iuram. confirm. 1. par. cap. 2. n. 23.* plenè *Ruginel. pract. quæſt. 19. Grat. cap. 118. num. 43. & 679. num. 3. & 4. lib. 4. Roderic. de ann. reddit. lib. 1. quæſt. 18. num. 3. Cald. de empt. & vendit. cap. 32. ſub num. 12. Ioan. Domin. Gait. de cred. cap. 2. tit. 7. num. 2497. 2498. & 2499. Guzm. de evict. q. 32. numer. 37.*

17 Quod expreſsè confirmat *text. in l. fin. C. de ord. cognit.* ibi: *Si quando negotiū ſtatus fuerit exortū, ſiquidem ab eius parte, qui dicitur ſervus, aliquid dicatur Dominus abripuiſſe, priùs conſiderari placet, utrum de poſſeſſione ſervitutis in libertatem reclamandum putet, an verò ex poſſeſſione libertatis in ſervitutem vocetur. At ſi cum de obſequijs ſervilibus libertati conſtiterit flagitare, ante decidi ſtatus convenit cauſam, atque ità præberi direptorū negotiorum (ſi res exegerit) audientiā. Quòd ſi ei, qui ad ſervitutē vocatur, quidquam direptum eſſe memoretur, univerſa, quæ conſtiterit, ablata ità demum reddi convenit ei, qui ſervus eſſe contenditur, ſi modò ſalvam rem futuram per idoneos fideiuſſores promiſerit. Nam ſi tales dare non potuerit, tunc ea convenit, de quibus in iudicio tractabitur, ſequeſtrari in eum diem, in quo controverſia ſopiatur, ità ut ex ijſdem (ſi aliqua alia facultas eſſe non poterit) tantùm litis ſumptus, & alimonia homini ſubminiſtretur; quantum moderato iudicis arbitrio fuerit æſtimatum. Cùm autem needum lite de ſtatu mota, res ab aliquo direptæ ſint, & ſententia de reſtituenda poſſeſſione re lata, ille ne huic ſententiæ ſatisfieret, de ſtatu cōtroverſiam movit, neceſſitatem habebit, & ſine ſatiſdatione eaſdem res reddere, & tunc cauſam liberalem ſecundùm iuris ordinem exercere.* Quę verba haud expēdo, cùm ſatis apertè rem hanc demonſtrent, & confirment.

18 Secunda diſcedit à prima, & eſt *Bald. in Authent. quæ ſupplicatio, num. 5. C. de precib. Imper. offer.* ubi dicit, quòd *Innoc.* ſenſerit, quòd ſi fiat executio, non revocabitur per viam attentari, ſed expectabitur finis negotij, non autē intelligit, quòd *Innoc.* tradat regulam ſuper executione interim fienda, quia diceret falſum; nam cùm interim ſit dubiū iudicii, non debet eſſe velox ad exequendū: ſequuntur *Lancell. de attent. nullit. pend. num. 83. & ſeq. Monter. deciſ. 22. num. 6. & 7. Natta conſil. 217. ante fin. Canar.*

de execut. inſtrum. q. 51. num. 90. in fin. Cartar.deciſ.20. per totã, *& num.16. Caravit. rit. 190. num.2. Afflict. deciſ.387. Contard. in l.1. limit.7. n.24. C. ſi de moment. Rebuff. ad Reg. Conſtit. tit. de litt. oblig. art.1. gloſſ 9. num.45. Coſta ſubſidiar. rem.50. num.3. Marc. deciſ.44. num.1. 2. & 3. cum ſeq. par.1. & Caſt. in d. Authẽt. quæ ſupplicatio*, pro cautela docuit, quòd debitor præveniat.

19 Imò *Innoc.* fuit ſibi parùm conſtans *in cap. cùm olim, de dol. & contum.* ut advertit *Caſtrenſ. in l. 4. §. condemnatum, D. de re iudic.* refert *Apoſtill. ad Suar. in l. poſt rem, in declarat. l. Regn. verſ. Circa, litter. E. fol. 697.* & tetigit *Intrigliol. de cenſ. quæſt. 46. 65. & 89. Graſſ. de except. in prælud. num.246. & except.12. num.2.*

20 Vnde iam per laudatam doctrinam *Bald. in dict. Authent. quæ ſupplicatio* (qui de præventione ſuper nullitate ſententiæ loquitur) deducitur iudicem nõ debêre eſſe velocem ad exequendum, & ſequitur ibi *Caſtrenſ. Socin.* latè *conſ. 78. num.6. lib.3.* per totum, *Marian. conſ.47. num.24. Imol. conſ.130. num.7.*

21 Pro cuius confirmatione adduci poſſunt notata *in cap. tuam 3. de ordin. cognit.* quòd exceptio litis pendentiæ ſuper illegitimitate, vel abſolutione à iuramento coram Eccleſiaſtico, vel ſuper uſuraria pravitate, & ſimilibus pręiudicialibus proceſſum cotã iudice laico, & etiam executionem inſtrumenti impedit, *Feder. de Sen. conſ.126. & conſ. 300. Anchar. conſ.22. DD. in cap. debitores, de iur. iur.* quos refert, etſi nõ ſequatur, *Afflict. deciſ.30.* tamen *Grãmat.* ibi *in addit.* adducit *Laurẽt. de Rodulph. in cap. conſuluit*, qui dicit ſæpè contrarium in praxi eſſe receptum, & dictat *Gramm.* hoc æquius vidêri, & *Rodulph.* ſequi videtur *Galleſ. ad form. Cam. oblig. Rubr. de vi inſtrum. n.1. Bero. conſ.85. lib.3. Maſcard de probat. concl.686. num.13. Camil. Borrell. tom.2. ſumm. Deciſ. tit.35. à num. 159.*

22 Hinc inferas per exceptionem nullitatis, executionem inſtrumenti impediri, tradunt *Alexand. Rip. num.18.* & alij *in dict § condemnatum, Maſcard d. concl. 686. num.11. & 12. Marc. deciſ 44. n.4. Grat. d. cap.118 num.46. Felic. de cenſib. lib.2. cap.1. num.34. Intrigliol. lib.2. ſing. 16. Milan. deciſ.2. num.133. 149 & 153. lib.2. Carol. de Graſſ. except.20. num.6. & 8. Gutierr. de iuram. confir.1. par. cap.2. num.22. & 23. Ferret. conſ.85. n.5. Franc. Viv. deciſ. 31. num. 8. Rota diverſ. deciſ. 301. par.1. Cæſar. Barz. deciſ.39. num.40. Becc. conſ.20. n.55. & 56. Put deciſ.35. lib. 1. Surd. conſ.377. num.42. Honded. conſil. 17. num. 45. lib.2.* dummodò executio prompta non ſit, *Mandoſ. in Specul. de inhibit. quæſt.49. num.2. & 5.* ad exemplum executionis trium conformium, quæ notoriæ nullitatis exceptione impeditur, probant *Cald. Pereir. in l. ſi curatorem, gloſſ. per quod in priſtinum, numer.22. C. de in integr. reſtitut. Franc. Vivius deciſ. 495. num.1. & 2. lib. 1. Gonſal. in regul. 8. Cancell. gloſſ.56. num.67. Natta conſil.172. num.5. Ioan. Botta conſ. 101. num.25. Anton. Gabr. tit. de execut. rei iudic. concl.1. Menoch. de arbitrar. caſ. 9. num. 2. & conſil. 109. num.40. in fin.* ubi ſic intelligunt *Angel. in d. §. condemnatum*, ad finem; eò quòd inſtrumenti guarentigiati executio non impediatur per exceptionem, quòd contractus ſit

24 uſuratius. Nã procedit eius dictũ, quando nulla eſt pręſumptio, & coniectura commiſsi fœnoris, quaſi tunc præſumẽdum ſit, quòd illa exceptio obponitur per calumniam ad retractandam executionem: at ſi uſura ex aliqua conſtet coniectura, ſecus eſt, atque ità adcipiẽdus *Anchar. conſ.98. Bero. conſil.211. in fin. & conſ.85. num.6. lib.3. Mar. Giurb. deciſ.100. num.8.*

Inferas etiam, executionẽ impediri
25 fieri à principio, ſi contra inſtrumentũ, quo nititur, mota ſit lis ſuper reſtitutione in integrũ, quia fortè obligatus erat minor, *gloſſ. in l.1. C. de mom. poſſ. l. unica, C. nil novari in integrum reſtitut. pend. Decian. conſil. 45. Rubr. & Nig.*

C. de

C.de in integr. reſtit. poſtul. ne quid nov. fiat. & ex textu in cap. ſuſcitata, de in integr. reſtitut. Myſing. obſerv. 48. cent. 1. Afflict. deciſ. 356. & 341. Covarr. pract. cap. 25. num. 7. Theſaur. deciſ. 181. Ariſmin. Tepat. 1. par. ſub tit. de reſtit. in integr. Paz in prax. 4. par. 1. tom. cap. 39. Rodrig. de reddit. quæſt. 16. num. 29. Perez in l. 1. tit. 8. lib. 3. Ordin. Vet. pag. 1111. in fin. tom. 1. Marc. deciſ. 504. par. 2. Coſt. de fact. ſcient. centur. 1. diſtinct. 55. num. 2. Peregrin. conſil. 73. num. 19. vol. 1. Menoch. lib. 1. variar. quæſt. 5. Maſtrill. deciſ. 30. par. 1. Cevall. quæſt. 830. Lancell. de attentat. 2. par. cap. 18. limit. 9. ex num. 134. & cap. 14. Barz. deciſ. 74. num. 22. & 23. Avend. 2. par. Prat. cap. 30. num. 7. Azeved. ad l. 4. & 5. tit. de las excepciones, num. 44. Gutierr. lib. 1. pract. quæſt. 134. & de iur. confirm. 1. par. cap. 2. num. 29. Parlador. lib. 2. quotid. cap. fin. 5. par. §. unico, Trentacinq. reſol. 15. de adpell. num. 17. Tuſch. tom. 7. verb. Reſtitutio, concluſ. 291. num. 62. & cap. 293. quod eruditè limitavit *Hercul. Mareſc. lib. 2. cap. 121. num. 14. & 15.*

26 Mirum in modum dictis adſtipulatur, quòd ſi cauſa falſitatis obponatur, cùm ſit præiudicialis alijs, quas eâ pendente ſilêre facit, donec definita ſit, & præcipuè ſi totum ius cauſæ civilis conſiſtit in inſtrumentis, ſeu teſtibus impugnatis de falſo, ut colligitur ex traditis per *Matth. de Afflict. deciſ. 229.* qui refert opinionem *Tancredi in ſua compẽdioſa, tit. de iudic. 10. quæſt.*
27 tenentis iſtã cauſam falſitatis eſſe præiudicialem ad cauſam civilem, & ideò
debet in iudicio ſuperſedêri, per *l. fin.*
C. de ordin. iudic. & iuxta tradita per *Caple. deciſ. 25.* per totam, & per *Cyn. in l.*
1. col. penult. C. qui accuſ. non poſſ. Bald.
in l. ſi quis teſtibus, C. de teſt. Bart. in l.
Divus, cum ſeq. de petit. hered. Aloiſ. de
Leo in l. 2. C. ad leg. Cornel. de falſ. num. 2.
de quo eſt, ut ait *gloſſ. in l. 2. verſ. Falſum, C. de edicto Divi Hadriani tollendo,*
Ioſeph. Ram. conſil. 73. num. 29. & impedit executionem, *Paul. Chriſtin. deciſ. 199. num. 25. vol. 4. Coſtà de fact. ſcient. & ignor. cent. 1. diſt. 6. num. 4.*

28 Et ſimiliter exceptio nullitatis ab àliquo obpoſita eſt eiús naturæ, & qualitatis, ut requirat ſtatim examinationẽ, & determinationem, adeò ut non poſsit in diſcurſum proceſſus reſervari, imò fuiſſet nullitati nullitatẽ addere, ſi ſtante hâc obpoſitione nullitatis non pronunciaretur ante omnia ſuper illis, ità decrevit *Rota*, teſte *Puteo deciſ. 150. lib. 1. & deciſ. 72. num. 2. & 3. lib. 3. Puteaq. deciſ. 60. num. 1. & 2. par. 2. Gonç. ad reg. 8. Canc. gloſſ. 9. in adnot. num. 171.*

29 Namque nullitatis iudicium dicitur præiudiciale, ut docet *Bald. in l. ordinarij, n. 13. C. de reivindic. Cæſ. de Graſſ. deciſ. 8. num. 7. de ſent. & re iudic.* nulla ſiquidem maior eſt iniuſtitia, quàm nullitas, *Bellamer. deciſ. 343. num. 2.* & iudex nulliter procedendo ſpoliat, *Aim. conſ. 140. num. 2. & 3. & conſ. 24. num. 4. Caput. deciſ. 112. n. 1. par. 2. & 186. par. 3. Salgad. de Reg. protect. par. 2. cap. 18. num. 40. & 41.*

30 Sed iam ad pugnantium ſententiarũ concordiam & unitatem præcingamur; igitur ut *Bald.* opinioni non adverſetur *Innoc.* dicendum eſt, quòd eius dicteriũ procedat, quando agitur de executione ſententiæ, quod utique per præventionem non impediatur, ſecus verò quãdo agitur de executione inſtrumenti, quia tunc præventio impedit.

3c Suggeritur evidens ratio, quia in proceſſu ante ſententiã fuerunt obpoſitæ, ſeu debuerunt obponi omnes exceptiones peremptoriæ, quæ poſt ſententiam obponi prohibentur, quod ſecus adverſus inſtrumentum ſic ſe habet, ut dicit *Bald. in l. peremptorias, C. ſententiã reſc. non poſſ.* itaque reſolvit *Cuman. & Alex. in dict. §. condemnatũ, in 4. addit.* ubi reijcit dictum *Ang.* refert & ſequitur *Socin. d. conſ. 78. n. 5. verſ. Tertiò probatur, Suar. in l. poſt rem, in declarat. l. Regn. §. circa, num. 17. fol. 706. Maſcar. de probat. concl. 686. num. 13. in fin.*

32 Rurſus, aut corã diverſo iudice præ-

 ven-

ventum fuit, & tunc præventio executionem nõ impedit, aut coram eo iem, & obſtar Canar. de execut. q. 51. num. 90. & 91. & 52. latiſsimè Maſcard. d. concl. 686. n. 17. limit. 5. & priùs n. 13. & 14.

33 Denique conciliãtur Bald. & Innot. quando nullitas evidens, & manifeſta proponitur, reſultanſque ex actis retardat (quaſi ſecùs ſit in alia exceptione non patenti inſtantaneè) atque impedit executionem trium ſententiatum conformium, Roman. in l. ſi verò, §. de viro, num. 61. D. ſolut. matrim. Bald. in l. 1. C. ne liceat in una, eadẽque cauſa, Oldrad. conſ. 106. num. 4. Quint. Mandoſ. in tract. de inbib. q. 43. num. 4. Felin. & Omn. in cap. cùm ſuper, de re iudic. Rimin. Iun. conſ. 445. num. 3. lib. 4. & conſ. 467. num. 112. Marcell. Creſc. deciſ. 1. aliàs 20. n. 2. de re iudic. Roman. conſ. 42. Bald. in l. abſentis, in fin. D. ſi cert. petat. Vivius deciſ. 304. num. 6. & 7. Rot. apud Farin. deciſ. 627. par. 1. Caſ. Argel. de acquir. poſſ. ſſ. quæſt. 2. art. 7. num. 236. Seſſe de inbib. cap. 5. §. 5. num. 10.

34 Exceptio litis pendentiæ non habet locum in executivis, Geminian. in Rubr. de eo qui mittit. in poſſeſſ. cauſa rei ſervand. lib. 6. Iaſ. conſil. 9. num. 2. lib. 2. Cavalc. deciſ. 1. num. 15. lib. 1. Franciſc. Becc. conſil. 17. num. 3. Berous conſ. 85. lib. 1. Nevizan. conſil. 4. in fin. Capic. deciſ. 33. numer. 3. Lancel. de attent. par. 2. cap. 4. limit. 2. num. 50. & 76. Grat. cap. 118. num. 44. Cartar. deciſ. 2. num. 9. & 14. Anton. Gabr. de iudic. concl. 1. num. 31. Salgad. de
35 Reg. protect. par. 4. cap. 7. num. 171. Nec in ea habet locum l. ubi cœptum, D. de iudic. Bald. in l. conſentaneum, C. quomod. & quando iudex, Iaſ. in l. nulli, C. de iudic. Mõter deciſ. 23. num. 16. Paz in prax. tom. 1. par. 5. cap. 2. num. 4. Coſta remed. 25. num. 9. Roman. conſ. 76. n. 9. ubi Mãdoſ. litter. P. Gramm. conſ. civ. 95. num. 2. Marant. in prax. in ult. verbis totius operis, num. 59. Dec. conſ. 562. Carroc. de execuſ. bonor. par. 2. q. 24. num. 26. Graſſ. in prelud. de except. num. 46. Nec datur inſtantia, Bart. in l. litibus, C. de agricol. & cenſit. lib. 11. Crot. conſil. 103. num. 15. Alexand. conſ. 181. in fin. lib. 6. Milan. deciſ. 20. num. 27. lib. 1. Mar. Giurb. deciſ. 100. num. 16. Nam ipſa via executiva eſt finis litis. Poteſt enim creditor variare, & facere tranſitum de principali ad fideiuſſorem, & de una re ad aliam, & de perſona ad perſonam, l. mutuam, mandat. Cavalc. deciſ. 1. lib. 1. num. 15. de iudic. Anguiſol. conſ. 25. num. 4.

36 Vnde exceptio litis pendentiæ ſuper nullitate, aut reformatione penſionis non impedit interim agere viâ executivâ ad ipſam penſionis exactionem, Rebuff. de pacif. poſſ. ſſ. num. 156. Veſtrius in prax. Roman. Curiæ, lib. 3. cap. fin. numer. 1. Camil. Plaut. in tract. de penſ. numer. 2. Robert. de attent. 2. par. cap. 10. numer. 38. & cap. 17. num. 60. & 92. Ioann. Hieron. Campan. in diverſ. Iur. Canon. rubric. 11. cap. 13. num. 285. Staphil. de litter. iuſtit. §. in primis, num. 84. Gig. quæſt. 62. num. 12. Mareſcot. lib. 1. variar. cap. 21. à num. 1.

37 Hoc autẽ, quod de exceptione nullitatis nuper diximus, ità erit intelligẽdum, ut ſi non ſit notoria, ac evidenter de ea conſtet, ſed requirat altiorem indaginem, ſive cùm ex litis pendentia ſimul, ſive ipſa ſola opponatur executioni, utique obſtare non tenetur, ex his quæ per Bart. & Ripã in l. 4. §. condemnatum, D. de re iudic. notavit Salgad. de Regia protect. par. 3. cap. 3. num. 51. & cap. 9. latè.

38 Sic etiam exceptio uſurarum, quæ reſultat ex eodem inſtrumento debitorio, impedit executionem inſtrumenti uſuratij, Seſſe de inbibit. cap. 4. §. 1. num. 7.

39 Cuius rei ratio eſt, quia talis exceptio dicitur naſci ex ventre inſtrumenti, ut de penſione Eccleſiaſtica dicunt cõmuniter DD. quę licèt ſit privilegiata, tamen talis executio retardatur per exceptionẽ reſultantẽ ex eodem inſtrumẽto, & ſic cõſtito iudici Eccleſiaſtico ſaltim ſummariè de tali uſura, dari ſolet inhibitionem contra iudicem ſecularem,

rem,ne exequatur inſtrumentum uſurariū, donec de uſura pleniùs cognoſcatur,& ſimili modo dabitur firma cōtra inſtrumentum uſuratiū,& impediet executionem inſtrumenti, quando ſuſpicio uſuræ reſultat ex eodem inſtrumento,& hęc cognitio erit ſummaria, ex quo iterùm de ea cognoſcendum eſt in plenario iudicio; nam ſi iterùm de ea non eſſet cognoſcendum, talis cognitio deberet eſſe plenaria, *DD.in cap. ſi Clericus laicum, de for. compet.* Quinimò iudex ex officio debet ſuperſedêre in executione talis inſtrumenti, *Capic.deciſ.250.Borgnin deciſ.2.*

40 Nec obſtat firmarę concordiæ,quòd renunciatum ſit prævētioni per pactum de non obponendo, pactum de non præveniendo implicans,cui renuntiari poſſe, ſcribunt *Caravit. ritu 168. Graſſ. de except. in præludijs, num.247. Vincent.de Franch.deciſ.670.num.3.lib.4.* Quia id non intelligitur de præventione ſuper exceptione notoria, liquida, etiam detecta & probata, quia tunc executionē impedit non obſtāte pacto, *Graſſ. de except. in prælud. num.258. Menoch. conſil. 109. num.40.* ubi ità diſtinguit opinionem *Angel.in dict.§.condemnatum*;quidquid ſenſerit *Surd. conſ.327.* quem citat *Petra in addit. ad Capic. deciſ. 175.* ſicque declarat *Menoch. Bero. conſ.85.lib. 3.* qui loquitur, quando fuit præventum ſuper uſura, omnino *Fontan. de pact. dotal. clauſ. 7.gloſſ. 2.par. 5. num.27. & ſeq. Maſtrill.deciſ.157.num.40. Grat.cap. 118. num. 48. Cavalc.deciſ.13. num. 49. par.2. Milan. deciſ.113.num.112.lib.2. Rebuff.ad leg. Gall.tom.1. tit.de litterar. obligat .art.2. gloſſ.1. num. 22. Cald. Pereir.de empt. & vendit. cap.32.ſub n. 12.* eleganter & doctè *Maur. Burg.in tract. de laudim.par.3.inſpect.40.à num.31.*

41 Proinde, ut tollatur difficultas præventionis, & eludatur cautela, *Paul. Caſtr. in Authent: quæ ſupplicatio, C.de precib. Imperat. offer.* advertit pro remedio, & antidoto, quòd creditor, ſeu victor compareat actionem ex ſententia, vel inſtrumento proponendo,ſeu executionem cauſando, nec permittat ſuper exceptione præventâ probari, quia tūc iudicium prævētionis reſolvitur,& habet vim ſimplicis exceptionis,& inſtātia incipit à ſecunda petitione,quia ſe-
42 cunda evaneſcit, ità *Milan.*cum plurib. *d. deciſ. 7. n.35. & 36. Aimo Public. ſup. conſuet. Albern.tit.18. art.6. in fin. Contard. in l. unica, limit. 7. num. 24.* benè *Ronchegall. in rubr.de duob. reis, num.22. in fin. & ſeq. Maſtrill. deciſ.14. num.18.* quod quomodo procedat ſatis aptè declaravit *Antonin.Amat.reſol.36. à num. 17.cum ſeq.*

43 Advertendum eſt, debitori prævenienti debêre denegari audientiam, donec ſolverit in contractu promiſſa & accepta, ſi remedium ſuper quo præventum eſt, ad reſciſsionem tēdat,quod ſecus erit ſi ad nullitatem dirigatur, ad tradita per *Giurb.deciſ.103.Maſtrill. deciſ.13. Georg.alleg.34. Menoch.conſ.644. & conſiſ.1111.num. 63.& 64. Muta deciſ.94.Fontan.de pact.dotal. clauſ.4.gloſſ. 9.par.5.num.214.cum ſeq. Macerat. var. reſol.lib.1.reſol.38.num.18. Burſat.conſ. 295.*cum alijs.

44 Inſurgit nunc difficultas haud levis, an ſi inſtrumenti nullitas ex parte creditoris præveniendo petatur interim, ex eodem contractu impugnato poſsit cenſus exigere?

45 Pro negativa faciunt ſequentia. Primò, quia lucrum quis non debet conſequi ex eo,quod nixus extitit impugnare,*cap.ex eo, de reg.iur.in 6. cap. olim, de cenſib.l.ſi à te, C.de pact.inter emptor. & vendit. l.quod ſi minor, §.reſtitutio, D.de minorib.l. poſt legatum, D. de his quib.ut indign.Gab.de reg.iur.concl.1.Menoc.lib. 2. præſump.45.num.16. Grat.cap.770. n. 21.vol.4.& cap.967. num.28. Macerat. lib.3.reſ.1.num. 62.*

46 Secundò, facit mira *Bart.*doctrina *in Auth.ex cauſa,num.19. C.de lib. præterit.* ubi quòd filius impugnans teſtamentū patris ex vitio præteritionis non poteſt petere legatū, licèt quoad legata teſta-

 men-

mentũ ſit validũ,quia illud impugnat.

47 Tertiò,in terminis pungunt pro hac parte *Surd.deciſ.6. & Gargiar. patroein. 26.lib.1.*

48 Pro adfirmativa ſententia tenuerunt plures, ut vidêre eſt ex *Giurb. deciſ.100. Maſtr.deciſ.160. num.15.& 19. Toro in compend.Deciſ.verb.Inſtrumentum,col.2. verſ.penult.fol.276. Aſeia determin.* 130. ubi fuit dictũ,quòd creditor poteſt petere annuos cenſus decurſos, non obſtãte pendentiã litis reſciſsionis cõtractus; nam creditor poteſt agere viã executivã; non obſtante quòd intẽtavit reſciſſionẽ contractus pro annualitatibus; nã petitio unius nõ impedit executionem alterius,*l.is à quo,D.de reivind.*de cuius intellectu latè agit *Pet. Barboſ.in l.ſi alienam,num.14.& ſeq.D.ſolut.matr.*

49 Haud impedit regula *text.in d.cap.ex eo,de reg.iur.in 6.*quia limitãda & intelligenda eſt,ſi impugnans obtinuerit,nõ autem ſi ſuccubuerit,*Bart.in l.poſt legatum,num.4. verſ.Tu dic, D.de his quib.ut indign. Felin. in cap. Capitulum 30. n.10. verſ. Limita 6. de reſcript. Anton. Gabr. dict.concl.1.de regul.iur.num.52.limit.8. Grati.cap.688. num.38.& cap.704.n.41.*

50 Iterùm limitari debet,ut non procedat,dum lis pendet, quã durãte impugnans ex actu impugnato lucrum conſequi valet,*Mar.Anton.Maccrat.lib.1.reſol.36.num.7.Ant.Gab.dict.concl.1.num. 40.Vivius deciſ.379.num.6. Mar. Giurb. deciſ.55.num.11.*

51 Denique reſtringitur,ut licèt impugnans,ex eo quod impugnat, lucrum non conſequatur, non tamen patiatur damnum,debitive amiſsionẽ, ideòque reſciſsionem contractus, inſtrumentumve nullum prętendens, executionẽ nihilominus eius petere poterit, *Maſc. de probat. concl. 686. n.14.& 15.Honded.conſ. 17.n.45.lib.2. Surd.conſ.183.n.94. Put. deciſ.35.n.1.Caval e.deciſ.19.n.57. par.3. & deciſ.25.n.17.par.5. Macerat.var.lib. 2.reſol.31.n.1.&reſol.61.n.4.Cart.deciſ. 2.& deciſ.113. Gutier.de iuram.confirm. par.2.cap.2.n.23.& 29. Giurb.deciſ.2.n. 1.& ſeq.& d.deciſ.55.n.11.* & plenè *deciſ. 100.*noviſsimè, pariterque copioſiſsimè *Amat. dict.reſol.36. n 25.Velaſc.in Axiomat.litter.L.num.93. Hippolyt. Montan. in addit. ad Anton. Olivan. de act. tom.2. lib.1.cap.15.num.4.*

52 Hinc quæri debet, an ceſsio bonorũ impediat executionem contra cedentẽ? Ceſsionis bonorum miſerabile refugium in pauperum debitorum favorem effluxit, ne in carceribus marceſcerẽt, ferroque ac fame tabeſcerent, nevè in vincula conijci poſſent, *text. in l. 1. C. qui bon.ced. poſſ.* id quod teſtatur *Bald.in l.ſocietatem,D. pro ſocio,* quem refert & ſequitur *Apicella in tutam. paup.tit.4. de ceſſ.bonor.num.3. Iacob.Menoch.de arbit. lib.2.centur.2.caſ.183.n.1.Card.Domin. Tuſch. pract. concl.litt.C. concl.217.n.1.* & alij ex proximè referẽdis, apud quos perquàm fusè de hac materie tractatur,viderique poterũt *Matt. Brun.* (qui integrum *de ceſſione bonorum tractatum* edidit) *Afflict. deciſ. 296. 378. 379. Socin. regul. 46. 47. & 279. Bertach. verb. Ceſſio bonorũ, & verb.Cedere, Pet.Iacob. in ſua prax.civ. tit.de ceſſ. bonor.Baeça de inop.debit.cap.1.per totum,Covar.variar. reſol.lib.2.cap.1.Paz in prax. 5. par.tom. 1.cap.6.*toto, *Gutierr.de iuram. confirm. cap.18.1.par.Diaz reg.65.Avend. reſp.8. Tuſch.dict.concl. 217.218. & 219. Menoch.dict.caſ.183. Ioan.Baptiſt.Mareh.de commiſſ.par.3. cap.1. §.1. de commiſſ. admiſſ. ad bonorum ceſſionem , Apicella ubi ſup. & eius addit. Maurit. Apicell. Alex. Trentacinq. lib. 3. reſol. 27. de ſol. Graſſ. de except.ad ſtatutum excludens omnes exceptiones,except.17. Iacob. Canc. var.reſol.c.9.de ceſſ.bonor.par.2.Paſch.de virib. patr. poteſt.2. par. cap.9.ex num.52. cum multis ſeqq.Marc.Ant.de Amat.deciſ.93.* per totam.

53 Et quòd executio non locũ habeat, ſuadetur ex ſeqq. Primò, ex *l. item ſi unus ex litigatoribus, D.de arbit.*ibi: *Itẽ ſi unus ex litigatoribus bonis ſuis cedat, Iulian.lib.4. Digeſtorũ ſcribit non eſſe cogẽdũ arbitrum ſententiam dicere, cũ neque agere,*

re, neque conveniri poſſit, ubi *Bald.* dicit, quòd directæ actiones perſonales, quæ remanent penes eum, qui cedit bonis, ſunt inanes; nec poſſunt ab eo movêri, ſeu intentari, tenent *Ioan. Platea. in §. fin.* ibique *Iaſ. n.24. Inſtit. de act. Natta conſ.440. vol.2. Trentac. d. reſol.27. n.12. Scacc. de commerc. §.7. gloſſ.5. n.143. q.6. Cornaz. deciſ.175. n.7. Franch. deciſ.55. num.3. & 4. Aloiſ. de Leo in l.1. num.12. C. qui bon. ced. Matthesil. in l. ex contractu 3. num.2. C. de bon. auth. iud. poſſid. Strac. de decoct. par.3. num.14.*

54 Adeò, ut neque iudicium intentatum poſſit proſequi per actorem, qui lite pendente ceſſit bonis, *Capell. Tholoſ. deciſ.250. Matth. Brun. de ceſſ. bonor. quæſt.7. num.2. Stephan. Grat. cap.486. num.12. tom.3.*

55 Secundò, ex notatis per *Scacc. dict. gloſſ.5. quæſt.6. à n. 122.* ubi probat per bonorum ceſſionẽ impediri executionẽ litterarum cambij, aliarumque obligationum, pro quibus datur executio parata, & præſertim ſi ſit obligatio in forma Cameræ (licèt in ea contrarium velit *Zach. de obligat. Cam. q.19. num.6.*) & ſuggerit rationem in his verbis: *Ratio eſt, quia ceſſio bonorum habet vim ſolutionis, ità ut debitor facta ceſſione, non poſſit ampliùs carcerari, & exſpiret actio creditoris contra eum.*

56 Tertiò, ſi executio poſt bonorũ ceſſionem habêret ſedem, ceſſio eſſet inutilis, & nullius momenti, cùm denuò gravaretur cedens; & privilegiũ in eius odium retorqueretur, adverſus *text. in l. quod favore, C. de legib.* quod nec dici, nec admitti debet, ex *l. ſi quando*, cum vulgarib. *D. de leg.1.*

57 Quartò, poſt bonorum ceſſionẽ debitor in carcerem detrudi nequit: ergo contra eum executio parati non debet: *arg. l. non debet, D. de reg. iur. cap. aut licet 53. eod. tit. lib.6. dict. l.1. C. qui bon. ced. poſſ. Canc. lib.1. var. cap.17. num.39.*

58 Quintò, nulla remanent bona cedẽti poſtquàm ceſſionem effecerit, ut cum *Accur. Covar. Paz, Matien. Gutier. Brun. Pet. Greg. Ant. Pichar. in §. cum eo quoque 40. n.27. Inſtit. de actionib.* igitur ſi immunis & liber à carcere exiſtit, conſequenter ab obpreſſione executionis eximetur per argumentũ de maiori ad minus, quod validũ eſt, *Auth. multo magis, C. de ſacroſ. Eccleſ. cap. ſi ergo 8. q.1. cap. ſi Paulus*, & ibi *gloſſ. 32. q.5. cap. per venerabilẽ, qui filij ſint legitimi, Everard. in topic. leg. loc.66. Petr. And. Gamm. in dialect. leg. loco à maiori ad minus, Roland. conſ.15. num.41. vol.1. Aim. conſ.290. num.7. & 326. num.10. Flamin. Pariſius lib.1. de reſig. quæſt.13. num.19. & de confid. quæſt. 20. num.4. Gonç. ad reg.8. Cancell. gloſſ.9. §.2. num.24. Cardin. Tuſch. pract. tom.1. litt. A. concl.501.*

Rurſus executio non poteſt procedere, cùm nõ ſint in cedente aliqua bona, in quibus excutiatur, *text.* per inductionem *in l. eius qui in Provincia, D. ſi cert. petat. Apulei. lib.10. Aſin. Aur.* ibi: *Nam quod nemo novit, penè non ſit.*

59 Sextò facit, quòd executio inſtrumenti impeditur per exceptionem cedendarũ, ut voluêre nonnulli, *Alex. conſ. 19. n.20. vol.1. & conſ.29. n.2. & 3. vol.6. Dec. conſ.27. n.1. & 99. n.1. cum plurib. ſeqq. Rebuff. in Conſtit. Franc. to.1. art.1. gloſſ.9. n.40. de litt. obligat. Marſ. ſing.7. Milan. deciſ.2. n.4. lib.2. Camill. Borrell. tom.2. ſumm. Deciſ. tit.19. num.161.*

60 Sed quòd executio non impediatur, probatur ex eo, quòd cedẽs, licèt bonis ceſſerit, dominus tamen remanet, antequã eius bona vendita appareant, ut patet *in l. is qui bonis, la 1. D. de ceſſ. bonor.* & ibi *Cuman. Capell. Tholoſan. deciſ.134. Brun. de ceſſ. bonor. q.19. in princ. num.6.* Idem fuiſſe videtur de mente *Bart. in dict. l. is qui bonis, n.1.* dum vult, quòd cedens bonis nõ dicatur habêre bona pro derelicto, ſed ſolùm dediſſe creditoribus poteſtatem alienandi. Nam ſi eſſet pro derelicto, quilibet occupare poſſet, *l.1.* cum ſimilib. *D. pro derelict.* cum poteſtate pœnitendi ante actus cõſummationem, ut voluit *Brun. dict. quæſt. 19. in princ. num.6. Canc. d. cap.8. n.50.*

61 Quo fundamento tenuit hanc ſententiam *Amat.dict.deciſ.93.* executionẽ impediri non poſſe. Qui reſpondet, *Cõſultum in dict.l.item ſi unus, D.de arbitr.* intelligendũ eſſe poſt actus conſummationem, poſtquàm bona fuerunt vendita, vel tradita creditoribus, non de illo tempore intermedio, quo ipſe cedens remanet dominus, & pœnitêre poteſt ex his, quę ſup.dicta ſunt.

62 Quam reſponſionem confirmat, eò quòd non ſemel videatur cedentem actiones poſſe (antequàm lis fuerit conteſtata à ceſsionario, ſeu aliquid ex debito acceptum, vel debitori facta denuntiatio) agere, *l.3. C.de novat.* & dicit *Speculat.de ceſſ.act. §.conſequenter, n. 10.& de procurat. § ſequitur, n.11. Ioan. Domin. Gait. de cred. cap.2. tit.3. à num. 452.cum ſeqq.*

Reverâ nec ſatisfacit *Amat. dict. deciſ.93.* & mentem *Vlpiani* haud percepit, cuius quidem genuinus intellectus eſt, ibi: *Cùm neque agere, neque cõveniri poſſit*, cũ diſtinctione, nempè, duo tempora advertendo. Primum ceſsionis: ſecundum poſt ceſsionem. Primo caſu, & ſic de bonis anteà quæſitis pulſari nequit, *l.ſi qui bonis 4. D.de ceſſ.bon. l. ex contractu 3. C. de bon. authorit. iud. poſſid.* & ex animadverſis ſecundo caſu, & ſic de bonis poſteà quæſitis, nulli dubium adſtat, poſſe à creditoribus poſt ceſsionem intervenientibus excuti & conveniri. Ità eleganter adnotavit *Accurſ. in ſcholijs dict. l. item ſi unus ex litigatoribus, litt. Z. Anton. Pichar. dict. §. cum eo quoque 40.num.42.Inſtit.de action.*

63 Quod quidem ſuadetur ex eo, quoniam veris creditoribus, & qui tempore ceſsionis bonorum adverſus debitorem cedentem ius habent, ceſsio prodeſt, & nocet, non alijs; quamvis non omnibus petentibus, ſed ex eis aliquibus facta ſit, *iuxta text.in l.4.§.Sabinus, D.de ceſſ.bon. l.3. tit. 15. par.5.* & communem opinionem, quam reſolvit *Salicet.in dict.l.1.num.4.C.qui bon.ced.poſſ. Guid.Pap.conſ.124. Covarr.lib.2.variar. cap.1.num.5.Suar.de Paz in prax.1. tom. 4.par.cap.5.num.6.Ant. Pichard.in dict. §.cum eo quoque, num.28. & 29. Grat.d. cap.486.num.14.*

64 Iam ſatis elicitur falſam eſſe *Cumani*, & aliorum ſententiam, ut advertunt per *text.in dict. l.ſi unus ex litigatoribus* in ſpecie *Natta conſ. 440. num. 1.* latè *Gratian.dict.cap.486.à num.19. cũ ſeqq.*

65 Nec impedit, quod *Amat.* adſerit *ex l.3. C.de novat.* (de cuius elucidatione latè agunt *Cap.Thol.deciſ.94. Afflict. deciſ.74.Put.deciſ.23. par.3. Magon.* & alij laudati *à Ricc.collect.118. par.1. Claper. cauſ.63.quæſt.unica, Tuſch.pract.litter.C. concl.185.*) nam ſatisfit, poſſe creditores denuntiare debitoribus cedentis, ne illi ſolvant, *Natt.dict.conſ.440.num 2.* ubi etiam, quòd valebit talis denuntiatio, quamvis fuerit facta poſt litem conteſtatam, vel etiam poſt ſententiã, dummodò fiat ante illius executionem, *Alexand.conſ.15.col.1.num.2.lib.6.* qui teſtatur de magis communi, poſt *Cyn. Angel. Salicet. & Fulgoſ.in dict.l.3. C.de novat.*

66 Prætereà ſpecies *dict. l. 3.* eſt diverſa à noſtra quæſtione, ideò in illa cedẽs agere, ſeu exigere à debitore ſuo valet, quia per ceſsionem non liberatur cedens, quod ſecùs eſt, ſi delegatio (cuius meminit *gloſſ.in l. quamvis, §. ſi mulier, D.ad Vell.Canc.lib.2. variar.cap.6.num. 65.*) interveniat, mandari enim actio inſcio debitore debitoris poteſt, delegatio verò fit eo præſente, eo promittente creditori, cui fit delegatio, ut præſentit *Dion. Gothofr. in ſchol. litter. G.* Igitur ex ea inferri nequit ad comprobationem ſententiæ, *l. Papinianus exuli, D.de min.*

67 Non me latet in contrariam iviſſe ſententiam *Capell. Thol. deciſ. 28. Nov. collect.53.num.7.*

68 Cui dupliciter reſpondetur. Primò, illam deciſionem intelligi alio modo, quòd pendente lite ſuper ceſsione bonorum poſsit fieri executio ſuper bonis, non reſpectu perſonæ, *Fab.de Anna conſ.*

124.

124. num. 16. lib. 2. Tepat. lib. 1. var. tit. de ceſſ. bonorum, verſ. Cedēs bonis, fol. 358. Grati. cap. 222. num. 44. tom. 2. Ricc. deciſ. 81. num. 3. par. 1.

69 Secundò, illa deciſio procedit, quando contra executionē inſtrumenti nulla poſſet obponi exceptio vigore ſtatuti, tunc enim fit executio non obſtante petitione ceſsionis bonorū, ſecus quando contra inſtrumentum exceptio obponi poteſt; nam tunc poterit obponi exceptio ceſsionis bonorum, *Bart. in l. ſi filius, D. quod cum eo, Canar. de execut. inſtrum. quæſt. 28. num. 63. in fin. Mat. Brun. de ceſſ. bonor. quæſt. 13. princ.* qui eleganter diſtinguit vidēdus, *Grat. dict. cap. 222. num. 48. Ricc. dict. deciſ. 81. num. 3.*

70 Ex dictis facilè deducitur, exceptionem metus, & violentiæ executionem impedire, tradunt *Gramm. conſ. 95. Capic. deciſ. 175.* ubi *Petra in addit. litter. B. Vrſill. ad Affict. deciſ. 31. num. 6. Anton. Amato reſol. 36. num. 11. Azeved.* cum alijs *in l. 1. per text.* ibi, *à num. 187. cum ſeq. tit. 21. lib. 4. Recop. Puteus de cenſib. num. 16.*

71 Et ratio poteſt eſſe, quia cùm metus faciat ceſſare conſenſum, ideò impediat executionem, *Zach. de obligat. Cameral. quæſt. 17. num. 80. & Rota apud eūdem deciſ. 88. num. 3. Granvin. declar. 22. num. 39. par. 5. Galter. in prax. crimin. inſtrum. 2. par. 3.* vel *ult. par. princ. rubr. 3. num. 24.*

72 Haud impedit *Ioan. Petr. Fontan. to. 2. de pact. dotal. clauſ. 7. gloſſ. 2. par. 5. numer. 4.* qui dicit iſtam metus exceptionem altiorem requirere indaginē; nec poſſe niſi per probationes extrinſecas liquidari, valido interim manente contractu, donec reſciſſus ſit, prout docent larâ manu congeſti à *Greſſ. except. 11.* ideò repelli debēre ad effectum impediendi executionem, ut adſerunt *Maſſagal. ad form. Camer. obligat. par. 4. q. 1. num. 17. Imbrian. deciſ. 373. Cavalc. deciſ. 19. par. 3. Maſtrill. deciſ. 140. num. 22.* ubi dictat tentatâ, & pendente reſciſſione adhuc contractus executionē non impediri.

73 Nam ſatisfit apertè, quòd omnes actus vi, & metu conflati, & extorti etiam iuramento vallati, nulli exiſtūt, *Gramm. conſ. civil. 91. Oldrad. conſil. 35. num. 1. Port. conſ. 5. num. 9. & conſ. 101. ſub num. 6.* poſt *Ancharr. conſ. 299. Boer. deciſ. 100. num. 14. Cacheran. deciſ. 179. num. 16. Roland. conſ. 7. num. 40. cùm plurib. ſeq. Affict. deciſ. 263. num. 2. Burſat.* alios laudans *conſil. 72. num. 24. vol. 1. Camil. Borrell. tom. 1. ſumm. Dec. tit. 61. num. 58.* Sicque cùm reſciſsione non egeant, ſed ipſo iure nulli ſint, nullo modo dici poteſt exceptionē metus haud

74 quire obponi ad executionem, ex eo quòd altiorem indaginē requirat, cùm contractus interim valeat, donec reſcindatur, contrarium enim certius eſſe adparet; & nullitas advertitur ex contractibus meticuloſis propter defectum conſenſus, & voluntatem; quæ ſemper in coactione intervenit: ideò nullatenus adſerendū eſt reſciſsione opus exiſtere, & executionem haud impediri, præcipuè que cùm Regio iure ſtabiliatur hanc exceptionem adverſus executionem obponi. Vnde dimanat *Fontanel.* non eſſe audiendum, ſed omninò reijciendum.

75 Eodem modo reſpui, & confutari debet *Matth. Coler. de proceſſ. execut. p. 4. cap. 1. n. 112.* & præſertim cùm *Decius* in contrariam ſententiam non deflectat, quem in loco ab eo citato non inveni, imò adfirmare porero, nihil tale tenuiſſe, cùm *in cap. ex parte 13. n. 60. de offic. & poteſt. iud. deleg.* noſtri ſententiæ ſuppetias ferat, & faveat.

76 Quare verius eſt, exceptionem metus nimirum oppoſitam executioni paratæ ex vi pacti, vel ſtatuti executivi eam retardare; *Felin. in dict. cap. ex parte 2. num. 12. verſ. Vndecimò fallit,* cùm non dicatur factum, quod metu factum eſt, *l. qui in carcerem 22.* ibique *Bald.* cum *l. metum 4. §. volenti, D. hoc noſtro tit.*

SVM-

SVMMARIVM.

1 *DEteſtandum eſt læſa Maieſtatis crimen.*

2 *Cōmittens incurrit pœnā mortis, & amiſſionis bonorum.*

3 *Propter criminis atrocitatē denegatur ſepultura.*

4 *Poſt obitum proceditur.*

5 *Nulla præſcriptione finitur.*

6 *Rei domus deſtruuntur, & ſale aſperguntur.*

7 *De deſtructione agitur, & de aratro. & 8.*

In erectione Vrbium interveniebat.

9 *In fundatione Romæ aratri deſignatio intervenit.*

Modus hic primus ibi obſervatus à Romulo & Remo, negatur: & probatur ipſos non fuiſſe fundatores.

Convincuntur Roſin. & alij.

10 *De ſale tractatur.*

11 *Propalatur huius rei ratio. & 12. 13.*

14 *Domus dogmatizantis ita deſtruitur.*

15 *Reus Maieſtatis non gaudet immunitate Eccleſiæ.*

16 *Adfirmativa ſententia tenetur. & 20.*

17 *Adſtruitur.*

Sacrilego competit immunitas.

18 *Fabricanti falſam monetam.*

19 *Excudere monetam de Regalibus eſt.*

Magius Campanus proditor liberatus fuit, quia Ptolemæi ſtatua ſe protexit.

21 *Et Duecius Patriæ proditor.*

22 *Aſylorum Iunonis frequens ratio.*

23 *Metus non excuſat à crimine hoc. & 24.*

25 *Adfirmatur.*

26 *Delinquens coactè dolo caret, ideò pœna ordinaria non punitur.*

27 *Adulterij pœna nō infligitur coactè delinquenti.*

28 *Crimen non adſcribitur coacto.*

Occidens timore mortis adverſarium iudicis arbitrio punitur.

29 *Mandatum Principis, ſeu Tyranni excuſat à crimine.*

30 *Voluntas, & propoſitū diſtinguunt maleficia.*

31 *Voluntas coacti eſt imperfecta.*

32 *Compulſus delinquere plectendus nō eſt. & 33.*

34 *Metus inſtantis periculi delinquentem excuſat ab homicidio.*

35 *Coactus à latronibus ad pulſandum alterius oſtium, qui aperuit, excuſatur.*

36 *Mulier auxilians marito excuſatur à crimine.*

37 *Metu iuſto interveniente deditionem facientes excuſantur.*

38 *Civitates per vim occupatæ non dicuntur rebelles.*

39 *Noſtræ ſententiæ Authores referuntur. & 40. 41. 42.*

43 *Mogollon damnatur.*

44 *Metus conſilium depellit. & 45.*

46 *Timor pro magno uſurpatur.*

47 *Omnis metus habet in ſe ignorantiam.*

48 *Factum Sutrianorum laudatur.*

49 *Expenditur text. in l. 1. D. de legib.*

50 *Omnes homines Principum arcana ſervare tenentur. & 51. 52.*

53 *Loquaces in Conſiliarios, ſive in Senatores recipi non debent.*

54 *Taciturnitas inter manſuetas virtutes connumeratur. & 55. 56.*

57 *Conſiliarij dignitas datur, ut Conſilij Regis adſiſtat, debent ſecreta cuſtodire. & 58.*

59 *Magna fuit Romanorum obſervantia in celandis arcanis.*

60 *Conſuli Deo in Circo Templum dicarunt Romani.*

61 *De neceſſitate ſecreti remiſſivè.*

62 *In revelandis ſecretis facilis indignus Senatorio ordine reputatur.*

63 *Conſilij etymon. & 64.*

Secretarium dicebatur Aula Iudicum.

65 *Conſiliarij ratione iuramenti tenentur ſecreta non revelare. & 66.*

67 *Variæ pœnæ contra non ſervantes ſecreta indictæ. uſq. 74.*

75 *Revelans propter metum ſecreta non tenetur.*

76 *Ob mortis timorem licet parenti filiū exponere.*

77 *Res timoris plenæ cogunt eum, cui accidunt*

cidunt ad actiones turpes.
78 *Inquiſitores & Epiſcopi negligentes cōtra hæreticum procedere propter timorem, vel propter vitanda ſcandala non incurrunt pœnam.*
79 *Abnegans Fidem propter metum iuſtū non eſt hæreticus*
Filius metu reverentiali & ſuaſionibus parentum inductus Iudaicas cæremonias faciens ab hæreticorum pœnis excuſatur.
80 *Negat Farin.*
81 *Reſpuitur.& 82 83.*
84 *Reÿcitur Palac. Rub.*
85 *Servus non excuſatur, ſi metu mortis nō tulit opem domino.*
Contrarium ibi proponitur.
86 *Quod non procedit in vaſſallo.*
87 *Famulus poteſt occidere dominum eum volentem occidere.*
88 *Offendens alium propter metum ſuperioris non tenetur.& 89.*
90 *Remiſſio metu extorta legitima non eſt. & 91.*
Metus conſtantiam turbat.
92 *An crimen commiſſum ab obſeſſo à dæmone ſit imputandum obſeſſo, an dæmoni obſidenti? uſq.99.*
An quis teneatur denuntiare hæreticum, ſi timeat damnum in fama, vita, & bonis externis? ibi.
An uxor excuſetur propter metum, ſi nō accuſet maritum hæreticum? ibi.
100 *Tabellarius ob metum litteras tradēs an ſit puniendus? uſq.110.*
111 *Epiſcopus promittens alicui centum, ut eum de morte patris nō accuſet, an ſit deponendus? uſq.115.*
116 *Adſtruitur adfirmativa ſententia. & 117.118.*
119 *Negativa probatur. uſq.125.*
Reſpondetur contrarÿs, & adcipiunt lucem varia iura.
126 *An ſaltem Epiſcopus in dicto caſu torqueri poſſit? & 127.128.*
129 *Cauſa eius ad ſolùm Papam pertinet. & 130.131.*
132 *Parricidium involuntariū an extra pœnam ſit? uſq.136.*
137 *An Miniſtri iuſtitiæ arma ab Clericis capientes, ne ducant eos ad Epiſcopum, ſint excommunicati? uſq.146.*
147 *Olim ſubſcriptio Principis in cauſis capitalibus erat neceſſaria. uſq.154.*

CAPVT XXX.

An propter iuſtum metū excuſetur quis à crimine læſæ Maieſtatis, & ſimilium?

1 TEtrum & deteſtandum læſæ Maieſtatis crimē adparet, de quo latè egerūt *Ant. Picbar. in §.2. Inſt. de publ. iud. Narbon.* multos cumulans *in l.20.gloſſ.7.* totâ, *tit.1.lib.4.Recop. Chriſtin.deciſ.Belgic.196.vol.4.Roſin.lib. 8.Antiq. Roman. cap.23. Rebuff. in l.quos hoſtes 234. D.de verb.ſign. Gambacur.de immun. Eccleſ.lib.5.cap.42. Azev.in l.1. tit.18.num.5.& 7.lib.8.Recop. Donel.lib. 9.comm.cap.10.*ubi *Oſſuald.in not.lit.EE. Camill.Larath.conſ.5. Camill.de Medices conſ.170.num 5. Iacob. Menoch.conſ.99. & conſ.1072 num.10. Honded.conſ.508.à num.2.vol.1. Hippol. Rimin. conſ.704.à num.1.Petr.Greg. lib. 35. ſyntagm.à cap. 3. cum ſeq. Camill.Borrell. tom.2.ſumm. Decіſ.tit.15.à num.256.*

2 Quamobrē cōmittens incurrit pœnam mortis, & amiſsionis bonorum cū perpetua & æterna ignominia, tā ipſe, quàm eius deſcendētes, *l.quiſquis, C.ad leg.Iul.Maieſt.* ibi: *Vtpote Maieſtatis reus gladio feriatur bonis eius omnibus fiſco noſtro addictis;* ubi *Dionyſ. Gothofr.in ſchol. Bart.in Extrav.ad reprimendū, verb.Rebelles, Bald.in cap.1. §.1.quib. mod.feud. amittat. Alex. in l.2. §.delinquunt, D.de pœn.Felin.in cap.1 .de homic.Paris de Puteo in tract. de re milit. lib.6. §.duo milites,n.2.Claud.Coter. in eod.tract.lib.3. c. 6.Ant. Concius ad leg. Iul.Maieſt. cap.1. Aial.de iur.& offic.belli,lib.3.cap.13.Tiber.*

ber.Dec.lib.7.crimin.cap.29.& 30.&pluresalij apud *Farin.4.tom.crim.q.12.& ſeq.Petr.Caball.reſol. crimin. cent.3. cap. 294.n.226. Honded. conſ.105. n.6. & 7. vol.1. Bernard.Muſcatell. in pract. crim. tit.de crimin.læſæ Maieſt.humanæ, à num. 35. Aug. Barboſ in cap.vergentis 10.num. 23. de hæret. Ioan. Barclai. lib. 2. Argen. fol.143.* ibi: *Times ne turbare præcoces illorum adparatus, aut religiosè ſpectas, donec ferrum iubearis recipere? Eriſtbenem hic habes Licogenem, & Oolodemum tanquam ad conſilium in re ſubitò oblata, adcerſe ſi venient, confeſtim Maieſtatis damnatos conficias.*

3 Cui propter criminis atrocitatem olim ex more Romanorum fuit, ut ſepultura denegaretur, *Iuſt.Lipſ. in Tacit. lib. 6. Annal.Sueton.in Tib.cap.61.Quint.declamat.337.Iacob.Durand.lib.1.var.cap. 3.Solorçano de parricid.lib.1. cap.22.fol. 94.* à tergo, *Hering.de fideiuſſ. cap. 10.n. 48.Prado in Pentecont.cap.17.*

4 Nunc advertendũ exiſtit in hac ſpecie poſt obitum procedi, & cognoſci poſſe, ut cõvicto mortuo memoria eius damnetur, & bona ſucceſſori eripiãtur, *l.fin. C.ad leg.Iul. Maieſt.l.ex iudiciorũ, verſ.1.D.de accuſ. Gig.de crim.læſæ Maieſt.quæſt.20.lib.1. & q.32. lib. 2. Clarus in prax.§.læſæ Maieſtatis, verſ. Itẽ licet, num.16.Maſcard.de probat.lib.1.concluſ. 248.num.35. Menoch. conſ.99.num.159. Peregrin. de iur.Fiſc. lib.4.tit.5 num.19. Roderic.Acuña in cap. quorundã 14. num. 7.diſtinct.23.*

5 Ideò decem, vel viginti annis hoc abominandum delictum non præſcribitur, nec præſcribit, ut advertit cũ alijs *Petr.Herod. rer.iudic. lib.7.tit.4. cap.10. fol.268. Gigas de crimin. læſæ Maieſt.lib. 1.qualiter procedatur,cap.14.& 19.Marſil.in l.qui falſum,§.1.n.1.&ſeq.D.ad leg. Corn.de falſ. Carrer. in prax.tit.de homic. §.28.Farin.de delict.tom.1. tit. de inquiſit. quæſt.1.num.68. & quæſt.10.num.29. & 30.* conducit *Solorç. de parric. lib. 2. cap. fin.*

6 Illud omittendum non duximus inter pœnas, quibus læſæ Maieſtatis reus plecti ſolet, moribus eſt uſurpatũ, ut illius domus à fundamentis everſa, aratroque in eã inducto, ſale deinde adſervatur: id unde originem ſumpſerit, non inutiliter diſcutiemus, & eruemus.

7 Sanè de perduellis ædibus diruendis iure aperto cautum legimus; *l.6.tit.13. & l.fin.tit.19.& l.6.tit.27. part.2.* & huius rei ratio redditur *in cap.felicis, de pœnis in 6.* ibi: *Fiant habitationes eius deſertæ, & ut non ſit, qui eas inhabitet, dentur cuncta ipſius ædificia in ruinam, & ut perpetuæ notã infamiæ ruina teſtetur, nullo tempore reparentur.*

8 Sed & de aratro inducendo tametſi non ſit iure cautum, ductum tamen eſt exemplum ab civitatum everſione, ut adpâret *ex l. ſi uſusfructus 21. D.quibus mod. uſusfr. amittat.* & non ſine ratione, nam ſicut in Vrbibus condendis aratro locus definiebatur, *l. pupillus 239.§. urbs 6.* ubi *Petr.Rebuff.* & alij, *D. de verbor.ſignif. Lucas de Penna in l. ſi quis, col. 1. C.de Fabricenſ.lib. 11.* Ità quia unumquodque eodem modo definit, & ſolvitur, quod cœperat, *l. 30. D.de regul. iur.* cum *l. 295.D.eodem*, in illius ruinam, & depopulationem uti concinne eſt, *Cæl. Rhodig.lib. 14. lect. Antiq.5. Thom. Dempſter.ad Roſin.lib.1. Antiq. Roman. cap.3. Alexand. ab Alex. lib.6. Dier. Gen.cap.14.fol.690. & 691.* ubi *Tiraq. in addit. Ioan. Ludov. de la Cerd.in comment.ad Virgil.5. Æneid. ✝. 755. num.2.fol.583. Parlador. lib.1. rer. quotid. cap. 21. Petr.Fab. 1. Sem.8.Petr. Gregor.de Repub. 1. cap. 2. Ravard. 2. coniect. 7. Amaia lib. 1. obſerv. cap. 16. num.6.*

In fundatione Romæ aratri deſignatio intervenit, & poſteà in alijs oppidis, ſeu Colonijs id fuit obſervatũ, ut reſtatur *Terent.Varro lib.4.de ling. Latin.* ibi: *Quæ circumductæ aratro ab Orbe, & Vrbe in litteris antiquis ſcribuntur Vrbes, quia ità ut Roma conditæ.*

Vnde fuit evidenter, modum illum in Roma priùs ab Romulo & Remo fratri-

tri-

tribus erectoribus eſſe cuſtoditum, ut teſtatur *Dempſter. ad Roſin. lib. 1. Ant. Rom. cap. 3.*

Quod quidem nullo modo dici pòteſt, cum iam anteà eſſet in uſu, ex eo quòd Romulus, & Remus nõ fuerint erectores, quia exuſtâ Troiâ Æneas ad Italiam adpulit, ibique ab Evãdro hoſpitio receptus (qui tunc ROMAE Imperio potiebatur) ad quandam politiam Romanos redegit, ut teſtatur *Virg. 8. Æn.* Ex quo meritò *Imp. Iuſtinian. Nov. 47. Æneas Rex Troianus quædam nobis Reipublicæ initia dedit, & nos ab illo Æneadæ, adpellamur.* Is ex Lavinia Sylvium ſuſcepit, qui Æneam Sylvium creat, deinde Latinum Sylvium, Latino Alba ortus, Alba Atys, Ati Capys, Capi Capetus, Capeto Tibetinus, Agrippa deinde Tiberini filius, poſt Agrippam Romulus Sylvius à patre adcepto Imperio regnat, quibus & alijs Procca ſuccendẽs Numitorem & Amulium filios tulit, ut narrat *Tit. Livius lib. 1. decad. 1.* Ex quorum primo Rhea filia inter Veſtales conſectata ex milite (Martis nomine) gemellos ſuſcepit filios, qui ob matris inceſtum ad Tiberim proiecti à Fauſtulo Regis pecotoris Magiſtro reperti ſunt, qui Accæ Laurentiæ uxori tradit educãdos, quæ quia corpus venale habebat, Lupa inrer paſtores adpellabatur, factus eſt locus fabulæ, quâ creditur eos à lupa educatos fuiſſe, ut tradit *Marc. Ant. Sabellic. lib. 2. ab Orb. cond. dec. 2.* Qui ex eo, quòd Romæ ſub Luperaculi Rupe educarentur Romulus, & Remus dicti ſunt, non è contra, ut falsò vulgus opinatur: nam ROMA dicta eſt, ſive à Romo Æneæ Comite, ut voluit *Cephal. Gorgicius*, ſive à Roma filia Atlantis Itali, & Laucanæ matronę Hiſpanæ, quam alij volunt fuiſſe fundatricem, *Plutarch. in Romulo, Fr. Ioan. de Pineda in Monarch. Eccleſ. 1. par. lib. 2. cap. 17. §. 2.* ſive à voce Græca ῥώμη, quæ robuſtum ſignificat, ut ſdictat *D. Hieronym. lib. 1. contra Iovinian.* ſive ex Hebręa voce רמה *Romach*, quæ excelſum importat, eò quòd excelſis collibus ſita eſſet, ut ad illud *Geneſ. 25. Vox in Romah audita eſt*, tradit *Guill. Hamer.* & ex eo diligentiſſimus *Ioann. Baptiſt. Navarr. in Thren. Ierem. cap. 1. fol. 14.* qui quidem Romulus, & Remus eò quòd ROMAM paſtam muris cinxiſſent, ac colapſam politiam erigerent, conditorum nomen ſunt adepti; nõ aliter quam de Semirami ad Babyloniã meminit *D. Auguſt. lib. 16. de Civitate Dei, cap. 4.* de ipſa ROMA quam ante Evandrum Ianus & Saturnus moderatũt, *Virgil. 8. Æneid.*

Hanc Ianus pater, hanc Saturnus condidit VRBEM.

Et de ipſo Evandro:

Tunc Rex Evander ROMANAE *cõditor* ARCIS.

Dionyſ. lib. 1. Iuſtin. lib. 43. Vnde facilè convinces *Roſin. lib. 1. Antiq. Rom. cap. 1.* ubi *Dempſter.* multos cumulat, contrarium intrepidè tenẽtes; quo fit, quòd etſi in fundatione Vrbis aratrum intervenit, id tamen non fuit impoſitum à Romulo & Remo, cũ eam non ædificaverint, & anteà alij Reges iam illâ potitentur.

10 Notandum etiam, quòd in everſionibus harum domorum ſolitum erat ſalẽ ſuperſeminare. Vnde Fridericus Barbarubea Imperator Romanus devaſtatis Mediolani omnibus, ac ruinâ deformatis, cùm plurimis etiam incendio fumãtibus tectis aratrum induxit, & ſalem ſuperſeminavit, *Arianc. Hiſtor. Mediol. ſect. 1.* Prout etiam Abimelech, qui Sichem Vrbẽ obpugnatam cœpit interfectis eius habitatoribus, ipſàque deſtructâ, ità ut ſal in ea diſpergeretur, *Iudic. 9. ṽ. 45.* Quod fuit ab antiquo uſitatum, ex quo cœperunt eſſe Reges, & Magni Domini ſuper terram propter proditiones ei factas, cùm Abimelech non fuerit authot ſpargendi ſalis, ſed ut fuit ab alijs Regibus uſitatum, *Abulenſ. cap. 9. Iudic. quæſt. 45.*

11

12 Cùm autẽ quæreretur cauſa, ob quã fieret iſta ſalis ſeminatio: inter multas, quæ

quę poſſent adferri, illam præcipuã dixi, quia ſal rèddit ſterilem, & ideò funditus deſtructâ civitate ſal adſpergebatur in ſignum perfectæ victoriæ, & maledictionem ſcelerum, *Nicol. de Lyra Iud. cap 9. in fin. in verb. Quam cœpit interfectis, Genebrard. Pſalm. 106. num. 34. verſ. Terram frugiferam.* Vbi quòd ſal
13 ſugo adfert ſterilitatem, dum terrę viſcus pinguedinem, & ſuccum exedit, *Stephan. Gratian. cap. 179. à num. 36. Oſuald. in Donell. lib. 10. comm. cap. 17. litt. D.* cum alijs, *Valenç. in diſcurſu ſtatus & belli, par. 1. conſid. 2. num. 38. Lara de Capellan lib. 2. cap. 4. num. 125. & 126.* noviſsimè *Ioan. Hering. in tract. de Molendin. in Man'iſſ. cap. 1. num. 813.*

14 Qua de cauſa domum hæretici dogmatizantis dirui, & ſale conſpergi iubetur, *Director Inquiſit. par. 3. quæſt. 43. ad fin. pag. 575 Perez in l. 2. tit. 16. lib. 8. Ordin. pag. 345. & ſeq. Bernard. Græv. ad pract. Camer. Imper. lib. 2. concl. 61. Cened. pract. & Canon. quæſt. lib. 1. quæſt. 18. Grat. dict. cap. 179. à num. 1. cum ſeq. Aug. Barboſ. in cap. fœlicis 5. num. 22. de pœn. lib. 6.*

15 Non inobportunè quæri debet, utrum Maieſtatis reus gaudeat Eccleſię immunitate? Quam quæſtionẽ, etſi ad amuſsim, pertractaverint *Farin. de immunit. cap. 14.* toto, *Gambacurt. lib. 5. cap. 44. Correa in relect. ad cap. inter alia, de immunit. Eccleſ. 3. par. num. 4. Bobadilla lib. 2. cap. 14. num. 54.* noviſsimè *Antonin. Dian. in reſol. moral. in tractat. de immunit. Eccleſ. reſol. 6. par. 1. Ioan. Bapt. Scortia in Conſt. Summ. Pont. epit. 152. theor. 385.* tamen in negativam ſententiam defluxerunt, & manibus iverunt.

16 Verùm adfirmativè reſolvendum duximus, ex ſequentibus. Primò, ex eo quòd crimen læſæ Maieſtatis ſacrilegio proximum dicit *text. in l. 1. in princip. ad leg. Iul. Maieſt. Farinac.* rationem propalans, *quæſt. 112. inſp. 1. num. 2. par. 4. prax. crimin.* ſed ſacrilego immunitas Eccleſiaſtica nõ denegatur, ut probat cũ pluribus acutiſsimè *Mar. Giurb. conſ. 70. num. 2. cum ſeq.* Ergo reo Maieſtatis ſimiliter impertietur, *l. 1. D. de leg. 1. gloſſ. in l. ſi quis ſervo, C. de furt.* plurimos laudat *Velaſc. in Axiomat. litt. A. num. 180.*

17 Cui adſtipulatur; quòd crimen læſę Maieſtatis divinæ gravius eſt illo humanæ Maieſtatis, *cap. vergentis 10.* ibi: *Cùm longè ſit gravius æternam, quàm temporalem lædere Maieſtatem, de heret.* ubi *Abb.* & reliqui, *And. Gail. lib. 1. de pac. public. cap. 20. num. 11. Menoch. conſ. 1007. num. 28. vol. 11. Petr. Pantoja in l. fin. C. de aleator. fol. 139. num. 23.*

18 Secundò, fabricans falſam monetam reus eſt Maieſtatis, *text.* optimus *in l. 2. C. de falſ. monet.* ubi *Salic. Bald.* & alij, concordat *l. 1. tit. 2. par. 7.* tradunt poſt Antiquiores alios *Covarr. in tract. numiſm. cap. 8. num. 3. verſ. Ideò huius criminis reus, Gigas de crimin. læſæ Maieſt. lib. 1. tit. qualiter, & à quib. crim. læſæ Maieſt. committ. quæſt. 62. num. 1. Roland. à Valle conſ. 29. num. 6. lib. 3. Dec. tract. crimin. lib. 7. cap. 23. num. 1. & ſeq. Farin.* cũ alijs *tom. 1. prax. crim. quæſt. 115. inſp. 1. num. 1.*

19 Cuius rei ea ratio reddi poteſt, quia excudere monetam de Regalibus eſt, quæ ſoli Principi ſunt reſervata, *cap. 1. verſ. Moneta, quæ ſint Reg. in uſib. feud. l. 2.* iunctâ *l. 8. tit. 1. & Gregor. gloſſ. 11. in dict. l. 2. l. 9. tit. 7. par. 7. Alfar. de offic. Fiſc. gloſſ. 2. num. 13.* tamen fabricator immunitate potitur, ut teſtantur pluries iudicatum *Ioan. Gutierr. lib. 3. pract. quæſt. 4. num. 10. Bobadilla lib. 2. cap. 14. num. 42. Narbon. in l. 20. gloſſ. 12. num. 69. tit. 1. lib. 4. Recop.* Igitur ex idẽtitate rationis in reo Maieſtatis eſt dicendum, *l. illud*, cũ mille vulgarib. *D. ad leg. Aquil.*

20 Tertiò, adſtant in terminis pro hac ſententia *Boſſ. in pract. tit. de capt. num. 32. Gutier. lib. 3. pract. quæſt. 4. num. 17.* confirmat *Livius lib. 3. dec. 3.* ubi dicit Magium Campanum proditorem liberatum fuiſſe; quia Ptolemæi ſtatuã

ſe

ſe protexit, & quòd Athenienſes inſli-
xerunt pœnam mortis eis, qui in Miner-
væ delubro internecuerunt Sodales
Cytonij; & intenderunt arcem occu-
21 pire; tradunt *Tucydid. in* 1. *Plutarch. in
Solon.* Siculique faverunt cum ſenten-
tia Duecio patriç proditori in Fano, ad-
ſerentes illam cauſam Dei exiſtere,
ſecundùm *Diodorum lib.* 11. *Bibliotec.
Petr. Gregor. lib.* 3. *ſyntagmatum, cap.* 21.
num. 9.

22 Hinc Aſylorum, & Iunonis præſer-
tim frequens mentio; ad ea enim loca
confugiebant noxij, neque inde extra-
hi poterant, *Pauſan. in Corinth. Habent
huic Deæ* [ꝑ præceſsit Iuno] *Phliaſij ho-
nores multos: ſummum verò omnium, quòd
qui ſupplices huc confugerint, cuiuſvis cri-
minis impunitatem conſequuntur.* Idem
*in Lacon. in Templo Minervæ: Tem-
plum illud fuit antiquâ Religione Pelo-
ponesſo univerſæ ſacroſanctum: neque vio-
lari eos fas erat, qui illuc confugiſſent.
Ælian. lib.* 3. *var. Hiſtor. cap.* 44. *Ci-
tharædus metu terræfactus, cùm ipſa* [ſto-
la] *ad Iunonis aram confugit. Dio lib.*
47. ſermo eſt de Templo Ivlii Cae-
saris à Triumviris extructo, cum hoc
iure perfugij, ibi: *Vetitum, ne quis, qui
ad eius Templum impunitatis conſequen-
dæ cauſa confugiſſet, inde eijceretur, vel
abriperetur. Tertullian. in Apolog.* Tem-
pla vocat mortuorum Aſylum, quòd in
illis tuti ſint ab omni impetu, & co-
natu, *Ioann. Ludovic. de la Cerda in
commentar. ad Virgil.* 2. *Æneid. fol.* 260.
numer. 9. *Petr. Gambacurt. lib.* 1. *cap.* 5.
toto, *Camill. Borrell. tom.* 2. *ſumm. De-
ciſ. titul.* 36. *num.* 761. *S. Auguſt. lib.* 1.
de Civitate Dei, cap. 4. ubi *Vives in com-
ment. Ren. Chop. de ſacr. Polit. lib.* 2. *tit.* 6.
num. 16.

23 Haud leve exoritur dubium, utrùm
iuſtus metus excuſet à pœna criminis
huius? Quæ queſtio latiùs tractabitur,
& diſpungetur.

24 Et primâ fronte adſerendum vide-
tur, propter immanitatem, & atrocita-
tem delicti nullam adverſus id excuſa-
tionem habèri, imperitiæ, multitudi-
nis delinquentium, cordis, fidelitatis,
timoris, periculi, violentiæ, vel cru-
delitatis, ut in terminis differit *Ioann.
de Terra Rubea de rebellib. tract.* 3. *art.*
9. toto, *Franc. Burſat. conſil.* 247. *num.* 35.
vol. 2.

25 Tamen contraria ſententia tenenda
eſt ex ſeqq. Primò, ex eo, quòd delin-
quens coactè contra animum ſuũ deli-
quit, atque ità dolo caret, *l. imò, D. de
liber. cauſ.* eleganter *Senec. lib.* 9. *declam.*
4. ibi: *Non eſt impudica, quæ accerſita eſt à
Tyranno: non eſt ſacrilegus Sacerdos, qui
Deorum immortalium dona ſuis manibus
pertulit ad Tyrannum: Patre iubente fecit,
nec cecidit ipſe, ſed paruit.* & *in Herc. fur.*

*Haud eſt nocens, quicunque non ſponte eſt
nocens.*

Delrio ad Senec. in Hercul. fur. ỷ. 1096.
fol. 39. ſed qui citra dolum deliquit, or-
dinariâ pœnâ non punitur, ut cum mul-
tis probat *Menoch. caſ.* 303. *Tiraq. de pœn.
temp. cauſ.* 13. Igitur manifeſtè patet ex-
cuſationem locum habère.

26 Secundò, adulterij pœna nõ infligi-
tur uxori, quæ coactè deliquit, *c. propo-
ſito* 23. *quæſt.* 5. *l. vim paſſam, l. uxor,* §. *ſi
quis planè, D. de adult. l. fœdiſſimam, C.
eodem.* Ergo ſimiliter in noſtra ſpecie.

27 Tertiò, crimen illi non adſcribitur,
qui contra ſuam voluntatem illud com-
mittit, *cap.* 1. *cap.* 2. 32. *quæſt.* 5.

28 Quartò, occidens timore mortis ad-
verſarium, iudicis arbitrio punitur, pro-
bat *Covarr. de ſponſ.* §. 3. *num.* 7. *par.* 2.
declarando *gloſſ. l. penult. in verb. Agi po-
terit, D. ſi fam. furt. feciſſe dic.* quę adfir-
mavit, ſervi nullum eſſe delictum, ſi do-
mino paruit timore mortis: quam *gloſſ.*
ut ſingularem probarunt multi, ità *Iaſ.
in* §. *ſi minus, num.* 17. *Inſtit. de act. Dec.
in l. ut vim, num.* 9. *D. de iuſt. & iur.* Ergo
nullum eſt delictum quoad pœnam or-
dinariam.

29 Quintò, mandatũ Principis, ſeu Ty-
ranni, Magiſtratus, Domini, & Patris
excuſat ſubditos, ſervos & filios, ut eru-
ditiſsimè diſcutit probans *Iacob. Me-
noch.*

nocb.caſ.354. toto, *Iul. Clar. quæſt. 60. num. 17.* ubi cum alijs *Baiard. in addit. num. 57. Farin. quæſt. 9. caſ. 1. 8. 9. & 10. Caball. caſ. 289. 3. Reg. 2. verſ. 32.* ibi: *Et reddet* DOMINVS *ſanguinẽ eius ſuper caput eius, quia interfecit duos viros iuſtos, melioreſque ſe, & occidit eos gladio, patre meo David ignorante*, aiebat Salomon: quod explicans *Abulenſ.* ibi *quæſt. 39.* inquit: *Patre meo David ignorante, quaſi dicat, Si pater meus iuſſiſſet ei, quanquam malũ eſſet, ipſe aliqualiter excuſaretur, ſicut fuit in occiſione Vriæ, quia fecit illum mori in populo de præcepto David, & tunc pater meus culparetur.*

30 Sextò, voluntas, & propoſitũ diſtinguunt maleficia, *l. qui iniuria, de furt. l. 1. §. Divus, de ſicar. Cravet. conſ. 88. numer. 12. Aldovin. conſ. 26. num. 22. Bimi. conſ. 137. num. 12. Coſt. de ſcient. centur. 2. diſt. 13. n. 21. Pac. conſ. 12. n. 12. & conſ.*
31 *37. n. 81.* Sed propter iuſtum metum defecit in patratione voluntas libera, quia licèt reus deliquerit, tamen fuit coactus, & licèt voluntas coacti voluntas eſſe dicatur, verùm eſt imperfecta, ad *tex. in l. ſi mulier, §. quod ſi metu, D. boc tit. Bart. in Extrav. ad reprim. verb. Videbitur, n. 2. Roman. conſ. 197. num. 7. Theſaur. q. 51. n. 13. lib. 1. Tuſcb. litt. V. concl. 280. num. 3. & concl. 281. num. 7. Menocb. conſ. 912. num. 9. Surd. conſ. 414. num. 55. Vivi. deciſ. 150. num. 3. Sola ad Decret. Sabaud. tit. de accuſ. gloſſ. 1. num. 4.* quæ & ad pręmeditatum animum ſatis nõ eſt, ut pœnæ ordinariæ locus ſit, *Caſtr. in l. 1. C. ubi Senat. Abbas conſil. 4. volum. 1. Cepola conſil. 29. Tuſcb. litter. V. concluſ. 280. num. 2. Marſil. conſil. 25. num. 3. Farin. quæſt. 97. num. 16. Theſaur. lib. 3. quæſt. 46. num. 4.*

32 Imò addit *Marſil. conſ. 25. num. 29.* quòd qui compulſus delinquit, plectendus non eſt, *Decian. conſil. 336. Vivius deciſ. 394. num. 9. Bertazol, conſ. crimin.*
33 *266. num. 4.* Quæ enim fiunt contra facientis voluntatem, non imputantur facienti, *l. cura, §. nec ſi per vim, D. de muncrib. & bonor.*

34 Septimò, metus inſtantis periculi delinquentẽ excuſat ab homicidio, *Petr. & Cyn. in l. ſcientiam, §. qui cùm aliter, D. ad leg. Aquil. Novel. defenſ. reor. 1. par. cap. 1. num. 67. Carrer. in prax. §. circ. ſextum, verſ. Octavò excuſat, numer. 1.*

35 Octavò, coactus à latronibus ad pulſandum alterius oſtium, qui aperuit, excuſatur, *Bertazol. conſil. 266. volum. 2.* qui benè probat (etſi dicat *Bald. in cap. ſacris,* ubi & *Anton. de Butr.* extr. *boc tit.* quòd licèt fecerit per metum, debet puniri quoad culpam, qui aliquo modo conſentit) elegantiſsimè *Mangerus in tract. de Advocatia, ſeu iure Protect. c. 17. num. 420. fol. 784. col. 1.*

36 Nonò, mulier, quæ in fabricanda falſa moneta, aut ea tondenda, auxilium marito ſuo pręſtitit, metus causâ à pœna excuſatur, *Maſtrill. deciſ. 246. num. 8. Fab. 9. C. tit. 15. definit. 3. Farin. quæſt. 91. num. 151. Marius Giurb. conſ. 85.* per torum.

37 Decimò, qui deditionem non ſpontè fecerunt, & doloſè, ſed iuſto metu interveniente excuſantur, neque puniũtur, *Imol. conſil. 34. num. 3. Panorm. conſ. 3. in 6. dub. num. 5. verſ. Videntur etiã prædicti, lib. 2. Socin. conſ. 39. num. 8. lib. 3. Dec. conſ. 604. num. 8. & 690. num. 3. 13. & 14. Grat. conſil. 5. ad fin. ſub num. 36. & 37. lib. 1. & conſ. 51. num. 9. & ſeq.* uſque ad fin. *Decian. tract. crimin. lib. 7. cap. 15. num. 12. Petr. Caball. reſol. crimin. cent. 3. caſ. 294. num. 100.*

38 Vndecimò, Civitates, quæ per vim obcupantur ab aliquo Tyranno, & Hoſte Imperij, non dicuntur rebelles, ſed Civitates captę, quæ ſi recuperentur, redire debent ad priſtinam libertatem, & ſub eodem Imperio, *l. 1. in princip. C. de offic. Præfect. Prætor.* & voluit *Bartol. in Extravag. quæ ſint Rebell. verb. Rebellando, num. 23. Anch in Clement. Paſtoralis, num. 4. verſ. Circa boc dicit, de ſentent. & re iudic. Gig. de crimin. læſæ Maieſt. lib. 3. Rubr. de rebell. quæſt. 10.*

De-

39 Denique licèt hæc noſtra ſententia tam valida, & fortia fundamenta contineat, nè per emendicata ſuffragia vagemur; Authores illius referre opus exiſtit, adſtant pro ea plurimi adferentes crimen læſæ Maieſtatis non committi ab eo, qui ex iuſto metu aliquid facit contra Principem, ſecundùm *Cumanum in l. 1. num. 2. verſ. Idem etiam advertendum, D. ad legem Iul. Maieſtatis, Carrer. in practic. in 1. tract. de adpellation. §. Vndecimus caſus eſt, num. 16. in fine, Bald. conſ. 96. num. 3. lib. 3. Imol. conſ. 34. column. fin. Verſ. Circa ſecundum, Calcan. conſ. 81. column. 2. Aimon. conſ. 6 num. 84. Grammatic. conſ. 81. Gigas*, qui hos ferè omnes referendo ſequitur, *de crimine læſæ Maieſtatis, lib. 3. rubric. de rebell. quæſt. 4. & lib. 1. rubric. qualiter & quando crimen læſæ Maieſtatis committ. quæſt. 67. num. 5. in fine*; poſt *Aimonem* in loco per eum relato, innoto *num. 1. & 2.* poſt *Ruin.* ubi conſuluit pro Duce Graviniæ, qui ab inimicis Cæſareæ Maieſtatis ſub pœnali præcepto coactus fuit arma ſumere contra Terras Imperij, cuius erat feudatarius. *Boſſius in titulo de crimine læſæ Maieſtatis, num. 101. poſt medium,*
40 *verſ. Sed potiùs*, ubi pariter excuſat Moronum ſubditum Duci Mediolanenſi, qui multa in perniciem Cæſarei exercitus molitus eſt, ex eo, quòd ſic ſibi fuerit mandatũ à prædicto Duce. *Follerius in practica criminali, in verb. Item quòd commiſit crimen læſæ Maieſtatis, nu-*
41 *me. 37. fol. 229.* ubi de eo, qui hoſtibus pecunias, & equos donavit metu, ne ab illis aliquod damnum reciperet. De quo præcipuè dixit *Farinatius quæſt. 113. num. 21. & num. 40.* ubi de eo, qui aufugiendo cauſavit hoſtibus victoriã non malo animo, ut hanc victoriam hoſtes habèrent, ſed propter mortis timorem, *& num. 73. Rolandus conſ. 1.*
42 *num. 104. 110. & ſequent.* ubi de contrahẽte amicitiam cum hoſtibus Principis metu, *Decianus in tract. criminal. lib. 7. cap. 32. num. 6. & cap. 49. num. 6. Maſcardus de probat. lib. 3. concl. 1257. num. 19. & ſequent. Baiard. ad Clarum in §. læſæ Maieſtat. num. 9.* ubi de vaſſallo, qui hoſtes ſui Principis adivit, ne bona ſua ſibi devaſtarentur, aut auferrentur, *Cephalus conſil. 75. num. 16. & ſequent. & conſ. 76. num. 41. & ſequent.* ubi de eo, qui iuſſu alicuius Principis, & coactus devaſtavit bona alterius Principis, cui ſubditus eſt, probat eleganter *Farinacius de crim. læſæ Maieſtat. quæſt. 117. num. 7. Cravet. conſ. 309. verſ. Sextò,* defendit patrem, qui receptaverat filios bannitos à pœna receptationis cũquam quia debilior exiſtens nõ potuerat prohibère plures numero, & robuſtiores, quàm biberent, & comederent, *Federicus Schot. tomo 2. lib. 3. reſponſ. 42.* in pulchro caſu; ubi excuſat villicum, & ſocium à pœna ob tranſfretationem de domino iubente ab eis factam, *Cagnolus in l. velle non creditur, numc. 9. verſ. Dicunt etiam præfati Scrib. D. de regulis iuris.* De metu ad excuſandum vaſſallum, qui partes inimici domini ſui ſequutus fuerit, agit *Menoch. conſ. 102. num. 49.*

Ad hanc rem addas ea, quæ dixit *Plotus conſ. 130. n. 26. & 27.* ubi dicit, quòd metus excuſat vaſſallum, quando alium in dominum recognoſcit. Itidẽ de iuſto metu vaſſalli contrahentis amicitiam cũ inimico domini ſui *Barbat. in cap. cæterum num. 107.* extrà, *de iudic. Hippolytus de Marſil. in l. 1. §. præterea, num. 10. D. de quæſt. Mart. Laudenſ. in cap. 1. quib. mod. feud. amittatur, Bald. & Afflict. in cap. 1. §. item ſi fidelis, quib. mod. feudum amittatur,* hic *num. 55.* ille *num. 22. Iacob. de Sancto Georg. in verb. dictique vaſſalli, num. 14. Deci. conſ. 604. num. 8. Roſental. de feud. cap. 10. concl. 12. num. 27. & in Apoſtill. litt. H H. Afflict. deciſ. 18. Roland. Cavagnol. ad Menoch. conſ. 102. num. 42.*

Ex quo fit, quòd metus vaſſalli, ne bona ſua depopulentur, aut devaſtẽtur, excuſat vaſſallũ ipſum, qui hoſtes domini adiuvit, *Maſtr. deciſ. 284. n. 17. & 18.*

Dd Sic

Sic ſimiliter bannitos coactè recep- tans punien lus non eſt, ſi expellere eos non potuit abſque ſui periculo; probat *Rovit.pragm. 1.n.3.tit.de receptatoribus, Caball caſ.287.n 11.14.& 79.Borrell.de Reg.præſt.c.18.n.24.* cùm nec teneatur domo cedere, & illic eos relinquere, *Gramm.deciſ.18.num.10.Giurb. conſ.28. num.17.*

43 Hinc damnandus eſt *Mogoll. cap. 8. §.1.num.13.Mar.Salom.in l.2.D.de legib. in verſ. Hæc firmiſsimum, & Caball. reſolut.189.num. 19.*

44 Haud inelegans ſubgeritur ratio, quia metus conſilium depellit, *Dionyſ. Halicarnaſ.* ex *Xiphilin.lib.4.* ibi: *Metus tempore ratio omnis, & conſilium deeſt, quibus rebus ſi quis animum ſuum præmunierit, metum omnem ſuperare egregiè poterit.Patric.de Republic.lib.9. tit. 1.fol. 198.* ibi: *Improviſus namque ille terror mentem hominibus, conſiliumque eripit,& membra ex omni parte debilitat, Papinius 3.Thebaid.*

---- Tunc plurima verſat
Peſſimus in dubijs augur timor.

Procopius lib.2. de bello Perſico, ibi: *Timor mentem agens adtonitam, non ſinit utiliora decernere. Guicciardinus libro 3. Hiſtoriæ,* ibi: *Metus mentem, oculoſque hominum obtundit. Zonaras 3. Hiſtoriæ,* ibi: *In publico metu conſilia Prudentium, & vulgi rumor iuxtà audiuntur:* probat cum alijs *Ioannes Ludovicus de la Cerda in commentar. ad Virgilium 12. Æneid.fol.778.num.21.* eleganter *Sanctus Ambroſius lib. de Pœnit. cap.5.* ibi: *Videre itaque mihi videor, quanta miſeros arctabat anguſtia, & qualis præſtrinxerat in tremore neceſſitas.Cõſilium metus amiſerat, remedium deſperatio non habebat. Dio lib. 41. Ratiocinatio, & deliberatio nequaquam admittit cum metu coniunctionem, quid ſi metus aliquem occupaverit, ratiocinatio eum repellit, ſed id non poteſt præſtare, tunc ſuperatur. Diodorus lib.20.* ibi: *Formido conſilium excutit.*

Mirè Apoſtolorum pavorem ob hanc cauſam excuſat *Sanctus Leo Papa Sermone 9. de Paſsione Domini*, ibi: *Fuerit tunc Diſcipulorum excuſabilis pavor, nec diffidentiæ culpam Apoſtolicus mœror inciderit, quando concurrentibus ad unum ſcelus Iudæis, Iudæorumque Principibus, ſuperbus taurorum pinguium tumor, & proterva vitulorum petulantia ſæviebat, quando ſub oculis ovium, paſtoris iuſti ſanguinem frementium beſtiarum rabies expetebat, quando denique etiam ipſe, qui pati venerat, de noſtra natura communione dicebat: Triſtis eſt anima mea uſque ad mortem. Baldus in cap. 1. §. 1. in fine, de pac. iuramento firmand. Gerard.*
45 *Mazolus conſ.11.num.31.* Quamobrem iuſtam habet excuſationem, cùm immenſo dolore perterritus nõ ſit in intellectus plenitudine.

46 Præterea timor pro magno uſurpatur, & admirando, *Lucæ 7.* dicitur ſuſcitato filio Viduæ: *Timor omnes accepit:* & apud Eundem *cap.1.Factus eſt timor ſuper omnes vicinos:* tradit *Ioannes Ludovicus de la Cerda adverſar. ſacror. cap. 80. num. 1.* qui potior horribilior erit, cùm mortis inſtet periculum, *l.hac conſultiſſima, §. at cùm humana fragilitas mortis cogitatione turbatur, C. de teſtam. Baldus in Rubric. col. 6. C. ſi quis aliquem teſtar. probib.* ubi quòd mors naturaliter timetur, & etiam conſtantiſsimos terret.

47 Tandem omnis metus habet in ſe ignorantiam, *l.ſed etſi 15. §.fin. D. de dolo,* probat *Antonius Faber in ſuo Codice,lib.2. titul.11. definitione 7. num. 3. tomo 1. Seneca de beneficijs lib.4. cap. 26.* ibi: *Timidus dicitur aliquis, quia ſtultus eſt.* & ut *Xenophon* ait *lib. 3. de Cyropædia: Quæcunque per imprudentiam ab hominibus delinquuntur, hæc omnia invita eſſe cenſeantur:* & apud Græcos, ut *Claudius Saturn. l.aut facta, §. eventus, D. de pœnis. Alciatus 2. Parerg. cap. 2. Tiraq. de pœnis temper, cauſ.13. Forner. 1. ſelect. cap.10. Pet. Greg.lib.36. ſyntagm.cap.20. Amai.lib. 1.obſervat.cap.3. n.4.* latè demonſtrant, fortuitos, & involuntarios caſus exſilio voluntario puniri ſolère,

quòd

quod idem apud Memphitas lege cautum fuiſſe *Philoſtratus* docet *lib. 6. de vita Apollon. cap. 3.*

Hinc quærendum eſt, an Caſtellanus ob deditionem caſtri crimen læſæ Maieſtatis committat? Et adfirmat *l. 3. ad legem Iuliam Maieſtatis*, *Capicius decif. 130. num. 8.* & per conſequens pœnâ mortis naturalis ſit plectendus, *l. quiſquis, C. ad leg. Iuliam Maieſt. Luc. de Penna ad l. 3. num. 6. & 7. C. de exactor. tributor. lib. 10.*

Idem voluit *l. 6. tit. 18. part. 2.* ubi nulla ex cauſa, nec propriæ mortis, nec filiorum, aut aliorum tormentorum excuſatur, ubi *Gregor. & Humada.*

His additur *l. 1. tit. 2. part. 7.* ubi dum enumerantur caſus, in quibus cõmittitur crimen læſæ Maieſtatis, quinto loco traditur iſte, quando datur caſtrum inimicis, quod reperitur adprobatum per *l. 1. tit. 18. lib. 9. Recop.* ubi *Azeved. num. 139.*

Hâc igitur mortis pœnâ fuiſſe quẽdam mulctatum ab Alexandro Macedonum Rege, tradit *Aiala de iure & officio belli, lib. 3. cap. 18.* qui de Carthaginienſibus hæc ait ex *Polybio lib. 1. Hiſtor. Carthaginienſes cùm Mamertini à Romanis præſidium adcepiſſent, Carthaginienſium præſidio expulſo Præfectum Præſidis, quòd formidine, atque ignavis Arcem amiſiſſent, eruci adfixerunt.*

Quæ pœna ceſſare debet ex ſequentibus. Primò, quia (ut ait *Hieronymus Fraeheta in ſemin. de ration. ſtatus, cap. 85.*) in tribus caſibus excuſantur Capitaneus, & Milites præſidiarij. Primò, ſi deficerent victualia. Secundò, quando mors eſſet inevirabilis. Tertiò, quãdo evidenter agnoſceretur utile magis fore ſervitio Principis ſervare Ducem, & Militem, quàm locum.

Secundò, ut quis incidat in crimen læſæ Maieſtatis, dolus requiritur, *l. 1. ad leg. Iuliam Maieſt. Farinac. in prax. crimin. quæſt. 87. num. 10. & quæſt. 116. num. 18.*

Tertiò, non eſt in culpa Cuſtos Arcis, quando traditio illius adcidit ex repentina incurſione inimicorum, ità ut reſiſtere nequiverit, ſi tempus non habuit denuntiandi, ac defendendi, *Romanus conſ. 395. col. 1. verſ. Videtur verò, & col. 2. verſ. Niſi eiectus, Angelus in l. metum, D. hoc titulo*; qui dixit, quòd ſi inimici intraſſent, & ille ab Arce recederet, non eſt puniendus, quod notãdum tradit *Iacobus de Sancto Georgio in inveſtitur. feudorum, verbo, De Caſtro Rubei Montis*: & ſequitur *Ioann. Anton. de Nigro ad Cap. Regn. Caſtellanos,* quod eſt *20. n. 16. Farinac. in prax. quæſt. 117. num. 7.*

Quartò, faciens ex ſua parte, quod poteſt, ab perduellionis pœna excuſatur, *Romanus in l. ſi mora, num. 41. D. ſolut. matrim. Grammat. conſ. 13.*

Quintò, ſtante multitudine inimicorum, & paucitate defenſorum, ac etiam amiſsâ ſpe ſubventionis dicitur nullam pœnã mereri Caſtellanus, *Humada ad l. 6. titul. 28. part. 2. gloſ. 6. nume. 2.*

Quintò, non debet exſpectari mors, ſed ſufficit, quòd periculum ſit ità proximum, *Grammat. decif. 18. num. 17.*

Vnde ex dictis Caſtellanus venit excuſandus, eleganter *Aiala de iure & officio belli, lib. 3. cap. 18. Carol. de Tapia decif. 13.* qui ſic deciſum reſtatur, *Caballus caſu 294. num. 285. Roſent. de feud. 2. tom. cap. 10. concl. 19. num. 13. Clarus in §. feudum, q. 61.* ubi *Addit.*

Confirmat, & communit hoc dicterium *Titus Livius lib. 6. dec. 1.* ibi: *Nulla pœna adfecti Sutriani, quòd victi, & iuſto metu adacti deditionem feciſſent.*

Nec obſtat illud *Virgil. 2. Æneid.*

Vna ſalus victis, nullam ſperare ſalutem. *Veget. 3. rei milit. cap. 21.* ibi: *Clauſis ex deſperatione creſcit audacia, & cùm ſpei nihil eſt, ſumit arma formido: libenter cupit commori, qui ſine dubio ſcit ſe eſſe moriturum. Tacit. 11. Annal.* ibi: *Silius imminentium periculorum remedium ipſa pericula ratus urgebat.*

Quia hoc debet intelligi in eo, qui certo

ſcit ſe moriturum: nam cùm aliàs mortem evadere nequeat, irruit, ut ſe defendat; ſed qui caſtrum habet, & mortẽ videt imminentem; tunc iuſto metu deditionem facit, ut eam fuget, & evitet, cùm poſſit, & hoſtis ſolùm cupiat obtentionem, non autem interitum.

Vnde convincuntur *Cephal. conſ. 110. num. 1. lib. 1.* & noviſſimè *Ioan. Hering. in Mantiſſa ad tract. de molend. cap. 1. de iure Burgor. à num. 235.* & præcipuè *238.* ubi dicunt, quòd Caſtellanus debet defendere Caſtrum pro virili uſque ad ultimum ſpiritum, alioqui reus læſæ Maieſtatis erit.

Inferas ex hoc, quòd recognitio de altero domino facta à vaſſallis ob metum non præiudicat, nec valet, ſed excuſat, *Grammatic. conſ. 13. & 31.* toto, *Petra de poteſt. Princip. cap. 15. num. 81. fol. 217. col. 2.*

49 Communit hanc ſententiam expreſſè *textus in l. 1. D. de legibus*, ubi lex eſt coërcitio eorum delictorum, quæ ſponte fiunt: ergo ea, quæ coactè efficiuntur, non punit, & plectit. Cui favent *Ariſtotel. lib. 1. Ethic. cap. 1. & lib. 5. cap. 8. Plotin. 6. Ennead. 8. Cicer. in Topic. & Gotbofred.* ibidem, *& in l. commiſſa 14. littera H. D. de publican. & vectigal.*

50 Succedit ſimiliter diſcutere, utrùm revelans ſecreta propter iuſtum metum excuſetur? Sed antequàm ad reſolutionem decurramus, aliqua non iniucunda proponemus, & in mediũ proferemus.

51 Omnes homines Principum arcana ſervare naturali quodam vinculo tenentur, *l. ultima, tit. 13. part. 2.* & confirmat ſacræ Paginæ teſtimonium, dum Angelico Raphaelis ore profertur *Tobiæ 12. Etenim ſacramentum Regis abſcondere bonum eſt:* facit *l. quicunque 16. C. de operibus publicis*, ibi: *Nam imperio magna ab univerſis ſecreta debentur.* Verùm Conſiliarij peculiari quadam ratione ſecreta Regis ſervare debent, *Adam Contzen lib. 7. Polit. c. 13. §. 7. Carol. Scriban. lib. 1. cap. 12. fol. 172. & cap. 24. fol. 325. Buſæus de ſtat. homin. tract. de Cõſiliarijs, cap. 1. cum ſeq.*

52 Nec enim abs re Iſocrates Orator cùm Careon iuvenem in diſciplinam recepiſſet, duplicem rem poſtulavit; alteram, ut loqui diſceret; alteram autem, ut tacẽre. Sic Pythagoras antequàm diſcipulos Philoſophiam edocẽret, aliquot ſilẽre annis docebat, cuius meminit Epigramma Græcum Palladæ ex *Ottomari Luſcinij verſione 18.*

O quanta eſt virtus tempore ſcire ſilere!
Egregius teſtis ſit mihi Pythagoras.
Eloquio præſtans, alios docet ille tacere.
Hac iter oſtendens, qua venit alta quies.

53 Hinc loquaces in Conſiliarios, ſive Senatores recipi non debent. Nam & Theophraſtus Ereſſius dicere ſolebat: Potiùs ſe eſſe fidendum effræni equo, quàm verbo incompoſito. Nemo non metuit inſidẽre equo effræni? at plùs periculi à lingua effræni, ut tradit *Eraſmus in apophthegm. lib. 7.*

54 Taciturnitas inter manſuetas virtutes connumeratur, ut *Vives* protulit *lib. 3. de Anima. Ovidius lib. 2. de arte amandi*:

Eximia eſt virtus præſtare ſilentia rebus:
At contrà gravis culpa tacenda loqui.

55 Quare dixit *Euripides in Antiope*, quòd

Decorum ſilentium corona eſt viri boni,
Loquacitas autem, nec iucundum aliquid habet,
Et malæ eſt converſationi, & inutilis Civitati.

Valerius Maximus lib. 2. cap. 2. ibi: *Eſt taciturnitas optimum, atque tutiſſimum rerum adminiſtrandarum vinculum. Caſſiodorus lib. 11. variarum, cap. 1.* ibi: *Silentiosè geritur publicum bonum, nec res magnæ ſuſtineri poſſunt ab eo, cui tacere grave eſt. Iſai. cap. 32.* ibi: *Erit cuſtos iuſtitiæ ſilentium: cap. fin. 5. q. 4.*

Cui

56 Cui & adfine illud eſt *Franciſci Petrarchæ lib.1. epiſt.5. de rebus fam. Quid enim omnino facilius, quàm tacere? At quid ergo utile, aut cui magnæ rei ſit habendus idoneus, qui rem longè facillimam implere nequiverit?*

57 Conſiliarij Dignitas datur, ut Conſilijs Regis adſiſtat, & ſecreta cuſtodiat. *Quapropter* (inquit *Caßiodorus variarum lib. 8.epiſt. 18.*) *aptamus munera nomini, ac meritis tuis, ut arcana Regia fidelis adcipias.* Vt enim *Idem* ait *lib. 8.epiſtola 10. Arduum nimis eſt meruiſſe Principis ſecretum, ubi ſi quid cognoſcitur prodi, vel ab alio formidatur. Franc. Petrarc.lib.1.epiſt.5.*ibi: *Non eſt, qui quocunque ſupplicio ſui Regis pandat arcanum, l.15.tit.2.lib.3.Recop.*

58 Hinc *Lipſius Civilis doctrinæ lib. 3. cap. 5.* ſalubriter admonet Conſiliarios, ut arcani ſint, nec arcanorũ ſcrutatores, quia, ut ait *Cornelius Tacitus lib.3.Annalium: Abditos Principis ſenſus, & ſi quid occultius parat exquirere, illicitum, anceps, nec ideò adſequare.*

Senatius Comes laudabilis fuit, eò quòd arcana Principis celaverit, *Caſſiodor.lib.4.epiſt. 3.*

59 Magna fuit Romanorum obſervantia in celandis arcanis, ſive ſecretis in Senatu habitis, *Valerius Maximus lib.2. cap.2. Alexand.ab Alexandro lib.4. Dierum Genialium, cap. 11. fol. 210. Budæus in adnotation.ad P. in l.ultima, de Senat. fol.241.* Et de neceſſitate ſecreti circa militaria conſilia cernere licet apud *Alciatum Emblem. 12.* ubi *Claud. Minois in Commentar. Feſtus lib.11. Veget. lib.3. de re milit. cap. 6. Valer. Maximus lib.7.cap.4.*

60 Apud Romanos CONSVL Deus Cõſiliorum colebatur, cui in Circo ſub tecto Templum dedicarunt, quòd conſilia tecta, & ſecreta tenẽri debeãt, Fideique idcircò etiam manu velatâ panno ſacrificabatur; quaſi conveniat Fidei ſecreta non pandi, ut *Servius* retulit *lib. 8. Æneid. Tiberius Decianus tract.criminal.tom.2.lib.7. cap. 17. num. 14. Mar. Mantua lib.1.Polymathiæ, cap. 15. Petrus Herodius lib.2. rerum iudicat. tit. 8.cap.8.* comptè *Valenç. in Diſcurſu ſtatus & belli, part. 2. conſid. 4. num. 9. & 10.*

61 De exigentia autem, & neceſſitate ſecreti in Conſilijs exaudiendus *Oſſorius de Regis inſtit. & diſciplin.lib.8. fol. 264.col.2. & l.5.tit.9. part.2.* Et procul dubio decentior Conſiliariorum ornatus ſecretum, *Caſſiod.formul. 16. lib. 6. variar.* ſatis indicat.

62 Inde, qui in revelandis ſecretis facilis reperitur, indignus Senatorio ordine debet reputari, *Caſſiod. lib. 11. vari. epiſt.6. Petrarc.lib.1.epiſt.5.*

63 Quibus & ipſum nomen Conſilij ſatis convenit: nam verbum, *Conſilium*, compoſitum, & dictum eſt à *con* & *ſileo*, quaſi in Conſiſtorio Principis, & Conventu ſimul congregati, quæ ibidem propoſita ſunt, ſilẽre teneantur, ut ex *Ægidio de regimine Princip.lib. 3. p. 2.cap. 18.* retulit *Matienço in Dialog. Relat. 3.part.cap.54.num. 1.*

64 Hinc & antiquitùs non ſine obſervatione Aula, in quam Iudices conveniebant, iuſtitiamque partibus miniſtrabant, *Secretarium* dicebatur, ut colligitur ex *l. 2. C. de proxim. ſacrorum ſcrinior.lib.12. l.3. C.de offic. diverſorum Iudicum*, tradit eleganter *Iulius Cæſar Bulengerus lib.3.de Imper. Roman. cap.9. fol.230.littera C. Petrus Faber in l. nemo poteſt gladij 90.fol.322. D. de regul. iur. D.Laur.Ramir.de Prado ad Martial.lib. 1.epig.35.*

65 Hodie etiam Conſiliarij tenentur ſecreta non revelare ratione iuramenti, quod eo tempore, quo in Senatorum albo deſcribuntur, præſtare tenentur, iuxta *l. 26.tit.9. part.2. l.5.tit.4.lib. 2. Recopil.*

66 Et ferè apud exteras omnes nationes huiuſmodi iuramentum ab Senatoribus, & Conſiliarijs Principum præſtatur, ut ſcribit *Afflict. in commentar. ad Conſtitutiones Neapolit. rubric. 45. de ſervand.indemnit.Comitib.num.57. Me-*

nochius de arbitrarÿs, centur. 6. caſu 537. num. 3.

Si ut *Eraſm. in Apophthegmat.* ex antiquo dicterio retulit: *Silentÿ tuta ſunt fidi præmia:* & ante ipſum tetigit *Horat. lib. 3. Od. 2.*

Eſt & fideli tuta ſilentio merces.

Cur è converſo effrænatæ, & inconſtătis linguæ non item pœna certa erit? Quo circa Cŏſiliarij, vel alij Miniſtri, quibus arcani cuſtodia credita eſt, ſecretŭ propalătes debitâ pœnâ adficiĕtur, ut valeat quidem cum *Tibullo* proferre *lib. 1. eleg. 2.*

Eſt mea nunc pœna, improba lingua luit.

Legimus enim varias pœnas adverſus
67 arcanorum violatores inditas eſſe. Nota eſt in primis Syſiphi tabula, quem, inquiunt, ſecreta Deorum hominibus patefeciſſe, ac propterea eâ apud inferos plecti pœnâ; ut ingens ſaxum ad montis cacumen deferat, quod iterùm relapſum ſtatim repetat, & in huiuſmodi anxietate continuò verſetur.

68 Erat autem apud Antiquos Ægyptios lege ſancitum, ut qui Reipublicæ ſecreta detexiſſet, lingua ei amputaretur, ut retulit *Diodorus Siculus.* Et Veterum Perſarum more ſilentium in ijs, qui ab Cŏſilijs Principis ſunt, vitæ periculo ſanciebatur, *Carol. Scriban. lib. 2. Polit. cap. 16. fol. 598.*

69 Eſt etiam ab Antiquis rerum geſtarum Scriptoribus memoriæ proditum Tarquinium Regem crudeliter ſæviſſe in Marcum Tullium Dumvirum, eò quòd librum ſecreta civilium ſacrorum continentem eius cuſtodiæ creditum pecuniâ corruptus Petronio Sabino ſcribendum dediſſet, qua de cauſa culeo inſutum in mare præcipitari iuſſiſſe, Auctor eſt *Valerius Maxim. lib. 1. cap. 1. exemp. 13.*

70 Alijs verò pœnis plectuntur: in primis enim periuri exiſtunt, *Bobadilla in*
71 *Politica lib. 2. cap. 5. num. 19.* Secundò, falſitatem committunt, & pœnâ falſi coërceri poſſunt, *Albericus in l. 1. §. si quî depoſita, D. ad legem Corneliam, de falſis, Bartol. in l. ſolùm, de teſtibus, Innocentius in cap. litteras, de præſcript. Gigas de crimine læſæ Maieſtatis, tit. qualiter, & à quibus, quæſt. 21. num. 9. Menochius de arbitrar. caſu 537. num. 15. Cepola conſil. 39. num. 29.* & expreſsè cavetur *in l.*
72 *2. tit. 7. part. 2.* Tertiò, incurrunt in crimen læſæ Maieſtatis, *l. omnes, §. exploratores, D. de re militari,* ibi: *Exploratores, qui ſecreta nuntiarunt hoſtibus, proditores ſunt, & capite luunt, Avendan. in cap. 2. Prætorum, num. 25. in principio, lib. 1. Azevęd. in additionib. ad Curiam Piſanam lib. 3. cap. 1. littera A. num. 5. & in l. 1. tit. 18. num. 158. lib. 8. Recopilat.*
73 dummodò revelatio ſecreti tendat in Principis, aut Reipublicæ damnum, & nocumentum, *Tiberius Decianus tract. criminal, lib. 7. cap. 17. num. 11. Menoch. caſu 537. num. 5. Farinacius 1. parte praxis criminalis, quæſt. 113. num. 203. Narbona in l. 82. gloſſa 4. tit. 5. lib. 2. Recopilationis, à num. 15. cum ſequent. Paramo de Origine Sanctæ Inquiſitionis, lib. 1. tit. 2. cap. 4. numer. 23.* qui id benè declarat, & dicit, hodie pœnam huius
74 criminis in arbitrium Principis (qui ſolus Conſiliariorum iudex eſt, ex latè adductis *per Menochium de arbitrarys iudic. lib. 2. centuria 6. caſu 518.* toto, præcipuè *num. 2.*) collatam eſſe, ut prout cauſæ gravitas expoſcerit, eam infligat, ut conſtat *ex l. 26. tit. 9. part. 2. & l. 16. tit. 19. part. 3. & l. 82. tit. 5. lib. 2. Recopilat.*

75 Iam ergo ad reſolutionem adcenditur lucerna, & ex ſuperiùs dictis fluit reſponſio ad quæſtionem; in qua dicendum eſt, revelantem ſecreta propter iuſtum metŭ excuſatione potiri, cùm dolum non habeat, *l. imò, D. de liberali cauſa,* nec conſenſum, *l. nihil 116. D. de regulis iuris, Riminaldus conſ. 48. num. 54. & conſ. 228. num. 57. & conſ. 404. nume. 62.*

Quæ quidem ſententia adſtruitur ex ſequentibus.

Primò, quòd in caſibus de quibus præ-

prætenditur inferri offenſio Regis, & regiminis publici, ſemper debet adtendi intentio, & ſi illa non fuerit malitioſa, non eſt nomen, nec ſpecies talis delicti, §. 2. ibi: *Qui contra Imperatorem vel Rempublicam aliquid moliti ſunt, Inſtit. de public. iudic. l. quiſquis, C. ad l. Iul. Mai. l. ſi quis, C. de re milit. l. 1. tit. 2. p. 7. l. 1. ti. 18. lib. 8. Rec. Ioan. Saliſberi. in Policraticum de curialibus nugis lib. 6. cap. 25. Thom. Gramm. conſ. 31. num. 38. & 44. Crav. conſ. 6. num. 79. Cephal. conſ. 75. num. 14. & 15. Burſat. conſ. 157. num. 16. & 17. vol. 2. Farinac. lib. 5. quæſt. 117. num. 1. & 9. Rimin. conſ. 704. num. 10. uſque ad 13. Roland. conſ. 15. uſque ad 21. vol. 4.*

Eademque regula procedit in revelatione ſecretorum pertinentiũ ad Regem, aut eius Conſilia, quamvis enim Miniſtri, Conſiliarij, & Gubernatores Reipublicæ obnoxij ſint ad non manifeſtationem Conſultarum & Decretorum ante publicationem, *Alexan. ab Alexand. lib. 4. Dier. Gen. cap. 11.* ubi recenſet, quòd apud Athenienſes ſanctior adpellabatur Senatus, & ex triginta Senatoribus principibus conſtabat, qui arcanis negotijs præpoſiti erant, quæ tamquam cœleſte arcanum miro ſilentio obtegebantur, prout & apud Ætolos ſimile apolecti arcanorum erat conſilium, *Valer. Maxim. lib. 2. de inſtitut. Antiq. Servius in 8. Æneid. Aul. Gel. lib. 1. cap. 2.* Et quamvis vaſſalli & feudatarij Principũ punitionem & privationem mereantur, ſi pandant intentum Regis, qui de illis confidit, intelligitur ſi hoc fecerint animo inferendi damnum, & commovendi Rempublicam, ſed ſi id effecerint cum deſiderio, quòd Princeps revereatur, & timeatur, aut ut cæteri vaſſalli, ſeu miniſtri meliùs procedant, aut ad quoslibet effectus proficuos, & utiles Coronæ, haud incidunt in culpam, nec puniendi ſunt, *cap. unico, titul. 17. quibus mod. feud. amitt.* ibi: *Vel ſi credentiam ad eorum damnum ſcienter manifeſtaverint.* Duo requiſita ponit hic *textus*, videlicet, quòd ſecretum pandatur, & quod ſit cum intentione præiudicãdi Principi, & propter quodlibet illorum deficiens, licèt revelatio Decretorũ fuiſſet præiudicialis, totaliter ceſſat delictum, ut ibi agnoſcit *gloſ. verb. Scienter*, & ibi *Iſern. num. 6. & Liparul. ad eum fol. 53. Præpoſit.* ibi, *num. 2. & 3. fol. 37. Bald. in cap. unico, verbo Credentias, num. 1. & 2. de pac. Conſtant. Afflict. in cap. 1. num. 9. uſq. ad 26. quibus mod. feud. amitt. fol. 91. Gregor. Lop. in l. 5. gloſ. 8. titul. 9. part. 2. Farinac. conſ. 60. num. 70. Bobad. lib. 2. Pol. c. 5. à num. 20.*

Innocent. in cap. qualiter 17. num. 3. de accuſ. reſolvit, quòd obligatio & promiſſio cuſtodiendi ſecretum intelligitur id non pandendi ſine iuſta cauſa, *Bald. in Margar. Decret. verb. An teſtis teneatur, Schrader. de feud. tom. 1. p. 9. cap. 5. n. 55. verſ. Fallit, fol. 381.*

Ad facilitãdam hãc materiam poſſumus conſiderare duos caſus. Primus eſt, quando ſimpliciter ſine fraude & malitia, & non cum animo offendendi Principem Miniſter pandit arcanũ, & tunc non incurrit in privationẽ feudi, ſtatus, aut præeminentiæ, quam Reges illi conceſſerunt, nec committit culpam contra Regiam Maieſtatem; ſed poterat dubitari, an debêret puniri aliquã pœnã extraordinariã, ad arbitrium Iudicũ remiſſã, veluti diſtinguit *Schonner. diſput. feud. 10. theſi 33. lib. 1. Roſent. tom. 2. cap. 10. concl. 30. in addit. littera C. fol. 159.*

Secundus caſus eſt, cùm non ſolùm abfuit intentio gignendi præiudicium Regi, ſed quòd interfuit in ordine ad maius obſequiũ, tũcq; nulla lex, vel authoritas invenietur, quæ culpet Miniſtrũ, & imponat illi pœnã legalem, aut arbitrariã, ſed totalem excuſationem celebrãdo, & fovendo actũ per cauſam, per volũtatẽ, & per effectus, ſecundũ doctrinã *Innoc. & Bald.* cũ ijdem *DD.* qui ſẽſerũt debêre puniri vaſſallũ arbitrariè

ſi revelatio non fuit malè intenta, ſubponunt, quòd Princeps damnum recepit, ut conſtat apud *Roſental. in praelleg. addit. fol. 159.*

Vnde cùm revelans ſecreta propter metum non faciat malitioſè, venit excuſandus, in terminis *Balzar. de feud. ad lib. 2. tit. 7. ad textum, num. 44. fol. 153. col. 3. circa med.*

Quaeri & indagari nunc oportet. Vtrùm pater ob timorem mortis exponens filium, ſit excuſandus?

Antequàm autem ad huius quaeſtionis reſolutionem accingat, adnotari oportet, vetuſtiſſimum fuiſſe morem, atque adeò in uſu in Hebraeo populo exponendi infantes, ut ex ſacris Litteris de Moyſe notum, & *Ezechielo Tragico*, qui à *Clemente Alexandrino*, & *Euſebio* laudatur. *Is in ſua Iſagoge*, ibi: *Mater, quae me peperit, abſcondit me tres menſes, ut dixit, cùm autem latere non poſſet, expoſuit.* De Graecis nullus dubitandi locus, quin idem factitarint exemplo Oedipi, *Diodor. Sicul. lib. 5. c. 6. Senec. in Thebaid.*

---- Teſte damnavit parens,
Et in alta nemora pabulum miſit feris
Avidis, avibuſq; quas Cythaeron noxius
Alit. ----

Locus verò talis expoſitionis erat mare, vel fluvij, *Conſtant. Manaſſ. Ann. pag. 42. & Otho Friſing. Chro. lib. 2. c. 2. Strab. Amaſian. lib. 5. Geograph. pag. 252. Ezechiel Tragic. in Iſagoge de praecepto Pharaonis*, ibi: *Deinde iuſſit, ut Hebraeorum gens maſculos iaceret in profundum fluviũ, Ovid. lib. 3. Faſt.*

Amne iubet mergi geminos, ſcelus unda refugit,
In ſicca pueri deſtituuntur humo.

Alij in deſerta, & avia abijciebantur, idem *epiſt. 11.*

Iamque dari parvum canibuſque, avibuſque nepotem
Iuſſerat in ſolis, deſtituitque locis.

Aut deniq; ad cloacas, vetus *Scholiaſt. Iuvenal.* infantes exponi ſolitos prodidit ad *Saty. 6. ℣. 600.* & ipſe *Satyric.*

Tranſeo ſubpoſitos, & gaudia, votaque ſaepè
Ad ſpurcos decepta lacus. ---

Modus exponendi in vaſculo de papyro facto, ac bitumine illito, ut loquitur *Freculph. tom. 1. Chronic. lib. 2. c. 8.* quod vas fiſcellam vocat, quiſquis ille fuit, qui *Glycam* Latinitate donavit, *Ann. p. 2. pag. 206.* hic Romanum fuiſſe docet, ille Hebraicam conſuetudinẽ, *Dempſt. ad Roſin. lib. 1. Antiq. Roman. cap. 1. fol. 5.* verùm eum convincere curat doctè *Carranc. in tract. de part. cap. 4. num. 3.* ubi dicit, hoc fuiſſe peculiare in expoſitione Moyſis, & nõ aliorum, cùm haec in vaſis fictilibus fieret, *ex Ariſtoph.* quẽ adducit, *Sim. Maiol. tom. 1. dier. Can. coll. 23. col. 1. fol. 535.*

Cantharis etiam exponi ſoliti. Vnde intelligitur *Ter. in And. act. 4. ſc. 4.*

---- Verùm vidi cantharum
Suffarcinatum. ----

Tandem notandũ non modò inordinato corpore hos partus abiectos, ſed unà cum ijs pretioſiſſima quaeque expoſita, *Heliod. lib. 4 Æth. Ezech. Tragic. act. 1. Terent. Heautontimor. act. 1 ſc. 1.*

Immane crimen, humanoque generi, ac naturę foederi repugnans eſt filios exponere, *l. 4. titul. 20. part. 4.* quod lege ſuſtulerunt Thebani tanquam impium, & ab humanitate alienum, *Ælian. lib. 2. cap. 7.* Nec minus Romani latâ lege vetuerunt, *T. Livius lib. 1. decad. 1. Cod. Theodoſ lib. 5. titul. 7. & l. 1. C. de infant. exp.* niſi fortè monſtruoſi forent, *Dion. Halicarn. lib. 2.*

Hinc exponere idem, quòd necare, *l. 4. D. de lib. agnoſc.* ibi: *Necare enim videtur, qui denegat alimenta, & qui publicis locis miſericordiae cauſa exponit, quã ipſe non habet.* Quae quidem non malè intelligi poteſt de his, qui exponebant filios in columna Lactaria ſoſpiti Iunoni dicata, *Eſcob. de ratioc. cap. 25. num. 46. Gratian. cap. 267. num. 9. & 10. Feſt. Pompei. lib. 10. Alex. ab Alex. lib. 4. Dier. Gen. cap. 12. verſ. Quintum fuit,* & ibi: *Tiraq. lit. F. Ravard. lib. 1. coniect. cap. 17. Solor-*

lorçan. de parric.lib.2.c.5.ad med. Acuñ. in cap.fin.num.5.diſt.87.Carrãça de partu cap.4.ſect.2.num.130.cum ſeqq. ubi ſcitiſſimè.

Variè hoc crimen pro temporum varietate vindicatum fuit, *Cuiac. lib. 16. obſervat.cap.36.& in paratitlis ad tit. C. de infant. expoſ.Men.caſ.396. Vela de delict.cap.de expon. infantib. Boſſ. tit.de homic.num.7.& 8.Velaſc.de privil.paup. 2. part. q.65.* §.2. toto, *Ricc. in prax.aur. reſol.28. Barboſ. de offic. & pot. Epiſcop. part.3.allegat.51.num.* 144. *Sanctar.var. reſolut.quæſt.45.num.1.* comptè & doctè *Carrança de partu,d.cap.4.ſect.1. à num. 56.cum ſeqq.*

76 Denique iam ad quæſtionem fax accenditur, & reſolutivè dicendum, & expromendum exiſtit, quòd ob mortis timorem licet parenti filium exponere, *Exod.cap.2.Menoch.de arbitr.caſ.396.n. 8.gloſ.in cap.fin.87.diſt. Sylveſt.in ſumm. titul. de expoſ. num.3. Carrança* ubi ſup. *num.101. &* 107. Parique modo ſi ob vitandam infamiam filios exponat, excuſatur, obſervant *Gregor. Lop. in l. 4. gloſ.1.titul.20.part.4. Vela de delict. cap. 9.prop.fin.verſ. Has autem pœnas, Othero part.3.diverſ.quæſt.q.11.num.6.Plaut. in Ciſtell.act.1.ſcen.3.Iul.Clar.lib.5.ſenten.§.fin.q.83. verſ. Partum.* Cùm non impietas tunc parentem moverit, ſed, qui non modò filijs, ſed vitæ propriæ anteferetur, honor, *l.iſti quidem* 8. *§. pen. hoc tit. l.iuſta cauſa 9.D.de man. vindict. Pet. Roiz deciſ.Lituan. 5.num.453. Velaſc. de privil.paup.part.2.quæſt.65.§.2. num.213.*

77 Cui adſtipulatur, quòd *res timoris plenæ cogunt eum, cui accidunt, ad actiones turpes. Ariſtot.2.Eth.cap.2.* Vnde parentes in tali caſu, etiam ſi ſint divites, non tenẽtur reſtituere Hoſpitalibus ſumptus nutritionis, doctè *Acuña in cap.9. num.* 13. *diſt.*87. noviſſimè *Diana tractat. 6. miſcell.reſol.40.part.3.* (etſi apud Ethnicos id obſervatum inveniamus, *Senec. lib. 4 cont.26. Terent. in Heautont. Fab. Quintil. lib. 7. cap.1.* initio) *Carrança de partu, dict.cap.4 ſect.3.num.143.*

78 Inquiſitores & Epiſcopi negligentes contra hæreticum procedere non odij gratiâ, amoris, vel lucri causâ, ſed propter timorem, vel propter evitanda ſcãdala, non incurrunt pœnam, ſecundùm *gloßam in Clem.1. in verbo Obtenta, de hæret.* & ibi *Ancharran. in §. ſanè, num. 11. verſ. Quod puto verum, Ioan. de Imol. num.17. verſ. In verb.verum, Boniſac. de Vitalin.num.162.Vmbert. Locat. in iudicial. Inquiſit. verb. Inquiſitor, n.19.Farinac. de hæreſi,q.186.§.8.num.149.*

79 Fidem ob metum iuſtum abnegans non eſt hæreticus, *cap. nunc autem*, ubi *Acuñ. & Barboſ.* cum plurib. *diſt.21.* & ſic excuſatur à pœna hæreſis ordinariâ, *Simanc.de Cath. inſtit. titul.17.rub.de defenſ.reorum,num.30.& ſeqq. Meno. de arbit.lib.2.caſ.546.num.22.Franc.Pegna. in addit. ad Eimeric. in Direct. Inquiſ. 1. part.q.9. comm.24. verſ. Hinc colligitur, fol.71.col.1.verſ.1.* & excuſatur à peccato, cùm non determinatè Fidem abnegat, *Angel. in ſumm. verb.Fides, n.9. Tabien.eod.verb.n.9.*

Facit mirè ad hanc rem, quòd de ratione hæreſis eſt error in intellectu, & pertinacia in voluntate, *cap. quid autem 24.q.3.* ibi: *Quid autem iniquius eſt, quàm impia ſapere* (ecce errorem intellectus) *& ſapientioribus, doctioribuſque non credere* (ecce pertinaciam voluntatis) *Leo Papa in epiſt.10. ad Flavian. cap. qui in Eccleſia, ead.cauſ.& quæſt.* ibi: *Qui in Eccleſia Chriſti morbidum aliquid, pravumque ſapiunt* (ecce errorem illius) *ſi correcti, ut ſanum, rectumque ſapiant, reſiſtunt contumaciter ſuaque peſtifera, & mortifera dogmata emendare nolunt* (ecce pertinaciam volũtatis) *hæretici ſunt. Sanct. Auguſt.lib.18.de Civit.Dei,cap.51.P. Petr. Gambacurt. de immunit.Eccleſ.lib.5. cap. 35. num.3.* & alij, quos omittimus conſultò.

Vnde non eſt hæreticus, qui vi & metu coactus tranſit ad ritus paganorum, eleganter *Seſſe deciſ.440. num. 2. tom.4.*

Nec

Nec obſtat *tex.in cap. cōtra Chriſtianos, de hæretic. in 6.* nam procedit non datâ vi, & violentiâ.

Ratio eſt; ex corde enim procedit hæreſis, non ex ore tantùm: igitur cùm metus habeat diſſenſum, ſequitur evidēter, talem hominem ità compulſum non eſſe hæreticum, cùm nihil minus habeat in corde, quàm conſentire hæreſi, imò tenuat, etſi ob metum ore fateatur.

Succedit altera indagatio, utrùm filius metu reverentiali, & ſuaſionibus parentum inductus, ſeu ſeductus Iudaicas cæremonias faciens, ab hæreticorū pœnis excuſetur? Negat *Repert.Inquiſit.verb.Filÿ,verſ. Secundò*, incipiēs: *Sed nunquid*: ubi tamen declarat, hoc non procedere in infantibus, quos ætas omninò excuſat, & adhuc cū adultis propter minorem ætatem mitius agendum exiſtimavit, & *in verb. Pœna, verſ.1.*

Quæ ſententia videtur reſpui poſſe ex eo, quòd metus reverentialis ſit iuſtus, ut *ſuprà* probavimus, ſitque ſufficiens ad excuſationem. Vnde filius, qui ob reverentiam patris Iudaicas cæremonias conſtituit, ſaltem ſi pœna in totum non abſit (quod effici poteſt) minui debet, ex congeſtis iuribus paſsim.

Cui rei favet expreſsè *tex. in cap. dixit Apoſtolus, 24.q. 3.* ibi: *Sed à ſeductis parentibus acceperunt, nequaquam ſunt inter hæreticos computandi.*

80 Verùm *Farinac.de hæreſ. q. 183. §.3. n.31.* vult, ſi vis fuerit abſoluta, & non
conditionalis, *arg. d. cap.cōtra Chriſtia-*
81 *nos, de hæret.in 6.* Quæ opinio reijci videtur ex eo. Nam quoties metus adſtat,
& ſimiliter mors timetur, ità ut ſi non conſtituatur id, ad quod intercedit, ſecutura ſit, ideòque ut vitetur, efficit coactus, quod non vult; involuntarius eſt, quâ ratione nil refert, quòd vis ſit abſoluta, aut conditionalis, cùm reſpectu utriuſque conſenſus non adpateat,
82 quia ſolummodò in vi abſoluta adeſt vinctio, quæ nō eſt in conditionali. Igitur ea non diſterminat, imò concordat, quoniam ſequetur ingens abſurdum, quod *DD.* ex vinctione noluntatē colligant, & non ex metu, qui eam conſtituat, *l.nihil 116. D.de regul.iur.cap. ſuper hoc*, ubi *DD.de renuntiat. Farinac. deciſ. crimin.265.num.4.*

83 Prætereà, ſi diceremus vim abſolutam facere involuntarium, oriretur ex eo, quòd generalis regula deficeret, cū ſtatuat, per merum conſenſum non intervenire, & ubi lex non diſtinguit, nec nos, *l.de pretio 8.de public. in rem act.*

Vnde non eſt audiendus *Pal.Rub.de obtent.Regn.Navar.p.3.§.1.& 2.* qui tenet eſſe hæreticū, qui per metum hæreſim commiſit, licèt excuſetur, ſi in corde & animo ſervaverit ſe Catholicum, *Rojas de hæret.1.p.n.108.& 2.p.n.276. adſert.29.* & ſic excuſatur Aaron à vitulo cōflatili, *Exod.c.32.* ubi *Gloß.Interlin.& Ordinar.& Nicol. de Lyra.*

84 Servus non excuſatur, ſi metu mortis non tulit opem domino, *l.1.§. iuxta, & l.cùm Dominus, D. de Syllanian. l.5. tit.21.p.4. gloſ.in cap. unic. de alien.pater.feud. §.non eſt conſuetudo, verb. Potuerit, Bald.in cap.1.in princ.n.8. Prepoſit.num.5. Afflict.num.18.quib.mod.feud. amittatur, Gregor. Lopez in l. 2. tit.19. gloſ. 6.part.2.* Tametſi ità voluerint Iura Civilia, quę Deum verum non cognoverunt, neque præceptum ſuum, quo prohibet ſeipſum occidere, & *leges Partitæ*, quæ ubique Ius Commune tranſcribunt, aliter re non diſcuſſâ, ità etiā tranſcripſerint; lex tamen Evangelica (quæ omnibus præponderat, etiam in foro contentioſo, *gloſ.verb. Eloquiorum, in Authent.ut iudic.ſine quoquo ſuffrag.§. cogitatio, collat.2. Bald.n.6.in Authent. ad hæc, C.de uſur. Iaſ.in l.1.n. 32. D.ſi cert. petat.*) contrarium vult. Ideò ità adcipiendum eſt, ut liceat, imò debeat ſervus ſe cuicunque periculo pro domino exponere, non tamen certam, & præcognitam mortem pro ſalute domini ſpōtè, & ex intentione ſubire.

Itaque decantati illius ſervi factum, de quo *Macrob. lib. 1. Saturn. cap. 11.*

Ap-

Appian. lib. 4. Valer. Maxim. lib. 6. cap. 8. & alij alibi, lege Chriſtianâ probari non poteſt. Res ſic ſe habet. Vrbinus civis Romanus, cùm iuſſus occidi in Rheatino latêret, latebris proditis unus ex ſervis annulo eius, & veſte inſignitus in cubiculo, ad quod irruebãt, qui perſequebantur, pro domino iacuit, militibuſque ingredientibus cervicẽ præbuit, & ictum tanquam Vrbinus excepit: Vrbinus poſteà reſtitutus monumentum ei fecit titulo inſcriptionis, qui tantum meritum loqueretur, addito.

Sed Æſopus libertus Demoſthenis, qui diutiſsimè tortus perſeveravit non prodere patronum. Servus M. Antonij Oratoris, ſervi Antij Reſtionis, & alij, qui tale quid fecerunt, de quibus *Valer. Macrob. & Appian. ubi ſuprà*, non ſolùm potuerunt id facere, ſed egregiè etiam laude digni ſunt; quidquid enim non eſt, mortem ex intentione velle, & arripere, pro domino faciendum eſt.

Pariter quod egerũt Harmonia Gelonis Regis filia, & eius famula, defendi poteſt. Rem narrant *Livius lib. 24. Valer. Maxim. lib. 3. cap. 2.* in hæc verba: *Muliebris fortitudinis exemplo, æquè fortem duarum puellarum caſum adijeiam. Cùm peſtifera ſeditione Syracuſarum, tota Regis ſtirps, evidentiſſimis exhauſta cladibus, ad unicam filiam Harmoniam eſſe redacta, & in eam certatim ab inimicis impetus fieret, nutrix eius æqualem illi puellam, Regio cultu ornatam, hoſtibus gladijs obiecit. Quæ ne eum ferro quidem trucidaretur, cuius eſſet conditionis ederet, proclamavit admirata illius animum Harmonia, & tantæ fidei ſupereſſe non ſuſtinuit: revocatiſque interfectores, profeſſa quænam eſſet, in cædem ſuam convertit. Ita alteri tectum mendacium, alteri veritas aperta finis vitæ fuit.* Et inter ſervum Vrbini, & famulam Harmoniæ eã conſtituo differentiam, quòd ſervus Vrbini ipſe ſe obtulit, & voluit occidi, famula Harmoniæ ab alia oblata tãrùm noluit dominam prodere, etſi cum periculo ſuæ vitæ, quod licet, ex adductis per *Ameſcuam de poteſt. in ſeipſ. lib. 1. cap. 17. n. 17.*

86 Quod non procedit in vaſſallo, *gloſ. in cap. quib. mod. feud. amitt. Mogoll. cap. 8. §. 1. num. 19.* nec in famulis, *Matienç. in l. 2. tit. 5. lib. 5. Recop. gloſ. 3. n. 1. & 2.*

87 Ex hoc inferas, quòd ſi dominus famulum vult occidere iniurioſè, & famulus aliter mortem vitare non poſsit, valeat dominum occidere, etiam ſi ſit Rex, vel Papa, *Plaça de delict. 1 par. cap. 28. num. 7. verſ. Illud, Iul. Clar. lib. 5 ſent. §. homicidium, num. 30.* (licèt in hoc de Rege, & Papa deviet *Soto de iuſtitiâ & iur. lib. 5. quæſt. 1. art. 3.* propter maius malum Reipublicæ; cui adſtipulatur *Navar. de defenſ. proximi, n. 24.*) *Delrio ad Senec. in Hercul. fur. ỳ. 920. fol. 34.*

88 Inferas ſecundò, quòd ſi quis propter Superioris, Domini, vel Tyranni mortem minantis metum alium offendat, vulneret, vel occidat, excuſandus eſt, *gloſ. in verb. poterit, in l. penult. D. ſi fam. furt. fec. dic.* quam ſingularem dicit *Iaſ. in §. ſi minus, num. 17. Inſtit. de acti. Cyn. in l. 1. quæſt. penult. C. unde vi, Menoch. caſu 354. Farinac. de pœn. temper. lib. 3. q. 97. num. 12. & ſeq. Velaſc. de privileg. pauper. p. 2. q. 65. num. 86.*

89 Fuitque ſentẽtia *Ariſtot. lib. 3. Ethic. cap. 1.* veniâ dignum dicentis eum, qui cruciatu, ac timore, quod agere non debêret, agit.

90 Quærendũ eſt, an remiſsio metu extorta legitima ſit? Et concluſivè dicas, quòd non: imò nec valet pro gratia obtinenda, ſecundùm *Clarum in §. fin. q. 59. num. 2. verſ. Sed in caſu gloſſæ*: ubi refert, quendam, qui ſimilem remiſsionẽ per vim, & metum ab heredibus occiſi extorſerat, non ſolùm non potuiſſe gaudêre gratiâ, ſed fuiſſe laqueo ſuſpẽſum, ſequitur *Maſtrill. de indult. Gener. cap. 24. num. 31. & 79. Acuñ. in cap. de Iudæis 5. num. 5. diſt. 45. Ioſeph. Ludovic. deciſ. 18. Capiblanc. de Baron. pragm. 6. num. 72.* facit elegans *tex. in l. metum 9. §. 3. verſ. Sed ex facto, D. hoc tit.*

91 Imò inferentes minas pro habenda pace,

pace incurrunt pœnas criminis læſæ Maieſtatis in ſtatu Eccleſiaſtico, ut refert *Baiard. ad Clar. q. 59. n. 51.*

Mirè facit pro excuſatione delictorum metu factorum, quòd metus conſtantiam turbat, *Iuſt. Lipſ. lib. 1. de conſtant. cap. 7.* & ſicut vinum, aut tempeſtas homines ſine conſilio rapit, *David Pſalm. 106. ℣. 26. Aſcendunt uſque in Cœlos, & deſcendunt uſque ad Abyſſos: anima eorum in malis tabeſcebat: turbati ſunt, & moti ſunt, ſicut ebrius; & omnis ſapientia eorum devorata eſt.* Sic inquit *Chryſoſt.* Elias tanquam ebrius quocunque illũ ferebat voluntas, rapiebatur potiùs, quàm quo illum conſilium, & ratio deducebant, ſicut & navim, quam rapit tempeſtas omni arte ſuperior, non regit Gubernatoris prudentia, *Gaſpar Saneb. in lib. 3. Reg. cap. 19. num. 4.*

Cui congruit *Ovid. lib. 3. de Triſtib. Eleg. 1.*

Rector in incerto, ne quid fugiátve, petátve,
Invenit, ambiguis ars ſtupet ipſa malis.

Adverti oportet, quòd non pœnitentem, aut non reclamantem in crimine ſimoniæ metus reverentialis excuſat, eleganter *Vincentius Grilenzonius conſ. 42. num. 48.*

92 Quærendum nunc eſt, an crimen cõmiſſum per obſeſſum à dæmone, ità tribuendum ſit dæmoni obſidenti, ut nullum de eo crimine ſupplicium ſumendum ſit ab obſeſſo?

Ad cuius dubij reſolutionẽ animadvertendum eſt, quòd ea, quæ fiunt ab obſeſſis, id eſt, propriâ ipſorum voluntate, & dæmone ad id nihil præter ſuggeſtionem conferente, ipſis obſeſſis, & non dæmoni obſidenti imputantur, nec minùs eorum venia dãda eſt, quàm quę fiunt ab ijs, qui nullas dæmonis infeſtationes patiuntur. Quæ verò fiunt nõ ab obſeſſis, ſed à dæmonibus per obſeſſa corpora, ea miſeris obſeſſis non imputantur, ſed infœlicibus dæmonibus: ità eleganter diſtinguunt *Abulenſ. in 8. Matt. q. 114. Tiraut de dæmoniacis, c. 27.*

93 Iam ergo fax accenditur noſtri quæſtioni, & ſub diſtinctionis fœdere componitur, ex doctrina *Abulenſ. in 8. Matt. q. 119.* ubi ait, quòd ad hoc, ut videatur, an ea, quæ adreptitij faciunt inſtigati à dæmonibus ſint peccatum, dicẽdum eſt, quòd aut illa faciunt propter violentiam dæmonum, aut propter turbationem, aut propter ſuggeſtionẽ. Si propter violentiam, id eſt, ſi membris eorum ità utantur, vel potiùs abutantur dæmones, ut vel eis etiam invitis, & renitentibus vulnera, aut mortẽ inferant, blaſphemias evomant, & alia ſimilia peragant, hoc crimen eis nõ im-

94 putatur. Membra enim non ipſa ſunt, quæ agunt, ſed aguntur potiùs, & impelluntur ab inhabitantibus dæmonibus: ſicuti gladij peccatum non eſt, ſi ex eo trucidetur homo. Et hoc illud eſt, quod ait *Tyræus*, actionem eſſe dęmonis obſidentis, & non hominis obſeſſi. Idem quoque ratiocinandum eſt in ſecundo caſu, nempè, ſi propter turbationem in aliquod ſcelus incidant adreptitij. Mentis enim perturbatio illa ve-

95 hemens, ſi tanta ſit, ut planè ſe neſciãt, peccatum omne excludit, *cap. 1. & ſeq. 15. q. 1.* Sed ſi adreptitij (& hic eſt tertius caſus) non cogantur, nec omninò ſint perturbati, ſed ſolùm per ſuggeſtionem dæmonis malum faciant, imputatur eis, quia tunc manet locus reſiſtendi iniquitati, ut patet in Rege Saule. *1. Reg. cap. 18.* qui adreptus à dæmone pro-

96 phetabat, & miſit lanceam in David, ut occideret eum, hocque ei imputatum eſt in peccatum, licèt tunc à dæmone poſſideretur. Quoniam dæmon non poteſt voluntatem noſtram movẽre aliter quàm obiecto, tanquam odibili, vel amabili exteriùs poſito: vel excitatis imaginarijs viſionibus, & cogitationibus, & adlectâ, & inclinatâ voluntate per paſſiones in parte ſenſitiva inflammatas, *Binsfeld. in l. eorum, C. de maleſic. & mathemat.* Quæ quò vehementiores ſunt, eò quoque & acrius inclinant, & quaſi abripiunt aliquando: nun-

97 nunquam tamen voluntati neceſſitatẽ imponunt, quia invito conſenſum nequeunt extorquete, *D. Thom. 1.2. q. 80. art. 3. D. Cyrill. catecheſ. 4. D. Ambroſ. 1. Hexam. 8. Fern. in Geneſ. to. 1. cap. 1. ſect. 2. mem. 9. D. Hieronymus ad Demetr. virginem*, ibi: *De conſenſu noſtro vires adcipit inimicus, noſtroque nos, ut dici ſolet, iugulat gladio. Non adiuvemus, ſed vincamus adverſarios. Dant illi quidem conſilium, ſed noſtrum eſt, vel eligere, vel reſpuere, quod ſuggerunt. Non enim cogendo, ſeu ſuadendo nocent. Non extorquent à nobis conſenſum, ſed expetunt. Vnde etiam Ananiæ dicitur:* Quare tentavit cor tuũ Sathanas mentiri te SPIRITVI-SANCTO? Quod utique APOSTOLVS nunquam imputaret, ſi id abſque ipſius voluntate diabolus effeciſſet. *S. Auguſtinus Sermon. 2. in Domin. 1. poſt Trinitat. Gaſpar Sanchez in Domin. 1. Quadrageſ. conc. 7. fol. 184. diſc. 1.* Aliàs enim arbitrij libertatem tollerent, ſi ullam voluntati neceſsitatem imponerent, etiam in his, qui mortiferis culpis ſunt irretiti; nam homines certè deſiſſent eſſe, ſi libertatem arbitrij amiſiſſent: ſunt enim ij gratiâ gratum faciente deſtituti, ac tamen nec naturali libertate arbitrij, nec cõmuni auxilio Dei ſunt
98 orbati. Nam voluntas non ſolùm ſuggeſtioni dæmonum non ſubeſt, quia lõgè digniot, verùmetiam reſiſtere valet, *ad Romanos 8.* ibi: *Scio, quòd neque Angeli, neque Principatus, neque Poteſtates poterunt me ſeparare à charitate. Torreblanca de Magia lib. 2. cap. 14. num. 19. cum ſeq. & cap. 47. num. 11. & 12.*

99 Et in hoc tettio caſu de muliere quadam ſortilega ſubplicium ſumptum eſſe teſtatur *Ioan. Grivel. decif. 33.* tota.

Quæſtionis eſt, an teneatur quis denuntiare hæreticum, ſi timeat damnũ notabilem in vita, fama, & bonis externis? *Sanctar. de hæreſ. c. 9. n. 16. Fagund. de præcept. Eccl. tract. 1. lib. 4. c. 3. n. 31.* negativè reſpõdent, noviſſimè *Dian. tract. 4. de denuntiat. reſol. 7. fol. 78. p. 1.* quod tamẽ limitat *Genuenſ. in prax. c. 18. n. 8.*

Cui adſtipulatur, quòd uxor excuſatur, ſi non denuntiat maritum hæreticum timentem ab eo malè tractari, & interfici, *Pegna in Direct. Inquiſ. p. 1. q. 53. comm. 78. Scac. de iud. cap. 56. n. 24. in fin. Fa. in. de hæreſ q. 197. n. 53.*

Bonac. tamen *diſp. 6. punct. 2. n. 6.* dicit, quòd hæc doctrina nõ probatur ab omnibus, & ait *Freit. in addit. ad tract. de conf. ſolic. q. 10. n. 13. in fin.* quòd adtẽtâ practicâ contrariam ſententiam amplectendã eſſe videtur, maximè in cauſa hæreſis formalis, vide etiam *Roj. ſingul. 3. n. 22.* ſeu *30. verſ. Ampliatur.*

100 Vtrũ Tabellarius, qui ab latronibus & hoſtibus comprehenſus ob metum litteras tradit, ſit puniendus?

Antequàm ad reſolutionem adcingamur, advertere oporter, quòd principium, & introductio Tabellariorum, & Equorum (quos vulgò *Poſtas* nominamus) deputatorum ad curſum publicũ, habet plurimam antiquitatem, ut conſtat ex integris *titulis de curſ. public. in C. Iuſtin. & in C. Theodoſ. & ex Xenoph. lib. 8. de Cyri inſtit. pag. 232.* ubi dicit, quòd inter Perſas fuit Cyrus author huius reperti: & ex *Herod. in Vran. lib. 8. Hiſtor. Perſic. num. 98.* ubi etiam adtribuit Perſis, & dictat, quòd Xerxes poſteà eo fuit uſus: concordat *Alexand. ab Alexand. lib. 1. Dier. Genial. cap. 27. Iuſt. Lipſ. epiſt. 59. ad Nicol. Nicaultium centur. ad Italos, & Hiſpanos, pag. 53. in impreſſ. Antuerp.*

101 Quos quidem Tabellarios *Angaros* Perſæ nuncupabant, *Theſaur. ling. Latinæ verb. Angaria, Alc. in l. neminem, n. 2. C. de ſacroſanct. Eccleſ. Bulenger. de Imper. Roman. lib. 6. cap. 28. Sixtin. de Regal. lib. 2. cap. 13. n. 2. & ſeq. Tiraq. in Alex. lib. 1. Dier. Gen. cap. 27. litt. H. Iacob. Gutber. de offic. dom. Auguſt. lib. 3. cap. 14. verſ. Angariæ porrò.*

102 Ad quorum exemplar inter Romanos cõſtat, quòd Auguſtus eos introduxit, teſte *Suetonio in eius vita, cap. 49. Pancirolus in notis Imper. Orient. cap. 6. in princip. Marin. Frecc. de ſubfeud. lib. 2*

tit

tit.Quis dicatur Dux, n. 41. *Camil. Borrel.de præſtant.cap.19.n. 27. & de Magiſt.Edict.lib.4.cap.4.num.39. & ſeq. & in addit.ad Bellug.in ſpecul.Princip. rubr. 46. §. donum adpellatur, litt. C.pag.208. Ramirez de lege Regia, §.26. num.58. & ſeq. Guther.de offic.domus Auguſt.d.lib.3. cap.14. in princip. l.ſervis urbanis 99. §. ultim.* ibi : *Alij Curſores, D. de legat.3. Tit.Livius lib.1.decad.4. Petr. Greg.lib. 17.ſyntagm.cap.19. num.9.*

103 Quorũ uſus inter Indos habet principium, & originem valdè antiquam, ut advertit *Inca Garci-Laſſ.in Comm. Imp. Per.lib.6.cap.7.* & inter Turcas, ut teſtatur *Roman in Republica Turcar. cap. 20.pag.450.* & in Gallia introduxit Ludovicus XI. *Rhenatus Choppinus de Domanio Franc. lib. 3. tit. 29. num. 31.* & poſteà ob id, quòd fuiſſent relicti, eos reſtituit Ludovicus XII. & Franciſcus I. *Bulenger. de Imper. Rom.lib.6.cap.33. ad fin.*

104 Quâ præhabitâ vetuſtate, animadvertendum eſt, quòd dicti Tabellarij ideò fuerunt creati, ut maiori brevitate, & curſu litteræ, ſeu epiſtolæ deferentur ad partes & loca neceſſaria, *Iſidor.lib.8.Origin.cap.2. Iuvenal.*

Præcipiti veniſſet epiſtola pinna.

Buleng.lib.6.c.27.litt. C. & cap.40. Paralip.lib.2.cap.30.℣.10.Mart.lib.3. epig. 100.Auſon.ad Paul.Ennod. lib.7.epiſt.28. Cerda adverſ.ſacror. cap. 132. num. 18. Qui quidem ad meliorem expeditionem epiſtolarũ, quas deferebant, præbebãt alteris, probat eleganter *Dempſt. ad Roſin.lib.7.Antiq.Roman.c.ult.litt.F.*

105 Et nullus illorum poterat uti dicto officio ſine permiſſu Principis, *ex tit. C.de curſ. public.lib.12.* & ibi *Alciat.& Cuiac.in l. iudicibus, C. eodem, Pancirol. in dict.not. Or. cap. 6. in fin. & cap. 71. Plinius lib.10.epiſt. ultim.l.continuus, §. 2.D.de verb.oblig.Parlad.lib.2.rer. quot. cap.19.* & nunc ſine licentia Curſoris maioris, *Borrel.de præſt.d. cap. 19. num. 28.Sixtin.de Reg.dict.lib.2.cap.13. num. 41. Marta conſ.53.n.27.* qui olim vocabatur Magiſter officiorum, de quo loquitur *tit.C.de offic.Magiſt. offic.* cuius curæ plura commiſſa erant, *Caſſiod. lib. 6.var.form.6. Luc.de Penn. in l.3. C. de Caſtrenſ.& Miniſt.lib.12.Buleng. de Imper.Rom.lib.3.c.14.Briſſon.de verb.ſign. lib.10.verb.Magiſter offic.Guthe. de offic. dom. Aguſt.lib.2.cap.20.Chaſſan.in Catal. glor.mund. p.6.conſ.7.*

106 His prælibatis noſtræ quæſtionis reſolutio ſic ſe habet. Certum eſt, quòd quando quis retardat reddere litteras ei, cui mittuntur, tenetur ad intereſſe erga mittentem, ſi aliquod is damnũ ex ea mora ſenſit, ità *Bertachin. in tract. de Epiſc.lib.3. p.1.n.36.Decian. tract. crim. lib.7.cap.17.col.penult.verſ.Et pariter.*

107 Pro qua opinione facit elegans *tex. in l.ult.C.de fabric.lib.12.* ibi: *Quòd ſi aliqua tarditas, vel negligentia poſt datas à ſublimitate tua ad eminentiſſimam Præfecturam litteras in deſtinandis authoritatibus ampliſſimæ tuæ ſedis intercceſſerit, & ex hoc armorum tranſvectio fuerit impedita: in quinquaginta libras auri tam numerarium pro tempore officij eiuſdem ampliſſimæ ſedis, quàm alios, quorum intereſt condemnari, præcipimus.*

108 Quâ quidẽ pœnâ adfici poteſt Tabellarius, qui ſerò nimis reddit litteras, niſi oſtẽdat illas ſibi fuiſſe interceptas, vel à latronibus, vel ab hoſtibus, quod perſæpè tẽpore belli fieri ſolet; elegãter *Meno.de arbit.lib.2.cent.6.caſ.538.n.23.*

109 Quod antiquitùs fuit obſervatum, ſicuti conqueritur *Cicer.lib.2. Epiſt.fam. ad C.Caſſium,* his verbis : *Si litteræ perlatæ non ſunt, non dubito, quin Dolabella, qui nefariè Trebonio occiſo Aſiam obcupavit, Tabellarios meos deprehenderit, litteraſque interceperit.*

110 Hinc quæri debet, an aliquando licitum ſit aperire litteras alienas invito eo, ad quem mittuntur? Et adfirmativè reſpondendum eſt, ſi id fiat iure belli, vel iuſtæ defenſionis contra inimicum inſidias molientẽ, *Peirin de Relig. to.1. q.2.cap.1.§.13.Ant.Dian. tract. 6. miſcelan.p.3.reſol.55.fol.247.*

Quæ-

111 Quæſtio eſt ſatis celebris, & haud vulgaris, an Epiſcopus, qui confeſſus eſt promiſiſſe alicui centum ob iuſtum metum, ut eum de morte patris ſui non adcuſaret, ex iſta confeſsione ſit deponendus, vel exponendus? (nam idem utriuſque verbi ſignificatus, *Tertullianus de Pallio, cap. 5.* ibi: *Nullius indumenti expoſitio, quàm Togæ gratulatur*: quod ſic explicat *Salmaſius*, ibi: *Nullius indumenti depoſitio magis gratatur, aut grata eſt, quàm Togæ*. Dicit *expoſitio*, quòd eſt Togam exponere, ſeu deponere. Sic *nomen virginitatis exponere* apud *Arnobium* pro virginitatem deponere: & *exponere Epiſcopos in fragmẽtis Hilarij* eſt deponere. *Exponere* apud *Cyprianum* pro deponere ſæpiùs occurrit.)

Et adfirmativè reſpondendum videtur ex ſeqq.

112 Primò, *ex tex. in l. quoniam, & in l. furti, §. pactus, D. de his qui not. infam & in l. eius, qui delatorem, D. de iur. fiſc.* ubi videtur delictum fateri, qui paciſcitur.

113 Secundò, ex eo, quòd in confeſſum nullæ ſunt partes iudicis, *l. 1. D. de confeſſis*. Sed Epiſcopus habet adverſus ſe proprium teſtimonium: ergo ex eo dãnum ſentire debet.

114 Tertiò, crimen parricidij ſatis probatur ex confeſſione dicti Epiſcopi: nihil enim manifeſtos reos à confeſſis diſtare teſtatur *Modeſtinus in l. pœna, D. de parricid.* ibi: *De confeſſis, ſicuti de manifeſtis rerum capitalium more maiorum ſubplicium ſumendum eſt*. Sequitur mirè doctiſſimus *Solorçanus de parricid. lib. 2. cap. 17. fol. 189.*

115 Quartò, adſtat in terminis huius ſententiæ *Bald. in cap. 2. de pace iur. firmand. num. 15.*

Negativa tamen ſentẽtia adſtruitur.

116 Primò, ex eo, quò inter crimina, quę depoſitionem conſtituunt, nõ invenitur parricidium, ut notat *Leiva in examine Epiſcoporum, lib. 4. cap. 18. num. 4.* unde in pœnalibus non eſt extenſio facienda, ex vulgaribus.

117 Secundò, quia cõfeſſio extra iudiciũ non nocet, *gloſ. in l. 1. C. de confeſſis.*

118 Tertiò, cùm timor Epiſcopi, ne proderetur, iuſtus eſſet, *ex l. nec timorem 7. in fin. D. hoc noſtro tit.* ſi talis promiſſio fuit facta nondum inſtitutâ adcuſatione, cùm hoc fecerit causâ redimendæ ſuæ vexationis, deponendus non eſt, ut tradit *Ioann. Monaeh. in cap. 1. de adcuſation. lib. 6.*

119 Nec obſtat *tex. in d. l. quoniã*, & alij.

Nam reſpondetur, quòd non ex eo, quòd quis paciſcatur, oritur probatio delicti, ſed præſumptio, & præſumptioni condemnatio non ſubcedit, *l. abſentem, D. de pœn. Marius Giurba conſ. 4. n. 19.* cum pluribus.

120 Quare *Vbeſembec. in paratitl. ad tit D. de his, qui notantur infam. num. 5. fol 228.* dicit ad intellectum dictorum *textuum*, quòd ante litem conteſtatam de furto, & ſimilibus tranſigi poteſt, *l. poſt deciſionem 13. C. de furtis, l. interdum, §. penult. D. eodem tit. l. ſi tibi 17. §. 1. D. de pactis*. Nec ratio aliter dici patitur, quia ante litẽ conteſtatam res non pertinet ad officium iudicis, *l. ædiles 25. §. item, D. de ædilit. edict.* ſed eſt plenè ex-
121 traiudicialis. Vnde ſi hoc nomine trãſigatur, non debet reus habêri pro confeſſo: nam ne vera quidem confeſſio extraiudicialis, nedum præſumpta ad dãnationem ſufficit, *l. electio 26. §. penult. D. de noxal. action. gloſſ. penult. in l. 4. de interrog. act. Iaſ. & DD. in l. admonendi, de iur. iur. & in l. certum, § antepen. de confeſ. Klob in l. tranſigere, p. 3. cap. 2.* qui conſentit *Vbeſemb.*

122 Quos refellit *d. l. 6. §. 3.* in hæc verba: *Ne ſecum ageretur*; ponitur ibi apertè pactio inita ante litem ordinatam, & tamen niſi gratuita ſit, famoſam eſſe inde colligitur.

123 Sed & quòd hi non adtendunt, planè diverſa ſunt paciſcentem notari infamià, & pacta non valêre. Quinimò in delictis privatis etiã poſt litis conteſtationẽ pactũ ſemper valet ad hoc, ut reus actione liberetur, & ita adcipiẽdę

dicta leges, pluresque ſimiles, ſed non ut fama ſervetur reo paciſcenti. Nam & ubi infamia infligitur, pactio, vel tranſactio rata eſt, *Vall. de rebus dubijs, tract. 17. num. 1. & 2. Delrius in d.l. transfigere, num. 167.*

124 Obijcitur ſcrupulus non levis, ſi honeſta eſt ratio redimendi ſanguinis, cur non item exiſtimationis?

Cui difficultati acutiſsimè obcurrit *Anton. Faber in ration. ad d. l. 5.* quia eo ipſo, quòd deliquit, parvi fecit famam. Vnde *Tertull. de pallio, cap. 1.* ait ibi: *Tunica fuerunt & quidem in fama*, id eſt, in laude, in honore, in gloria, ut ibi adnotat *Cerda*. Quare nō debet Prætor plùs indulgêre ei, quàm ipſe ſibi; cùm exiſtimatio nulla ſit, niſi quam vidêri debeat amiſiſſe. Ratio tamen vitæ aliud poſtulat, quàm ſi redimere reus velit, quanticunque criminis, dignus eſt, cui ignoſcatur, eſt enim aliqua etiam improbiſsimi vita.

125 Vt tamen infamiam reus evitet in tranſactionis inſtrumento declaret, ſe non conſcientiâ delicti, ſed odio litis, & ad effugienda illius impédia, & vexationes paciſci, aliave cauſa exprimatur, quæ præſumptionem confeſſionis excludat, *Vbeſemb. d. n. 5. Freber. de fama, cap. 8. n. 27. Oſſuald. in Donell. lib. 18. comment. cap. 8. litt. RR.*

126 Hinc ſuccedit, an dictus Epiſcopus ſaltem ex tali confeſſione torqueri queat propter infamiam delicti? & *Baldus ubi ſuprà num. 15.* putat, ſi vehemens infamia cum aliquo indicio concurrat. Sequitur in alia ſpecie cum infinitis *Giurba conſ. 87. n. 20. Salzed. ad Diaz in prax. cap. 125. n. 2. litt. A.*

127 Non obſtat *tex. in d. l. 1. de confeſ. & in d. l. pœna, de parricid.*

128 Quia capi, & intelligi debent in confeſſo in iudicio, ex *Farinac. q. 82. n. 5.* notorium enim dicitur delictum cōmiſſum, vel confeſſum in iudicio, *Maſcard. concl. 1326. n. 4. Grat. cap. 142. n. 9. & 10. Auguſt. Barboſa de officio & poteſt. Epiſc. part. 2. allegat. 39. n. 23.*

129 Vnum tamen eſt advertēdum, quòd ad ſolùm Papam pertinet Epiſcopos deponere. *cap. quod translationem 4.* & ibi *gloſ. verb. reſervata, de offic. legat. & gloſ. verb. Pertinere in, cap. ſicut 8. de exceſſ. Prælat. cap. inter corporalia, de tranſl. Epiſc.* etſi olim omnibus Epiſcopis Provinciæ unà cum Metropolitano, vel ſaltem duodecim Epiſcopis hoc licêret, ut notat *gloſſa in ſumma, verb. Quod autē 3. q. 8. per textum in cap. ſi quis Epiſcopus*

130 *criminaliter 6. q. 4.* Iure poſteà recētiori dicti Epiſcopi cognoſcere poterant uſque ad ſententiam tantummodò, ſententia autem, & definitio reſervabatur Papæ. ut *in cap accuſatus, & cap. quamvis, & in cap. multum ſtupeo 3. q. 6.*

131 Qua de cauſa Epiſcopi præter ſententiam Romani Pontificis non poſſunt damnari, *cap. dudum, cap. irritam 3. quæſt. 6.* doctè *Auguſtinus Barboſa de officio & poteſtate Epiſcopi, part. 3. alleg. 112.* totâ.

132 Ad aliam indagationem deſcendamus, nempe, an parricidium involuntarium extra pœnam ſit? Et negandum videtur, ut dictat *Solorçan. de parricid. lib. 2. cap. 18. fol. 193.*

133 Cui quidem ſententiæ obponi poteſt, quòd lex ſolùm punit, & coërcet delicta ſponte commiſſa, *l. 1. D. de legibus:* ergo non involuntaria.

134 Nec refert, quòd ipſi rei ſuæ cauſæ Iudices exiſtimarūt; cùm id effecerint iuſto dolore permoti, cùm vidiſſent patrē interfectum involuntariè, & per caſum, & ſic in ſe ſeverè animadverterēt, quæ punitio, imò commotio proceſſit ex pietate, quam natura dictabat, & nō ex lege, quæ non plectebat.

135 Rurſus, ſi furor excuſat ab parricidio, ut ipſe *d. cap. 18.* commemorat, non aliâ ratione id efficitur, niſi quia amens involuntariè delinquit.

136 Mirè adſtipulatur *S. Cyprian. in expoſit. Symbol. fol. 554. col. 1.* ibi: *Occidere hominem non ſemper criminoſum eſt, ſed malitia, non legibus occidere criminoſum eſt, non ergo factum me in talibus, quia inter-*

interdum & rectè fit, ſed animus malè cõſulens damnat, ſi ergo animus in me, qui criminoſus effectus eſt, & in quo origo fuit vitij, corrigitur, cur tibi non videar p ſſe innocens effici, qui prius fueram criminoſus? Si enim, ut ſuprà oſtendimus, conſtat, quòd non in facto, ſed in voluntate fit crimen, ſicut mala voluntas authore malo dæmone peccato me, & morti fecit obnoxium, ità in bonum voluntas mutata authore bono DEO *innocentiæ me reddit & vitæ. Similis cauſa, & in cæteris criminibus.*

Tamen in deteſtationẽ & gravitatẽ huius delicti, etſi involuntariè committatur, ſupplicium ſumendum eſt, ex *Solorzan.* quem ſequendũ ex animi ſententia duco.

Favet non ineleganter *Ariſt. 2. Ethicor. cap. 1.* ubi ait: *Eſſe quædam turpia, ut matricidium & ſimilia, quæ nullo metu ſunt facienda, quia potius oportet multis ſubplicijs mortem obire, quàm talia cõmittere.*

137 Quæri nunc oportet, an adparitores, vel ſatellites invenientes clericum ordine ſacro inſtitutum cum armis, quem iuſtè potuiſſent capere, & deducere ad ſuum Epiſcopum, vel eius Vicarium (ſi Clericus tradidit eis ſponte arma, ne duceretur ad Epiſcopum) incidant in excommunicationem, *cap. ſi quis ſuadẽte diabolo 17. quæſt. 4?*

138 Et negativè reſpondendum eſt: nam non quidem, eò quòd capiunt eum portantem arma in excommunicationem præfati Canonis incidunt; quia licet eis id facere, *Covarr. pract. cap. 33. num. 7. Graff. de cleric. effect. 1. num. 864. Bobad. lib. 1. Polit. cap. 13. num. 87. Borrell. de Magiſt. Edict. lib. 3. cap. 17. num. 41. de Præſt. cap. 71. num. 45. & tom. 1. ſumm. Deciſ. tit. 43. num. 136.* & ità non peccãt in eo mortiferè; quod requiritur ad incurrendam excommunicationem maiorem, *cap. nemo, cap. nullus 11. q. 3. Caiet. verb. Excommunicatio, cap. 10. not. 6. dict. 4. Navarr. in Manual. cap. 27. n. 76. verſ. Secunda, Layman. in Theolog. Mor. lib. 1. tract. 5. par. 2. cap. 5. num. 5.* nõ etiam eò quòd capiunt arma; quia non tollunt illa violenter, quod Canon requirit, ſed ſpontè data recipiunt.

140 Nec obſtat, quòd metu deductionis ad competentes iudices illa tradit.

Tùm, quia ad incurrendam excommunicationẽ illius Canonis nõ ſufficit metũ inijcere, neque metu iniecto bona capere, ſed requiritur, ut violentia fiat perſonæ gaudẽti privilegio illius Canonis, verba enim eius ſic habent: *Si quis ſuadente diabolo manus violentas,* &c.

141 Ex hoc inferas cum *Sair. de cenſur. lib. 3. cap. 26. n. 13. Bonac. in ſimili tract. diſp. 2. q. 4. punct. 1. n. 16. & Aug. Barboſ. in d. cap. ſi quis ſuadente, n. 31.* illum non eſſe excommunicatum, qui per metum abſque ulla vi, vel tactu cogit clericum exire è fundo, non enim dicitur manus violentas in clericum inijcere, cùm ſolis verbis illum terreat; & ſimiliter, qui obſidet caſtrum, aut domum, non ut faciat iniuriam clerico ibi exiſtenti, ſed ut iuſtè obtineat illam.

142 Tùm, quia adparitores non inferũt illum metum iniuſtè, ſed iuſtiſsimè, quia iuſtè poſsũt eos ducere ad ſuos iudices, mirè *Bobad. lib. 2. Polit. cap. 18. n. 50.* cum alijs, & huiuſmodi metus non inducit violentiam, imò neque metum; ex quo actio quòd metus cauſâ naſcatur, ut eſt caſus ſingularis *in l. ſi mulier*, iunctâ ſuâ *gloſſ. D. hoc noſtr. tit.* in his terminis ità tenet *Navarr. conſ. 44. de ſentent. excõm. lib. 5. num. 4. fol. 618.*

143 Verùm ſi prædicti adparitores capiẽdo cleri cum principaliter quærant arma eorum, ut eis adceptis illum dimittant, peccant graviter coram Deo.

144 Tùm, quòd ſine iuſto titulo videntur ea capere, cùm nõ deducãt eos ad iudices competẽtes, quia non faciunt id, ob quod adcipiunt illam poteſtatem capiendi, quæ eſt cauſa capturæ, ſcilicet; deductionem ad iudices competentes. Hoc tamen peccatum, quia nõ eſt peccatũ violẽtiæ inlatæ perſonæ clerici, nõ videtur ſufficiens ad incurrendam præ-

fati Canonis cenſuram per prædicta.
145 Ex quo fluit, quòd etſi in tali caſu arma capiantur, non tenentur adparitores
ad reſtitutionem; quia arma prædicta videntur dari ob turpem cauſam, ne
ſcilicet iuſtè capti deducantur ad iudices competentes, & ob turpem cauſam
ſunt adcepta, nempè, ne deferant captos ad præfatos iudices, ob quam deductionem
data eſt illis poteſtas capiendi, eleganter & doctè *Navarr. in Manual. cap. 17. numer. 30.* ubi efficaciter
probat turpiter datum, & turpiter adceptum non eſſe de præcepto reſtituendum.

146 Hinc fit, præfatos Clericos non poſſe arma illa repetere etiam in foro exteriori, *l. ubi 4. D. de condict. ob turp. cauſ.* quæ expreſsè habet, non poſſe repetere eum, qui turpiter dat, ab eo, qui turpiter adcipit.

147 Adnotari oportet, quòd ſubſcriptio Principis ab Imperij exordio de more
neceſſaria fuit in rebus gravioribus, ut ſi de capite civis ageretur, ſententijs ex more Princeps ſubſcriberet. Hinc una illa vox egregia Neronis (teſtante *Sueton. in eius vita, cap. 10.*) initio Principatus; qui cùm admoneretur hoc agere: *Quam vellem*, inquit, *neſcire litteras!*

148 Non tamen Princeps ſubſcribebat
ſemper, ſed aut ſignabat, aut ſubnotabat: aliud eſt enim ſubſcribere, aliud ſignare, aliud ſubnotare. Subſcribere eſt proprio chirographo adnotare, *l.*
149 *ſingul. D. de teſtament.* Signare annulo (qui vocabatur ſignatorius; quem Veteres ijs tantùm committere ſoliri, quibus cum intima familiaritas, quos præcæteris & diligebant, & honorabant, *Æmilius Probus in Eumenis vita* ſcribit, Alexandro apud Babylonios defuncto, cùm Regna inter amicos diſpertirentur, ſummum tamen locum Perdicæ conceſſum; quòd huic moriens Alexander annulum reliquiſſet, *Marcell. Donat. in ſcholys ad Latinos Hiſtoricos, ad cap. 73. Sueton. in vita Tiberij.* Hoc illud, quod Pharao, cùm præ Regni Optimatibus univerſis Ioſeph extolleret, *Geneſ. cap. 41. ℣. 20. Tulit annulum de manu ſua, & dedit eum in manu eius.* Hoc quod Assverus annulum ab Aman ablatũ Mardochæo, tradit *Eſther cap. 8. ℣. 2. Luc. 15. Chryſol. Serm. 5. Sherlog. in Cantic. antel. 4. ſect. 6. num. 44. fol. 125.*) ſubnotare, brevibus verbis aliquid ſcribere. Sic ſubno-
151 tare libellos, *Plin. lib. 1. epiſt. 10.* dixit: *Sedeo pro Tribunali, ſubnoto libellos, conficio tabulas, ſcribo plurimas illitteratiſſimas litteras. Si in teſtamentis teſtis adhibitus nomen ſuum nõ adſcripſerit, verumtamen ſignaverit pro eo, eſt ac ſi adhibitus non eſſet. Et ſi, ut multi faciunt, adſcripſerit ſe, non tamen ſignaverit, adhuc idem dicemus, l. ad teſtium. §. ſi quis, D. de teſtam.*

152 Hinc prudenter adſeruit *Senec. de beneſ. lib. 3. cap. 15. Annulis noſtris pluſquàm animis creditur.*

153 Iam adparet mira & genuina interpretatio ad *textum in l. ad beſtias 31. D. de pœn.* ubi damnati ad beſtias favore Populi dimitti non debent, niſi Princeps conſulatur: etiam ſi roboris, & artificij exiſtant. Ratio eſt in promptu; cùm enim Princeps ſubſcripſerit ad condemnationem, is ſolus poterit abſolvere.

154 Denique in quibuslibet reſcriptis inſcriptio, ſubſcriptio, & ſubnotatio Principis neceſſaria adſtat, mirè *Gutber. de offic. dom. Auguſt. lib. 1. cap. 35. fol. 169.*

SVMMARIVM.

1 DEFINITVR *excommunicatio.*

2 *Ante adventum Chriſti quadam excommunicationis umbra præceſſit.*

3 *Et etiam apud Gentiles.*

4 *Iudæi inobedientes ejiciebant de Synagogis.*

Ter-

5 Terribile excommunicationis genus apud Eſſæos.
6 Similiter apud Gentiles.
7 Romani quoque ijs utebantur.
8 Interdicebant aqua & igne.
Huius pœnæ loco ſucceſſit deportatio.
9 Deportatus pro fideiuſſore idoneo neutiquam habetur.
10 Excommunicatus fideiubere poteſt.
11 Et contrahere.
12 Et valet propter contractum celebratum ante excommunicationẽ cum alijs communicare.
13 Poteſt uſucapere & præſcribere, ſi non ſit excommunicatus propter hæreſim.
14 Excommunicatus ſpoliatus reſtitutionẽ petere nequit.
15 Excommunicatio fertur propter contumaciam, & inobedientiam. & 16.
17 Debet præcedere trina monitio.
18 Non licet communicare cum excommunicato.
19 Et etiam habere quamlibet locutionem.
20 Et prohibetur honorifica ſalutatio.
21 Quod intelligitur de illa ſalutatione, quæ fit verbis, ſecùs autem alio modo.
22 Contrarium proponitur, & exhibens huiuſmodi ſigna venialiter peccat, & minoris excommunicationis vinculo irretitus eſt.
23 Non licet excommunicato orare, ſive publicè, ſive privatim, aut ſimul audiẽdo ſacrum.
24 Cibi, & potus ſumptio cum excommunicato in eadem menſa prohibetur.
25 Hoc limitatur, quando caſu, & ſine ulla relatione unius ad alterum in eadem menſa quiſquis ſuis cibis utitur. & 26.
27 Quod non ſolùm procedit vivente adhuc excommunicato, ſed etiam mortuo.
28 Nullus poteſt privilegio Apoſtolicæ ſedis ſe tueri, quominus excommunicatos vitare debeat.
29 Vtrùm autem S. Præſuli liceat abſque aliqua culpa communicare cum excommunicato ſine cauſa? remiſſivè.
30 Obligati ad obſequium familiare, quod ante excommunicationẽ præſtabant dominis, præſtare quoque debent poſt excommunicationem.
31 Metus an excuſet communicantem cũ excommunicato? & 32.
33 Negat cap. ſacris, hoc tit.
34 Patitur multos intellectus.
35 Adfirmant alij.
36 Alij negant.
37 Adfirmativa ſententia adſtruitur. uſq. 41.
42 Nullatenus licet homini Chriſtiano verbis negare ſe eſſe Chriſtianum. & 43.
44 Si negatio fit vi, vel metu tormentorũ, aut mortis, hoc ex parte ſua poteſt minuere deformitatem peccati.
45 Solus metus, qui excuſat à culpa, excuſat à cenſura.
46 Negativa ſententia adſtruitur. uſq. 53.
54 Secundam ſententiam tenet Author.
Intelligitur ibi cap. ſacris 5. hoc tit.
55 Iuſtum impedimentũ ab audiẽda Miſſa excuſat ſicut metus mortis.
56 Quod intelligendum eſt, ſi id non fiat in contemptum Miſſæ.
57 Intellectus Covarr. ad cap. ſacris. & 58.
59 Reſpondetur primæ ſententiæ fundamento. uſq. 67.
68 Excommunicatio metu extorta an valeat? uſq. 74.

CAPVT XXXI.

An propter iuſtum metum communicans cũ excommunicato excommunicationem evadat?

1 EXCOMMVNICATIO eſt cenſura Eccleſiaſtica, quæ privat communione Sacramentorum tantùm, aut Sacramentorum, & hominũ; & dividitur in maiorem, & minorem a

nam maior eſt cenſura privans participatione, tam hominum, quàm Sacramentorum activè, & paſsivè, *Matth. cap.18.cap.à nobis, de except. & cap. Engeltrudam 3. q.4 gloſſ.fin.in cap.ſi quem, de ſentent.excommun. Navar.in Manual. cap.27. num.1. Trident.ſeſſ. 25. cap.3.de reform.* minor autem privat participatione paſsivâ omnium Sacramentorũ, *cap.ſi celebrat*, ubi *Abb.num.1. de Cleric. excommun. celebr. Cardoſ.in prax.Iudic. & Advoc.verb.Excommunicatio,num. 1. Aug.Barboſ. in cap.ſi quẽ 59. n.2. & 3. de ſentent. excomm. Cornej.tom.2.in 3. par. S.Thom. tract.5.de excomm. diſp. 1. dub. 1.2.&3.cum ſeq.*

2 Ante adventum CHRISTI propria
excommunicationis ratio nunquã fuit;
quædam tamen excõmunicationis um-
bra præceſsit in ſtatu legis naturæ &
ſcriptæ, cuius etiam veſtigium apud
3 Gentiles cognitum fuit. Vnde Ada-
mus ad modum excõmunicationis pro-
hibitus eſt ab eſu ligni ſcientiæ, *Ge-
neſ.cap.2. num. 16.* & poſteà pro pecca-
to de Paradiſo eiectus eſt, *Geneſ. cap.3.
num 24.* Vocaturque excommunica-
tus *in capit. ad menſam, verſ. Hæc ſen-
tentia 11.quæſt.3.* de quo *Ianſenius in cõ-
cord. cap. 78. Didac. Perez in l. 1. tit. 5.
lib.8.Ordinament.Roderic. Acuña in cap.
ſi quis vel virginitatem 5. diſtinct.30. nu-
mer.2.*

4 Apud Iudæos inobedientes fiebant extra Synagogas, hoc eſt, de Eccleſijs veluti excommunicati eijciebãtur. Sic *Ioan.9. num. 22. & cap. 12. num.42.* ut utroque loco obſervat *Caietan.* quâ pœnâ mulctatus eſt cæcus, qui à CHRISTO fuit illuminatus.

5 Terribile excommunicationis genus apud Eſſenos quoque in uſu fuiſſe, teſtatur *Ioſephus lib. 2. de bello Iudaico, cap.7.* cùm ait: *Deprehenſos in peccatis à ſua congregatione depellunt, ille quidem Sacramentis, & ritibus obligatus, neque capere ab alijs oblatum cibum poteſt.*

6 Apud Gentiles tradit *Cæſar. lib. 6. comment.* Druidum Sacerdotum Gallorum mores, ac ritus deſcribens, de his in hæc verba loquitur: *Siquis autem publicus, aut privatus eorum decreto n:m ſtetit, ſacrificijs interdicunt. Quibus ità eſt interdictum, hi numero impiorum, ac ſceleratorum habentur: hi omnes decedunt, aditum, ſermonemque def.giunt, ne quid ex contagione incommodi adcipiant, neque ijs petentibus ius reditur, neque bonos unus communicatur. Plato* ad finẽ prope *lib.9.* ſic ait: *Qui de vi parentibus adlata damnatus fuerit, condemnabitur, primò perpetuò exſulet, deinde & à ſacris omnibus arceatur. Quiſquis verò cum huiuſmodi homine comedit, aut bibit, vel aliquo pacto cum eo communicaverit, aut ſponte locutus fuerit, is ne in templum ingrediatur, nec in forum, nec omnino in civitatem proficiſcatur, antequàm mundetur: putare namquo debet ſcelerato ſe commercio contaminatum.* De materia vide *Polidor. Virgil. de inventorib. rerum, lib. 4. cap. 12. ad fin. Turrian.lib.2.in Clement. Conſtit.cap.42. & lib.4.cap.7.Budæum in adnot.reliquis,fol. 121.*

7 Romani quoque his diris exſecrationibus uſi ſunt, Author eſt *Plutarch. in Craſſo*, ubi tradit Actium Tribunum plebis illis confixiſſe Craſſum in Parthos proficiſcentem, de quibus fit mẽtio apud *Pliniũ lib.28.cap.2.* haud multò poſt *principiũ, Livium lib.6. dec.3.* ubi inquit: *Qui victus acie exceſſiſſet, eum ne quis urbe, tecto, menſa, lare reciperet. And.Victorell.in addit.ad Tolet.in ſumm. lib.1.cap.5.*

8 Hinc etiam quoſdam impios interdicebant aquâ & igne, *Lactant.lib.7.divin.inſtit. cap.10. Budæus in P. l. penult. D.de donat.int. Covarr.in cap.Alma mater, 2. par.§.1.num.1.* Illis enim aquâ & igne interdicebant, quibus commercium, ſocietaſque hominũ aufereb: t ır, eos urbe, mensâ, tecto, aut ore ſuſcipere vetabant, tradit eleganter *Alex. ab Alex.Dier.Gen. lib.3.cap.5.* poſt *princip.* reperitur de hoc mentio *in l. Gallu-, §. & quid ſi tantum, D.de liber.& poſthum.*

lo-

loco cuius pœnæ ſucceſsit deportatio, teſte *Vlpiano in l. 3. D. ad leg. Iul. Pec. l. 2. §. 1. de pœn. Cic. in Orat. pro domo ſua*, ibi: *Demum introducta eſt deportatio, qua ius civitatis abſque huiuſmodi circuitu amittitur. Ioann. Ludov. de la Cerd. in comment. ad Virgil. 12. Æneid. ♈. 130. num. 6. fol. 681.* Alia poſſunt videri apud *Baronium tom. 1. ann. Chriſt. 57. Caſtill. de uſufruct. cap. 66. num. 5.*

Olim iure Quiritum civi Romano nullum ob facinus vitam adimi poſſe ſciendum eſt. Quod Cæſar apud *Salluſt. in coniuratione Catilinaria* elegantiſsimè perſequitur. Eodem etiam iure nemo invitus, aut civitatem, aut libertatem amittebat, ut *Cicer. pro Balbo, pro Cecinna, & pro domo ſua.* Ne tamen delicta impunita relinquerentur, rationē Romani excogitarunt, quâ noxios cives ſalvis maiorum ſuorum conſtitutionibus civitate pellerent. Itaque aquâ & igne eis interdixerunt, ut his ſubſidijs, quibus humana vita continetur, deſtituti in alias terras migrare, ſeque in aliam civitatem conferre cogerentur, in quam recepti Romanam civitatem amittebant. Neque enim quis duarum civitatum civis eſſe poterat, ut *Cicer. pro Balbo, & Cornel. Nepos in Pōponij Attici vita.*

Sic nova nupta aquâ, & igne excipiebatur, *l. penult. §. 1. de don. int.* ut generationis admoneretur, ignis enim maris, aqua fœminæ locum obtinet, *Plutarch. in problem. cap. 1. Varro lib. 4. de ling. Latin.* vel ut admoneretur eam caſtam & putam ad virum venire debêre, *Sext. Feſt. lib. 6.* vel denique, ut admoneretur inter ipſam, & maritum cōmunia omnia eſſe debêre, utrumque *Ovid. lib. 4. Faſt.*

An quod in his vitæ cauſa eſt, hæc perdidit exul.
His nova fit coniux, hæc duo magna putant?

Portò nominatim in ipſa interdictione comprehendebatur, ne licerêt eos, quibus aquâ, & igne interdictum erat, tecto excipere, *Cicer. pro dom. ſua:* & lege Iuliâ de vi publica, & privata tenebātur, qui eos recepiſſent, celaſſent, tenuiſsēt, *Paul. lib. 5. ſentent. tit. 28.* Hâc itaque Romani ratione noxios ſuos cives non palàm, ſed vi ipsâ è civitate expellebāt, quemadmodum l. C. ſcribit *in l. fin. D. de legationibus:* & manſit Romę aquæ & ignis interdictio uſque ad Auguſtum Imperatorem, qui deportationem primùm in Rempublicam invexit, ut *Dio lib. 56.* ſcribit. Atque ità deportatio in locum aquæ & ignis interdictionis ſucceſsit, *l. 2. § 1. de pœn. l. 3. ad leg. Iul. Pecul. l. penult. de var. & extraord. cognit.* Quæ & unde nomē ſumpſerit, explicat *Turneb. lib. 20. adverſ. cap. 16. Petr. Gregor. lib. 31. cap. 6. num. 7. & 13. Anton. Fab. in Iuriſp. Papin. tit. 16. princ. 1. illat. 2. & 3.*

9 Obiter ad nupera dicta notabis deportatum, vel aquâ, & igne interdictum pro fideiuſſore idoneo neutiquam haberi. Cùm enim talis ſtipulationem non rectè contrahat, ut eruditè demōſtravit *Ioan. Godd. de contrahend. ſtipul. c. 7. concl. 3. & 4.* non dubiū eſt, quin eodē modo non ſolum ipſo iure à fideiuſsione arceatur, ſed à nemine quoque pro ſufficiēte fideiuſſore facilè ſuſcipiatur. Cuius namque effectus eſſet iſtius fideiuſſoris ſatiſdatio, ſive cautio; qui privatus eſt omnibus bonis, fortunis, ac iuribus, cui cunctis commercijs eſt interdictū, cuius tam corpus, quàm bona omnibus diripienda exponuntur? per ea, quæ tradit *Hering. in tract. de fideiuſſor. cap. 16. num. 6.* atque ea, quę non minus accuratè, quàm doctè congeſsit *Pet. Gilken. de præſcript. par. 3. cap. 6. num. 55. & ſeq.*

10 Verùm excommunicatus fideiubêre poteſt, volūt *DD. in cap. cùm inter, de except.* eſt enim capax, nedum Iuris Gentiū, ſed & Iuris Civilis, ſecundùm notat *Bart. in l. publicorum, num. 7. D. de public. iudic.* & ad idem propoſitum plures alij adleguntur à *Gilken. dict. cap. 6. num. 77.*

11 Præterea poreſt contrahere, *Alex. in l. 2. §. ſi quis, n. 4. D. qui ſatiſd. cog. ntur,*

Tolet.in ſumm.lib.1. cap.11. num.3. ubi reſolvit excommunicatum, ſi cõtrahit, peccare, contractum autem eſſe validum, *Ægid.de Sacram. diſp.14. dub.12. num.118. Navarr.in Manual.cap.27.numer.36.verſ.Ad ſextum.*

12 Vnde valet cum alijs communicare, & toleratur propter contractum celebratum ante excommunicationem, *gloſſ. in cap.ſi verè, verb. Excommunicatorum*, ubi *Abbas num.2.de ſentent.excomm.Covarr.in cap.Alma mater, 1.par. §.1.num.8.in fin. Suar.de cenſur.diſp.15. ſect.8.num.6.Roder.Acuña in cap.1.num. 2.diſt.41.*

13 Item poteſt uſucapere, & præſcribere, prærerquàm ſi pro crimine hæreſeos ſenrentiâ excommunicationis notatus ſit, *iuxta Hoſtienſ. Guid.Pap. & Peregr.* laudatos *à Gilken.dict.cap.6.num.77.*

14 Tamen excommunicatus ſpoliatus reſtitutionem petere nequit, *cap.1.* ubi *gloſſ. verb. Audientia, diſt. 23.* ſequntur ſententiã *gloſ.Felin.in cap.dilectus,n.11. de reſcript.Dec.in cap.intelleximus,n.8.de iud.Rip.in l.naturaliter, §.nihil cõmune, à num.86.uſq.ad 87. D.de aeq. poſſ.*

15 Advertendũ eſt, quòd cauſa, ob quã excommunicatio ferri poteſt, & debet, eſt peccatum mortale proprium grave contumacię, & inobedientiæ, quo quis Eccleſię obedire recuſat, *Ricc.*qui multos refert, *in prax. deciſ.464. n. 2. Avil. de cenſur. par.2.cap.5.diſp.1.dubit.2. cõcluſ.1. & 2. Marius Alter. de cenſur. tit. de cauſ.mat. excomm. cap. 1. col. 1. fol. 255.& 270. cap. 3.diſp. de cauſ. excomm. lib.3. cap.4.fol.27.* Qui adſerit ex com-

16 muni *DD.* opinione excommunicationem ferri non poſſe pro peccato commiſſo, niſi intercedat inobedientia & contumacia contra præceptum Eccleſiæ, & ſententiam latam excommunicationis non exiſtente contumaciâ eſſe invalidam, idem *Ricc. num.1.* qui inquit, ſtatim ac à contumacia quis diſcedit, & Eccleſiæ parêre paratus eſt, Eccleſiã eũ abſolvere à quacunque excommunicatione etiam poſt mortem, ubi id opus fuerit, *cap.ex litteris, de conſtit.* cum alijs, *D.Placid.Coſt.in addit. ad Patrem, conſ.1.ad num.108.& 109.*

17 Huic rei addendum eſt ad excõmunicationem ferendam debêre pręcedere trinam monitionẽ, *Vivi.deciſ.93.Ricc. coll.2462. verſ.Sed cum magna deliberatione*, & ante *in verſ.Pœna autem, Avil.de cenſ.par.2.cap.5.dubit.7.concl.4. Hieron. Vener.lib.2.cap.1.de excomm.num.21.& 23.Everard.conſ.36.num.109.vol.1. cap. contingit, cap.ſacro, de ſent.excomm.* & utrobique *per Scribentes.*

18 Probat *text.in cap.quod in dubijs 30.de ſent. excomm.* minimè licêre communicare cum excommunicato, quamvis ſit contritus, & paratus ſatisfacere, ac iuraverit parête mãdatis Eccleſiæ, ut ibi per *Abb.num.2.* Licèt enim ceſſet contumacia, propter quam excõmunicatio fuit inflicta, & excõmunicatus pœniteat, & ſit paratus ſatisfacere, ac etiã iuramentũ præſtiterit de parendo mandatis, etiam tunc nõ erit abſolutus, niſi ſequatur abſolutio actualis & poſitiva, ut pluribus ad id citatis iuribus reſolvit *Ant.Ricciul.de iur. perſon.extr.grem. Eccleſ.exiſtent.lib.4.cap.65.num.11.*

19 Quod ampliandum, & extendendum eſt, ut etiã quælibet locutio cum excõmunicato prohibeatur, ut per *Covarr.in cap.Alma mater, 1.par.§.2.n.5.Vgolin.de cenſur.tab.2.cap.23.§.2. Henric.in ſumm. lib.13. c.7.§.3. Suar.to.5. diſp.15.ſect.1. Mar.Alter.de cẽſur.1.p.lib.1.diſp.10.c.1. Sair.eod.tract.lib.2.c.13.Bonac.eod.tract. diſp.2.q.2.punct.6. §.2.n.2. Valer.Regm. in prax.for.pœnit. lib.32. n.68.* latè *Ant. Ricciul. d.lib.4. cap.46.* qui omnes, præcipuè duo ultimo loco cõgeſti, ampliãt procedere, ſive locutio palàm fiat, ſive clàm, ſive fiat excommunicato reſpondente, ac colloquente, ſive tacente, ſive per litteras, aut nuntium.

20 Quamobrem ſimiliter interdicitur omnem honorificam ſalutationem fieri excommunicato, *Navarr. in Manual. cap.27. num 19. Bonat. dict. §.2. num.4. Ricciul.dict.cap.46.num.11.*

Du-

21 Dubium eſt, an hæc ſalutandi prohibitio debeat intelligi de illa ſalutatione, quæ fit verbis, an etiam de illa, quæ fit ex ſimplici actu, prout eſt detegere caput, & ſimilia? Et quidem *Navarr. dict. num. 19. Avil. de cenſur. par. 2 cap. 6. diſp. 9. dub. 9.* & alij apud *Sair. dict. lib. 2. cap. 13. num. 7. & Iacob. de Graff. in aureis Deciſ. par. 1. lib. 4. cap. 12. num. 5. ac Ricciul. dict. cap. 46. num. 12.* in ea ſunt opinione, licitum eſſe ſalutare, vel reſalutare excommunicatũ abſque verbis.

22 Contrarium tamen magis communiter ſequuntur *DD.* ac proinde in hoc caſu exhibentem eiuſmodi ſigna venialiter peccare, & minoris excommunicationis vinculo irretiri, docent *Henric. dict. cap. 7. num. 3. Vgolin. de cenſ. tab. 2. cap. 2. §. 1. num. 10. Suar. tom. 5. diſp. 15. ſect. 1. num. 3. Vazquez de excomm. dub. 8. num. 5.*

23 Imò nec licet cum excommunicato ſimul orare, ſive publicè, ſive privatim, aut ſimul audiendo ſacrum, *Ægid. de Sacram. & cenſ. tom. 2. diſp. 14. num. 52. Valer. Regin. dict. lib. 32. num. 70. Frat. Ludovic. de Miranda in Manual. Prælat. tom. 2. quæſt. 35. art. 5. concl. 2.*

24 Rurſus cibi, & potus ſumptio cum excommunicato in eâdem menſa prohibetur, *Avil. d. diſp. 9. dub. 11. Sair. dict. cap. 13. num. 13. Bonac. dict. punct. 6. §. 2. num. 6. Ant. Ricciul. d. cap. 46. n. 14. Valer. Regin. d. lib. 32 num. 86.* ubi intelligit ſive in propria, ſive in aliena domo fiat ſumptio, non autem in diverſa menſa; quamvis ſit in eâdem domo, niſi ab eodem uterque eſſet invitatus.

25 Hoc autem limitatur, & reſtringitur, quando caſu, & ſine ulla relatione unius ad alterum in eâdem menſa quiſque ſuis cibis utitur, quia illa reverâ nõ poteſt dici communicatio, ità *Ricciul. & Bonac.* locis proximè citatis, pari ratione advertentes, quòd licèt non debeat cum excommunicato in eodem lecto dormire, cùm hoc fieri nequeat citra communionẽ, & familiaritatẽ, tamẽ ſi hoc accidat caſu in hoſpitio, ubi unus, & idem lectus adſignetur, nullâ præcedente communione, aut ſocietate, erit citra peccatum, quia hoc non fit per modũ ſocietatis, aut coniunctionis.

26 Omnia autem, de quibus mentionem nuper fecimus, ſedem habent expreſsè *in cap. nuper 19. de ſentent. excomm.* ubi *Auguſt. Barboſ.* & generaliter decernit *text. in cap. cùm & plantare, §. excommunicatos, de privil.*

27 Et non ſolùm hoc procedit vivente adhuc excommunicato, ſed etiã mortuo; quia cum eo etiam in humanis cõmunicandum non eſt; verbi gratiâ, ipſum lavando, veſtiendo, aut Eccleſiaſticę ſepulturę tradendo, ut per *Vgolin. de cenſ. tabul. 2. cap. 23. in princ. num. 8. Valer. Regin. in prax. for. pœnit. lib. 32. num. 85.* qui excipiunt illum, qui talem ſepelit in loco profano, ne aërẽ corrumpat, latè *Mar. Alter. de cenſ. tom. 1. de excom. lib. 1. diſp. 10. cap. 6. & 7. Aug. Barboſ. in cap. à nobis 28. num. 5. de ſent. excomm.*

28 Qua de cauſa nullus poteſt privilegio Apoſtolicę ſedis ſe tueri, quominus excõmunicatos vitare debeat, *cap. nulli 8. de ſentent. excomm.* ità ex eo colligunt *Ricciul. de iur. perſon. extra grem. Eccleſ. exiſt. lib. 4. cap. 42. num. 12. in fin. Mar. Alter. de cenſur. tom. 1. de excomm. lib. 1. diſp. 9. cap. 1. verſ. Et quamvis, Auguſt. Barboſa* ibi *à numer. 2.* ubi rationem ſuggerit.

29 Vtrùm autem ſummo Præſuli liceat abſque aliqua culpa communicare cum excommunicato ſine cauſa? Agunt *Covarr. in cap. Alma mater, 1. par. §. 1. n. 3. Vgolin. de cenſur. tab. 1. cap. 2. §. 2 à num. 2. & tab. 2. cap. 23. num. 32. Suar. eod. tract. diſp. 7. ſect. 9. à num. 15. Sair. eod. tractat. lib. 2. cap. 15. num. 13. Avil. eod. tract. par. 2. cap. 6. diſp. 9. dubit. 1. concl. 3. cum ſeq.*

30 Verùm obligati ad obſequiũ familiare, quod ante excommunicationem preſtabant dominis, præſtare quoque debent poſt excommunicationem, *Covar. in cap. Alma mater, 1. p. § 1. num. 9. Paul. Comitol. reſp. moral. lib. 6 q 34. Ægid. de Sacram. & cenſ. to. 2. diſp. 14. n. 125.*

cum ſeq. Auguſt. Barboſ. in cap. inter alia 31. à num. 2. qui id ampliat in uxore, & viro reciprocè communicantibus, & in liberis & parentibus, ſerviſque cum dominis, tutore cum pupillo, & è contrario multos utriuſque cenſuræ pro ſe advocans, & alijs caſibus exemplificat, *Cornej. tom. 2. in 3. par. S. Thom. tract. 5. de excomm. diſp. 10. dub. 3.*

31 Ex quo provenit diſputare, an communicans cum excommunicato propter gravem, iuſtumque metum excuſetur à cenſura, & eam evadat?

32 Difficilis ſanè eſt hæc, quam ſuſcipimus, indagatio; ſed prout vires ſuppetant, diſquiremus, & reſolutionem expromemus.

33 Noſtra controverſia ſedem habet *in cap. ſacris 5. hoc noſtro tit.* ubi videtur probari, nullum metum, niſi vis adcedat, excuſare communicantem cũ excommunicato, eâ ratione, quia pro nullo metu debet quis mortale peccatum committere.

34 Qui quidem *text.* in hoc decreto ſummâ præditus difficultate cenſetur à *DD.* varioſq; patitur intellectus, quos enumerare longum eſſet, referunt tamẽ *Covarr. in cap. Alma mater, 1. par. §. 3. num. 9. Navarr. in cap. inter verba 11. quæſt. 3. prælud. 3. num. 4. Suar. de cenſur. tom. 5. diſp. 6. ſect. 3. Ioan. de Salas de legib. diſp. 11. ſect. 3. Azor inſtit. moral. par. 1. lib. 1. cap. 11.* latè *Mar. Alter. de cenſur. tom. 1. de excommunic. lib. 1. diſp. 11. cap. 3. Anton. Ricciul. de iur. perſon. extr. grem. Eccleſ. exiſt. lib. 2. cap. 44.* toto.

35 Advertendum eſt in hac controverſia, aientium & negantium eſſe *DD.* dicteria. Alij adfirmant excommunicationem non evadi, *Abb. in dict. cap. ſacris, num. 7. in fin. Vivian.* ibi *in ration. & Auguſt. Barboſ. in collect. & addit. ad eum, Hadrian. in 4. de clavib. quæſt. 3. except. 18. Sanch. de matrim. lib. 9. diſp. 31. num. 4.* & alij plures.

36 Alij negant excommunicationem Incurri, ità *D. Thom. in 4 diſt. 18. quæſt. 2. art. 4. gloſſ. 3.* ubi *Soto diſtinct. 22. quæſt. 1. art. 4. Navarr. in Manual. cap. 27. num. 36. Covarr. in cap. Alma mater, 1. par. §. 3. num. 9.* & poſt *Ledeſm. Medin.* & alios, quos refert, ſequitur *Henric. in ſumm. lib. 13. cap. 21. §. 2.* iunctâ *litter. P. Vgolin. de cenſur. tab. 2. cap. 13 num. 4. Iacob. de Graff. in aureis Deciſ. lib. 4. cap. 13. Suarez tom. 1. diſp. 4 ſect. 3. num. 12. Azor inſtitut. moralium, 1. part. lib. 1. cap. 11. quæſt. 1. Diana tract. 4. de Sacram. reſol. 49. verſ. 4. Granad. in 1. 2 D. Thom. tom. 2. controv. 7. de legib. tract. 3. par. 1. diſp. 8. ſect. 5. num. 26.*

37 Prima ſententia fundamentum ſumit ex eo, quòd ille metus ſolummodò iuſtus eſt, & excuſat in utroque foro, per quem quis eligit minus malum ad vitandum maius, ut probat *text. in l. metum 5. D. hoc tit.* explicat poſt *D. Th. Fortu.* & alios, *Covarr. de ſponſal. par. 2. cap. 3. §. 4. num. 2. Sanch. de matrim. lib.*
38 *4. diſp. 1. num. 9.* Planè, qui eligit peccatum, ut mortem effugiat, eligit maius malum, ut evitet minus, ideòque à culpa liberum non eſſe, probat *text. in cap. meritò, & in cap. illa cavenda 15. quæſt. 1.* cum ſimilib. quibus patet, eos, qui faciunt aliquid per metum, velle ſimpliciter id, quod agunt, quia coacti voluntas, voluntas eſt, *l. ſi mulier, § ſi metu, D. hoc tit.*

39 Eandemque rationem adſignat Pótifex in *dict. cap. ſacris 5.* dum conſtituit, & reddit diſcrimen inter vim præciſam & metum, quòd in prima omninò excuſatur, quia magis pati, quàm agere videatur, non ità in metu, cùm nullus metus tanti ſit faciendus, ut pro eo debeat quis mortale peccatum incurrere, ſed oporteat potiùs omnia mala tolerare, quàm malo conſentire, ut inquit *text. in cap. ità ne 32. quæſt. 5.*

40 Ex qua ratione meritò *Pontifex* generaliter colligit *in dict. cap. ſacris*, eos, qui per metum mortis cum excommunicatis communicant, neque à culpa liberari, neque per conſequens excommunicationem evadere.

41 Confirmatur prædicta differentia ex *Hiſto-*

Hiſtoria Machabæor. quos *lib.1.cap.2.* & *lib.2. cap.7.* conſtat propter metũ mortis adduci non potuiſſe, ut à patrijs legibus recederent, ſuinaſque carnes comederent, quas tamen ſcitur apertiſſimè comediſſe propter famis neceſsitatem.

42 Conducit huic rei, quod dicitur in *cap. non ſolum 11. quæſt.3.* nullatenus licère homini Chriſtiano verbis negare ſe eſſe Chriſtianum, ut per *Abulenſ. in Matth. cap. 10. quæſt. 130. Bañez 2. 2.q. 3 art.2.dubit.1.concl.2.* ubi *Aragon. cõcl. 2.dubit. 1. Petr.de Ledeſm.in ſumm.tom. 2.tract.1. cap. 4. concl. 4. Sanch. ad præcept. Decal. lib.2.cap.4. num.7.* id ipſum extendentes, quamvis taliter negans corde fideliter credat, quia inficiari nõ poteſt, quin ex tali negatione duo mala
43 ſequantur. Primum, quòd profert mendacium in doctrina Religionis, quod ſub nulla conditione licet, *cap. primum eſt capitale 22. quæſt.2.* Secundum, quia aufert CHRISTO externam Fidei profeſſionem.

Et nullus dubitavit eſſe præceptum divinum, quod obligat ad confeſsionẽ Fidei in verbis & operibus. Dicit *S. Paul.ad Roman. 10. Corde creditur ad iuſtitiam; ore autẽ confeſſio fit ad ſalutem:* & loquitur *Apoſtol.* de confeſsione externa, & etiam ſenſibili, quæ oſtenditur in operibus, & hoc ſignificant illa verba: *Ore confeſſio fit ad ſalutem,* ſicut internam denotant illa: *Corde creditur ad iuſtitiã,* ut ponderat *D.Thom.2.2. quæſt.3. art.2. & 3.*

Error fuit aliquorum veterum Hæreſiatcharum (qui extitit in Europa anno 239. ut refert *Euſeb. lib.6. cap.28. Caſtr. de hæreſ. verb. Martyrium, hæreſ.1.*) dicentium, quòd in magnis periculis cõfitentem CHRISTVM interiùs non peccare, quamvis illum exteriùs negaret, quem errorem iuſtè impugnat *Auguſt. cõtra Mendac. cap. 2.* Nemo enim poteſt excuſare D. Petrum à ſua negatione, licèt corde CHRISTVM retinuit: & hãc doctrinam Evangelicam declaravit *D. Auguſt. lib. de Fid. & Symbol. in princip. & in Serm. de tempor. 181. Theophylact. & Ambroſ. ſup. cap. 1. Matth. Chryſoſt. homil. 35.*

44 Quod procedit, etiam ſi negatio fiat vi, vel metu tormentorum, aut mortis: hoc enim ex parte ſua poteſt minuere deformitatem peccati, *dict. cap. ſacris,* & ibi *Gloſſ.* & *DD. l. vim paſſam, D. de adulter. l. fœdiſſimam, C. eod. Tiraq. de pœn. temp. cauſ. 36. num. 5.* non autem ex toto tollere, ut obſervant ſuprà citati, & tradit *Azor inſtit. moral. 1. par. lib.8. cap. 27. in princip.* ſubdentes, hoc fuiſſe peccatum Petri, qui mortis timore negavit ſe eſſe diſcipulum, *D. Thom. dict. 2. 2.q. 3. art. 2. Navarr. in cap humanæ aures, quæſt.3.num.16.verſ.14. Suar. de Fid. diſp. 14. ſect. 1. & 3. Auguſt. Barboſ. & Acuñ. in cap. preſbyteros, diſt. 50. Sarmient. lib.3. ſelect. cap. 24. num. 16.*

45 Denique ſolus metus, qui excuſat à culpa, excuſat à cenſura, *Suar. diſp. 4. ſect.3.num.13. Avila 2.par.diſp.8. dub.5. Salas de legib. diſp.11. ſect.1. Coninc. diſp. 13. dub. 12. Leonard. Duard. in Bull. Cœn. lib.1. cap.1. quæſt.3. num.49. & cap.2. q. 2. num.19. Vincent. Filiuc. in ſumm. tom. 1. tract.21. cap.6. quæſt.4. ad fin. num.171. & cap.8. quæſt.14 num.268. Martin. Bonac. de abſolut. cenſ. diſp.1. quæſt.2. punct. 3. num.2. Cornej. tom.2. in 3. part. D. Th. tract.5. de cenſur. in gener. diſp. ult. dub.1. num.2.*

46 Secunda ſententia comprobatur ex ſeqq. Primò ex eo, quia ad incurrendas cenſuras non ſufficit culpa, ſed neceſſariò requiritur contumacia, *cap. quiſquis 2. quæſt.6. cap.1.* ibi: *Contumaciæ vitium reprimatur: de except. lib. 6. D. Th. ad 3. par. quæſt. 21. art.3. Soto in 4. diſt. 22. quæſt.1. art.2. Navar. in Manual. cap. 27. num 9.* quam quidem contumaciam non videtur habère, qui per metũ mortis compulſi communicant cum excõmunicatis, non animo & intentione offendendi Eccleſiaſticum præceptum, ſed magis ut mortis periculum evâdãt.

47 Secundò, licèt graviter peccent ex

gloſſ.

gloſſ.ultim.in cap. non ſolùm 11. quæſt. 3. qui apud Sarracenos, vel infideles metu mortis compulſi Idolis ſacrificant, vel alios ipſorum ritus celebrant animo Fidem Catholicam retinentes; quia tamen non agunt pertinaciter, ut eſt de ratione hæreſis, ut probat *text. in cap. dixit 24.quæſt.3. Caſtr.de iuſta hæret. punit. lib.1. cap.7. verſ. Quartum, & cap.9.* ideò pœnas canonicas eos evadere, probant *gloſſ.2.in fin.& DD.* cõmuniter *per text.* ibi *in cap. nunc autem, 21. diſtinct. Abb.conſil.4. lib.1.* teſtatur communem *Clar. in §. hæreſis, num.3. Simanc.de Catholic. inſtit.cap.17. num.85. Tiber. Dec. tract.crimin.tom.1.lib.5.cap.18.num.28. Auguſt.Barboſ.in d. cap. nunc autem, n.3.*

48 Vnde ſi communicantes cum excõmunicatis per metum mortis graviter peccare concedamus, ab excommunicatione tamen, aliiſque pœnis canonicis liberos eſſe dicendum eſt.

49 Cui favet adſerere, hæreticos nõ eſſe, qui non ſuâ audaciâ, ſed alienâ ſeducuntur in errorem, corrigi tamen parati, ut per *Simanc. de Cathol. inſtit.tit.26. num. 5. Ant. Ricciul. de iur.perſon. extra grem.Eccleſ.exiſt.lib.5. cap.7.num.4.* ubi *num.11.* tenet de hæreſis ſubſtantia eſſe pertinaciam, nec ſufficere ſolum errorem; vide *Barboſ. in cap.2. n.3. de ſumm. Trinit.*

50 Tertiò, certum eſt ex cauſis multò levioribus, ut neceſsitate famis, vel cauſâ exigendi debitum excuſari communicantes cum excommunicatis, *text. in cap.quoniam multos 11.quæſt.3.* Igitur nõ eſt par credere voluiſſe Eccleſiam obligare ſubditos cum tanto rigore, ut inſtante mortis periculo teneamur excõmunicatum vitare, *contra reg. text. in cap. quod non eſt licitum, de regul. iur. in antiq. cap.2.de obſerv. ieiun.* iunctâ communi Theologorum ſententiâ, de qua *Soto de iuſt. lib.1.quæſt.6. art.4.col.antepen.* & latè poſt multos, quos refert, & explicat *Azor inſtit. moral.1. par. lib.1. cap.11.quæſt.1.*

51 Quartò, licita eſt communicatio cũ excommunicato propter neceſsitatem non ſolùm ſpiritualem, ſed etiam temporalem, ſive pertineat ad victum, ſive ad veſtitum, ſive ad habitationem, etiã ſi neceſsitas non ſit extrema, ſed alia, quam ex conſilio tenemur ſublevare, ità *Vgolin. de cenſur. tab.2. cap.23. §.11. Suar.tom.5.diſp.15.ſect.3.num.8.Bonac. de cenſ.diſp.2. quæſt.2.§.2. punct.6. num. 57. Valer. Regin.lib.32.tract.3.num.124.*

52 *Ant.Ricciul.lib.4. cap.55.* Ex quo ſequitur, eum, qui per metum gravem communicare cogitur cum excommunicato, excuſari à peccato; cenſetur enim exiſtere in gravi neceſsitate, nec Eccleſia obligat cum tanto incommodo; ſic philoſophatur cum aliis, ſibi contrarius, *Auguſt. Barboſ.in cap. inter alia 31. num.12.de ſentent.excomm.*

53 Adſtipulatur huic ſententiæ, quòd metus gravis excuſat ab irregularitate, ut ſi excommunicatus celebret ad vitandam mortem, vel gravem infamiã, ità *Henric.cap.3.num.6.& lib.13. c.21. num.3. & lib. 8. de Euchariſtia, cap.47. num.4.& in gloſſ.litt.P.* citat multos, & eſt de mente *Navarr. cap.27. num.239. Avil. de cenſur.par.7. diſp.2. dub.5. verſ. Quinta concluſio, fol.322.*

54 Tamen etſi utraque ſentẽtia perbellè foveatur; ſecunda animo meo inſidet, & tenenda eſt. Quare nec obſtat *text.in dict.cap.ſacris 5. hoc tit.* quatenus ſignificat, communicantem excommunicato etiã metu mortis peccare mortaliter; quia intelligi debet de communicante in contemptum, vel negationẽ clavium, vel authoritatis excommunicantis, vel poteſtatis Eccleſiaſticę, ità interpretatur *Navarr.in cap.inter verba 11.quæſt.3. prælud.3.num.4.in fin.*

55 Hinc idem ratiocinandum eſt in eo, qui metu mortis non dicit, vel non audit Miſſam, quia iuſtum impedimentũ ab audienda ea excuſat, *Navar. in cap. Miſſas, de conſecr. diſtinct. 1.& in Man. cap.21.num.3.* & metus mortis videtur maximum impedimentum, *l.metum, D. hoc tit.* Quod tamen intelligendum eſt, niſi

niſi iuberetur quis non audire, vel non dicere in contemptũ Miſſæ, vel ad ſignificandum, per hoc Miſſam non eſſe faciendam, vel non continère conſecrationem veri corporis Domini, ut hære-
56 tici blaſphemant, quia hoc eſſet tacère, vel dicere aliquid contra legem divinam. Nam quamvis præceptum de audiendo, vel dicendo Miſſam aliquibus diebus ſit humanum, & ideò à faciendo eam non ſolùm metus mortis excuſet, ſed etiam aliud iuſtum impedimentum, præceptum tamen de non tacendo, vel dicendo aliquid ad ſignificandum non licère Miſſam facere, vel in ea non confici verum Sacramentum corporis Domini eſt divinũ præceptũ, à cuius obſervantia nullus mortis metus excuſat, *Sylveſt. in verb. Excõmunicatio 5. dub. 14. Maior. in 4. ſentent. diſt. 18. quæſt. 4.* Vnde ſimiliter ratiocinandum eſt in eo, qui celebrat Miſſam ſine altari, vel calice conſecrato, aut ſine veſtibus ſacris, vel lumine, metu mortis, dummodò non incurratur in odium Religionis, vel contemptũ ſacrificij Miſſæ, *Azor tom. 2. lib. 1. cap. 11. quæſt. 11. Valenc. tom. 2. diſp. 7. par. 5. punct. 6. Vazquez in par. 2. diſp. 161. cap. 3. num. 15. Becan. par. 2. p. 3. cap. 6. quæſt. 4. num. 8. Diana tract. 6. Miſcell. reſol. 48.*

Hinc notabis, quòd denuntiationes fieri debent in matrimonio, *Tridẽt. ſeſſ. 24. de reformat. matrim. cap. 1.* Si verò Parochus timore mortis adſiſtat matrimonio omiſsis denuntiationibus debitis non peccat; niſi id faciat in contemptum clavium, ità poſt *Sanch. Galet. ad ſuum conſcient. verb. Parochus, §. 4. Aug. Barboſ. de offic. & pot. Epiſc. p. 2. alleg. 32. num. 6.*

57 Tandem *Covarr. in cap. Alma mater, 1. par. §. 3. num. 9. in fin.* ait, *text. in dict. cap. ſacris*, non obtinère locum in eo, qui cum excommunicato communicat in temporalibus, & humanis propter metum, & mortis periculum. Sed & amplius obſervandũ eſſe adſeverat, quòd nec in divinis prohibitio communionis cum excommunicato habeat eã vim, ut cum periculo mortis obliget quemquam ad vitandum ipſum excommuni-
58 catum. Hoc ſanè à ratione, quæ legem ipſam verè interpretatur, deduci rectè poteſt, ſiquidem præſumendum non eſt hanc communionem prohibitam eſſe cum tanto vitæ diſcrimine ipſius nolètis communicare. Piè etenim & maturo iudicio cenſendum eſt noluiſſe legẽ, quæ vetuit communionem cum excõmunicato in divinis, quemquam obligare ad vitandum excommunicatum cum gravi mortis periculo, niſi ubi cõmunicatio cõtingeret in crimine, vel in detrimentum Fidei Catholicæ, vel in contemptum Eccleſiaſticæ cenſuræ, ſequuntur *Graff. Henric. Suar. & Azor* præcitaris locis.

59 Haud impedit primæ ſententiæ fundamentum. Nam advertendum eſt, an ſemper malum, quod vitatur, debeat eſſe re ipsâ maius eo, quod eligitur? an ſatis ſit, quòd in ſe grave exiſtat? verbi gratia, ſi quis eligat culpam mortalem, aut venialem committere ad evitandã mortem, is metus cadens in virum con-
60 ſtantem cenſeri debeat? Quidam adfirmant huiuſmodi metum non eſſe gravem: nec enim cadit in virtutem conſtantis eligere aliquid contra rationem ad evitandum temporale malum, etiam ſi culpa venialis ſit. Docent ex Theologis complures, *D. Thom. in 4. diſtinct. 29. quæſt. 1. art. 1. in corpore, & ad ſecundam, Gregor. de Valenç. 3. par. diſp. 10. generali, quæſt. 3. punct. 2. Comitol. lib. 3. reſp. moral. quæſt. 2. §. quintum propoſitũ*, & univerſim *Omnes*, quamvis aliqui verum cenſeant tantùm, cùm peccatum mortale committitur, non verò ſi culpa venialis ſit, quod etiam docuit *Henric. lib. 11. de matrim. cap. 9. num. 3.*

61 Alij tamen exiſtimant, quòd licèt ex parte obiecti quælibet culpa ſit maius malum, quàm quodlibet temporale; tamẽ ad id, de quo agitur, non eſſe loquẽdum de gravi metu, factâ comparatione ad id, quod eligitur vitandi mali causâ,

ſed

ſed tantùm expendendum eſſe obiectũ metus, etſi illud eiuſmodi ſit, quo revera conſtantis vlti voluntas retraheretur à propoſito, cenſendus eſt gravis metus, ſive eligat ad malum illud vitandũ peccare lethaliter, aut mortaliter, ità docuit *Petr. de Ledeſm. quaſt. 47. art. 2. in fin.* explicatque *D. Thom.* quem nonnulli adverſari putant, ſequitur *Thom. Sãch. de matrim. lib. 4. diſp. 2.*

62 Quo animadverſo parùm facit ad primam ſententiam hoc fomentũ, nam ad utramque lucem inſtruitur, & nõ ſolùm pro prima, ſed pro ſecunda conducit: quia leges, ſive Eccleſiaſticæ, ſive civiles, quæ contractus ex metu adnullare intendunt, tantùm eò reſpiciunt, ne faveant extorquenti conſenſum per iniuriam, ut huiuſmodi violentiæ repellantur à Republica, non tamen privatum commodum eius, qui timet; & etiã eò moventur, quia volunt integrum, & illæſum unicuique manêre conſenſum.

63 Id autem eodem modo ſe haber, ſive quis eligat peccatum ad evitandum maius malum, ſive non; imò & videtur colligi ex ipſis conſtitutionibus, ſive legibus, cùm in univerſum contractum matrimonij; verbi gratiâ, ex metu gravi initum, irritent; cùm tamen difficile non ſit intervenire mendaciũ in contrahente matrimonium, aut profitente per metum, dum is, qui timet, conatur decipere extorquentem conſenſum, & unà cum verbis habet animum non ad-
64 implendi. Quod quidem veroſimile eſt Eccleſiam prævidiſſe, eoque nõ obſtante ſtatuit, matrimonium, alioſque contractus eſſe nullos. Signum ergo eſt metum conſtantis viri conſideraſſe tãtùm ex obiecto, *Baſil. de matrim. lib. 4. cap. 3. num. 2.*

65 Non autẽ obſtat ratio ſentẽtię, quòd voluntas coacti voluntas ſit, quia eſt imperfecta, nec ſupponit, ut ſæpiùs probavimus.

66 Cæterùm coactio impedit conſenſum, *cap. cùm locum, de ſponſal.* & ſolùm quod ſpontè fit, liberum eſt, cùm nullus metus, nec obpreſsio intercedat, *Virgil. Eclog. 4.*

Sponte ſua ſandyx paſcẽtes veſtiet agnos.

Mart. lib. 12. epigr. 61.

Quæ ratio eſt, hæc ſponte tua perferre, patique:
Quæ te ſi iubeat Rex, dominuſque neges.

67 Igitur ſi quis cogatur, non conſentiet, & ſi actũ peragat, haud facit ſpontaneè, quod evidenter, & eſſentialiter requiritur. Conducit ad propoſitũ *text. in l. ſi patre cogente, D. de rit. nupt.* ibi: *Quam non duceret, ſi ſui arbitrij eſſet:* quia repugnat naturæ, ut homines libertatẽ non habeant, ſicut ei conſonat, ut illâ perfruantur, ut adnotat *Theophraſt. de cauſ. plant. lib. 2. cap. 9. Spontaneus ortus expreſſiùs naturam oſtẽdit.* Nam ut dixit *Demet. Conſtantinop. lib. 1. cap. 6. de cura Accipitrum: Perſpicuum eſt rem eſſe nullã, quæ rectè peragi poſſit, niſi amore comite. S. Gregor. Nazianz. orat. 37. fol. 607. numer. 58. col. 2. tom. 1.* ibi: *Duæ ex omni ævo inluſtres vitarum mutationes extiterunt, quæ etiam duo teſtamenta, atque ob rei celebritatem terræmotus adpellantur; altera à ſimulacrorum cultu ad legem; altera à lege ad Evangelium; at tertium etiam terræmotum* SCRIPTVRA *nobis adnuntiat, nempè migrationem ab hac vita ad alteram illam motus omnis, & iactationis expertem. Idem porrò duobus Teſtamentis accidit. Quid tandem? non repentè, nec ad primam adgreſſionis impulſionem commutata ſunt. Quamobrem? (id enim ſcire operæpretium eſt) ut ne vi pertraheremur, ſed perſuaſione adduceremur. Quod enim voluntarium non eſt, ne diuturnum quidem eſt, quemadmodum nec fluenta, aut ſtirpes, quæ per vim retinentur. Quod autem voluntarium eſt, tùm diuturniùs eſt, tùm certius, atque alterum eius eſt, qui vim intulit. Alterum noſtrum; Alterum divinæ benignitatis; Alterum tyrannicæ poteſtatis. Quocirca* DEVS *minimè faciendum ſibi duxit, ut invitos beneficijs adficeret, ſed ut de volentibus benemereretur.*

68 Quæri debet, utrùm valida ſit excõmunicatio gravi metu extorta?

Ad-

Affirmativè docet *Suar. de cenſur. diſp. 2. ſect. 5.* totâ, *Ægid. diſp. 13. dub. 15.* cum pluribus, *Fr. Petr. Cornej. tom. 2. in 3. par. S. Thom. tract. 5 de excommunicat. diſp. 2. dub. 9.*

69 Ratio eſt, quia quæ vi, & metu fiunt, valent; cùm voluntas coacti voluntas ſit, ex vulgarib.

70 Aliam rationē adducit *Suar.* nempè, nam qui per metum fert excommunicationem, habet intentionem ligandi, vel nō. Si primū, non obſtat metus, quominus vim ligandi habeat, ſiquidem intentio nunquam poteſt aliquā vi humanā extorqueri. Si ſecundum, excommunicatio erit irrita, ſed non ratione metus, ſed defectu intentionis.

71 Oppoſita tamen ſententia tenenda eſt, ut firmant *Hugolin. de cenſur. tabul. 1. cap. 2. §. 4. num. 2. Sair. lib. 1. de cenſur. cap. 16. num. 9.*

72 Cuius fundamentum eſt, quòd abſolutio ab excommunicatione per eandē vim, & metum extorta eſt invalida, ut expreſsè deciditur *in c. ult. de ijs quæ vi, met. ve cauſa fiunt, in 6.* Ergo ſimiliter eſt invalida excommunicatio eodem metu extorta.

73 Confirmatur ſecūdò, quia iura in favorabilibus ſunt adplicāda, & in odioſis reſtringenda: ergo ſi abſolutio cenſetur iure irrita ratione metus, & violentiæ, multò magis id cenſendum eſt de ipſa excommunicatione, quia excommunicatio odioſa eſt, abſolutio verò favorabilis.

74 Tertiò, adſtruitur ex vulgari regula ab pluribus adprobata, nimirum quòd quando aliqua veteri iure facta ſunt paria, id, quod iure novo de uno ſtatuitur, extendi debet ad alterum, ſed ius ligādi, & ſolvendi ſunt paria: ergo quod *in dict. cap. unic.* ſtatutum eſt de abſolutione, idem ſimiliter ſtatutum cenſeri debet de ipſa excommunicatione.

75 Quartò comprobatur *ex text. in cap. Verbum Dei, de pœnitentia, diſtinct. 1.* ubi dicitur, eum, qui non habet poteſtatem abſolvendi, non habere poteſtatem ligandi: ergo ſicut metu coactus invalidè abſolvit, ità etiam invalidè excommunicat.

SUMMARIUM.

1 SPECTRA *eſſe produnt Authores Chriſtiani.*
2 De his remiſſivè.
3 Solennia feſta conſtituta propter lemures.
4 Mortui ſæpè vivis obcurrunt. & 5. 6. 7.
8 Adducitur Horat.
9 Polluta, & impuræ animæ, cùm è corpore diſceſſerint, circa monumenta, & ſepulcra vagabantur. & 10.
Explicatur Virgil.
11 Veræ ſunt animarum adparitiones.
12 Lemures, & larvæ ſunt.
12 Certa ſunt ſpectra, quæ certis temporibus, locis, aut domibus ſolent tumultuari. & 13. 14. 15.
16 Inquilinus ante tēpus migrare nequit, etſi contrà faciat, non ſolùm ad integrā penſionem, ſed etiā ad intereſſe tenetur.
17 Hoc tamen intelligi debet, niſi emigrandi cauſa iuſta adſit.
18 Locator poteſt expellere conductorem.
19 Conductor poteſt deſerere conductionē ob iuſtum timorem, vel ignem, vel propter minantem ruinam.
20 Et etiam propter ſpectra.
21 Vel quia domus ſit peſtilene, aut malè ſana.
Præſes poteſt deſerere Provinciā ob cœlum adverſum ſaluti.
Odoratus humor ſpargebatur in ſedentes.
Is erat plerumque è croco.
Factitabatur in nuptijs.
Adducitur l. qui clavum 12. §. is cui 4. D. de ædil. edict.
Valida eſt ſtipulatio ſervum ſanū eſſe furem non eſſe.
22 Quod limitari debet ſi tempore contractus multos ſpiritus in domo verſari ignoraverit conductor.

Non

23 *Non meretur remiſſionem penſionis, qui prædia conduxit, cùm bellũ immineret.*

24 *Idem ſi ſciebat peſtem eſſe, & conduxerit.*

Vel niſi iuſtus metus adeſſet tempore contractus.

25 *Conductor diſcedens tenetur denuntiare domino, & claves tradere, ſi commodè poteſt.*

26 *Quod ſi non faciat, & dominus domum alteri non locavit, tenetur ad ſatisfactionem.*

27 *Contraria ſententia in hac quæſtione tenetur.*

28 *Confutatur Rhenat. Choppin. & 29. 30.*

Locatio propter metum non tenet.

31 *Receſſus à locatione per metũ adiuvatur.*

32 *Inter medicum & infirmum cõtractus præſumitur metu factus, & adnullatur.*

33 *Conductor ſi propter bellum non poteſt uti liberè re conducta, nõ tenetur ſolvere pretium conductionis.*

34 *Quod procedit in timore belli.*

35 *Conductor redditiuum regiorũ propter bellum remiſſionem penſionis iuſtè petit, etſi renuntiaret caſus inopinatos. & 36.*

37 *Renuntiatio caſuum fortuitorum debet eſſe ſpecifica, & non per relationem.*

38 *An liceat Fiſco reſilire à locatione facta nova, maiorique licitatione? uſq. 50.*

CAPVT XXXII.

An propter ſpectra licitũ ſit recedere à locatione?

1 SPECTRA eſſe produnt Authores Chriſtiani congeſti à *Dionyſ. Gothof. in l. habitatores 27. §. fin. D. loc.* varijs etiam cum exemplis, tùm
infeſtationibus Caracallæ, Getæ, Cleonices, Dionis Bruti, Tiberij Gracchi, Symmachi, Boëtij, Othonis, Zonaræ,
2 & aliorum id confirmatur, de quibus latè *Ludov. Charond. lib. 7. reſp. 232. Zuinger. in Theatr. vitæ humanæ, vol. 3. lib. 6. tit. de ſervitut. f. l. 788. Thiræus de loc. infeſt. 1. par. cap. 1. Covar. lib. 4. variar. cap. 6.* ubi *Ioan. Vſelius in addit.* & præcipuè in aliquibus domibus habitationẽ habuiſſe, ut Author eſt pluribus in locis *Alexand. ab Alex. lib. 4. Dier. Genial. c. 19. lib. 5. cap. 23. & lib. 6. cap. 21. D. Greg. lib. 3. Dialog. cap. 4. Helian. lib. 8. de var. Hiſt. Strab. lib. 6. Leonic. de var. Hiſt. lib. 1. cap. 42. Plin. lib. 7. epiſt. ad Suram.*

3 Hinc ſolennia feſta fuerunt conſtituta, quæ lemuria dicebãtur à lemuribus, qui re divinâ factâ his diebus placabãtur, *Ovid. 5. Faſt. Roſin. lib. 4. Antiq. Roman. cap. 9. litter. E. Petr. Greg. lib. 2. ſyntagm. cap. 16. num. 5. Iul. Labor. var. lucubr. tit. 1. cap. 6. num. 28.*

4 Cùm mortui ſæpè vivis occurrant,
& vexent, *Plutarch.* ſcribit *de ſera vindicta.* De Pauſania Lacedæmoniorum
Rege, qui ab anima puellæ vexatus dicitur ſine intermiſsione, quam ipſe Byzantij occiderat. *Bodinus* etiam narrat,
quemdam perpeſſum ſimilia ab anima uxoris, quàm irâ percitus occidiſſet. Apud *Sueton. in Nerone, cap. 34.* ipſemet
5 Nero, *Sæpè eſt cõfeſſus exagitari ſe materna ſpecie, verberibus furiarum, ac tædis ardentibus: & in Othone cap. 7. Dicitur ea nocte per quietem pavefactus gemitus maximos dediſſe, repertuſque à converſantibus humi ante lectum iacens per omnia piaculorum genera Manes Galbæ, à quo deturbari, expellique ſe viderat, propitiare tentaſſe.*

6 Apud *Livium lib. 25.* L. Marcius hâc maximè ſuperſtitione milites ſuos ad bellum concitat, cùm ait: *Scipiones me ambo dies, noctesque curis, in ſomnijſque agitant, & excitant ſæpè ſomno, neu ſe, neu invictos per octo annos in his terris milites ſuos, commilitones veſtros, neu Rempublicam patiar inultam.*

7 Et de Philippo Rege Macedonum, qui inſonrem interfecit filium Demetrium *lib. 40.* ità *Titus Livius* ait: *Animo ægrum magis fuiſſe, quàm corpore conſtat, curiſ-*

curiſque, & vigilijs, cùm identidem ſpecies, & umbræ inſontis interempti filij eum diris agitarent: idem *Livius lib. 3. Maneſque Virginiæ mortuæ, quàm vivæ fœlicioris, per tot domos ad petendas pœnas vagati nullo relicto ſonte, tandem quieverūt. Senec. 3. contr. Dij Manes Popilij ſenis occiſi, & inultæ patris umbræ, Cicero, te perſequuntur.*

8 Agnoſcit *Horat. Od. 5. Epod.*

Quin, ubi perire iuſſus exſpiravero
Nocturnus obcuram furor:
Petamque vultus umbra curvis unguibus:
(Quæ vix Deorum eſt Manium:)
Et inquietis adſidens præcordijs,
Pavore ſomnos auferam.

Et *Quintil. declam. 314. Tu forſitan cùm miſerum patrem trucidares, tollentem ad ſidera manus, riſiſti. Inane hoc ſupra nos, vacuumque citra cœleſtium putabas. Sunt illa verò, quæ extremo miſeri ſpiritu dicebantur: Dabis mihi ſcelerate pœnas, perſequar quandoque, & obcurram.*

9 Cùm verò *Plato in Phœdone* dixerit, pollutas, & impuras animas cùm è corpore diſceſſerint, circa monumenta, & ſepulcra vagari: huius authoritate freti, quidam putant, eorum, qui mortem ſibi conſciverūt, ut Dido ipſa, poſt fatum animas cadaveribus magis vinciri, & adhæreſcere, & inde nata lemurum, & umbrarum terriculamenta: ex hac ergo opinione *Virgil.* dixiſſe *lib. 4. Æneid.*

Et cum frigida mors anima ſeduxerit artus
Omnibus umbra locis adero. ----

Brodæus vult: quod ex eo quoque *Dalecamp.* amplectitur *lib. 7. in Plin. cap. 52. Ioan. Ludov. de la Cerd. in cōm. 4. Æneid. fol. 347. num. 7.*

10 Advertendum ſummoperè eſt, quod ſcribit *Apulei. lib. de Deo Socrat.* ibi: *Secundò ſignatis ſpecies dæmonum ſit animus humanus exutus, & liber ſtipendijs vitæ corpore ſuo abiuratis: hunc vetere lingua Latina lemurem dictitatum. Ex hiſce verò lemuribus, qui poſterorum ſuorum curam ſortitus pacato, & quieto Numine domum poſſidet, Lar dicitur familiaris. Qui verò propter adverſa vitæ merita nullis ſedibus in terra vagatione, ſeu quodam exſilio punitur, inane terriculamentum bonis hominibus, cæterùm noxium malis hunc plerique larvam perhibent. Cùm verò incertum eſt, quæ cuique eorum ſortiti evenerit. Vtrùm lar ſit, an larva: nomine Manium Deum nuncupant, & honoris gratia Dei vocabulum additum eſt.*

11 Quamobrem vera ſunt, quæ de animarum adparitionibus eleganter tradiderunt *Martin. Delrio diſquiſit. Magicar. lib. 2. quæſt. 26. ſect. 1. cum ſeq.* pluribus adductis *Pet. Gregor. lib. 8. ſyntax. art. mirab. cap. 16.* toto: *Villalp. lib. 2. de Mag. operat. cap. 27. num. 8.*

12 Nos quidem & hos lemures & larvas, & terriculamenta, ut veros ſpiritus, & dæmoniacos admittimus, errore reiecto Antiquorum, quo animas malè viventes in hoc corpore, in dęmonas hos converti, ut bonas in lares arbitrabantur: ut *Heſiod. in Ergi. 8. Plato in Thymæo, & Cratilò. Orphæus,* & alij. Quod etiam falſum pluribus eruditè, ut ſolet alia, *D. Chryſoſt. homil. 29. ex c. 8. Matth.* docet, & *D. Auguſt. lib. 9. de Civit. Dei, cap. 11. 12. & 13. Petr. Gregor. lib. 34. ſyntagm. cap. 20. num. 32.*

13 Vnde dimanat certa eſſe illa ſpectra, quę certis temporibus, & locis, aut domibus ſolent tumultus, & vexationes varias exhibêre, cuius rei prætermittā exempla, eò quòd notiſsima res ſit, & legi poſſunt, quę adtulêre veteres, recētioreſque, ut de Temeſsio dæmone *Strabo, & Pauſan.* citati, & *Ælian. lib. 8. var. Hiſtor.* de pueris nigris cirratis, *Auguſtin. lib. 22. de Civit. Dei, cap. 8.* De

14 Dacio Epiſcopo Mediolanenſi, *Pauſan. in Attic.* De vocibus, & ſonis auditis in Marathone poſt pugnam cum Perſis, & ante pugnam Leutricam in Templo Herculis. Apud *Cic. de divin.* ante pugnam cum Cymbris. Apud *Plin. lib. 2. cap. 59.* ante bellum civile Syllanum in eâdem Italia. Apud *Appian. de bell. civil. lib.*

15 *lib. 1.* ante primum prælium Pharſalicum Antiochiæ. Apud *Cæſar. lib. 3. de bello civili*, ante mortem Cęſaris Dictatoris domi eius. Apud *Dionem* recentiora ſunt. Apud *Nideriium lib ult. formicarÿ, Guil. Pariſienſ. par. ult. de univerſ. cap. 24 Torquem. Hortiſlorum collat. 3. Delrio diſquiſ. Magie. lib. 2. quæſt. 27. ſect. 2. fol. 296. in parvis, verſ. 16. Torreblanc. de Magia. operat. cap. 29. n. 17. & 18. Oroſ. de Covarr. lib. 1. de vera Prophet. cap. 13. Heliod. lib. 1. Æthiop. fol. 5.* ibi: *Non potes omnino ne poſt mortem quidem à nobis divelli, ſed ſpectrum, & manes tui obeundo obſervant fortunas meas.*

16 . His ità neceſſariè cōſtitutis ad quæſtionem accedamus. Etſi regulariter inquilinus ante tempus emigrare nequeat, adeò ut ſi contra faciat, nō ſolùm ad integram penſionem, ſed etiam ad intereſſe teneatur, *l. dominus, §. fin. D. locat. l. ſi in lege 24. §. ſi domus 3. D. eod.* tradunt *Carroc. de locat. 1. par. tit. de iure ſublocandi, num. 8. & 3. par. tit. de mora, num. 7. Pichard. in §. actionum autem 28. quæſt. 17. num. 38. Can.. lib. 3. var. cap. 6. num. 84.*

17 Hoc tamen intelligi debet, niſi emigrandi cauſa iuſta adſit, *l. qui bona, §. de illo, l. inquilino, D. de damn. inf. l. habitatores, §. fin. D. locat.*

18 Vnde ſicut locator poteſt expellere conductorem, ut *in l. ædem 3. C. locat. Pichard. in d. §. actionū 28. quæſt. 17. à num. 8. Inſtit. de act. Coſt. de rat. rat. quæſt. 187. Valaſc. de iure emphyt. quæſt. 22. num. 3. & ſeqq. Carroc. de locat. par. 2. tit. de recuſat. num. 1. cum ſeq. Gabr. ſuis comm. tit. de loc. & cond. concl. 3. Trentac. lib. 3. var. tit. de locat. reſol. 4. Tuſch. pract. tom. 5. lit. L. concl. 417.*

19 Ità è contrario cōductor poterit deſerere conductionem ob iuſtum timorem, *l. in hac 16. verſ. In eadem, D. damn. infect.* ſcilicet propter ſupervenientem inopinatum caſum, qui admodum gravis ſit, veluti ob bellum, peſtem, *l. item quæritur 13. §. exercitu, D. locat. Covarr. pract. cap. 30. num. 13.* vel ignem *l. ſi quis fumo 49. §. fin D. ad leg. Aquil. Guid. Pap. deciſ. 630.* ubi *Addent. Mocius de loc. cap. de accident. cap. 5. Menoch. de arbitr. caſ. 440.* vel propter minantem ruinam, *l. qui bona 13. § de illo, D. de damn. infect.*

20 Idem etiam obſervandum erit, quādo conductor à domo receſſerit propter iuſtum metum, ex eo quòd oſtentis evidentiſsimis tetris imaginibus, aſſiduiſque umbratum illuſionibus, & nocturnis tumultibus vexaretur, ſecūdùm *Rip. tit. de peſte, 2. par. num. 17. Port. in §. item quæritur, num. 5. Inſtit. loc. Cagnol. in l. contractus, num. 31. D. de reg. iur. Padilla in l. neque pactio, num. 12. C. de tranſact. Valaſc. de iure emphyt. quæſt. 22. num. 7. Covarr. lib. 4. variar. cap. 6.* ubi *Ioan. Vſel. in addit. Dionyſ. Gothofred. in l. habitatores, § fin. D. locat. Paz in prax. tom. 3. cap. 6. §. 3. num. 19. fol. 88. Oſſuald. in Donell. lib. 13. comm. cap. 8. litter. C. Perez ad tit. 7. lib. 5. Ordin. pag. 190. verſ. Deducitur etiam, Carroc. de locat. tit. de remiſſ. merced. quæſt. 8. num. 16. fol. 183. Paul. Chriſtin. deciſ. 112. à num. 2. vol. 3. Larath conſ. 57.*

21 Vel quia domus ſit peſtilens, aut malè ſana, ut latè obſervat *Pichard. in dict. §. actionum 28. quæſt. 17. à num. 9. uſque ad 22.* ubi an ędilitium edictum locum habeat in locatione, utiliter tractat poſt *Cuiac. lib. 12. obſerv. cap. 38 Gilbertum Regium lib. 1. Enantiophanon, cap. 18. Othoman. lib. 4. obſervat. cap. 27.* ad explicationem *l. ſciendum, D. de ædilit. edict.* vel fœtida ſit domus. Nam ut facetè dictat *Martial. lib. 2. Epigram. 12.* ad Poſthumum:

Poſthume, non benè olet, qui benè ſemper olet.

Reprehendens eum, quòd ſemper benè oleret, elegantiſsimè *Franc. Mendoz. tom. 2 lib. 1. Reg. cap. 8. ſect. 13. num. 3.* ſic fecit *Senec. lib. 2. cont. 14.* his verbis: *Senex amens, ſenex ebrius, circumdatus ſertis, delibutus unguentis, & in præteritos annos ſe retroagens, & validus in voluptatibus quaſi iuvenis exſultans, nonne portentum eſt?* Igitur ſi diſplicentiam

gig-

gignit continuus bonus olor, fœtidus maiori ratione diſplicebit, *Virg.3.Æn.*

---- Contactuque omnia fœdant
Immundo: tum vox tetrum dira inter odorem.

Hinc eſt ſummam curam impendendã eſſe, ut è plateis amputetur, ne locus peſtilentioſus fiat, *l.2. §.idem Labeo 28. D. ne quid in loco pub.* eleganter & doctè *Bobadill. in Polit. lib.3. cap.6.* toto, ſed præcipuè *à n. 9.* Intereſt certè noſtra qualẽ ſpiremus aërẽ, quales hauriamus odores. Iſtis enim vitales noſtri ſpiritus alũtur, vel, ut ait *Avicen.* aromaticitate & aëre, quin ipſo concẽtu ſpiritus animalis nutritur; & *Democritus* dicitur, iã exſpiraturus olfactu calentis panis vitam ſuã protraxiſſe, & plurimi in Ægypto ſeptimo menſe nati vivunt ſalubris aëris beneficio, tradit *Marſil. Ficin. lib. de vita longa, cap.15.18.* & aiente *Senec. lib.5. cõtrov.5.* ibi: *Peſtilentẽ mihi domũ faciebat. Arbor, cœlum omne per quod ſalubris ſpiritus venire poſſet obduxerat.* Hinc Præſes provinciæ poteſt deſerere provinciã ſine licentia Regis. Primò, ob periculũ iacturæ rerum familiarum. Secundò, ob graviſsimam uxoris infirmitatem. Tertiò, ob Provinciæ illius cœlum adverſariũ ſuæ ſaluti, ità eleganter philiſophatur *Nicol. Ant. Gizar. deciſ.30. à num.18. cum ſeq.*

Ideò obſervarunt Antiqui, ut in imò & ſummo Amphiteatri diſpoſitę eſſent fiſtulæ ea arte, & fine, ut odoratum quædam humorẽ eiacularẽtur leniter, & inſpergerẽt in ſedentes. Is humor è croco plerumque, *Senec. epiſt. 90. & lib. 2. q. nat. c.9. Apulei. lib. 10. Schot. & Obſopæus in notis ad Senec. in præfat. lib.5. controv. verb. Odoratos imbres, Alex. lib.5. Dier. Gen. cap.16. fol.516.* adnotat graphicè & compiè *Iuſt. Lipſ. lib. de Amphit. cap.16. Tunc de ſummo montis cacumine per quãdã latentem fiſtulam in excelſum prorũpit vino crocus diluta, ſparſimque defluẽs paſcentes circa capellas adorato perpluit imbre. Senec. epiſt.91. In immẽſam altitudinẽ crocũ latentibus fiſtulis exprimere.* Similiterque ſparſio fiebat per ſigna, *Lucan. lib.9.*

Vtque ſolẽt pariter totis ſe effundere ſignis
Corycij preſſura croci. ---

De ſcena autẽ, & arena migravit ſparſio, & in Triclinia, ut Tricliniũ Othonis, de quo *Plutarc.* cõmemoravit *in Othone*, & Neronis, de quo *Sueton. c.31.* & fortè an ut plurimũ ſparſio illa unguenti crocini ad exemplum adoris ſcenici.

De crocino unguẽto *Propert. lib.3. el.8.*

Et crocino nares murrheus ungat onyx.

Crocino unguento, non ut aliqui *crocino* odore, ſic & *Plaut. Caſſina ſc.2.*

Tu crocinum & caſſia es. ---

De crocino unguento itẽ *Athenæus lib. 15. Dioſcorid. lib.1. cap.65. Plin. lib.13. c.1.* elegãter *Marcilius ad Mart. Amph. epig.3.*

Qui mos etiam in nuptijs cuſtodiebatur, & croco lectus aſpergebatur, *Marcian. Capell. lib.9.*

Conſcia iã Veneris nova ſerta parate Napæa
Crocumque lecto ſpargite. ---

D. Lud. à Gong. in Poliphem. eſtant. 42. Refert *Iul. Caſ. Buleng. lib.3. de Imp. Roman. cap.17.* & in triũphis *Alex. ab Alex. lib.6. Dier. Genial. cap.6. fol.644.*

Cui congruere videtur *Vlpian. in l. qui clavum 12. §. is cui 4. D. de ædil. edict.* in his verbis: *Is cui os oleat, an ſanus ſit, quæſitum eſt? Trebatius ait non eſſe morboſum os alicui olere (veluti Hircoſum, Stabronem) hoc enim alicui ex illuvie oris accidere ſolere, ſi tamen ex corporis vitio id accidit, veluti quod iecur, quod pulmo, aut aliud quid ſimiliter dolet, morboſus eſt, Cuiac. lib.11. obſerv. cap.10.* & ſic percipitur fœtidum oris odorẽ ſignum eſſe habitualis morbi moleſtiſsimi: & dicit *Nonius cap.6. n.69.* Putidum eſſe, cui os fœtidum & grave eſt, quod naribus probetur.

Ex quo fluit validã eſſe ſtipulationẽ ſervum ſanũ eſſe furem, nõ eſſe, quę habetur *in l. ſi ita quis 31. D. de evict.* in cuius elucidatione & concordia cum *l. ſi ſubſtituto 45. §.1. D. de legat. 1.* fusè & do-

ctè *D.Fran. Amai.lib.2.obſer.iur. c.13.*

22 Quod tamen ità moderari convenit, ſi tempore contractus malos ſpiritus in domo verſari ignotaverit cōductor, *arg. l.2.§.ſi quis tamē, D.ſi quis caut. Panorm. in cap. propter ſterilitatem, n.9. de locat.*

23 Cui conſentaneū eſt penſionis remiſſionem non mereri eum, qui prædia cōduxit, cùm bellum imminêret, *Roland.à Valle conſ.9.num.25.lib.1. & conſ.32.numer.28.vol.2. Carroc. de locat. & conduct. par.3.tit. de remiſſ. merc. num.43. Si[illegible]n. conſ.41.num.29.*

24 Inde ſi de tempore, quo peſtis iā incœperat graſſari, quis conduxerit domum, poſteà propter peſtis timorem nō poteſt eā deſerere, neque remiſsionem petere, ità *Bald. in l. ex conducto, §.1. D. loc. & conſ.366.vol.1. Alex. in l. interdū, §. quod ex naufragio, D. de acq. poſſ. & in l. divortio, circa princip. D. ſol. mat. Carroc. de remiſ. merc. num.42. Iacob. Canc. lib.3. var. c.6. n.91.* vel niſi iuſtus metus adeſſet tempore contractus, *gloſſ. in l. ædē, C. locat. Bald. in l. ſi ea lege, C. de uſur. Carroc. de remiſſ. merced. d.q.8. n.20. in fin.* vel domus eſſet peſtifera, *Guid. Pap. deciſ. 630. in fin. Roland. conſ. 81. n.34. vol.1. Hippolyt. Maia conſ.35. num.15. par.1.*

25 In obſervationem vocandū eſt, quòd conductor diſcedens propter aliquē ex ſuprà dictis caſibus tenetur domino denuntiare, & claves tradere, ſi commodè poteſt, ut per *Cot. in memorabilib. verb. Conductor, Rebuff. de privil. Scholaſt. priv. 11. n.5. Valaſc. d.q.22. n.1. verſ. Adde tamen, Maſcar. de probat. concl.820. nu.12. Ruin. conſ.227. in fin. Charond. lib.6. reſp. 76. Carroc. de remiſſ. merced. n.47. Thom. Gramm. ad Afflict. deciſ.258. litt. B. Aug. Barboſ. in cap. propter ſterilitatem, n.25. de locat. Iacob. Canc.* cum plurib. *d. cap.6. n.86. cum ſeq. Carroc. ubi ſupr. à n.8. cum multis ſeqq. Rebell. de oblig. iuſt. p. 2. lib. 14. q.8. num.16.* ubi cum *Gam.* reſolvit, quòd ſi, cùm commodè poſſet, non denuntiavit, vel claves non reddidit, & ea
26 de cauſa fortè dominus domū alteri nō locavit, ad ſatisfactionem damni ſubſecuti cōpellendus erit; ſi tamen impedimentum ſit notorium, non eſt neceſſaria denuntiatio, vel proteſtatio, prout reſolvit *Menoch. conſ.120. num.15. & 33.*

27 Sed quamvis noſtra quæſtionis reſolutio vera ſit, & tenenda, nō deſunt qui contrariæ ſententię opitulantur, & non eſſe licitum à locatione recedere cōſtituunt, is eſt *Ludovic. Charond. lib.7. reſp. 232.* nequaquā putans iure Romano, vel Gallico ſpectra iuſtā cauſam reſciſsionis contractus præbêre, & ità ſe reſpōdiſſe, & iudicaſſe, & hoc Curiam fiduciariè, ſeu per modū proviſionis ſecuram eſſe ſcribit, idque Senatus Pariſiēſis quoque probavit, refert *Choppin. lib. 2. cap.7. de ſacra Politia, num.10.11. & 12.* ubi pleniùs.

28 Quorum reſolutiones, & deciſiones non videntur ſine ſcrupulo procedere; maximè cùm ſpectra, qualiacūque ſint, iuſtam timoris cauſam dent; adeòq; habitationem valdè incommodā reddāt, & omnibus (licèt leones, ut aiūt, ſpectra non metuant, *Prov.30.℣.30.* ibi: *Leo fortiſſimus beſtiarū ad nullius pavebit occurſum*) non ſit talis fortitudo animi, ut illa ſine ingenti perturbatione poſsint ferri, atque aſpernari. Quâ ratione nullatenus debent exaudiri, ſed reſpui, cùm noſtra praxis contrarium recipiat.

29 Nunc quærendum exiſtit, an locatio facta per metū valeat? Et negativè reſpondendū adſtat; quod enim metus cauſâ geſtū erit, ratum non habetur, *l.1. D. hoc tit.* & nihil conſenſui magis contrariū eſt, quàm metus, *Felin. conſ 50. n.17.* Cùm igitur locatio conſenſu perficiatur, *l.1. D. locat.* meritò per metum facta non valebit, tradunt *Vincent. Carroc. de locat. tit. de progreſſ. & accid. contract. locat. & conduct. grad.1. q.2. fol.c42. Maſtrill. deciſ.260.*

30 Quare reijciendi ſunt *Bald. in tract. ſchiſm. q.6. Iaſ. in l.1. num.2. not.1. C. de tranſ. Felin. in cap. præterea, n.5. de ſponſ. Ravenn. ſing.576.* contrarium ſentientes.

31 Ampliatur iſta concluſio, ut procedat etiā in receſſu à locatione per metum, ſi quis

quis illo coactus fuerit recedere à loca-
tione iam facta, cõpetit enim ſibi actio
quod metus causâ, ut reponatur in pri-
ſtinam adlegationẽ, *text.* eſt in terminis
in materia locati & conducti *in l. ſi mu-
lier, §. ſi metu 4. D. hoc tit. Medic. de caſ.
& peric. 1. par. q 7. num. 41.*

32 Vnde non exeundo materiam locati &
cõducti, de qua agimus, inter medicũ &
infirmũ cõtractus præſumitur metu fa-
ctus, & adnullatur, *l. medicus, de var. & ex
traord. cogn. Bart. in l. interpoſitas, n. 3. C.
de tranſ. Carroc. de loc. tit. de med. q. 4.* Vnũ
tamen pro colophone huius capitis ad-
notandũ eſt, quòd qui diſcedit à domo
ob iuſtum metum, non tenetur penſionẽ
ſolvere, niſi præteritam, eleganter *Phi-
lipp. Paſchal. de virib. patr. poteſt. par. 4.
cap. 6. in alleg. fol. 414.*

33 Denique conductor ſi propter bellũ,
vel aliam iuſtã cauſam non poteſt uti re
conductâ liberè, nõ tenetur ſolvere pre-
tiũ conductionis, & poteſt reſilire, *Bur-
ſat. conſ. 81. n. 6. vol. 1. Ioã. de Annan.* & ibi
*Ludov. Bologn. in addit. conſ. 74. n. 2. An-
char. conſ. 414. n. 1. Bero. cõſ. 114. n. 68. lib.
1. Alex. Rau. lib. 1. var. c. 29. n. 44. Rhenat.
Choppin. lib. 3. de Doman. Franc. tit. 13. n.
10. Hippol. Rim. conſ. 282. n. 16. lib. 3. Ia-
cob. Menoc. cõſ. 55. n. 1. & 671. to. 7. Surd.
conſ. 34.* toto, *Maſtrill. decif. 299.* totâ,
*Gom. 2. to. var. c. 3. Carrot. de locat. tit. de
remiſ. merced. n. 42. Morl. in emp. iur. 1. p.
tit. 10. n. 8. Card. Tuſc. to. 2. lit. C. cõcl. 615.*

34 Quod procedit non ſolũ in ipſo bello,
ſed in eius timore & ſuſpitione, elegãter
*Anchar. conſ. 88. Bart. in l. habitatores, §.
iterum, D. loc. Bero. conſ. 130. Rip. in tract.
de peſte, cap. de privil. contract. cauſ. peſt.
num. 134. Bald. in cap. de pac. ten.*

35 Amplia prædictã concluſionẽ, ut pro-
cedat in cõductore reddituũ Regiorum,
ut etiã propter bellum remiſsionẽ ſolu-
tionis obtineat, *Bart. in l. eotem ferro, §.
qui maximos, D. de public. & vectig. & in
l. ſi merces, §. culpa, D. locat. Bald. in l. ſi
ea lege, C. de uſur. n. 12. Anchar. conſ. 402.
n. 10. Surd. decif. 326. n. 7. Alciat. reſp. 698.
n. 4. Natt. conſ. 283. n. 5. lib. 2. Cot. in me-
mor. verb. Conductor, Rip. in tract. de peſt.
tit. de privil. cont. n. 88. Menoc. conſ. 27. n.
26. Socin. Sen. conſ. 156. in fin. lib. 1. Ruin.
conſ. 23. n. 1. & conſ. 65. n. 3. & cõſ. 147. lib.
1. & cõſ. 59. n. 13. lib. 4. Pariſ. conſ. 40. n. 6.
Franc. de Aret. conſ. 193. Anchar. cõſ. 315.*
36 *Peregr. de iur. Fiſc. lib. 6. tit. 15. n. 41.* Etiã
ſi renũtiaſſet caſus inopinatos, *Bald. cõſ.
395. lib. 2. Alex. conſ. 28. n. 9. cum ſeq. Ne-
viz. conſ. 92. n. 5. Alciat. conſ. 157. n. 3. Al-
ban. conſ. 1. col. 2. Menoch. conſ. 22. Franc.
Marc. decif. 64. par. 1. Guid. Pap. q. 360.
Surd d. decif. 326. Farin. decif. noviter no-
viſſimarũ 188. n. 8. Magon. decif. 67. Ma-
ſtril. d. decif. 299. Valaſc. de iur. emphyt. q.
27. n. 3. Boſ. in tit. de remiſſ. merc. num. 66.
Grat. conſ. 94. n. 42. vol. 2. Burſat. conſ. 81.
n. 6. vol. 1. Strach. in tract. de aſſecur. gloſſ.
15. num. 9. Purpurat. conſ. 529. num. 5. &
6. vol. 2. Zach. de Camer. oblig. decif. 105. n.
3. Mohed. decif. 5. de locat.* aliàs *326. Ægid.
in l. ex hoc iure, c. 9. n. 69. D. de iuſt. & iur.*

37 Et ad hoc ut teneatur in ſerie propo-
ſita, renuntiatio caſuũ fortuitorũ debet
fieri ſpecificè, nonque per relationẽ ad
leg. 1. & 2. tit. 9. lib. 9. Recop. ità voluit
*Mieba. de ſucceſſ. creat. lib. 2. §. 20. p. 2. req.
29. n. 67.* ex doctrina *Alber. in l. ſi quis. §.
quæſitum, D. ſi quis caut.* ubi docet nõ va-
lêre renuntiationem omniũ caſuum for-
tuitorũ & exceptionũ, quæ poſſunt cõ-
petere per *tit. ſi quis caut.* eâ ratione,
quia iſta renuntiatio generalis eſt vaga,
nec valet cõprehẽdere per relationẽ re-
media introducta ab æquitate naturali.

38 Vnde è contrario, quærendum eſt, an
liceat Fiſco reſilire à locatione iurium
regaliũ factâ novâ maioriq; licitatione?

Huius quæſtionis examen haud vul-
gare eſt; nã adverſus Fiſcũ ſequentia pũ-
giunt. Primò, *text. in l. eos, C. de diverſis
præd. lib. 11.* ibi: *Eos qui authoritate publi-
ca fundorũ iuris patrimonialis, ſive tẽplo-
rũ poſſeſſores effecti ſunt, vel fuerint, firmũ
dominiũ tenere decernimus,* ubi *Gothofr.*

39 Secũdò, *text. in l. ſi hypothecas 8.* ibi: *Nã
Fiſcalis haſtæ fides convelli non debet, C. de
remiſ. pig. Afflict. decif. 340. nu. 4. Alvar.
Valaſc. conſ. 37. n. 1. Guzm. de evict. q. 34.*

num.87. Maſtrill.de magiſtrat. lib.5. cap. 9. Ramon conſ.84.num.13.

41 Tertiò, *text.in l.ſi quos*, ibi: *Nec ſub nomine ſubbaſtationis publicæ locus fraudibus relinquatur*: & ibi: *Hi poſtremò ſub empti titulo perpetuo dominÿ iure potiantur, C.de reſcind.vendit. & l.fin.* ibi: *Sub haſta diſtracta comparaverit, perpetuã emptionis adcipiat firmitatẽ, C.ſi propter public. penſit. Vivi.deciſ.89.n.4.Ioan.Ant. Bellon.conſ.78.n.5. Seraph.deciſ.358.n.2.*

42 Quattò, *text.in l.Lucius*, §.*fin.*& ibi *gloſſ.D.ad munic. l.ſi tempora 4.* illicque *Accurſ.C.de fid.& iur.haſt.fiſc.lib.10.l.1. C.de vend.reb. civit.lib.11.& l.2.*ibi:*Semel tantùm data facienda adiectionis licitia, C.de locat. præd. civil. l. quiſquis 16.* ibi: *Nullamque eos deſcriptionem, ſive adiectionem, aut innovationem in poſterum ſuſtinere, C.de omni agro deſert. lib. 11.* quibus probatur poſt perfectã ſubhaſtationẽ adiectioni locum non eſſe: in terminis *Ant.de Amat. reſol.38.* per totam, *D.Mart.conſ.95.num.1. Marc.Maur. d. alleg.51.num.3.*

43 De iure Regio adſtant *text.in l.5 & 6.tit.13.lib.9. Recop.* ibi: *Deſpues que los nueſtros Contadores mayores huvieren rematado de poſtrimero remate las nueſtras rentas, y dende en adelante no les puedan mudar*: & ibi: *I ſi lo contrario fizieren, que*
44 *no vala.* Quæ verba decretum irritans continẽt, cuius virtus eſt omnino extinguere, quod in cõtrarium fuerit effectũ, *cap.dilecto, verſ.Niſi fortè*; & ibi *gloſſ.verbo, Commutantur, de reſcript.lib.6. Felin. in cap.cùm acceſſiſſent, n.30.limit.4.de conſtit. Dec.in l. pacta quæ contra, n.10.C.de pact. Iaſ.in l.non dubiũ, n.17.C.de leg. Archidiacon.in cap. cùm de beneficio, num.2. Franc.n.4. de præb.lib.6. Gabr. conſ.151. n.16.vol.2.Carol.de Tapia in l.fin.de conſtit. Princip.2.par.cap.2.num.22.*

45 Sanè contigit emolumentum, redituſque actio ex induſtria, & re familiari conductoris, *arg.l.ſi non fuerint, in princ.* ibi: *Si modò plus aliquid contulerit, &* §. *1.l.ſi ſocietatem mecũ coieris, l.quod Nerva, D.pro ſocio.* Et aliquotum hominum malitia (cui non eſt indulgendum, *l. in fundo, D. de reivindic. l.per omnes, C.de defenſorib. civitat. l. in operis, C.de pœn. Gonçal.ad reg.8.Cancell gloſſ.5.§.6.num. 45.*) & aviditas eos impellit, ut novam, maioremq; licitationem efficiant, ideò *in dict. l.6.* ſtabilitur poſt tranlacta triũ menſium ſpatia, adiectioni nullum locũ manère; ne inferatur conductori damnum, licèt fiſco commodum & utilitas adcedat.

46 Itaque dicit *Azeved.in d.l.5.n.4.* iſtos licitatores non poſſe tutè, & cum bona conſcientia id peragere, quia cõductori ius quæſitum tollunt, quod nec Principem decet, niſi ex publica cauſa, & adhibitâ ſatisfactione, *l.venditor 13.* §. *ſi conſtat, D.comm. præd.* ibi: *Non aliter hoc faciat, niſi priùs ſolitum ſolatiũ pro hoc domino præſtet*: & ibi: *Poſtquàm ſatisfaciat domino. Iaſ.in l. Barbarius Philipp.n.44. D.de offic. Præt.l.Servius, C.ex quib.cauſ. prop. lib. accip. l. mulier 6. D. de capt. & poſtlim.rev. Rebuff.lib.1.prax. benef.reg. de non toll.ius quæſ.num.16.gloſſ.6.Andr. Gail.lib.2.obſerv.56.n.8. Menoch.conſil. 744.num.10. Cravet. conſ.276.n.7.verſ. Reſpondeo, Valaſc. conſ.22.n.6. Grat.cap. 891. num.13. lib.5. Azeved.in l.1. tit.1. lib.4. Recop.num.23.& 26.Guzm.de evictio.quæſt.52.num.65.*

47 In tantum vera eſt nuper relata ſententia, quòd etſi locatio facta ſit ab officialibus Principis, non ſervatâ formâ ab ipſo præſcriptâ, tenet in conductoris favorem, doctiſsimè *Carol. Bardellon.in ſuo eleganti conſ.39. Camill.de Med. conſ. 150.n.33.Georg. Cabed.deciſ.80.par.2.*

48 Commune quod retulimus *DD.* placitum temperandum eſt, *argum.l.filiusfamilias 114.* §. *Divi, el 2.* ibi: *Nec fiſco fraudi eſſe, D.de legat.1.*

Quibus verbis ſtatuit Iuſtinianus prohibitionem alienationis factã à teſtatore, ut liberis, aut parẽtibus, aut heredibus, aut alijs quibuſdam conſuleret ſervandã eſſe, ſed hęc neque creditoribus, neque fiſco fraudi eſſe: creditoribus quidem; quia nihilominus pignora poterunt

cerunt diſtrahere, ſi quę in bonis hereditarijs continebantur, fiſco verò, quia non obſtante teſtatoris prohibitione viceſimam conſequetur, eleganter *Cuiac. lib. 5. obſerv. cap. 16.* quæ erat pars quædam hereditatis, quam vectigalis nomine ab heredibus ſolvendam diſpoſuerat AVGVSTVS IMPERATOR, cùm enim eo regnante Reſpublica compluribus bellis vexaretur, ideòque ærarium pecuniâ egens eſſet pro eo locupletando, ut inde bella ſuſtineri poſſent, ut quicunque heredes defunctorũ hereditates conſequi vellent, viceſimã fiſco per ſolverẽt, *Dio lib. 53. Argel. de acquir. poſſ. quæſt. 1. art. 1. num. 3.* eruditè *Buleng. lib. 9. de vectigal. P. R. cap. 40.* toto, *Sixtin. de Regal. lib. 2. cap 6. num. 71.* graphicè *Coripp. African. lib. 2. num. 7.*

Omnibus ſufficiũt ſacrata commoda fiſci,
Ex quibus eſt commune bonum; commune levamen
Tutetur fiſcus iuſtorum nemine læſo,
Quæ ſua ſunt, capiat, quæ ſunt privata, relinquat.

Proſequitur deinde eodem num.

Nec patimur quemquam ſacratum lædere fiſcum.

Dempſter. ad Roſin. lib. 7. Antiq. Roman. cap. 36. Iul. Cæſ. Buleng. lib. 3. de Imp. Rom. cap. 26.

49 Hinc dependet duplex reſtrictio, ſeu limitatio communiter adprobati dicterij. Prima eſt, ſi in ſubhaſtatione fraus, vel machinationis ſuſpitio, ſordeſve adeſſent, vel non fuiſſent debitæ obſervatæ ſolennitates, vel aliter nulliter ſubhaſtationes procederẽt (ex quibus nullum ius quæritur, *Seraph. deciſ. 808. n. 4.*) *Greg Lop. in l. 5. gloſſ. 3. tit. 19. p. 6.* plures laudati *ab Amato reſol. 38. num. 20. Valaſc. conſ. 109. num. 7. Seraph. deciſ. 995. n. 2. Mart. conſ. 95. num. 8.*

50 Secunda eſt, cùm læſio nedum cõtra dimidiam, ſed ultra ſextam partem interveniret, *Maſtrill. deciſ. 84. Franc. deciſ. 224. Anell. Amat. conſ. 87. num. 3.* vel quãdo maximum, magnumque commodũ offerretur, *Avend. de exeq. 2. par. cap. 12. num. 12. Franc. Marc. deciſ. 85. par. 1.*

Quibus, aut aliquibus concurrẽtibus à locatione fiſcus reſilire valet.

SVMMARIVM.

1 *AEquitas eſt fundamentum obligationis naturalis.*
2 *Inter patrem & filium obligatio naturalis conſiſtit.*
3 *Servus naturaliter obligatur.*
4 *An pupillus poſſit naturaliter obligari?*
5 *Alij adfirmant.*
6 *Alij negant.*
7 *Conciliantur diſſidentes I. Conſulti.*
8 *Ex metu obligatio naturalis nõ oritur.*
9 *Contrarium tenet Felic.*
10 *Adſtruit ſuam ſententiam. uſq. 15.*
16 *Reſpondetur eius fundamẽtis. & 17. 20. Reijcitur Vazquez.*
18 *Pupillus obligari non poteſt ſine tutoris authoritate, niſi aliena iactura fieret locupletior.*
19 *Ob hanc cauſam Prælatus, aut Syndicus tenetur.*
21 *Convincitur Felic. uſq. 29.*
22 *Lex Civilis poteſt impedire ortum naturalis obligationis. & 23.*
30 *Intelligitur text. in l. 2. C. hoc tit. & 31.*
32 *Declaratur l. 7. de condict. ob turp. cauſ. Metus adcuſationis cauſat dati repetitionem.*

CAPVT XXXIII.

An ex contractu meticuloſo obligatio naturalis naſcatur?

1 AEQVITAS eſt fundamentũ obligationis naturalis, tradũt *Duaren. de oblig. & act. cap. 2. & de condict. indeb. cap. 6. fol. 908. Carõd. 1. veroſim. cap. 19. Donell. lib. 12. comm. cap. 2.* ubi *Oſuald. in not. litt. B.* per *l. 95. §. 4. de*

ſolut. l. 11. §. 2. de pecul. conducit *Ariſt. lib. 5. Ethic. cap. 10.* ibi: *Vtilitas enim ſcopus eſt iuris civilis, ſicut æquitas naturalis.*

2 Qua de cauſa cùm inter patrem, & filiũfamilias nulla poſsit contrahi obligatio, *l. Imperator 50. D. ad Trebell. §. itẽ inutilis, Inſtit. de inutil. ſtipul.* poteſt tamen conſiſtere ea obligatio, quę naturalis tantùm ſit, *l. ſed ſi damnum 9.* aliàs *peculium. §. præterea, D. de pecul.*

3 Vnde etiam eſt, quòd ſervus quoque naturaliter & obligat, & obligatur, *l. nec ſervus 41. de pecul. l. ſervi 14. D. de oblig. & act.* ità tradit *Anton. Fab. in Pap. tit. 8. princ. 7. inlat. 7. fol. 327.*

4 Ingens inter Scriptores eſt contẽtio, an pupillus naturaliter poſsit obligari necnè: ob diſsidentes Iuriſconſultorum ſententias collatis (ut aiunt) ſignis inter
5 ſe pugnantes. Alij obligationem naturalem in pupillo ſine tutoris authoritate agnoſcunt, cuius ſententiæ ductores fuêre *Marcellus in l. Marcellus, D. de fideiuſſ. Vlpian. in l. 1. §. fin. de novat. Scævola in l. ſi pupillus 127. D. de verb. Paul. in l. ſi pupillus 21. D. ad leg. Falcid. Metian. in l. ſi eius 74. ad Trebell. Mart. in l. numerationibus 44. verſ. Item ſi pupillo, de ſol. Papin. in l. Stychum 95. §. aditio, & §. naturalis, in fin. eod. tit. l. cùm illud, §. heres, quand. dies leg. cedit, Pomp. in l. fin. in princip. D. de iur. iurand.* ob idque, & repetitionem pupillo ſolventi negant, & fideiuſſorem pro eo intervenientem obligari adfirmant, qui etiam obligationi naturali adcedere poteſt, *l. 1. & 8. l. fideiuſſor, §. fideiuſſor, D. de fideiuſſ.*

6 In contraria verò ſunt hæreſi, *Neratius in l. quod pupillus 41. de condict. indeb. & Ruffin. in l. pupillus 59. de oblig. & action.* qui ab omni obligatione etiã naturali pupillum eximunt, niſi tutoris interveniat authoritas, eiſque adſtipulari videtur *Vlpian. in l. more 8. de acquir. hered.*

7 Hanc Conſultorum cruentam pugnam, ut Interpretes concilient, remigãtes nihil non tentant, varij varia dixère. Sed omiſsis multorum cõciliationibus dicendum eſt ſub diſtinctione, quòd aut pupillus factus eſt locupletior, & tunc obligatur naturaliter etiam ſine tutoris authoritate: *Nam hoc natura æquum eſt, neminem cum alterius detrimento fieri locupletiorẽ, l. 14. D. de condict. indeb.* iunctâ *l. naturaliter. §. fin. D. eod.* facit *l. 1 §. impuberes, D. comm. l. 1. §. ſi cum impubere, D. de pecul. l. iure naturæ, D. de regul. iur.* Aut non eſt factus locupletior, & tunc non obligatur naturaliter, quia pupillus ſine tutoris authoritate meliorem ſuã conditionem facere poteſt, deteriorem verò nõ utique, *l. contra, D. de pact. princip. Inſtit. de auth. tut.* tradunt *Cuiac. in l. ſi pupillus,* & ibi *Duaren. D. de verb. oblig. Petr. Fab. in l. in negotijs, D. de regul. iur. Pichar. in princ. Inſt. de auth. tut. Nicell. in concord. verb. Concordare, n. 167.* eleganter *Petr. Pantoj de Aiala in l. fin. C. de aleator. à n. 48. fol. 185.* à tergo, ubi obijcibus *Donelli* contrarium ſentiẽtis perbellè facit ſatis.

8 Iam igitur ad noſtram præcipuã cõtroverſiã adcingamur, & videamus, an ex contractu meticuloſo obligatio naturalis naſcatur? In qua quæſtione negativè reſolvendum eſt cum *Bald. in l. cùm quis, à n. 4. C. de iur. & fact. ignor. & in c. cùm contingat, num. 5. de iur. iur. Fortun. Garc. de ult. fine utriuſque iuris, inlat. 21.* ferè per totam, *Oſuald. in Donell. lib. 15. comment. cap. 38. litt. A. in fin.*

9 Verùm quia in contrariam ſententiã fuit *Felician. de cenſib. lib. 1. cap. 12. à n. 12. cum ſeq.* eius fundamenta breviter perſtringam, & reſpondebo.

10 In primis ità ratiocinatur; in contractu meticuloſo nihil eſt, quod impediat ortum, & nativitatem obligationis naturalis, adeſt enim cõſenſus, ex quo velùt ex fonte fluit naturalis obligatio, quia qui metu vult, ſimpliciter vult.

11 Secundò, iuramentũ metu interpoſitum obligat in foro conſcientiæ; & trãſgreſſor ante abſolutionem, aut relaxationem obtentam peccat mortaliter: ergo iuramentum metu factum producit naturalem obligationem.

12 Tertiò, apertè facit pro hoc caſu
reſponſum *Pauli I.C. in l. ſi mulier 21. §.
ſi metu, el 1. D. hoc tit.* quo in loco reſpō-
dit, pacto de non petendo, vel adcepti-
latione metu celebratâ, omnino tolli
præcedentem obligationem. Ineſt ergo
pacto de non petendo, & adceptilationi
metu celebratis obligatio naturalis. Nā
ea non tollitur, niſi contrariâ obligatio-
ne naturali, ut docuit *Papinian. in l. Sty-
chum, aut Pamphilū 95. §. naturalis, D. de*
13 *ſolut.* in hæc verba: *Naturalis obligatio,
ut pecuniæ numeratione, ità iuſto pacto, vel
iureiurando ipſo iure tollitur, quod vincu-
lum æquitatis, quo ſolo ſuſtinebatur, conve-
tionis æquitate diſſolvitur: text. in l. ſi u-
nus, §. pactus ne peteret, D. de pact.* ubi
Fortun. Æmil. Ferret. & Oroſc.

14 Poſtremò ſolutum ex contractu me-
ticuloſo nō repetitur, *l. 2. C. hoc tit.* quod
utique ſignum eſt manifeſtum in cōtra-
ctu metu celebrato eſſe naturalē obli-
gationē, *arg. text. in l. naturales 10. D. de
act. & oblig.* ibi: *Naturales obligationes
nō eo ſolo æſtimantur, ſi actio aliqua earū
nomine competit, verùm etiam eo ſi ſoluta
pecunia repeti non poſſit: text. in l. fideiuſ-
ſor, §. fideiuſſor, D. de fideiuſſ.*

15 Tandem pro ſe advocat *Accurſ. in
princ. Inſtit. de except. verb. Efficax*, ubi
*Ioan. Fab. Angel. & Vbeſembech. Hect. Ri-
cher. in repetitione Rubricæ D. de verb. obl.
num. 88. verſ. Quod autem non ſolùm, Pa-
dill. in l. 2. num. 8. C. de reſcind. vend.*

16 Tamen non obſtat primum, quia ſa-
tisfit, quòd tantū abeſt, quòd metus cō-
tineat conſenſum, imò illi repugnet, &
contradicat, *l. nihil conſenſui 116. D. de
reg. iur.* ibi: *Nihil conſenſui tam contrariū
eſt, qui & bonæ fidei iudicia ſuſtinet, quàm
vis, atque metus*: mirè *Senec. de benef. lib.
2. cap. 5. Eſt enim rectè factum, quod irri-
tum nulla vis efficit.*

17 Rurſus, etſi demus in cōtractu meti-
culoſo conſenſum adſtare, certum, & e-
videns exiſtit obligationem naturalem
ex eo non naſci; quoniam ea non prove-
nit ex conſenſu, ſed tantùm ex æquita-
te; ut ſuprà probavimus (quare nō eſt au-
diendus *Vazq. 1. illuſt. cont. cap. 10. n. 19.*
contrarium propalans) ſed nullus ſanę
mentis audebit adfirmare, æquitatē ul-
lam in cōtractu meticuloſo verſari. Er-
go obligatio naturalis nullatenus ade-
rit, quæ ſolâ ęquitate innititur, ſubtili-
ter *Ant. Fab. lib. 8. coniect. cap. 5. in fin.*

18 Rurſus, nullo modo adſerere valebi-
mus, pupillū propter eius conſenſum o-
bligari abſque tutoris authoritate (quæ
ſemper neceſſaria eſt, *l. 1. D. de author.
tut.*) & tamen dicemus, quòd obſtrin-
gatur, quando alienâ iacturâ fieret locu-
pletior, *gloſſ. in l. 1. D. de nov. & in §. 2.
Inſtit. quib. mod. re cont. oblig. Decian. conſ.
109. num. 5. vol. 2. Surd. deciſ. 155. num. 1.
Montan. de tut. cap. 33. num. 127. Alban.*
19 *conſ. 210. num. 16. vol. 2.* Sic planè in mu-
tuante Prælato nomine Eccleſiæ, aut
Syndico nomine Civitatis, quando pro-
batur pecunia verſa in rem Eccleſiæ,
l. Civitas, ubi *Alex. & Iaſ. D. ſi cert. petat.
Ioan. Bapt. Coſta de fact. ſcient. cent. 1. diſt.
28. à num. 2.*

20 Tanta eſt vis æquitatis naturalis, ut
etiam quis obligetur adverſus expreſsā
prohibitionem, aut cōventionem, *l. fin.
C. de negot. geſt.* Sed cùm nulla æquitas
verſatur, non orietur obligatio, quod in
noſtra quæſtione debet dictitari.

21 Præterea, ut utrinque convincatur
Felician. dicendum eſt, naturalem obli-
gationem (caſu quòd requirat conſen-
ſum) requirere non remotum à iure cō-
muni; ſed conſenſum ex metu eſt remo-
tus ab illo: ergo ex eo non oritur obli-
gatio; *argum. l. nemo poteſt 55. l. ſi quis in-
quilinos, §. ultim. D. de leg. 1. l. codicillis,
§. fin. D. de legat. 2.*

22 Denique lex Civilis poteſt impedire
ortum naturalis obligationis, ut probat
cū multis *Anton. Merend. lib. 1. cont. c. 9.*
Sed quodcunque metu geſtum eſt, ratū
non habetur, *l. 1. D. hoc tit.* ergo obliga-
23 tio naturalis non orietur. Nam implica-
bit inſimul obligationem naturalē ori-
ti, & contractum pro infecto haberi.

24 Haud impedit ſecundum, quia in pe-
culiari huius argumenti tractatu con-

trarium nō inſubtiliter reſolvimus, quæ hûc ſunt repetenda.

25 Nullum negotium faceſsit tertium, deſumptum ex *text. in d. l. ſi mulier 21. §. ſi metu, el 1. D. hoc tit.* quia nullatenus intentum Feliciani confirmat, cùm loquatur diverſimodè ex eo, quòd facti ſpecies ſic ſe habet. Quidam ſe obligaverat Titio ad emptionem, aut locationem faciendā, ſed re integrâ metu fuit coactus ab eo adceptum ferre contractum, aut diſtractum per adceptilationē cōſtituere, ait Conſultus per adceptilationem obligationem perimi, ſed naſci obligationem Prætoriam; id eſt, quòd obligatio in antiquum ſtatū reponitur (ut ſimiliter videtur *in l. metum 3. §. ex hoc edicto 7. l. illud 10. D. eod.*) etſi adceptilatione perempta ſit.

26 Quo igitur modo probari poteſt ex *dict. text.* obligationem naturalē ex adceptilatione metu facta oriri, cùm potius contrarium ſtatuatur; nam ipſo iure priſtina obligatio nulla eſt, ſed iure Prętorio ſubſiſtit? nec agit *Conſ.* de obligatione naturali, ut naſcatur ex adceptilatione, imò innuit per adceptilationem metu factā diſſolvi contractū, ſed tamen reponi obligationem, ut vetus actio cōtractus locum habeat; non enim ex hoc ſequitur obligationem naturalem oriri, cùm interveniat adceptilatio ad diſſolutionem, & non ad obligationem.

27 Præterea, etiam ſi adeſſet ad obligādum, ad hocque metu celebraretur, nullo modo poterat formare obligationē, cùm Conſultus pronunciet in alijs iuribus, reponere actionem in antiquū ſtatum, & ſic ſolummodò actio proveniens ex contractu ſedem tenêret, & non alia. Quod ut clariùs pateat, verba referre opus exiſtit: *Si metu coact⁹ ſim ab emptione, locatione diſcedere, videndū eſt, an nihil ſit acti, & antiqua obligatio remaneat? an hoc ſimile ſit adceptilationi, quia nulla ex bonæ fidei actione poſſimus niti, cùm finita ſit; dum amittitur, & magis eſt, ut ſimilis ſpecies adceptilationi ſit, & ideò Prætoria actio naſcitur.*

28 Ex quibus verbis ſatis evidēter colligitur, adceptilationem ipſo iure actionem perimere, & omnino deſtruere, ſed iure Prætorio ſuccurſum fuiſſe, ut reponeret in priſtinam obligationem contractum, & is ſubſiſteret.

29 Quare ergo in intellectu, & argumētationis vi hallucinatus fuit *Felicianus*, vir alioqui doctiſsimus, cùm nō adprobet id, ad quod adduxit, & ſubpoſuit, nec poſsit deduci ex theſi, ſeu paraphraſi Conſulti.

30 Non obſtat *text. in l. 2. C. hoc tit.* (cui obponitur *l. 7. D. de condict. ob turp. cauſ.* contrarium ſtatuens) nam in eo non cōpetit repetitio ex edicto, quod metus cauſa, quia pecunia fuit ſponte ſoluta nullâ propoſitâ querelâ, ut ait *text.* poterat enim condici liberatio ſtipulationis, *l. 9. § ſed & ſi per vim, D. hoc tit.*

31 Volo autē hîc verba illa expendi: *Qua ratione, ut vim paſſus reſtitui, quod inlatū eſt, poſtulas.* Indicat enim *text.* non dari repetitionē ex illo edicto, quod metus cauſa, quia ſcilicet ſponte ſolvit, non condixit liberationem, nec ullam querelam propoſuit.

32 Verùm iſti cōpetere poteſt repetitio pecuniæ ſolutæ alio remedio, videlicet condictione ob turpem cauſam, quoniā turpitudo eſt ex parte recipientis tantū (hoc eſt) illius, qui extorſit per vim chirographū, & hæc eſt ſententia *l. 7. D. de cōd. ob turp. cauſ.* quæ ità cōciliari poteſt cum *d. l. 2.* Quod paucis verbis indicat *Cuiac. in l. 9. §. ſed quod Prætor, D. hoc tit.* ſic dicēs: *Cōpetit quidē condictio ob iniuſtam cauſam: l. ex ea* (quæ eſt *7.*) *de cond. ob turp. cauſ. Non tamē actio quod metus cauſa, l. 2. C. hoc tit.* ſequuntur hanc genuinā, & veram interpretationē *Facbin. lib. 10. cont. c. 16. in fin. Oſſuald. in Donell. lib. 15. comm. c. 38. litt. O.* quo ſolo ariete quaſſata corruit ſuæ ſubtilis argumentationis ſuperficies. Ex hoc inferas metū cauſare dati repetitionē, *l. adcuſationis*, cū ibi not. *C. hoc tit. Balzar. de feud. lib. 2. tit. 53. de pac. ten. int. ſubd. §. itē ſacramenta, n. 10. fol. 349. col. 3.* Nam metus adcuſationis gra-

graviſsimus exiſtit, *Conc. Trid. ſeſſ. 13. de ref. cap. 6. l. nec timorē 7. § 2. D. hoc noſtro tit.* de cuius intellectu cum *l. 4. D. de cõdict. ob turp. cauſ. Oſſuald. in Donell. lib. 14. comm. cap. 25. litt. D. & Anton. Fab. in dict. l. 7.*

SVMMARIVM.

1 *OMNES homines aut liberi ſunt, aut ſervi.*
2 *Libertas definitur.*
3 *Liberorũ alij ſunt ingenui, alij libertini.*
4 *Definitur manumiſſio.*
5 *Pluribus modis contingebat.*
6 *Facto dominorum.*
7 *Manumiſſis demebatur capillus, & eis imponebatur pileum.*
8 *Servus in ægritudine à domino deſertus liber fit.*
9 *Libertini adſumebant nomen patroni.*
10 *Servis propria nomina non fuerunt.*
11 *Olim manumiſſio cenſu fiebat. & 12.*
13 *Varia genera ſervorum fuerunt.*
14 *De metallarijs, & adſcriptitijs tractatur. & 15.*
16 *De Vicarijs, fornacarijs, amanuenſibus, diſpenſatoribus, receptitijs, atrienſibus, & novitijs, & eorum dignitate. uſq. 20.*
21 *Servi diverſis officijs, & miniſterijs deputabantur.*
22 *Alex. Aviaria inſtituit, & ſervos eis præpoſuit.*
23 *Iulius Cæſar monetæ peculiares ſervos habuit. & 24.*
25 *Servi in cõvivijs ſuccingebant ſe. & 26.*
27 *Explicatur Ioan. 13. & 28.*
Servi ad pedes domini ſtabant in convivijs.
Antiqui cœnaturi ſoleas deponebant, & poſteà ſe lavabant.
Magiſter convivij ſortitione & iactu fiebat.
29 *Libertus dicitur quaſi liberatus.*
30 *Eorum plura genera recenſentur.*
31 *Liberti ius tribuum non habebant.*
32 *Diſtincti veſtitu à Patricijs.*
33 *Habebant aures pertuſſas. & 34.*
35 *Pretioſiſſima gemma perforatis auribus impoſita.*
36 *Apud Græcos & Latinos diſcrimen in hoc.*
37 *Inaurium luxus Alex. Sever. Imperat. modum adhibuit. & 38.*
39 *Libertini ad divitiarum, & honorum faſtigium evecti.*
40 *Flagitiosè patrantes eũ conſequebantur.*
41 *Explicatur Horat.*
42 *Servi ius aureorum annulorum impetrantes in equeſtrem dignitatem admittebantur.*
Annuli quàm neceſſarij, & probant matrimonium.
Annulus ſignum inveſtituræ.
Et purgati metus adhibitus in matrimonio.
Explicatur l. 14. tit. 13. lib. 7. Recopilat. de annulis intextis lapidibus.
Annuli venditio erat ſignum extremæ, & deploratæ egeſtatis.
Dabatur libertinis in equeſtribus locus.
Equeſtria quid?
43 *Servus poſt manumiſſionem in ſervitutem revocari non poterat. uſq. 47.*
48 *Obſtat l. Papinianus 8. §. ult. & l. 9. D. de inoffic. teſtam. & 49.*
50 *Reprobatur in eorum ſolutione, & intellectu Accurſ. & 51.*
52 *Reſpuitur Ant. Fab. uſq. 56.*
57 *Verior interpretatio refertur. & 58. 59.*
60 *Servus nullatenus poteſt præſcribere libertatem.*
61 *Adſtruitur hæc ſententia. & 62. 63.*
Res furtivæ in ſaburram veniebant occidente Sole.
64 *Adfirmatur & verè.*
65 *Comprobatur. uſq. 70.*
71 *Reſpondetur contrarijs. uſq. 74.*
75 *Libertas metu præſtita non tenet. uſq. 79.*
80 *Obponitur text. in l. metum 9. §. idem Pomponius 2. D. hoc tit.*
81 *Explicatur. uſq. 84.*
85 *Servo invito libertas dari poteſt. uſq. 89.*
90 *An factus liber invito domino fiat eius libertus?*

CA-

CAPVT XXXIV.

De Libertate.

1 OMnes homines aut liberi
ſunt, aut ſervi, *l.3.D.de ſtat.
homin. princip. Inſtit.de iur.
perſon.* Liberi, qui libertate
fruuntur. Vnde libertas de-
finitur naturalis facultas eius, quod cui-
que facere libet, niſi quid vi, aut iure
prohibeatur. Servi, qui ſervitute tenē-
2 tur, ex quo ſervitus dicitur conſtitutio
iuris Gentiū, quâ quis dominio alieno
contra naturā ſubijcitur: de quibus de-
finitionibus plura congerunt *Ant. Fab.
in Iuriſp.tit.3.princ.2.& 3. Alber.Gentil.
lib.3.lect.cap.5. Conan.lib.2. comm.cap.1.
n.3. Donell.lib.2.cap.9.* ubi *Oſſuald.*
3 Nunc autem liberorum alij ſunt inge-
nui, alij libertini, *Oſſuald.in Donell.lib.2.
comm.cap.10.* Ingenui ſunt, qui verè na-
turâ liberâ matre naſcuntur, nec unquā
in ſervitutem fuerunt rediti, *l. & ſer-
vorum 5. §.2. l. 21. D. de ſtat. hominum.*
Libertini, qui iuſtâ & legitimâ ſervitu-
te manumiſsi ſunt: & ut à definitione
incipiamus; manumiſsio eſt datio liber-
4 tatis, ex ſententia Conſulti *in l. manu-
miſſiones 4. D.de iuſt. & iur. & Iuſtin. in
princ. Inſtit. de libertin.* quæ quia pluri-
bus modis contingebat, aliquos referre
decrevi.
5 Nam inter vivos fiebat publicè per
vindictam, quæ erat virgula quædam,
quæ à Lictore capiti imponebatur, & dū
in libertatem vindicabat, ſic *Boet. in
Topic. Cicer. Ravard.lib.4. var.cap.9.* de
qua manumiſsione, & eius ritibus latè
*Claudian.lib.4.de Conſ.Honor. Petr.Fab.
lib.2. Semeſtr.cap.20. Alex.ab Alex.lib.4.
Dier.Genial.cap.10.fol.355.* ubi *Tiraq.in
adnot.* in ultima voluntate relinqueba-
tur, aut in teſtamento, *l.verbis legis 120.
D.de verb.ſignif.* aut in codicillis, *§. 1.
Inſtit.de libertin.*
6 Aliquando etiam facto ſolo domino-
rum competebat libertas, veluti cùm
ſervam libero in matrimonium collo-
cabat, aut ſervum adoptabat, *§.ult.Inſt.
de adopt.* Item ſi voluntate defuncti, vel
heredis ſervi pileati funus præcedebāt.
l.1.§.5.C.de Latin.libert.toll. Nam pileū
libertatis erat inſigne, ut teſtatur *Perſ.
ſatyr.5.*

Hac mera libertas, hāc nobis pilea donāt.

7 Et ſimul atque manumittebātur, deme-
bantur ipſis capilli, aut capiti raſo im-
ponebatur pileum, *Plaut. Amphit.act.1.
ſcen.1.in fin. Ravard.de auth.Prud.cap.7.
Othom.diſp.feud.cap.22.*
8 Item ſervus, qui ægritudine adfectus
à domino deſtituitur, ſi convaluerit, ſer-
vitutis vinculis liberatus ſui iuris ma-
nêre iubetur *in l. fin. §.ſed ſcimus, C. de
Lat.libert.tollend. Solorçan.de parric.lib.
2.cap.5.in princip.*
9 Præterea adſumebant libertini nomē
patroni, *l.libertis 108. D. de cond. & de-
monſt. Alciat.lib.4. diſp.cap.3. Briſſon.lib.
1.Antiq.cap.11. & 2. Ant. cap.14. Iacob.
Guther.de offic. dom.Auguſt.lib.3.cap.31.
fol.676. Tertull.lib.de reſurrect.carn. La-
ctant.Firm.lib.4.div.inſtit.cap.3. Robles
de repræſent.lib.3.cap.11.num.20.*
10 Servis autē propria nomina non fue-
runt, ſed pro arbitrio, & laſcivia ſæpè
dominorum compoſita, inquit *Mercer.
2.opinion.cap.18.*
11 Olim etiā manumiſsio cenſu fiebat,
Cic.in Top.Vlpian.in frag.tit.1.§.8. Inde
dicta, quòd ſervi eo ipſo, quòd cēſeban-
tur volūtate dominorū, Cives Romani
fiebant, *Cuiac.ad l.111.D.de verb.ſignif.
Ravard.de auth.Prud.c.7.fol.994.* cenſu,
dicit, manumittens in effectu concedit
omnē uſurpādi nominis Romani autho-
12 ritatē. Cēſus enim eſt nominis (quod ſer-
vi nō habebāt) facultatūque profeſsio,
& ut ſervi incenſi, ſic nullus civis, qui
non profiteretur cenſum. Modum autē
hunc obſoleviſſe, poſtquàm invaluit,
ut in ſacroſanctis Eccleſijs manumitte-
rētur, & propterea in Iuris corpore nihil
exſtare vult *Mercer. 1. opin. cap. 10.* ſed
Cont.2. lect.cap.9. etiam *Vlpiani* tempo-
re morem hunc deſijſſe ſentit.

Va-

13 Varia genera ſervorum refert *Alex. ab Alex.lib.2.Dier.Genial.cap.25 fol.309.* alij ſunt originarij, & adſcripritij, de quibus eſt *tit.de munic.& origin.lib.12.Cod.* qui adſcripti fundo, quem colunt, ità ſunt, ut niſi cum fundo alienari queanr: originarij verò, qui ex adſcriptitijs in ipſo ſolo, quod incolũt, nati educatique ſunt.

14 Obſervandũ nunc exiſtit, quòd Metallatij & Murileguli Principum erant liberi (ſecundùm communem ſententiam) & tamen ſi ſe adſcripſerint ſervitio illi, vel miniſterio, non poſſunt recedere, ob quam rationem ſervi exiſtimãtur *in l.fin.C.de metall.lib.11.& toto tit. C.de murileg.eod.lib.* & adſcriptitij coloni erãt quoque liberi, *l.2.C.in quib.cauſ. colon.lib.11.l.fin. C.de agricol.eod.lib.* ut de eorũ conditione agentes docẽt præter *Plateam*, & reliquos *in d.l.fin.n.10. Conan.lib.2.comm. cap.10. Covar.in cap. quamvis pactum, 2 par. §.1. num.2. Valaſc.de iur.emphyt.q.37.Petr.Greg.lib.14. ſyntagm.cap.10.*per totum, & alij laudati ab *Ameſcua de poteſt. in ſe ipſum, lib.2. c.*
15 *17.à num. 23.* Et tamen quia non poterant recedere ab agris, quibus ſunt adſcripti dicunrur & reputantur ſervi, *l.2. l.omnes 6. C. de agricol.l.unica, C. de colon.Tracenſ.lib.11.*ibi: *Et licèt conditioni videantur ingenui, ſervi tamen terræ ipſius, cui nati ſunt, exiſtimantur.*

16 Alij Vicarij, qui Ordinarijs ſuberãt, & illis parebant, *l.ſervus, D.de fund.inſtruct.l.ſi in re, §.ſi ſervus, D.de nox.act. l.ſi ſervos, in fin.de leg.3. l. ſi peculium, §. Vicario, D. de pecul.leg. Mart. lib.2.epigram.18.*

Eſſe ſat iſt ſervum, iã nolo Vicarius eſſe.

Rhodig.lib.25. c. 23. Eminentiſsimus & ſapientiſsimus *D.D.Ioan.Chumac.* iuſtitiæ & gratiæ meritiſsimus Synedrus, cùm nobili, quàm à vita ſtirpe clariſsimus, tùm virtutum fulctis celebris, *Select.diſput. iuris, diſp.9.num.3.*qui ibi de peculio non viſa lucem Ingenij dexteritate ad miraculum exſaravit.

17 Alij fornacarij, qui fornaci calcariæ ſerviunt & invigilant, *l.ſi ſervus ſervũ, §.fornacarius, D.ad leg. Aquil.*ubi *Budæ.*

18 Poſt quos fuère amanuenſes, *Sueton. in Neron. cap.44.* & hi dicuntur tanquã à manu, quorum ſcilicet manu, & operâ in ſcribendo utimur. Nam & à manu in eodem ſignificatu uſus eſt Idem *Sueton.in Caſ.cap.74.*ubi memorat Philemonem à manu ſervum, & in *Veſpaſ. cap.3.*

19 Et diſpenſatores, qui æra diſpenſant, impendiaque, & expenſa rationibus notant, & inferunt, *l.item apud, § Prætor ait ſi quid, D.de iniurijs, Feſt.Pompei. lib.4.Plin.lib.33.cap.11.*

20 Receptitij verò dicuntur, qui ob vitium redhibentur, *Verr. Flacc.de obſcuris Catonis, lib. 2. apud Gell. lib. 17.capite 6.*

Attienſes, & Atriarij, id eſt, atrij ſervitio deſtinati, *l.1.§.Cauponis, verſ.Cæterũ, D.naut.caup.& ſtabul.l.inſtrumenta 8.in fin.D.de fund. inſtruct.l.in lege Cẽſoria 203.§.itemque de ſervis, verſ.Atrienſes, D. de verb.ſignif. Cicer.in Paradox. Columell. lib.12. cap.3. Plin.lib.3. epiſt.19.* cum alijs, *per Marcell.Donat.ad Sueton. Tranq.in Cæſar.Auguſt.cap.29.fol.231.*

Alij dicebantur *Novitij*, qui erant lõgè digniores, ac pretioſiores veteratoribus, quaſi mancipia rudia ſint ſimpliciora, & ad miniſterium magis apta, & dociliora, cum trita, ac veterana reformare, ac novis moribus adſueſcere difficillimum ſit, ut latè explicat *Rodolph. Forner. lib.4. rer.quotid. cap.1.* & eſt *text.in l. præcipiunt 37. D.de ædil. edict.* & Iulius Cæſar recentiora & politiora ſervitia immenſo pretio comparabat, *Sueton. in eius vita, cap.47.* quaſi iſti novitij ſint fideliores dominis, cùm è contra veteratores longâ ſervitutis experientiâ callidi viliores cenſeantur. Cùm etiam ſpecialiter debet exprimi ætas ſervorum, qui deferebantur in cẽſum, *l.4. §.in ſervis, D.de cenſ.* Eò quòd novitiorum dignitas longè maior eſſet, quàm veteranorum, *Forner.lib.4. rerum quotid. cap. 25. in fin.* dummodò tamen

non

non ſint decennio minores, tunc enim tanto pretio æſtimabãtur, *l. 1. §. ne autẽ, C. de ſervo commun. manum.* & dummodò non præſint operi ruſtico faciendo, quos oportet eſſe maiores, operarios verò minores, ut iſti ad agriculturã ſint magis dociles, & illorũ monitis æquiore animo pareatur, *Varr. de re ruſt. c. 17.*

Et adeò dignitas in ſervis ſpectabatur, ut etiam illi non caruerint honore funeris; ideò locũ, in quo ſervus ſepultus eſt, religioſum dicimus, *l. 2. in princ. D. de relig. & ſumpt. fun. Quint. declam. 5. Iul. Labor. var. lucub. tit. 2. cap. 5. num. 47.* & de impenſis funere ſervorum factis meminit *I.C. in l. Iulianus 14. §. prætereà, D. de act. empt.*

Quod non eſt mirum, cùm etiã Corvi funus celebratum fuerit magnifico ſumptu, & innumeris exequijs, *Plin. lib. 10. c. 43.* licèt enim ſervi nõ habeãt privata ſepulcra, tamẽ hoc à dominis cõſequebantur tanquam privilegium ſingulare, ut liberorũ hominũ more ſepulcrũ habêrent, *Forner. lib. 6. rer. quot. c. 3.*

21 Qui quidem diverſis officijs, & miniſterijs deputabantur, *Lamprid. in Alex.* ibi: *Aviaria inſtituerat pavonum, faſianorum, gallinaceorum, anatum, perdicum etiam, hiſque vehementer oblectabatur, maximè palumborum, & ne eorũ paſtus gravaret annonam, ſervos habuit vectigales, qui eos ex ovis, ac pullicenis, & pipioni-*
22 *bus alerent.* Servos vectigales vocat, qui hoc privatum quoddam vectigal domus Regiæ exercebant, vendebantq́ue ova, pullicenos, & pipiones, ut ex pecunia, quam reficiebant, aves alerent, *Iul. Cæſar Buleng. lib. 9. de vectig. cap. 90.*

23 Iulius Cæſar monetæ peculiares ſervos præpoſuiſſe narratur *à Sueton. in eo cap. 76.* quos Aurelianus Imperator vocat ſervorum ultimos, ut peculiare vinũ (dixit *Vlpian. in l. ſi quis vinum, §. item ſi peculiare, D. de trit. & vin. leg.*) quod in uſu ſervorum eſt, ac proinde viliſsimũ,
24 ut rectè *Torrentius* interpretatur. Quare monetæ ſervos Præpoſitos, diſpenſationem publicæ pecuniæ habuiſſe, & aliquid rationis publicè adtigiſſe, colligi poteſt: ut olim Triumviri menſarij, rei nummariæ publicæ curatores fuerunt, quos Cæſar nõ abrogavit, *Iacob. Gutber. de offic. dom. Auguſtæ, lib. 3 c. 19. fol. 579.*

25 Veſtes laxæ, & fluitantes ne in cauſa eſſent, quominus expeditè ſervi miniſtrarent in convivijs, ſuccingebant ſe, *Horat. lib. 1. ſatyr. 8.*

Vidi egomet nigra ſuccinctã vadere palla
Canidiam.

26 Et de mure, qui vernarum in more munera, & miniſteria obibat, alterum murem ruſticum hilari cœnâ excipiente, ait *lib. 2. ſatyr. 6. ỷ. 106.*

Ergo ubi purpurea porrectum in veſte locavit
Agreſtem: veluti ſuccinctus curſitat hoſpes,
Continuatq́ue dapes: necnon vernaliter ipſis
Fungitur officijs. ———

D. Ambroſ. lib. 2. de Elia & ieiun. cap. 13. Igitur hinc ad adoleſcẽtes lubricos ad cõvivia præliatorũ veniamus, inter arma prandendum eſt: ſtipatores hi ſunt bellici, qui miniſtrãt ſui ſuccincti auro. Sueton. in Calig. cap. 26. Apulei. lib. 2. Senec. epiſt. 96. Buleng. de Imp. Roman. lib. 2. cap. 33. fol. 173. litt. C.

27 Hinc præluceo *Divi Ioannis verbis cap. 13. num. 4.* qui deſcribens D. N. ad Diſcipulorum pedes lavandos iam adcingentem ſe, ait: *Et ponit veſtimenta, & adcipiens linteum præcinxit ſe ipſum:* iunctis illis *D. Pauli ad Philipp. cap. 2. num. 7. Sed ſemetipſum exinanivit formam ſervi adcipiens.*

28 Hoc ſenſiſſe videtur *D. Aug. ſuper D. Ioan. cap. 13. tract. 55. tom. 9.* ibi: *Quid autem mirũ, ſi ſurrexit à cœna, & poſuit veſtimenta ſua, qui cùm in forma Dei eſſet, ſemetipſum exinanivit! Et quid mirum, ſi præcinxit ſe linteo, qui formam ſervi adcipiens habitu inventus eſt ut homo?* Doctè *Ramirez de Prado in Pentecont. c. 13.* toto, *Dionyſ. Alex. epiſt. contra Paul. Samoſetan.* ibi: *Dominus & Deus Apoſtolorum: cũ adcepiſſet formam ſervi cœna myſtica facta ſur-*

ſurgit à cœna DEVS *Apoſtolorum* IESVS, *& ponit veſtimenta ſua, & cùm adcepiſſet linteum, præcinxit ſe; hæc eſt forma ſervi.*

Hinc inferas, quòd ſervi ad pedes Domini ſtabant in convivijs, *Mart. lib. 4. epig. 66. Prad. ad Eundẽ lib. 3. epigram. 23. Senec. lib. 3. de benef. cap. 27. & epiſt. 37. Luc. 7.* ibi: *Et ſtans retrò ſecus pedes eius lacrymis cœpit rigare pedes eius, & capillis capitis ſui tergebat, & oſculabatur pedes eius, & unguento ungebat.*

Ex quo loco fluit mos ab Antiquis obſervatus: nã antiqui cœnaturi ſoleas deponebant. *Terent. in Heautont. act. 1. ſcen. 1. Mart. lib. 3. epig. 50. Senec. lib. 9. contr. 2. & lib. 3. de ira, cap. 18.*

Depoſitis enim ſoleis lavabãt ſe, ne ſcilicet pulveroſis pedibus ſtrata lectorum inquinarent, *Plaut. in Perſa.*

Vnde loti & uncti ad convivia, *Cic. in epiſt. ad Attic. lib. 13. Plaut. in Moſtellaria, Sap. 2. Amòs 6. 2. Reg. 12.*

Ablutio illa ſacroſancta pedũ Apoſtolorum hùc reſpexit, *Ioan. 13. Prad. in Pentecont. cap. 12.*

Vnum tamen hîc prætereundum nõ eſt, Magiſtros cõvivij talorũ ſortitione Veneris iactu creari in omni convivio, teſtis eſt *Taubman. in Plaut. Perſ. act. 5. ſcen. 1.* Qui ait notos fuiſſe, & Hebræis, inque ſignũ muneris benè adminiſtrati coronis donari ſolitos, motus *Eccleſ. 32.* verbis, etſi non iuxta editionẽ vulgatam relatis. Corollæ tantũ impoſitione in Magiſtros eligi, teſtis eſt *Lipſ. lib. 3. Antiq. lect.* ex *Plaut. Perſ. act. 5. ſcen. 1. Do tibi hanc florentem florenti, tu hic eris Dictatrix*: ideò *Plaut. in Aſin. ſcen. ult.* iactum adpellavit *Baſilicum*, quia convivij Regij, ſeu Magiſtro creando propriũ erat. De hoc Magiſtro, & eius vario nomine & munere multus *Stuckius lib 2. Antiq. convival. cap. 7. Pantoj. in l. fin. C de Aleator. fol. 112. col. 2.* ubi mirè.

29 Libertus dicitur quaſi liberatus, *Iſidor. etymolog. lib. 9. cap. 4.* in triplici eos fuiſſe ordine ſciũt omnes Cives Romanos, Iunianos, & Dedititios, *Vlp. in fragment. tit. 1.* ſingulorum definitiones exequitur *Pſeudocornutus in ℣. 106. ſatyr. 6. Perſij.* Atque hos quidem diſpari fuiſſe dignitate diſces *ex Hadriano Turnebo*
30 *lib. 11. cap. 9.* Et ut ingenuorum varijs legibus fortuna coërcita, adminiſtrataq; ità variæ leges libertis indulſerũt, ut de iure teſtamenti faciendi, legata ſcribẽdi colligit idem *Turnebus lib. 30. adverſ. cap. 25. ex Tit. Liv. 4. decad. lib. 9.* & licèt ſcribendi teſtamenta ius ijs nõ erat, poterant tamen adire hereditates, *Symmach. lib. 10. epiſt. 54. Salvian. Marſil. lib. 3. ad Eccl. Cathol.* qui elegantem adfert differentiam inter Latinos, Iunianos, & cives Romanos, quæ trita eſt, vulgariſsimaq;, *Parlad. diff. 93. Cuiac. lib. 4. obſ. c. 5.*

31 Iſti liberti cuiuſcunque conditionis etiam ſi civitatem haberẽt, civicíſque fruerentur privilegijs, tamen multa ingenuis licebat agere, quæ nequaquã libertis conceſſa: nam nec ipſi, nec eorũ liberi unquam ius tribuum habebant, quod ingenuorum tantũ erat; neque tutores ingenui libertinis pupillis dari poterãt, ut ex Marci Auguſti oratione habetur apud *Modeſtin. lib. ſingul. de excuſ. l. 2. C. de vet. iur. enucl.* nec in Senatũ ad-
32 miſsi, *Sueton. in Neron. cap. 15.* Veſtitu etiam non tantùm iure diſtincti libertinì à Patricijs, ſeu ingenuis, *Macrob. 1. Satur. cap. 6.* & nota corpori impreſſa, *Vetus Scholiaſtes Iuven. ad ſatyr. 1. ℣. 104.* ex quo loco adparet libertis pertuſſas, ſeu perfoſſas aures fuiſſe: nã ſervis perforari aures ſolitas notiſsimum eſt, *Sulpit. Sever. lib. 1. ſacra Hiſtor.* Vnde lux *Petron. Arbitr. ſatyr. pag. 59. Quid tu,* inquit, *Gyron, & circumcide nos, ut Iudæi videamur, & pertunde aures, ut imitemur Arabes, & increta facies, ut ſuos Gallia cives putet.*

33 Hæc quamquam de libertis ſerviſq; poſſe adcipi, qui Romam venales commeabant, ſcio ſolo luxu poſcente aures conſueviſſe perforari, hoc eſt, ad venuſtatem, decoremque conciliandum. Ex quo *Iuven. ſatyr. 1.*

--- *Molles quod in aure feneſtræ.*

34 Quod etiam in ſacris Litteris factũ, *Geneſ.*

Geneſ.cap.24. Exod.32. Iudic.cap.8. Iſai. cap.3.

35 Pretioſiſsimæ gemmæ perforatis auribus impoſitæ, *Suet.in Vitel.c.7. Plin. 9.cap.35. Iuven.ſatyr.6.*

Auribus extenſis magnos commiſit Elenchos.

Claud.de 6.Honor.Conſ.

---- *Baccis onerat candentibus aures.*

36 Sed magnũ inter Græcos, Latinoſque diſcrimen apud hos enim indiciũ nobilitatis, apud iſtos dedecoris luxuriǽque nota, *Iſidor. lib. 19. cap. 13.* Ad quem ritum reſpexit *Apulei. lib. de dogmate Platonis. Reliquit auri tantum, quãtum puer nobilitatis inſigne in auricula geſtavit.*

37 At cùm non poſsit tolli inauriũ luxus Alexander Severus Imperator modum adhibuit, ſanxitque, ut viri in univerſum inaures nõ haberent, & matronæ contẽtæ debêrent eſſe uno reticulo, atq; inauribus, & baccato monili, *Æl. Lamprid.in eius vita*, &non omnino earũ uſũ in fœminis interdictũ vidêri poteſt ex eo, quod *Vlpia. in l.25. licita ornamẽta muliebria* enumeret *armillas, inaures, viriolas, annulos præter ſignatorios, & Paul.*

38 *in l.32. D. de aur. & argent. leg. Quæreretur, an nihilominus detractis elẽchis inaures deberentur, in quibus duæ Margaritæ, & duo Smaragdi? Reſpondit deberi ſi maneant inaures:* videatur *Ariſtbanet.lib.1. epiſt.15.*

39 Ad libertinos revertamur, ad tantum divitiarum & honorum faſtigium à patronis evectos, ut cæteros omnes poſt Imperatores ipſos ſuperarent. Notum enim omnibus eſt ſub Claudio Liciniũ, & Pallantem præcipuâ fuiſſe authoritate & opulentiâ, *ex Suet on. cap.28. C. Plin. Iun. lib.7. epiſt.29. & lib.8. epiſt.6. Tiraq. in l. ſi unquam, verb. Libertis, n.65. C. de revoc. don.* Carum & Maſſam Neronis libertos celebrant *Iuven. ſatyr.1.* & vetus eius *Interpres*; Parthenium libertum Domitiani plurimùm valuiſſe, *Sueton. in eo cap.16.*

40 Atque ut hi libidini dominorum obſequendo, flagitioſaque perpetrando ſibi conciliabant opes, honores, dignitates, ità libertinæ vulgato corpore malè ſæpè audiebant, *Tit. Livius 4. dec. lib.9.* Scortum nobile libertina Hiſpana Feſenia, & videri poſſet meretrices, ſeu publica proſtibula libertinas fuiſſe, Authore *Horat.* qui in libertina peccanti videtur impunitatem promittere, *lib.1. ſatyr.2.*

Tutior at quanto merx eſt in claſſe ſecũda
Libertinarum dico Salluſtius, in quas
Non minus inſanit, quàm qui mœchatur.

Ioan. Roſin. lib.1. Antiq. Roman. cap.20. ubi *Dempſter.* multa cumulat.

42 Regulariter ſervi manumiſsione libertini fiunt, ſed uno caſu etiam iura ingenuitatis habent ſalvo iure patronatus, ut puta, ſi ius annulorum aureorum à Principe impetraverint, id eſt, equeſtrem dignitatem, aut beneficium equeſtri dignitati compar (de quo egerunt *Sueton. in Iul. cap.39. & in Galb. cap. 10. Budæus in l. ultim. D. de Senat. Alex. ab Alexand. lib.2. Dier. Genial. cap. 29. Iul. Cæſar Buleng. lib.7. de Imper. Roman. cap.14. Iacob. Cuiac. lib.7. obſerv. cap.14. Martial. lib.14. epigr.122.*) hâc enim dignitate quæſitâ deponebant ferreum annulum, ſumebant aureum, *Papin.3.*

Atque idem in cuneos populus cùm duxit equeſtres,
Mutavitque genus, levæque ignobile ferrum
Exuit.

Tradunt *Cuiac. & Vbeſembech. in Parat. ad tit. D. de iur. aureor. annul. Prad. ad Mart. lib.3. epigram.29.*

Annuli autem quàm neceſſarij ſint, & quantum oporteat illorũ uſum omnibus permitti, nec ex eo ſolùm colligi poteſt, quòd annulo maximè ſubarrhetur matrimonium, *cap. tenor, de reſcr. c. fin. de deſponſal. impub.* Quod ſignum matrimonij eſt, licèt ex illius delatione non arguatur ex neceſsitate matrimoniũ, *cap. illud, de præſumpt.* ubi *Innoc. & alij, c. noſtrates 30. quæſt.5. Luc. de Pen. in l.1. col. 2. C. de reis poſtul. lib. 10. Marc. Mant. dia-*

dialog.Hiſtcrol.66.num.2.6.& 7. Verùm etiam ex eo adparet, quòd annulus ſignũ ſit inveſtituræ, ſive translationis poſſeſsionis, *gloſſ.in cap.1.de conſuet. Afflict. deciſ.299.n 29. Grat.cap.310.* Item etiã & ſignum purgari metus; nam ſi vir tribus annulis ſubarrhavit uxorem, metus in contrahendo adhibitus purgatur, ut ſcripſit *Aleiat. reſp.5.n.17.* quem ſequitur *Menoch.lib.3.præſumpt.4.n.28.* ſicuti etiã in muliere, quæ ſemper annulos detulit, quibus fuit à marito ſubarrhata per actum illum voluntarium metũ purgaſſe præſumitur, *Pariſ. conſ. 170. n.25. lib.4. Menoch. ubi ſup. num.28.*

Quâ de causâ rectiſsimè fuit ſtabilitum *in l.14.tit.13.lib.7.Recop.* quòd homines & mulieres poſſent adferre annulos intextos lapidibus, & anteà multùm permiſſum exciterat, *l.unic.C.null. lic.infræn.lib.11.* (de quibus agit *Iuven. ſatyr.5.*

Ventilet æſtivum digitis ſudantibus aurum,
Nec ſufferre queat maioris pondera gemmæ.

Plin. lib. 8. Livius lib. 9. Guill. Bened.in cap. Rainutius, verb. Cuidam Petro tradiderunt, num.32. ad fin. pag. 152. Petr. Fab. Semeſtr.lib.1.cap.16.pag.95.& lib. 2.cap.10.pag.111.)

Vnum tamen hîc adduci debet ſatis mirabile, quòd erat ſignum extremę, & deploratæ egeſtatis annuli vẽditio, vel obpignoratio, *Iuven. ſatyr.11.ỷ.42.*

Talibus à dominis, poſt cũcta noviſſimus exit
Annulus, & digito mẽdicat Pollio nudo.

Mart.lib.2.epig.57.Suet.in Iul.cap.33.

Similiter dabatur libertinis in equeſtribus locus (equeſtria locus in ſcena equitibus deſtinatus, fuêre quatuordecim ordines, *Senec.lib.7.de benef.cap.12. Lãprid.in Alex.Sev.*) *Tertul.de Pall. c.4.* ibi: *Libertinos in equeſtribus ſuberbuſtes in liberalibus ſedere* (ut legit *Iuſt. Lipſ.de Amphit.cap.15.*) *Petron.in Sat.* Ibi: *Ego etiam ſi ancilla ſum, nunquam tamen niſi in equeſtribus ſedeo.*

43 Quibus breviter præmiſsis, poſtquã
ſervus per manumiſsionẽ à domino fa-
ctã liber, & civis Romanus factus erat,
in ſervitutem revocari non porerar (niſi
certis, & expreſsis in iure cauſis, de qui-
bus *in toto tit. C.de libert.& eor.lib.* latè
Donell.lib.2. comm.cap.17.& 24. elegan-
ter, fusèque *Amai. lib. 2. obſerv. cap. 6.*
omnino inſpiciendus, quia multa ſcitiſ-
ſimè congerit, & plurimos iuris Inter-
pretes adducit, & humaniores advo-
44 cat inornatum) cùm perpetuum & ge-
nerale illud ſit, ut libertas, quæ ſemel
cõpetijt, aut præſtita fuit, revocari nul-
lo modo poſsit, *l.quidã 25. §.ſi quis filiũ,*
D.ad Trebell.l.metum 9.§.idem Põponius,
D.hoc tit.l.ſi ex cauſa 9.§.ſi adverſus, D.
de minorib.l.ſicut ſemel 20.C.de lib. cauſ.
l.& eleganter, in princ.D.de dol.§.6. In-
ſtit.quib.ex cauſ. manum. non lic. probat
Pichard.in §.neceſſarij, num.17. Inſtit.de
hered.qualit.& diff.Oſſuald.in Don.lib.2.
comm. cap.13. litt.A. Fab.in iuriſp. tit.3.
princip.2.inlat.3.Velaſc.de privil. pauper.
45 *1.par.quæſt.42.num.4.* Quod contingit
favore libertatis, quæ inæſtimabilis eſt,
l.nõ eſt ſingulis 176. §.1. D.de reg.iur. &
quâ nihil favorabiliùs exiſtimatur, nam
46 non ſolùm ſecundùm naturã eſt, ſed to-
ta à natura eſſe creditur, ut copiosè tra-
dit *Fab.in Iuriſp.tit.3.princip.2.inlat.2.*
47 Ex quo fluit, quòd quamvis præſtita ſit
ex falſa cauſa, vel ex falſis codicillis,
ampliùs non poſsit revocari, *l. cùm ex*
falſis 47.D.de man.teſtam.l.2. C.de fidei-
commiſſ.libert.l.1.tit.22.par.4. Pichard.
in §. eadem lege, num. 5. Inſtit. quib. ex
cauſ.manu.non lic.
48 Adverſus rarionem ſuperioris regu-
læ acriter pungere videntur difficí-
lia *Vlpiani & Modeſtini* reſponſa *in l.*
Papinianus 8. §. ultim. & in l. 9. D. de
inoffiicioſo teſtamento, in quibus proba-
tur, quòd ſi quis deceſſerit facto teita-
mento, in quo libertates, & legata relin-
quebar, poſteàque eius hereditas adita
ſit ab herede ſcripto, & ſic ſtatim liber-
tates competant, ſi tamen poſteà a-
gatur adverſus teſtamentum querela
inoffi-

inofficioſi, & reſcindarur, adſerunt *Vlp.*
& Modeſtin. libertates, & legata nõ va-
lêre: ergo etiã ſi ſemel competierit ex
reſtamento, & præſtita ſir, adimi pote-
rit conrra ſuperiorem doctrinam.

50 In qua difficulrate nõ rectè *Accurſ.* in
præſenti *verb. Nõ valẽt, & in d.l.9. verb.*
Fideicommiſſarias, qui adſerit, ideò dire-
ctas libertates ex teſtaméto rupto non
valère, ſi intra quinquéniũ agatur, fidei-
cõmiſſarias auté valêre, quia fideicom-
miſſarię duplici fundantur authoritate,
népè teſtatoris & heredis; directæ ve-
rò in ſola authoritate defuncti: quæ di-
ſtinctio nodum nõ diſolvir, cùm verũ ſit
directam libertatem in ſola defuncti au-
thoritate fundatam ſtatim ipſo iure va-
luiſſe, & ideò propter ſolam defuncti
authoritatem non debêre revocari, cũ
ea ſola ſufficiens non ſit, niſi aliæ cauſæ
in iure adprobatæ concurrant, & præte-
reà ſi in utroque caſu idem viget liber-
51 tatis favor; cur idẽ ius non cõſtituitur?
ex vulgata *l. illud 32. D. ad leg. Aquil.* de
qua *Don. 1. cõm. cap. 14.* & ſic factum he-
redis facit, ut magis valeat fideicõmiſ-
ſaria libertas, quàm directa, & quòd nõ
revocetur, cur etiam non facit, ut va-
leant legara, circa quorum præſtationẽ
intervenit etiam eiuſdem heredis factũ?
Quare his, & alijs rationibus *Accurſij*
ſententia improbatur.

52 Nec rectiùs *Ant. Fab. qui in Iuriſp.*
Papin. tit. 6. princip. 1. inlat. 3. contendit
ideò non poſſe liberrates competere ex
teſtamento, quòd inofficioſum pronun-
53 tiarum eſt *in d. §. ult. & in d.l.9.* quia per
querelam inofficioſi teſtamentum rũ-
pitur hoc colore, quaſi non ſanæ mentis
ſit teſtator, dum teſtamentum condidit,
ex l. 2. D. de inoffic. quæ ratio convenire
non videtur ſententiæ *Vlp. in d. § ult. &*
Mod. in d l. 9. ubi omnia relicta in teſta-
mento ſtatim ab adita hereditate com-
petierũt, cum privatio præſupponat ha-
54 bitum, *l. centum, de verb. oblig. l. Sempro-*
nius 26. D. de uſufr. leg. l. nam ſi ſub condi-
tione 5. verſ. Poſt defectum, D. de iniuſt.
rupt. quod non accideret, ſi à furioſo te-
ſtamenrum condererur; nam ab initio
nullum eſſet, tanquam à furioſo factum,
§. præterea, Inſtit. quib. non eſt permiſ.
fac. teſt. nec legata, & libertates reli-
ctæ unquam competerent, & præterea
hæc fictio iuris, ut reſtamentum rum-
patur per querelam tanquam ab initio
à furioſo factum, veritatem rei mutare
non poteſt: nam reverâ quamvis filius
55 iniuſtè ſit exheredatus, vel præteritus
in teſtamento, teſtamentum & omnia in
eo contenta valent ipſo iure, donec ad-
verſus heredem ſcriptum ſentẽtia pro-
nuntiata ſir, *l. 8. §. 16. D. de inoffic.* qua-
re ſi pronuntietur, & inter heredẽ ſcri-
ptum, & legitimum rranſactio facta ſit,
nihilominus teſtamentum in ſuo iure
manebir, & legara, & libertates de-
bebuntur, elegans *text. in l. ſi ſuſpecta,*
§. quamvis, D. de inoffic. latè probat *Do-*
nell. lib. 19. comm. cap. 10. ubi *Oſſuald. lit-*
tera H.

56 Et ulteriùs ſi ratio, quam prę ſtat *Ant.*
Fab. in citato loco, ſufficiens eſt ad revo-
candas libertates directas, quę ex teſta-
mento competierunt, cur ſimiliter ſuf-
ficiens non eſt ad revocandas fideicõ-
miſſarias, quæ itidem ex eodem teſta-
mento cõpetunt, & deſcendũt? De qui-
bus reſpondet *Modeſt. in d.l.9.* victorem
præſtaturum fideicommiſſarias viginti
aureis, & in hoc caſu à ſingulis præ-
ſtandis.

57 Quare alijs omiſsis interpretationi-
bus verior & elegantior mihi videtur,
quę refertur *à Conano lib. 9. cõm. c. 8. n. 7.*
qui adſerit, quod quamvis directa liber-
tas ſtatim competat ab adita heredita-
re, tamé ut teſtamentũ ſic eſt illam ſuſ-
penſam eſſe toto quinquennio quo que-
rela reſtitui poteſt, ut ſi infirmetur te-
ſtamentũ, neque ipſa libertas debeatur,
ac ne cõpetijſſe unquã dicamus retro-
trahẽtes ſententiã, quæ reſcindit teſta-
mentũ ad tẽpus facti teſtamenti, ut nul-
la videarur libertas valuiſſe, & hæc eſt
vera ſentẽtia *d.l.9. Oſſuald. in Donell. lib.*
19. cõm. c. 10. lit. I. Si verò poſtquinquẽ-
nium incipiat querela, tunc præſcriptã

quo-

quodammodò eſſe libertatē illo tem-
pore, quæ totos quinque annos tenuit,
& ideò nō revocari, qui verus eſt ſenſus
Vlp. in d. l. Papinianus, §. *fin.* cum quibus
iuribus ſuperiora principia nō pugnant.
58 Nam ſi retrotractio ſententiæ, & teſta-
menti ſuſpenſio *in d. §. fin. & in d. l. 9.* fa-
ciunt, ut libertas nunquam comperijſſe
videatur ex eo teſtamento rupto, con-
ſequenter querela nō revocabit liber-
tatem, quæ nunquam comperijt, ſed de-
clarabit per ſententiam ab initio nullā
fuiſſe; at in ſuperioribus principijs, de
quibus fecimus mentionem, libertates
ſemel præſtitæ ſtatim valuerunt, nec
unquam ſuſpenſæ fuerunt, & ideò non
poſſunt revocari. Sed à ſuperiore iure
relato *in dict. §. fin. & in d. l. 9.* poſteà re-
59 ceſſum fuit per ius novum relatum *in
novella Iuſtiniani*, cuius ſumma refertur
in auth. ex cauſa, C. de lib. præterit. ibi: *Ex
cauſa præteritionis, vel exheredationis te-
ſtamentum irritum fuit, quod adtinet ad
heredis inſtitutionem, cætera namque fir-
ma permanent:* ubi cætera intelligit, quæ
omnia præter hereditatem in teſtamē-
to relinquuntur, legata, fideicommiſſa,
libertates, quæ cuncta Iuſtinianus vult
in univerſum valêre, quibus paucis ver-
bis, quæ ad hanc legatorum, & liber-
tatum reſciſsionem pertinentia ſcripta
legimus *ſub titul. D. de inoffic. teſtam.*
quod explicat *Donell. lib. 6. comm. c. 13.*

60 Nunc diſcuti debet, an ſervus poſsit
præſcribere libertatem contra domi-
num ſe gerens pro libero? In qua quæ-
ſtione aientis, & negantis ſententiæ
adſtant fundamenta, utraque refere-
mus, & veriora ſectabimur.

61 Et in primis videtur ſervum nullate-
nus poſſe libertatem præſcribere, quia
ſui furtum fecerat, ex *l. 1. C. de ſerv.
fug. l. 1. C. de præſcription. long. temp.
quæ pro libert. l. 1. C. ubi cauſ. ſtat. l.
ea quæ, C. de liber. cauſ.* Ex quibus iu-
ribus negatur poſſeſsio, ſine qua præ-
ſcriptionem procedere negat *textus in
l. ſine poſſeſsione, D. de uſuc. cap. ſine poſſeſ-
ſione, de reg. iur. lib. 6.*

62 Secundò conſtat *ex l. 12. Tab. &
Attinia*, relata per *Gell. lib. 17. cap. 7.*
quòd rei furtivæ æterna eſt authoritas,
id eſt, æterna uſucapiendi conditio, ut
63 ex *Budæo, Corraſ. Alciat.* & alijs ex-
plicat *Vellcius ad Topic. Cicer. §. 16.
num. 8.* ſed ſi res furtiva nunquam uſu
capitur, niſi in domini poteſtatem re-
dierit, *iuxta §. quod autem, Inſtit. de uſu-
cap.* quod vitium nullo modo purgatur
etiam per longiſsimum tempus, *l. 1. D.
pro emptore, l. ſi homo 35. D. de uſucap.
cap. redintegranda 3. quæſt. 2.* ibi: *Nulla
temporis conditione.* Igitur, &c.

Vnde Romae olim res furtivæ in
Saburram vænales propoſita occiden-
te Sole, ſeu, ut *Petron. in ſatyric.* deficiē-
te die, unde vigilacem Saburram vo-
cat *Propert. 4. eleg. 7. & Horat. 1. ſa-
tyrar.* fallacem & veſpertinum forum.
Indèque Proverb. *De veſperi ſuo vivere.
Plaut. Milite 4. ſcen. 2.* id eſt, furtis vi-
ctum (ſeu ut loquitur *Caſſell.* vitam ſicut
& Græcè victum ſignificat. *Paul. Leo-
pald. 11. emend. 4.*) parare, *Duranc. Caſ-
ſell. 1. var. 5. Oſſuald. in Donell. lib. 15.
comm. c. 29. lit. K.*

Vltimò pro hac parte tenet *Barboſ.
in l. omnes 4. C. de præſcrip. 30. vel 40. an-
nor. à num. 98. cum ſeq.*

64 Pro ſecunda ſententia faciunt ſequē-
tia. Primò, quòd ex parte ſervi poteſt
dari bona fides, ut libertatē præſcribat
cum errore iuris obſcuri, qui à peccato
excuſat; & pariter præſcriptionem non
impedit, nam licèt adtento iure Civili
requiratur in præſcriptione bona fides
ſtrictè ſumpta, prout importat aliquid
poſitivum; tamen lato modo ſumpta,
prout de iure Canonico capitur, ſolùm
importat bonam conſciētiam reſpectu
rei poſſeſſæ, ac proinde nō dicit aliquid
poſitivum, ſed adcipitur pro abnega-
65 tione bonæ fidei, prout peccatū exclu-
dit, ut apertè ſignificat *text. in cap. vigi-
lanti, c. ult. de præſcrip. Mench. Illuſt. c. 77.
c. 3. Mol. de iuſt. tom. 1. diſp. 64. Leſ. lib. 2.
c. 6. n. 8.*

66 Secūdò facit *tex. in l. per eū, D. de acq.*

 poſſ.

poſſ. ibi : *Neque ſe liberum eſſe credit*, ubi *Iuriſconſultus* agnoſcit, poſſe credere ſe liberum, quo dato iuſto errore, non eſt dubium, quòd mala fides abſit, & poſsit incipere præſcriptio, *Covar. lib. 1. var. cap. 3. num. 8. Pinell. in l. 2. part. 2. c. 4. n. 31. Gom. 2. tom. var. c. fin. n. 24.*

67 Tertiò ponderari poreſt ad rem *l. generaliter 28. de noxal.* ubi poſſidens ſervum, quem tamẽ ſcit alienum, præſcribit contra verum dominũ, ex ea ratione, quia ſola illa ſcientia rei alienæ non inducit malam fidem in præſcribente; quæ non corrigitur per Ius Canonicũ. Ergo ſicut tertius, qui ſcit ſervum eſſe alienum, contra dominum præſcribit; ſic pariter & ipſe ſervus cùm ſe pro libero gerit, licèt ſciat ſe ſervum alienum eſſe.

68 Quartò poteſt cogitare, ſervus ex domini permiſsione, & facultate id ſibi licêre, imò ſe à domino libertate donatum, dum patitur ipſum inter liberos homines verſari, vel ex titulo aliàs nullo, vel inhabili, quia tũc ex legis beneficio conſequitur libertatẽ, quaſi à domino pro derelicto habeatur; per longum enim tẽpus inducitur prioris poſſeſsionis oblivio, ex qua inducitur amiſſio poſſeſsionis civilis animo retentæ, à quo tempore incipit præſcriptio contra dominum, ex ſententia *gloſ. in §. aliquando, Inſtit. de uſuc. Padill. in l. 2. n. 5. C. de ſervit.*

69 Quintò, ius ſervitutis amittitur longo nõ uſu, & libertas acquiritur ei, qui ſcienter poſsidet fundum ſervituti obnoxium, nec extinctioni obſtat mala fides poſſeſſoris, quia hæc præſcriptio nõ procedit ex poſſeſsione, & facto præſcribentis, ſed ex negligentia alterius, cui ſervitus debetur, *Gabr. de præſcript. concl. 3. & 4. Perez ad l. 3. tit. 3. lib. 3. Ord. gloſ. 1. verb. Contrariam*: ergo pariter ſervus erit liber per domini patientiam ex temporis curſu extinctâ illâ obligatione perſonali ſerviendi.

70 Quare verior eſt, & tenenda ſententia poſterior; quam tenuiſſe Senatum Portugalliæ Author eſt *Gabr. Pereira deciſ. 6.* per totam, ſed præcipuè *n. 7.* Vbi dicit, ex longiſsimi temporis curſu vitium malæ fidei purgari, quando vera non ſit mala fides, ex *Valaſc. conſult. 96. n. 6.* ſed præſumpta.

71 Tandem non obſtant contraria: non primum, quia *text. in l. 1. C. de ſerv. fugit. & l. 1. C. de præſcript. long. tempor. quæ pro lib.* cum alijs, nõ procedunt in præſcriptione longiſsimi temporis, ut ex eis evidenter adparet.

72 Non ſecundum, quia licèt olim adcẽto illo iure res furtivæ perpetuò poſſent vindicari, tamen quia iã hodie ea, quę æterna, & perpetua ſunt in iure, ſaltem longiſsimo tempore præſcribũtur, *prin. Inſtit. de perpet. & temp. act. l. ſicut, l. omnes, C. de præſcrip. 30. vel 40. ann. l. quod ſi nolit, ad fin. verſ. Si verò, D. de ædil. edict. Covar. 2. var. c. 9. n. 1. Tiraq. de retract. tit. 2. §. 1. gloſ. 2. num. 12.* Sequitur evidenter, nullum negotium faceſsere obpoſitum, cùm res furtivæ adſtante bonâ fide, ſaltem præſumptâ, non poſſint vindicari.

73 Nec oberit alius ſcrupulus, ſi quis obijciat, quòd adhuc nõ purgatur vitiũ rei furtivæ, cùm nõ redierit in poteſtatem prioris domini. Satisfit enim, quòd illud procedit, ut ordinario tempore præſcribi nõ poſsit; nam longiſsimo tẽpore præſcribitur durante vitio ex authoritate legis; ſicque explicari debet ſententia *Soti in 4. de iuſt. q. 5. art. 4. verſ. Tertiò*, dum reſolvit, rem furtivam præſcribi poſſe à bonæ fidei poſſeſſore, ut procedat in præſcriptione longiſsimi temporis; nam temporis brevis curſus non ſufficit.

74 Haud impedit *text. in d. cap. redintegranda 3. q. 2.* quia remedium illius etiã longiſsimo temporis ſpatio perimitur, *Sarm. 2 ſelect. c. 13. n. 2.* qui ſatis concinnè explicat.

75 Succedit alia quæſtio, utrùm libertas metu præſtita valida ſit, necne? Sed negativè reſpondendum, ſeu reſolvendũ eſt, ex *text. in l. ſi privatus 17. D. qui, & à qui-*

à quibus, ubi ſi privatus coactus à populo manumittat, licèt volũtatẽ adcõmodaverit, tamẽ nõ erit liber; nã & nominatim ex adclamatione, quilibet, ſive dominus fuerit, ſive Magiſtratus, prohibetur manumittere: quem textum ità interpretatur *Cuiac. lib. 2. obſervation. cap. 22.*

76 Facit expreſsè *text. in l. 3. C. qui manumit. non poſſ.* ibi: *Divo Marco Authore ampliſsimus ordo cenſuit, ne quis in ſpectaculo, quod edatur, actorem ſuum, alienúmve ſervum manumitteret, & ſi factum eſſet, per infecto haberetur*: ubi *Bald. & Salicet.* adſerunt ad exclamationem populi factã manumiſsionem non tenère; quia metu coactus dicitur manumittere, ibique *Dionyſ. Gothofr. in ſchol. lit. O.*

77 Idem Divo Hadriano placuit: namque is rogante populo, ut quendam manumitteret, per tabellam reſpondit, à ſe id peti non debère, ut alienum ſervum liberaret, vel ut dominum cogeret manumittere. Idque *Dio* ſcribit in *Hadriano*, ſed huius rei ità definiendæ primus Author D. Marcus extitit. *Suet. in Tib. c. 47.* refert Accium coactum fuiſſe in ſpectaculo Comœdum manumittere.

78 Conducit *text. in l. Decurionum* 12. *C. de pœn.* ibi: *Decurionum filij non debent beſtijs ſubijci. Cùmque à Populo exclamatum eſſet, iterùm dixerunt: Vanæ voces populi non ſunt audiendæ, nec enim vocibus eorum credi oportet, quando aut noxium crimine abſolvi, aut innocentem condemnari deſiderat*: & in *l. ſi conſtet* 12. *D. de adpel.* ibi: *Si conſtet nullo actu ex lege habito Duumvirum creatum, ſed tamen vocibus popularium poſtulatum, eiſque tunc Proconſulem, quod facere non debuit, conſenſiſſe, adpellatio in re aperta ſupervacua fuit.* & in *l. ad beſtias* 31. *D. de pœn.* ibi: *Ad beſtias damnatos favore Populi Præſes dimittere non debet, niſi fortè tumultus aliter ſedari non poſſet, l. penult. D. ad l. Cornel. de ſicar. & in c. Oſſius, de elect.* ubi electus ad clamorem populi non debet per ſuperiorem confirmari, ibique *Auguſt. Barboſ.* multos laudat.

79 Vnde in manumiſsionibus exigitur expreſſa, integra, libera voluntas, nec igitur in eis habetur taciturnitas pro conſenſu, nec coacti voluntas pro voluntate, *d. l. ſi privatus 17. D. qui, & à quibus*, elegantiſsimè adnotavit *Iacob. Cu'ac. lib. 16. obſerv. c. 40. Voluntas* enim *eſt animi motus ſine coactione, Bart. in l. ementis, C. de act. empt. gloſ. magn. ad marg. in l. apud Iulianum 11. D. ad Trebel.* Sed ſpontanea, & deliberata, quam habêre non poteſt invitus, cùm non deliberet, ſed volens in actu voluntario tantũ *l. cum Antiquioribus, C. de iure deliber. Grat. cap. 483. num. 21. tom. 3. Pich. in §. item actio. 26. num. 27. Inſtit. de act. Petra de poteſt. Princip. cap. 24. num. 47. fol. 353. colum. 2. Arell. de Imper. ration. lib. 2. c. 10. fol. 301. verſ. Ex quibus.*

80 Sed huic ſententiæ obponitur expreſsè *text. in l. metum 9. §. idem Pomponius 2. D. hoc titul.* ubi probatur ſervi manumiſsionem coactè factam ad edictum pertinère; ergo libertatem valêre ſubponit.

81 Pro cuius *textus* intellectu, & interpretatione tres caſus notari debẽt, némpè, aut extraneus cõpellit dominum ad manumiſsionem, & tunc libertas tenet, ſicque genuinè, & verè declaratur *dict. §. idem Pomponius*, aut cogitur ab ipſo ſervo, & neutiquam obtingit libertatio, *l. ille ſervus 9. D. qui & à quibus*, aut premitur à Populo, & nullo modo immunis fit, *l. ſi privatus* 17. *D. qui & à quibus*, ità diſtinguunt *Accurſ. in dict. §. idem Pomponius, lit. B. Baldus, Angel. & Gothofr.* communiter, *Salic. in l. 3. C. qui man. non poſſ.*

82 Obſervandum eſt, quòd ſi Titius mihi auferat ſervum, & ipſum manumittat, quòd non valet libertas, ſed datur utilis in rem vindicatio, *l. 2. D. quibus ad libertat. proclam. non licet*, ibi: *Servum quis per vim à Titio adcepit, & teſtamento liberum eſſe iuſſit, quamquam ſolvendo deceſſerit, non erit ille liber.*

83 Dubium exoritur in ſpecie *dict. §. idem Pomponius*, cõtra quem reſtituitur

dominus? Quidam adſerunt contra ſervum, ut in ſervitutem redigatur, quaſi hæc ſit magna cauſa, *l. 10. D. de minor.* prout eam explicuit *Accurſ.* & nõ malè. Alij dicunt cõtra Inferentem metũ, nã
84 libertas revocari non poteſt, *l. & eleganter, in princ. D. de dol. l. ſi ex cauſa, §. adverſus, D. de minorib.* Quòd verius eſt & tenendum, cùm favor libertatis adſiſtat. Imò cogar ad id efficiendum, ut ſalva ſit liberatio, quæ ſemel obtigit.

85 Pro colophone huius capitis adnotandum eſt, quòd ſervo invito libertas dari poteſt, ut in ſpecie *text. in l. ultim. §. ſin verò quidam, C. de teſtam. manumiſſ.* licèt dici ſoleat invito beneficium nõ conferri, *l. invito 69. D. de reg. iur.* nec poſſe liberalitatem nolenti acquiri, *l. hoc iure 19. §. non poteſt, de donat.* Quia ſicut in ſervi poteſtate non eſt, ne homo ſit, ità nec illud, ne talis homo ſit, quales omnes homines naſci natura voluit, cùm libertas ſit qualitas naturalis. Rectèque hoc caſu poteſt uſurpari elegans illud dictum *Imperatoris Leonis novell. 102.*

86 Duplex beneficium adcipere eum, qui beneficiũ adcipere cogitur, ità ratiocinatur *Ant. Fab. in Iuriſp. tit. 3. princ. 2. inl. 8. & tit. 5. princ. 2. inlat. 26.*

87 Cui rei concinna eſt & alia ratio. Nam cùm libertatem date nihil aliud ſit, quàm e manu ſua emittere, adparet in eo nullum requiri factum, ac ne quidem conſenſum manumiſſi, ſed ſufficere factum manumittentis, ſicut & ut avis, quã in manu mea habeo, recipiat priſtinam ſuam libertatẽ, ſufficit, ut e manu mea illam emittam, dummodò eo animo, ut fiat illa libera, nec amplius eã perſequi velim, *l. naturalem 5. l. Pompo-*
88 *nius 44. D. de acquir. rer. dom.* & ſanè cũ is, qui libertatem adcipit, nihil novi acquirat, ſed tãtùm priſtinam, & naturalem libertatẽ recuperet ſublato vinculo ſervitutis, quod ius Gẽtium induxerat, quid, obſecro, impedit, quominus tollatur illud vinculum etiam invito ſervo, quo etiam invito fuerat contractum? vel *ex regula, Nihil tam naturale 35. D. de reg. l. prout 80. D. de ſol.* adnotat eleganter *Acuña in ſumm. diſt. 83. nume. 4.*

89 Plures ſunt modi; quibus libertas etiam invito domino ſervo præſtatur, quos in unum congeſſit *Donell. lib. 2. comm. cap. 12.* ubi *Oſſuald.* ibique poterunt videri.

90 Hinc inſurgit quædam indagatio; an factus liber invito domino fiat eius libertus? Quam ſub diſtinctionis fœdere componit *Ant. Fab. in Iuriſp. tit. 5. princ. 2. inlat. 21.* ſcilicet, aut patronus ſervum manumiſit, licèt coactus, & fieri nequit, ut patronus non ſit, qui manumiſſor eſt, ſed tamen pro patrono non erit habendus. Aut ſervus ſine manumiſſione pervenit ad libertatem, & tunc neque patronus, neque patroni loco habendus erit ille, qui dominus fuit, *arg. l. ſed ſi hac 10. D. de in ius voc.*

SUMMARIUM.

1 Navigationis multa ſunt commoda.
2 Navicularij iure communi immunitatem habent, & 3. 4. 5.
6 Decertantes contra navicularios pœna 10. librarum auri puniuntur.
7 Non tamen ſemper fuerunt immunes.
8 Cura navium faciendarum magna eſt adhibenda.
9 Inter onera naves comprehenduntur. Naves angariabantur. Vocabantur Curſoriæ.
10 Ideò curioſi ad littora erant.
11 De prima navigandi origine remiſſivè.
12 Navales copiæ, claſſeſque in littore luſtrabantur.
13 Deorum imaginibus naves inſigniebantur, & 14.
15 Caſtor, & Pollux navigantibus propitij.
16 Ethnici eos in ſuis navibus depingebant.
Ma-

17 Maris navigationes periculoſæ, & 18. 21.
19 Adducitur Ion. c. 1.
20 Et Marc.4.
22 Ventorum turbines tempeſtatem præſigunt.
23 Non eſt neceſſarium maria tentare. Mori in aquis peßimum.
24 Tres cauſæ navigationis proponuntur.
25 Piratarum incurſus timēdus, & 26.27.
28 Navium exercitium ad publicam utilitatem pertinet.
29 Commendatur lege Regia.
30 Omnibus fuit permiſſum naves armare. Viarum cura.
Lapides terminales qui?
Acervus Mercurij qui?
Explicatur l.58.tit.4.lib.2.Recop.
Movens terminos, qua pœna puniatur.
De religione Termini.
Explicatur l.2. de termin.mot.
Delicta involuntaria non puniuntur.
31 Qui liberabatur à naufragio, arenam deoſculabatur.
32 Quod etiam procedebat in navibus.
33 Ex duobus naufragis unus debet alteri cedere tabulam, cui magis interſit Reipublicæ vivere.
34 Adducitur Cicero.
35 Alimentorum ſubtractio, & eorum, quæ pertinet ad ſtatū, licita eſt, ut dentur alicui inſigni viro.
36 In vim amoris Veteres ſignificabant cupere ſe conferre annos proprios alteri, & 37.
38 Explicatur Tertullian.
39 Quādo licitum pro Repub. & alijs mortem obpetere, remiſſivè.
40 Si propter maris tempeſtatē, aut hoſtiū metum navis in aliquem locum perveniat cum mercibus probibitis aſportari à Regno, excuſatur.
43 Si hoſtes, qui ob metum triremium hoſtilium in terram fugiendo adpulerunt, ſi ab incolis capiantur, num debeantur capientibus, an Duce Triremium?

CAPVT XXXV.

An Navis, quæ eſt inventa cum mercibus prohibitis aſportari à Regno in aliquē locum, ſitne excuſanda, ſi eò pervenit vi vētorum, & tempeſtate maris, aut hoſtium metu?

1 CERTVM eſt, navigationis magna eſſe emolumenta & commoda, idq́ue experientia docet, & teſtatur *Conſultus in l.2.in princip. & §.ſi is qui navem, D.de exercit.act.* ubi navigandi uſum neceſſitatē vocat, & Reipublicæ maximè neceſſariā eſſe navigationem, ait *Menoch.de retin.poſſ. rem.6.n.54.* additq́; *DD.* id ſcribere *in l.quominus, D.de fluminib. Sixtin. de Regalib.lib. 2.c.3.n.37. Solorz.de Ind.iur. lib.1.c.8.n.11.*

2 Hinc Navicularij iure cōmuni immunitatem habent, *l.1 §.fin.C.de navic. ſeu naucler.lib.10.l.omnium, in fin. l.navicularios, l.ſolos, & l.ſeq. C.Theod. de navic.* 3 Hi adpellantur etiam Naucleri *in d.R.C.de navic ſeu nauel.& in l.1.* denotantur hâc naviculariorū, ſeu naucleorum adpellatione illi nautæ, qui publicæ annonæ vehendæ causâ ſerviunt, *l.ſemper, §.negotiatores, D.de iur. imm. l.nullam, C.Theod.de navic.* 4 Horum olim certum erat corpus, *l.1. §. 1. D.quod cuiuſq.univ.nomin.d.l.ſemper, §.licet, l.quiſquis, & l.eum qui, C.Theod. de navicul. Calliſtratus in dict. §. negotiatores* generaliter dicit eos immunitatem à muneribus publicis conſequi, quandiu in huiuſmodi actu ſunt. *Et Imperator*

Conſtantinus in dict. l. naviculários, C. *Theodoſ.de navicul. Eos*,inquit,*omnes per orbem terrarum,per omne ævum ab omnibus oneribus, & muneribus, cuiuſcunque fuerint loci,vel dignitatis ſecuros, vacuos, immuneſque eſſe præcipimus.*

5 Rationem tanti privilegij hanc adſignat *Caliſtratus in dict.* §. *negotiatores*, quòd remuneranda ſunt pericula eorum, & ornanda præmijs, ut qui peregrè muneribus publicis, & quidem cum periculo,& labore funguntur.

6 Vnde in conſequentiam deducitur peculiariter pro navicularijs cõtra eos, qui his negotium faceſſunt, conſtitui pœnam decem librarum auri, *l. 1. C.de navicul.ſeu naucl. lib. 11. Sixtin. de Regal.lib.2.c.6.n.158.*

7 Nec tamen ſemper à tributis immunes fuerunt navicularij;quorum prædia navarchicas penſiones præſtabant, & canonem naviculariurn agnoſcebant, ſeu navarchicum. Quod onus fundo cohærebat, & poſſeſſorem ità ſequebatur, ut illa prædia naviculariæ functioni obnoxia,etiam ſi ad Principem perveniſſent,onere non ſolverentur, *l.1. & 2. C. de præd. & omn. reb. navic. Iacob. Gutb.de offic.dom. Aug.lib.3. cap. 17. fol. 550.*

8 Cura navium faciendarum magna eſt adhibenda, *Veget.lib. 5. cap.4. Adam Contzen.lib.10. Politic. cap.50.*§. 2. quas in multiplici differentiâ exiſtere probat *Rebuf.in l. malum 242 fol.769. D. de verborum ſignificat.* ſigillatim adnumerans.

9 Inter onera naves etiam comprehenduntur, quas angariari poſſe reſcriptum eſt *in l.viæ, D.de veteranis, Sidon. Appolin.lib.1. epiſt.5.* ibi: *Curſus publicus egreſſo mihi uſu fuit, utpote ſacris apicibus adcito.* Deinde adijcit *Ticini curſoriam aſcendi*. Curſus enim publicus, ut obſervat *Sirmondus*,non equis tantũ, vehiculiſque ſtetit, ſed navigijs & dromonibus per flumina,lacus,ſinus, ut res tulit,diſtributas. Dromonarij remiges erant, curſuriarum navium, *Caſſiodor. lib.4.epiſt.15.*eleganter *Iul.Caſ. Buleng.*
10 *lib.6.de Imp.Roman.cap. 7.* Ideò curioſi ad littora, portuſque tranſmittebantur commonitorijs competentibus, atque mandatis inſtructi, *l.10. C.Theod. de curioſis,Iacob. Gutb. de offic.dom.Aug.lib.3. cap.14.fol.523.*

11 De prima navigandi origine, navigiorũque inventione diſceptarunt currente calamo *Thom. Dempſter. ad Roſin.lib.7.Antiq.Rom.cap.32. Seraphin. de Freitas de iuſto Imperio Aſiati o,cap.4.& 5.Sapient.14.*℣.6 noviſſimè *Ioann.Hering.in tractat. de molend. quæſt. 2. num. 64.& quæſt.16. à n. 2. cum ſeq.* ubi perbellè multis congeſtis rem hanc diſcutit,*Polidor.Virgil.lib.3. de invent.cap. 15.Camill.Borrell.de præſtant.Reg.Catholic.c 19.n.54.& 55.*

12 Obſervandum eſt, quòd claſſes, navaleſque copiæ luſtrabantur diſpoſitâ claſſe in littore,arã, quæ in mari abluebatur, conſtruere convenit, in qua Sacerdotes victimas cæderent, mox circumſtante exercitu cæſam victimam, atque exta per claſſem in littore diſpoſitam,naviculis referrent cum ſolenni carmine, & precatione ducibus una inſidẽtibus in ſcaphis,diviſæq; Hoſtiæ partem in mare cum viſceribus porrigerent, partem verò flãmis adolerent, eo modo claſſem luſtrari, & calamitates depelli opinati, *Girald.lib.de navig. Alexand.ab Alexand.lib.5.Dier.Genial. cap.27.fol.596.*ubi *Tiraquel.*adnotavit. *Apulei. Mileſiar. 11.Navem ſummus Sacerdos tæda lucida ovo, & ſulphure ſolenniſſimas preces de caſto præfatus ore, quàm puriſſimè purificatam Deæ nuncupavit.*

13 Et ſimiliter Deorum Imaginibus naves inſigniebantur. *Servius* enarrans illud *lib 10.Æn.*

Maſſicus ærata Princeps ſecat æquora Tigri.

Cuius,inquit,roſtrum erat in ſimilitudinem Tigridis. Namque ſolent naves vocabula adcipere à pictura Tutelariũ.
14 Hinc eſt.

Hunc vehit immanis Triton.

Hæc

Hæc ille. Quorum prior locus eſt roſtrum, poſterior autem eſt puppis. Huc quoque alludit *Lucan. lib. 3.*

---Non robore picto
Ornata docuit fulgens tutela carinas,
Sed rudis, & qualis procũbit montibus arbor,
Cõſeritur ſtabulis navalibus area puppis.

Alex. ab Alex. 4. lib. Dier. Gen. c. 2. fol. 323. in fin. ubi *Tiraq.* latiſsimè comprobat, & adducit plura.

15 Caſtor & Pollux navigantibus propitiabantur & favebant, tradunt *Plin. lib. 2. c. 37. Senec. lib. 1. natur. qq. c. 1. Pind. Pith. Od. 6. Pauſan. in Laconic. Ovid. lib. 1. Faſtor. Mart. in Spect. epigr. 24. Catul. in Phaſel. Stac. lib. 3. ſilv. Senec. in Herc. fur. Apollod. lib. 3. Clem. Alex. lib. 3. ſtrom. Higin. in ſtellis. Girald. de nav. c. 9. & ſyntagm. 5. Tebet. lib. 7. c. 10. Coſmog. S. Aug. de Civit. Dei, lib. 18. c. 14.* ubi *Vives in Comm.* quod Hiſpani nuncupamus Santelmum.

16 Quare Ethnici in ſuis navibus depingebãt ad ſuperſtitioſam ſecuritatẽ Caſtorẽ, & Pollucẽ, ut videtur *in Actib. Apoſtolic. c. 28.* & nũc Orthodoxi illas ſub Divi alicuius tutela, & munimine mari exponunt.

17 Negari non poteſt, maris navigationes magnis periculis eſſe ſubiectas, dicente *Iuvenale:*

I nunc, & ventis animam committe dolato
Confixus ligno, digitis à morte remotus
Quatuor, aut ſeptẽ, ſi ſit latiſsima teda.

Senec. ſuaſ. 1. ibi: *Adſpice quibus procellis, fluctibuſque ſaviat, quas ad littora undas agat. Tãtus ventorum, tãta convulſi funditus maris inſania eſt: nulla præſens navigãtibus ſtatio eſt, nihil ſalutare, nihil notũ rudis, & imperfecta natura penitùs receſſit.*

18 Proinde nautas nec inter vivos, nec inter mortuos verſari dicebat *Plat. in Axiocho, Stob. ſer. 19. Horat. 1. carm. 3. Senec. in Med. act. 2. Prop. lib. 3. eleg. 5. Clau. in præfat. 1. de rap. Petrar. in rem. utriuſq; fortun. dial. 54. Meneb. lib. 1. illuſt. c. 20.*

19 Maris autẽ pericula notãtur in Scriptura ſacra apud *Ioan. c. 1.* dũ dicit: *Dominus autem miſit vẽtum magnũ in mari, & facta eſt tẽpeſtas magna in mari, & navis periclitabatur conteri, & timuerunt Nautæ, & clamaverunt viri ad Deũ ſuũ.*

20 Inde apud *Marc. cap. 4.* ſcriptum eſt: *Et facta eſt procella magna venti, & fluctus mittebat in navim, ità ut impleretur navis. Et erat ipſe in puppi ſuper cervical dormiens, & excitans eum, & dicunt: Magiſter non ad te pertinet, quia perimus. Et exſurgens comminatus eſt vento, tace, & dixit mari, & obmuteſce, & ceſſavit ventus: & facta eſt tranquillitas magna.*

21 Ex quo patet, quàm periculoſæ ſint maritimæ navigationes, & quàm certa divina ſuffragia ad evitanda illarum pericula. *Camill. Borrell. de Hiſp. leg. c. 5. n. 9. & 10. Licoſth. in Appot. fol. 618. Tiraq. de nobil. c. 31. n. 593. Gail. lib. 2. obſerv. 64 n. 25.* Vndè *S. Ambroſ. in lib. de Elia & ieiun. c. 19.* relatus à *Gregor. Lop. in l. 24. tit. 9. part. 2.* verb. *Andar por ella,* dicit, *quòd mare non fecit Deus ad navigandum, ſed propter elementi pulchritudinem pelagi fudit æquora certè, ut freto includeret terres, ne longiùs tu vagus exſul errares: & Maiol. 1. tom. Dier. Can. colloq. 10. pag. 267.* dicit, quòd Deus poſuit pericula in mari, ne homines navigarent.

22 Obiter notabis, ventorum turbines tempeſtatem præfigere, *S. Chryſol. ſerm. 21.* ibi: *Siquidem magna & ſatis gravis imminet procelloſa tempeſtas, dum ſe undique furens, ac pernicioſus ingerit turbo ventorum maria mugiunt, ipſa quoque inſulæ funditus ſubruuntur, & triſti ſonitu littora univerſa feriũtur: Ioan. Barclai. lib. 2. Argen. fol. 175.* ibi: *Sed cùm ſæpiùs iuſſus proceſsiſſem in altũ, primùm auræ inter ſe pugnantes nos alternis rapuerũt, in averſos, & contrarios curſus:* Quamobrem *in Senec.*

23 iudicio non eſt neceſſarium maria tentare. *Et Virg.*

--- Méne huic confidere Monſtro?

Meliùs *Caſſiod. lib. 4. var. epiſt. 15. Quid enim audentius, quàm illud infidũ, ac vaſtiſſimum mare intrare!* Adſentitur *Tertullia. de Pallio, cap. 2.* ibi: *Sic & mari*

 fidei

fides infamis,& Lucret. lib. 2. & mori in aquis peſsimum, *Cerd.* cum multis *adv. ſac.c.112.n.12.*

24 Tres cauſas, motuſvè navigationis propalavit *Sap.cap.14. & Alexis in Stobeo ſerm.19.* ibi: *Quiſquis navigat, aut inſanire, aut mori cupere, aut mendicum eſſe.* Quā hoc inſtituto, ſive intento moraliter deteſtātur, *Frāc.Petrar.de rem. Dialog.54. Mencba. lib. 1.cont.illuſt.cap.20. n.11.Greg.in l.29.tit.2.p.2. Horat.lib.3. Od.24.*

Quid leges ſine moribus
Vanæ proficiunt, ſi neque fervidis.
Pars incluſa caloribus
Mundi, nec Boreæ finitimum latus,
Durataque ſolo nives
Mercatorē abigunt? horrida callidi
Vincunt æquora navitæ?

Et Claud.lib.1.de rapt.Proſerp.

Inventa ſecuit primus, qui nave profundum,
Et rudibus remis ſollicitabat aquas:
Qui dubijs auſus committere flatibus alnum;
Quas natura negat, præbuit arte vias:

Etſi *Senec.lib.5.natur.quæſt.* intendat cōmerciorū favore navigationi adulari. *Quid quod omnibus inter ſe populis, & gentes diſſipatas locis miſcui? beneficium ſi illud in iniuriam ſuam non vertat hominum furor. Herodot.lib.7.Plin.lib.31.c.6.*

25 Non ſolùm navigationes timendæ ſunt propter maris volubilitatem, & inconſtantiam, ſed etiam propter Piratarum incurſus, quorum inſidiæ magnum navigantibus damnum inferunt, vt notatur *in l. in rebus 18. D. commod.* ibi: *Piratarum inſidias,* de quibus *Sebaſt. Medic.de caſib.fortuit.1.part. q.13.ſub n. 20.* Ipſi enim Piratæ æquiparātur fidei Chriſtianæ hoſtibus, & impunè derobari poſſunt, *iuxta not. in auth. navigia, C.de furt.* vbi *Bald.* dicit, quòd ſunt ipſo

26 iure diffidati. Et ideò cùm exerceant piraticam in mari, & fluminibus diſrobando, ſunt Pontificali excommunicatione per proceſſum Curiæ excommunicati, vt voluit *Ioan.And.in c.excommunicationi,* extrà, *de raptorib.* & ſingulis annis in die ſolenni Cœnæ Domini excommunicātur, vt per Bullam renovatam per *Sixtum Summum Pont. cap. 3. & 4. Auguſt.Barb.de offic.& poteſt.Epiſcop.part.3.alleg.50.n.60.*

27 Iniquiſsimum hominum genus illos appellat *Angel. conſ. 290. colū. 1.* Vnde *Vlpianus* inquit: *Nec enim minus in mari, quàm in villa per latrunculos inquietari, & infeſtari poſſumus, in l. quo naufragium, §.Labeo, D.de incend. ruin. & naufr.* quo in loco *hiſterologia* vſum *Vlpianum* poſt *Accurſ.verb. Nec enim,* voluit, *Gulielm. Forner.in l.verbum oportebit, D.de verb. ſignif.* de Piratis latè agit *Strach. de mercat.part.3.num.29. & 30. & de navib. p. 2.num. 14. & 15.* Hoc vitio Pompeio Magni Pompeij filio, quòd Piraticam exercuerit, de quo *Lucan.* inquit:

Sextus erat magno proles indigna parente,
Qui mox Scyllæis exſul graſſatus in undis
Polluit æquoreos Siculus Pirata triumphos:

Camil.Borrel.tom.3 ſumm.decìſ. tit.10. à num.59.

28 Hinc cùm navium exercitium ad publicam utilitatem pertineat. *l. 1. §. licet autem, D.de exercit.* præſertim illarum, quarum uſu ità imperio maris potimur, ut Piratarū latrocinia tollamus, & illorum incurſus facilè refrænemus, ſicut navalis ſolertia propter navales victorias celebretur *ab Aul. Gell. noct. Attic.lib.7.c.3.*

29 Inde meritò Reges noſtri *in l. 21.tit. 4.lib.6.& in l.12.tit.10.lib.7.Recop.* armandi, & cōficiendi navigia (quod Regale ius eſt, *cap.1.quæ ſint Regal.in uſib. feud.* ibi: *Et navium præſtationes*) omnibus quibuſcunque ſubditis ſuis liberam tribuunt facultatem, ut littora, & maria eis adiacentia ſint à Piratarum incurſibus, frequentia navigiorum ſecura, & pacis tranquillitate fruantur.

30 Nam & iure etiam Civili Romanorum privatis quibuſcunque naves arma-

mare, conficere, & habêre, navigiaque exercêre fuit omninò permiſſum, *l. 1. C. de navib. non excuſ. lib. 11.* ibi: *Nam ut privatos quoque non prohibemus habere navigia, ità fraudi locum eſſe non ſinimus. Ceſſante itaque fraude Reipublicæ damnoſa nihil iure privatos navigia habere prohibebat, Petr. Gregor. lib. 29. ſyntag. cap. 10. num. 4. Stracb. de navib. 2. part. n. 2.* exceptis tantummodò Senatoribus; quibus ex lege Iulia repetundarum naves habêre interdictum fuerat, *l. 3. de vac. mun.* cuius exſtat memoria *apud Cic. 7. in Ver. & lib. 16. ad Attic. Liv. lib. 2. belli Punici ſecundi, ad fin. Petr. Gregor. lib. 29. cap. 10. num. 4. Lazar. Baifius de re naval fol. mihi 83. in fin.* Nam & navim in eadem Provincia, in qua quis adminiſtrat, ædificare prohibetur, ut ait *Hermogenianus in l. aufertur 46. §. quod à Præſide, D. de iur. Fiſ. Narbon. in l. 10. tit. 12. lib. 7. Recop. gloſ. unic.*

Hinc viarum publicarum cura Regibus incūbit, *Livius decad. 1. lib. 1. l. ad curatores Reipublicæ, l. qui vias publicas, de damn. infect. l. 2. §. etſi curatores, D. ad mun. l. 2. §. tractatum eſt, D. ne quid in loc. public. Dion Caſſius. lib. 54. cap. 1. quæ ſint reg.* ubi *Scrib. Sicul. Flacc. lib. de Cond. Agror. Robert. lib. 2. rer. iudicat. c. 3. Num. 25. Petr. Gregor. lib. 1. ſyntag. cap. 2. num. 5. & lib. 3. cap. 13. num. 4. cum ſeq. Modic. dubit. iur. § plebiſcitum, dubit. 88. n. 5.*

Qua de cauſa columnæ in vijs adfigi debent, ne nivis magnitudo ab itinere viatores aberrare faciat, *l. 58. tit. 4. lib. 2. Recop.*

Ad cuius textus elucidationem advertere oportet viarum ſpatia antiquitus in vijs lapide deſcribi, *Quintil. lib. 4. cap. ult. Ruttil. Claud. lib. 2. Itinerarij, Briſſon lib. 4. ſelect. c. 8.*

Vnde in uſum profluit lapidibus dimenſionem fieri, *l. 1. §. ab initio, D. de offic. Præfect. urb. l. propter litem 21. §. fin. de excuſ. tut.* ibi: *Ne ultra centeſimum lapidē, §. qui autem excuſare, Inſtit. eod. l. 2. C. de erog. milit. annon. Iuſt. Lipſius de Magnit. Rom. lib. 3. c. 10. ad med.* Noviſsimè *Ioan. Hering. in tract. de molend. quaſt. 2. n. 14. & q. 26. & 27.*

Ex quo ſimiliter fluit, Antiquos coluiſſe Deū Terminū, *Apul. lib. 1. Florid.* propter lapides terminales *Ammian. lib. 18. Paul. lib. 5. ſent. cap. 22. l. 1. D. de termin.* qui ſunt limites dividentes fundos, ſuper quibus edictæ fuerunt leges Agrariæ, Semproniam adducit *Higin. lib. de limitib.* Mamiliam, Roſciam, Peduceā, Allienam, Fabiā. *Iuſt. Lipſius lib. 1. elect. cap. 15.* eleganter *Dempſter. ad Roſin. lib. 2. antiq. Roman. cap. 20. fol. 410. in Paralipom.*

Ideòque lapides, ſeu columnæ itineribus adfigi ſolebant ad demonſtranda ſpatia viarum, *Alexand. ab Alexand. lib. 3. Dier. Gen. c. 13. Strab. lib. 15. Geographi. pag. 470.*

Cui uſui olim deſervit Mercurij effigies ſummitati quadrati lapidis conſtituta, cuius plano inſcriptiones viarū ad viam monſtrādam peregrè proficiſcentibus cōſtituebantur; viatores acervos lapidum conſtituebant; & adijciebant honoris Mercurio impēdendi gratiâ, & ea quæ in promptu eſſent & obvia, *Fabor. fol. 218. Claud. Minois in not. ad Alciat. emblem. 8. Delrio adag. 145. Prad. in Pentecontb. c. 49.*

Quò reſpexit *Salom. Prover. 26.* ibi: *Sicut qui mittit lapidem in acervum Mercurij; ita qui tribuit inſipiēti honorem,* ubi *Salaç.* multa cumulat videndus. Sicque limites, ſeu terminos ita poſitos moventes graviſsimis pungebantur ſeveritatibus, elegantiſsimè *Otbero diverſor. quæſtionum in 3. part. quæſt. 13.* ubi mirè agit vidēdus, *Menoch. de arbitr. caſ. 393 Clar. in § fin. quæſt. 83. n. 10.* ubi *Baiard. Farin. de furt. quæſt. 168. num. 90. cum ſequentib.*

Virg. 12. Æneid. ℣. 895.

Nec plura effatus ſaxum circumſpicit ingens,
Saxum antiquum, ingens, campo qui forte iacebat
Limes agro poſitus, litem ut diſcerneret arvis.

Vix

Vix illud lecti bis ſex cervice ſubirent,
Qualia nunc hominum producit corpora tellus,
Ille manu raptum----

Vbi *Ioan. Ludovic. de la Cerd. in notis*, *n. 18. fol. 777.* explicat in hunc modum.

Sciunt omnes fuiſſe in iure actionem de termino moto è loco, *l. 1. 2. & 3. D. de term. mot.* & lex NVMAE fuit, ut eſſent ſacri boves illius, qui terminum exaraſſet, *Plutarch.* etiam *Terminũ* vocat *Epiſcopum & cuſtodem amicitiæ, & pacis*. Demũ quis neſcit religionẽ Termini, & ſacra Terminalia? Ad rem quis ſcit, an Poëta in Turno movente Terminum è loco, ac proinde profanantem religionẽ voluerit retaliare, quod Turnus ipſe non longè antè Troianis obiecerat in oleaſtro diruto eo verſu?

---Colui veſtros ſi ſemper honores,
Quos contra Æneadæ bello fecere profanos:

Religionẽ Termini ſumpsêre Græci à Romanis, *Plat. lib. 8. de legib.* ibi: *Nemo fines, atque terminos agri moveat, nec civis vicini, nec finitimi peregrini. ſi agri extrema poſſideat. Sed putet id eſſe verum, quod dici ſolet, hic immobilia movet, malitque unuſquiſque ſaxum ingens movere, quàm parvum lapidem iureiurando à Dijs firmatum, quo amicitiæ, & inimicitiæ terminentur.*

Quare ob Termini immobilitatem dixit *Virgil. 4. Æn.*

---Hic terminus hæret.

Lucret. lib. 6.

Altè terminus hærens:

Et lib. 2.

Quandoquidem vitæ depactus terminus altè.

Tibull. lib. 1.

--- Non fixus in arvis,
Qui regeret certis finibus arva lapis.

Cerd. ad Virg. 4. Æn. ℣. 610. fol. 474. n. 10. volum. 2. Dionyſ. Gothofr. in l. 1. de termino moto, litt. P.

Et non ſolùm humanæ leges, ſed & divinæ præſcripta prohibent terminorum amotionem, *Deuter. 19. ℣. 14. Non adſumes, & transferes terminos proximi tui, quos fixerunt priores in poſſeſſione tua, quam Dominus Deus tuus dabit tibi in terra, quam acceperis poſſidenda.*

Ex dictis venit enucleandus *text. in l. 2. D. de term. mot.* ibi: *Quod ſi per ignorantiam, aut fortuitò lapides furati ſunt, ſufficiet eos verberibus decidere.*

Ex quibus verbis depromit *Cuiac. lib. 19. obſerv. cap. 10.* involuntaria puniri.

Verùm obponitur *l. ſi quis id*, *§. doli mali, D. de iuriſd. omn. iudic.* ubi delictum per ruſticitatem, aut caſu commiſſum non punitur.

Facit etiam, quòd ignorans non dicitur delinquere, *Honded. conſ. 42. num. 42. volum. 2. Surd. conſ. 25. n. 30. Giurb. conſ. 14. num. 11.* nec punitur; ac proinde nullum eſt ſtatutũ, quo aliter expreſſum ſit *Cravet. conſ. 969. num. 5. Burſat. conſ. 134. num. 17.* ignorans in pœnalibus nihil velle dicitur, *Burſat. conſil. 153. num. 66.*

Aliam rem eſſe adparet in his, quæ Iure Gentium, vel de Iure Communi, Statutario, Conſuetudinario, vel Conſtitutario ſunt delictum, *Iul. Clar. §. fin. quæſt. 60. num. 14.* in quibus ſtatuta pœnalia ligant etiam ignorantes, *Magon. Rot. Luc. deciſ. 49. num 7. Gabr. conſ. 178 num. 53. volum. 2. Coſta de fact. ſcient. & ignor. reg. 6. num. 7.*

Qua de cauſa *text. in dict. l. 2. D. de term. mot.* punit furantem lapides terminales per ignorantiã, aut fortuitò, quia omni iure prohibitio proceſſit, & ſic etſi ex parte furantis ignorantia adſit, tamen nulla eſt excuſatio.

Rurſus cùm *in dict. l. 2.* voluntas tenderet in furtum, quod per ignorantiam commiſſum eſt, non ſolùm furtum lapidum, ſed terminus eſt motus; quapropter, etſi delinquentes delictum termini moti perpetrare nollent, tamen quia adtentabant furtum committere, idcircò termini moti crimine arguuntur; quoniam etſi ignorãtia adfuit, intervenit tamen circa qualitatem delicti, non

verò

verò circa ſubſtantiam, & ideò puniuntur, *Amai. lib. 1. obſervat. cap. 3. n. 10.*

Neque admittendus eſt *Cuiac.* ubi ſuprà (quem ſequitur *Gothofred. in d. l. 2.*) inquiens, ibi involuntaria delicta coërceri, quoniam etſi non crimen, culpa tamen quædam in ignorantia fuit; quod falſum eſt.

Nam crimen adfuit, cùm vellent furari, & ideò involuntas, licèt ſit in qualitate delicti, adhuc tamen volũtas adfuit delicti perpetrandi, id eſt furti, ob idque verberibus coërcentur.

31 Quomodo etiam procedit *l. ſi fortuito 51. D. de incend. ruin. & naufrag.*

Qui liberabatur à naufragio, arenã deoſculabatur, *Homer. Odyſ.* 13. de Vlyſſe Itacam adcedente: *Oſculatus eſt almã Tellurem,* & *in Odyſ.* 4. de Agamemnone: *Oſculabatur adtingens ſuam patriam, & non ſolùm deoſculabatur, ſed adorabat,* ut videtur *in Schol. Appoll. lib. 2. Plutar. in Ant. Ariſtophan. in Plut. Ovid. lib. 1. Faſtor. Plaut. Bacch. Senec. in Agamemnone. Ioan. Barclai. lib. 4. Arg.* ibi: *Numen ſalutavit, procubuitque in arenã.* Et ſimiliter offerebat tabulam naufragij, *Horat. lib. 1. Od. 5. Cic. lib. 3. de Nat. Cordob. in Didaſc. c. 22.* & non tantùm in tẽplis collocabat, ſed etiam in ſcopulis, *Tyrius diſert. 38. Ita nautæ in eminenti ſcopulo, quem infra undæ alluebant, Dijs maris temonem poſuerunt.*

32 Quod etiam in navibus procedebat: nam etſi in templis non collocarentur, aut in ſcopulis, tamen adſervabantur, ut in navibus Theſſei, & Megallani obſervatum videmus, & de ultima teſtatur Hiſpalis. *Plutarch. in Theſ. Ioan. Metell. in præfat. ad lib. Oſſorij de reb. geſt. Emanuel. pag. 26. Oſſuald. in Donell. lib. 8. cõm. c. 17. lit. F.*

33 Nunc quæri oportet, an ex duobus naufragis unus debeat cedere tabulam alteri? Cuius quæſtionis reſolutio ità ſe habet, nempè, cùm una tabula tantùm adeſt, valet alter, qui illam habet, vel capere poteſt, alij cedere, cui magis interſit Reipublicæ causâ vivere quaſi non ſit adeò certũ, ut ceſsâ tabellâ pereundum ſit, cùm aliàs ſpes ſuperſit, quãvis minima evadẽdi, licet adſit ad maximum, & præſentaneum mortis periculum, & quamvis etiam certum eſſet naufragium, erit tamen permiſſum ob finem bonum, propter quem non videtur ſe occidere, ſic concludit *Arazon. 2. 2. art. 4. quæſt. 26. dub. 3. arg. 3. Mich. Salon. 2. 2. quæſt. 65. art. 5. cont. 1. arg. 5. Navar. de reſtit. lib. 2. cap. 3. num. 74.* Quidquid aliter diſtinguant *Soto de iuſt. & iur. lib. 5. quæſt. 1. art. 6. ad. 3. & Gregor.*
34 *Lop. in Prolog. tit. 7. part. 5.* Quod etiam
explicat *Cic. lib. 3. offic. Quòd ſi* (inquit) *una tabula ſit, duo naufragi, hique ſapientes, ſibi ne uterque rapiat, an alter cedat alteri? Cedat verò ſed ei, cui magis interſit ſua, vel Reipublicæ cauſa vivere. Quid ſi hæc paria in utroque? Nullũ erit certamen, ſed quaſi ſorte, aut dimicando victus alteri cedat alteri.* Sequitur *Leſſ. lib. 2. c. 9. dub. 6. num. 31. Suar. de legibus, lib. 3. cap. 30. num. 10.* Hoc enim non eſt directè ſe interimere, ſed exponere ſe periculo, ut ab undis deprimẽte corporis pondere vincatur.

35 Sic ſimiliter alimẽtorum ſubtractio, & eorum, quę pertinent ad ſtatum, licita eſt, ut dentur alicui inſigni viro, *D. Thom. 2. 2. quæſt. 32. art. 6. 2. Reg. 17. Navar. de reſtit. lib. 2. cap. 3. num. 40. 63. & 74. Grat. cap. 176. à num. 8. cum ſeq.* ubi alios laudat.

36 Quibus adde, quòd ad exprimendã mirificam quandam vim amoris Veteres utebantur illo genere loquendi, quo ſignificabant cupere ſe conferre, & cõtribuere annos ſibi ad vivendum conſtitutos cum eo, quem diligerent, ſi quo modo hoc fieri poſſet. Ità ut, quod ipſis ſupereſſet vitæ, eius pars aliqua ad vitam illius adderetur. Vnde inquit *Tibull.*

Vive diu mihi dulcis annus, proprios ego tecum,
Sit modò fas annos contribuiſſe velim.

Et *Plaut.* cùm quidam amico dixiſſet: *Cur tu, obſecro, immerito meo me morti dede-*

dedere optas? hoc ab eo reſponſum fert. *Ego te? quam ſi intelligam deficere vitam meam, tibi largiar, & de mea ad tuam addam.*

Hocque in conſuetudine poſitũ fuiſſe oſtendit *Senec. de brevit. vitæ, cap. 8.* ibi: *Dicere ſolent eis, quos validiſſimè diligunt, paratos ſe partem annorum ſuorum dare,* ubi *Iuſt. Lipſ.* confirmat. *Stac.*

Pars animæ victuræ meæ, cui linquere poſſim:
O utinam! quos dura mihi rapit Atropos annos.

37 Prout ex hac conſuetudine triumphantibus Imperatotibus occinebatur:

De noſtris annis tibi Iupiter augeat annos.

Docet ex *Tertull. Muret. lib. 9. var. lect. c. 2. D. Gregor. Nazianz. in Orat. in Baſil.* ibi: *Et addere aliquam vitæ ſuæ partem unuſquiſque illi, ſi quomodo id fieri poſſet, paratus erat. Ambroſ. de obitu Valentiniani,* ibi: *Quem noſtræ vitæ temporibus fulcire cuperemus, ut de noſtris annis viveret, qui non potuit fungi ſuis. Iul. Cæſar Buleng. lib. 2. de Imper. Roman. cap. 31. fol. 164. lit. D.*

38 Locus autem *Tertulliani* eſt *in apologetico adverſus Gentes, cap. 35. de ſolennibus Cæſ.* ubi quòd in congiario dividendo hoc adclamabatur: Congiarium autem erat Imperatorũ munus, quod populo dabatur, cùm donativum eſſet, quod ſolitum erat dari militibus ad cõciliandum favorem, cùm quis inibat Magiſtratum, aut Imperium, ut notat *Rhenat. Laurent. in dict. cap. 35. in verb. Congiario, Senec. lib. 4. de beneſic. Plin. in Paneg. Sueton. in Aug. c. 41. Budæus. in P.*

39 Quando autem licitum ſit pro Republica, Patria, Regibus, Parentibus, Filijs, Maritis, Vxoribus, Propinquis, Amicis, & ſimilibus mortem obpetere, & manifeſto periculo ſe ſubmittere, & detrimentum aliquod pati in perſona, & in bonis, latiſſimè explicat, multa exempla tam Ethnicorum, quàm Sanctorum adducens, *Ameſcua de poteſtate in ſe ipſum, lib. 2. c. 2. 3. & 6. cum ſeq.*

40 Denique inquiri debet, an excuſatio
obtingat, ſi propter maris tempeſtatẽ,
aut hoſtium metum navis in aliquem
locum perveniat cum mercibus prohi-
bitis aſportari à Regno? Et reſolutivè
dicendum eſt, quòd ſic, *textus* clarus *in*
l. 1. C. de naufr. lib. 11. ubi *Bart.* adſerit, à
navi, quæ contrariorum ventorum vi
venit ad portum onuſta mercibus, ga-
bellam exigi non poſſe, quia non liben-
41 ter, & ex propoſito, ſed coactè vento-
rum vi adceſsit; quod cõfirmat ex mul-
torum auctoritate, atque exẽplo *Strach.*
de merc. tit. de navib. num. 26. Rebuf. in l.
portus 59. verſ. 4. fol. 303. colum. 1. de verb.
ſignif. noviſsimè *Hippolyt. Maia 1. part.*
conſ. 14. num. 7. facit expreſsè *text. in l.*
Cæſar, de public. & vectig. Roderic. Sua-
rez alleg. 18. num. 2. ubi *Addit. Bobadill.*
lib. 4. Politic. cap. 5. num. 15. Caval. caſ.
287. n. 19. Giurb. conſ. 56. n. 33. Rip. de
remed. cont. peſt. in mod. ubert. conſer. num.
71. uſque ad 88. & individualiter *num.*
42 *87.* Qui etenim pulchrè determinat
diſtinguendo, quòd ſi via recta eſt peri-
culoſa, vel ab hoſtibus obcupata, vel
fluminibus inundata, ità ut tranſeuntes
non niſi maximo vitæ diſcrimine tran-
ſire poſsint, quòd utique mercium ad-
portatores, ſi reperiantur per viam inu-
ſitatam, & indirectam, ſunt omninò ex-
cuſandi, & omnis cõtra eos ceſſare de-
bet ſuſpicio, *arg. l. 2. §. ſi quis tamen, D.*
ſiq. caut. Petr. de Vbald. in tractat. de
duob. Frat. p. 8. princip. quæſt. 5. num. 6. Et
rationem addit, quòd ceſſet malitiæ ra-
tio, *l. cùm proponas, C. de nau. fœn.* elegans
text. in l. 9. §. 4. tit. 30. lib. 9. Recop. Fari-
nae. quæſt. 172. num. 2. Polid. Rip. de noct.
temp. cap. 16. num. 51. Coler. de alim. lib.
1. cap. 17. num. 24. Raudenſ. de analog. lib.
1. cap. 30. num. 284. Mexia de tax. pan.
concl. 1. num. 20. Maſcard. de probat. concl.
473. num. 4. & concl. 834. num. 85. Alber.
de ſtatut. 1. part. quæſt. 55. & 57. Cæpol. in
l. 3. colum. 8. de verb. ſignif. Bertach. de ga-
bell. p. 9. q. 14.

43 Cuius rei occaſione quærendum eſt, & non ineleganter, ſi hoſtes, qui ob

me

metum Triremium hoſtilium in terram fugiendo adpulerunt, ſi ab incolis capiantur, num debeantur capientibus, vel Duci Triremium?

44 Et pro capientibus faciebat *text. in §. illud quæſitum, Inſtit. de rer. diviſ. & in l. in laqueum, D. de acq. rer. dom. & in l. naturalem*, §. *illud quæſitum, D. eod.* ubi fera vulnerata ab uno, & capta ab alio, fit capientis.

45 Secundò faciebat regula generalis, quòd in bello præda fit capientis, §. *item quæ ab hoſtibus, Inſtit. de rer. diviſ. l. 1. D. de acq. poſſ.* nec capta dicitur, niſi adprehendatur, *l. 1. §. item ſi in bello, D. de acq. poſſ. l. 3. §. Neratius, D. eod. § ſi ab hoſtibus, Inſtit. quibus mod. ius pat. poteſt ſolvit.*

46 His tamen non obſtantibus, pluribus rationibus, quas non tranſcribo, pro claſsis Duce concludit *Maſtrill. deciſ. 180.* & ad adlegata iura reſpōdendo, illa in caſu ambiguo procedere adfirmat; quo fera ſi vel ne capi potuiſſet, ut ex *dict. §. illud* ſatis conſtat; qui caſus ſatis differt ab iſto, de quo tunc agebatur; nam hoſtes (eorum claſſe captâ) ab inſula minimè libertatem recuperare poterant, & ſic quod capi debebant, certiſsimum erat, ut in adlegato §. *illud, Aretin. Plat.* & alij adnotarunt, dum voluerunt, quòd ſi fera eſſet ità vulnerata, ut aliter fieri non poſsit, quàm ut caperetur, ſtatim vulnerantis efficeretur, ſequitur *Fulvius Conſtantius in l. unica, à num. 138. C. de claſſicis, lib. 11.*

SVMMARIVM.

1 *Conſuetudo definitur*, & 2.
3 *Diſcrimen inter conſuetudinem, morem, & uſum.*
4 *Mos rationabilibus, & brutis tribuitur. Explicatur 4. Eſd. 8. 2. Mach. 11.*
5 *Mos in liberis actibus reperitur.*
6 *Morem ſequi debet conſuetudo.*
7 *Mos antiquior eſt legibus.*
8 *Præfectus morum apud Romanos.*
9 *Intelligitur Plautus.*
10 *Effectus moris magni, & 11.*
12 *Formula ſine more quid ſignificet? ibi. Interpretatur Virgil.*
13 *Forma more maiorum declaratur.*
14 *Res facta ſine more eſt improba, ſicut cum more laudabilis.*
15 *Adducitur Statius.*
16 *Exploduntur Servius, & Pet. Faber.*
17 *Fideliſſimus vetuſtatis mos retinendus.*
18 *Nulla eſt differentia inter morem, & mores, & 19.*
20 *Quoties ſimpliciter fit mentio de moribus ſine aliquo additamento, mores Populi Romani intelliguntur.*
21 *Subſtitutio pupillaris moribus eſt introducta.*
22 *Ius ſimpliciter poſitū non alterius Gentis, ſed Romanorum ius per antonomaſiam & excellentiam denotat.*
23 *Vrbs ſimpliciter ſcripta intelligitur Romana.*
24 *Verbum mores ius Gentium ſignificat. Patria poteſtas moribus inducta, ideſt, iure Gentium.*
25 *Convincuntur Alber. Gentil. Conan. Pet. Greg. Vaeon. & Sigon.*
26 *Proſequitur confutatio, & 27. 28.*
29 *Verbum mores denotat leges Romanorum antiquas, quæ opponuntur legibus novioribus.*
30 *Vſus tam de frequentia actuum, quàm de ſingulis actibus dici poteſt; mos autem nō dicitur propriè de uno actu.*
31 *Mos non inducitur ex bis facto.*
32 *Sed ex multa exercitatione, & diuturno tempore.*
33 *Conſuetudo legi humanæ contraria illā abrogat.*
34 *An conſuetudo poſſit abolere leges, in qua eſt clauſula derogatoria*, non obſtante quacunque conſuetudine, *remiſsivè.*
35 *Ius conſuetudo adpellatur.*
36 *Intelligitur l. 2. C. quæ ſit long. conſ. & l. 3. §. Divus, de ſepulcr. viol. uſque ad* 42.
43 *Conſuetudo abrogat legem, non autem vincit.*

Ad

44 Ad inducendam conſuetudinem binus actus ſufficit:attamen ſi eodem momento reiterentur plures actus, per hoc non inducitur conſuetudo.

45 Vnus actus habẽs tractum ſucceſſivum, ſufficit ad conſuetudinem inducendam.

46 Adducitur text. in cap. cùm de beneficio,de præb.lib.6.

47 Initium voluntarium conſuetudo requirit.

48 Ex actibus coactis, & impreſſivis non inducitur conſuetudo.

49 Comprobatur hæc ſententia.

50 Adducitur l.ſi privatus 17.D.qui & à quibus, & 51.

52 Si ſit conſuetudo adclamandi & excitandi populum excuſat,ut non puniatur quis uti ſeditioſus.

53 Ex ſervitÿs indebitè, & per extorſionem præſtitis non inducitur conſuetudo.

54 Ex actibus Principis iniuſtis non naſcitur.

55 In Domino inferiore impreſſio, & violentia præſumitur.

56 Non valet conſuetudo,ut creditor poſſit vi & reſiſtente creditore ingredi, & adipiſci poſſeſſionem.

Privilegium non amittitur, ubi quis illi coactè contravenit.

57 An per cautionem de iudicio ſiſti reus amittat declinatoriam fori? uſq. 64.

CAPVT XXXVI.

An ex actu coacto inducatur conſuetudo?

1 CONSVETVDO à *DD.* multipliciter definitur, *in Rubrica,& cap. fin. de conſuetud. Bart. in l. de quibus*, & ibi *Interpretes, D. de legib. Conan. lib. 1. Iur. Civ. cap. 10. num. 1. 3. & 8. Eman. Rodr. de reg. tom. 1. quæſt. 69. art. 1. in princ. Rebuf. ad leges Gall. 3. tom. in præfat. tract. de conſ. num. 1. & 43. Azor tom. 1. inſtit. moral. lib. 5. cap. 17. in princ. Salas de legibus, diſput. 19. ſect. 1. num. 4. & 6. Suar. lib. 7. de legibus, cap. 1. num. 1.* & ante illos *D. Thom. 1. 2. quæſt. 97. art.*

2 *3.* Sed ſolùm tenenda eſt definitio *Iſidori in cap. conſuetudo 1. diſt.* ibi: *Conſuetudo eſt ius quoddam moribus inſtitutũ, quod pro lege ſuſcipitur, cùm deficit lex.* Sequũtur *Tertull. de corona militis, Ioan. Ludov. de la Cerda adverſ. ſacror. cap. 104. num. 4. Regin. in prax. lib. 13. cap. 23. num. 241.*

3 Hinc obſervandum eſt, quòd diſcrimen verſatur inter morem, conſuetudinem, & uſum: mos, teſte *D. Thom. 1. 2. quæſt. 58. art. 1.* non ſolùm rationabili-
4 bus, ſed etiam brutis tribui ſolet. Vnde Scriptura dicit homines operari more brutorum, iuxta illud *4. Eſd. 8. Qui mores pecudum habuerunt*, & *2. Macb. 11. Leonum more impetu irruentes in hoſtes.* Sed hoc per ſimilitudinem, ſeu analogiam brutis adtribuitur, quatenus ex naturali inclinatione eandem rationem operãdi obſervant, ut advertit idẽ *D. Thom. in 3. diſtinct. 23. quæſt. 1. artic. 4. quæſtiunc. 2.*

5 Propriè tamen mos in liberis actibus reperitur: nam genus moris incipit ibi, ubi dominium voluntatis invenitur, ut idem *D. Thom.* notavit *in 2. diſt. 24. quæſt. 3. art. 2.* & alij. In uſitatiore apud Latinos adceptione mos eſt longa conſuetudo, ut dixit *Salas de legibus, diſput. 19. ſect. 1. num. 4.* & in hunc ſenſum capitur ab *Iſidoro in cap. mos eſt 4. diſtinct. 1.* & pro ea ab alijs uſurpatur.

6 Iam ergo adparet differentia, ex eo quòd mos ſit in iudicio animi conſtitutus, quem ſequi debeat conſuetudo; qui, ſcilicet, omnium iudicio firmo, & certo comprobatur uſque adeò, ut cõſuetudinem inducat, id eſt, ab omnibus cùm res poſtulat, uſurpetur, & ità mos animi eſt, & voluntatis, conſuetudo autem actionis: ille præcedat, hæc ſequatur, *Rebuf. ad leges Gall. 3. tom. in præfat.*

tit.

tit.de conſuet. num.38. Roeb.de conſuetud. ſect. 1. num. 28. Actiña in cap.4. num.3. diſt.1.

7 Quàm antiquior ſit mos legibus, poteſt colligi ex *Platone*, dum adfirmat ius hoc non ſcriptum ſcripto eſſe vetuſtius: & certè negari non poteſt, moribus homines priùs, quàm legibus uſos fuiſſe, de quo latiùs *Conan.lib.1.Iur.Civil. cap. 10. num.2.* Vnde *Solon* Græcorum ſapientiſsimus dixit, leges eſſe morum reformatrices. Quapropter *Horat. lib.3.carm. Od.24.* ait:

Quid leges ſine moribus vanæ proficiunt?

8 Hinc Romanis in uſu fuit Præfectus Morum; ad eos coërcendos, cohibendoſque, tradit latiſsimè *Alex. ab Alex. lib. 3. Dier. Gen. cap. 13. Gutb. de offic. Dom. Auguſt. lib.1. cap.43. fol.206.*

9 *Plaut.* ludens *in leges 12. Tabul.* quæ in æs inciſſæ pendebant in foro, cùm interim pravi mores, & corrupti dominarentur in Civitate, ſic eleganter dixit:

Moris leges perduxerunt poteſtatem ſuam,
Neque magis ſunt ÿs obnoxÿ, quàm parentes liberis.
Hæ miſeræ etiam ad parietem ſunt fixæ clavis ferreis,
Vbi malos mores adſigi nimio fuerat æquiùs.

10 Effectus moris magni, & potentes ſunt, ut advertit prudenter *Senec. de trãquillit.anim. c.10.* ibi: *Cogita compeditos primò ægrè ferre onera, & impedimenta crurum: deinde ubi non indignari illa, ſed pati propoſuerunt, neceſſitas fortiter ferre docet, conſuetudo facilè. Invenies in quolibet genere vitæ oblectamenta, & remiſſiones, & voluptates, ſi nolueris malam putare vitam potiùs, quàm invidioſam facere, nullo melius nomine de nobis natura meruit, quàm quod cùm ſciret, quibus ærũnis naſceremur, calamitatum munimentum conſuetudinem invenit, citò in familiaritatem graviſsima adducens.*

11 Qui ſi in malum inclinet, expugnari nequit, & in peiora præceps ruit. *Niſſen.lib.de virgin.cap. 9. In omni re difficilis eſt, quæ expugnetur conſuetudo. Clem. Alex. in Orat. exhort.ad Gent. Fugiamus conſuetudinem, fugiamus tanquam ſcopulum difficilem, aut Charybdis minas, aut fabuloſas Syrenes: ſuffocat homines, à veritate avertit, abducit à vita, eſt laqueus, eſt malum ventilabrum, eſt Barathrũ.* Cui adludit *Text.* ſacer *in cap. 29. Geneſ. num. 26. Reſpondit Laban; Nõ eſt in loco noſtro conſuetudinis, ut minores antè tradamus ad nuptias.*

12 Animadverti oportet ad rem ſingularem, quòd formula *ſine more*, de qua habetur *apud Virgil.8.Æn.ŷ.635.*

Nec procul hinc Romam, & raptas ſine more Sabinas
Conſenſu caveà magnis Circenſibus actis
Addiderat---

Par eſt huic *malo more*, quæ habetur *in l.19.D.de negot.geſt.& in l.8. D. hoc tit. Stac.* etiam *7.Theb.* dixit: *Nullo more*,
13 quod idem eſt. His tribus contraria eſt forma iſta, *more maiorum*; de qua *in l. more 8.D.de iuriſd.& Simon Sebar.* Itaque ut iſtis *ſine more, malo more*, ſignificatur res facta improbè (& ſic *Virgilius*
14 debet intelligi, ut dixerit *ſine more*, pro eo quod *improbè*) ità hâc *more Maiorum* ſignificatur res facta laudabiliter, *Sidon. Apoll. lib.2. epiſt ad Secundum*, ibi: *Cùm nihil ampliùs ego, quàm veniam poſtularem, pronuntians more Maiorum tantæ temeritatis iure cæſos videri*, *Solorçano de parric.lib.1.c.8.fol:33.*

15 Et ut omittam Iuriſconſultos, certè formam Virgilij, & explicationem meam ſtabilit *Stac. lib. 1. Theb.* ubi loquens de OEdippo ait:

Ille tamen ſuperis æterna piacula ſolvit,
Proiecitque diẽ, nec iã ampliùs Æthere noſtro
Veſcitur: at nati (facinus ſine more) cadentes
Calcavere oculis----.

16 Quamobrem explodendi ſunt *Servius*,

vius,qui verbum, *ſine more*, explicavit *ſine exemplo*,& malè, *Petr.Fab.2.ſemeſt. cap.18*.ubi *ſine more*,explicat *contra morem*.

17 Fideliſsimæ vetuſtatis mos retinendus eſt,ut præcepit *Imperator in l.teſtamenta omnia, C. de teſtam.* quem *textum* dicit ibidem mortalem *Corneus*. Conſonat illud *Ennij*:

Moribus antiquis res ſtat Romana viriſque.

Quem verſum *Tullius lib. 3. de Repub.* tùm brevitate,tùm veritate dicit, tanquàm ex oraculo ſibi quodam effatum, uti etiam refert *D. Auguſt.de Civit.Dei, lib.2.c.21.*

18 Inſuper conſidera,non nihil intereſſe inter morem, & mores, ſed ità tamen, ut plerumque à doctis confundantur, iuxta illud *Plauti in Trinummo:*

Morem Maiorum ſcias, nam nunc mores nihil faciunt.

19 Ex quo loco intelligitur, quòd morem illic *Plaut.* adpellat, quod paulò pòſt,& mores dicit, *Tiraq. de primog. in præfat.n.191.cum ſeq.*

20 Quotiens de moribus ſimpliciter fit mentio in iure ſine aliquo additamẽto,mores Populi Romani intelliguntur, *l.patre furioſo 8.D.de his qui ſunt ſui*, iunctâ *l.item 3.D.eod.*iunct.§. *ius autem poteſtatis 3.Inſtit.de pat. pot.l.cùm Prætor*, §.*non autem 2. verſ. Moribus,D. de iudicijs,l.1.in princ. D. ad S. C.Vel.l.1.D.de donat. int.* §.*ſine ſcripto 11. de iur.natur.* in quibus & alijs iuribus verbum, *Mores*, ſimpliciter poſitum, non Lacedæmoniorum, ſed Romanorum *mores* denotat:quo ſenſu adcipi debet *text.in d.*

21 *l.2. de vulg.* ità docent ſubſtitutionem pupillarẽ moribus Populi Romani referentes *Paul.Leon.in tract.de pup.num. 21.* quem ſequitur *Eman.Suar. in addit. ad Gomet.tom.1.cap.4.lit.A.Corraſ.in l. ſi teſtamento 7.C.de Imp.num. 2. Forner. lib.5.rer.quotid.cap.3. Matien. Iun. in l. Papinianus 8.*§.*ſed nec impuberis,à num. 47. cum ſequentibus, D. de inoffic. teſtamento.*

22 Sicut enim verbum Ivs ſimpliciter poſitum non alterius Gentis, ſed Romanorum ius per antonomaſiã, & excellentiam denotat,§.*ſed ius quidem Civile 2.Inſti.de iur.nat.l.1.D.de offic.aſſeſſ. l.moris 9.*§. *nonnunquam 4. D de pœnis, l.Divus 4.D. de var. & extraord. cognit.* Notat *Calvin.* cum alijs *in Lexic. verbo*

23 *Nonnunquam*. Et Vrbs ſimpliciter ſcripta ſine aliquo additamento, intelligitur Romana,*ut in l.1.& toto tit.D.de offic.Præf.Vrb.*ut notat *Philipp.Macin. in l.quamvis 4.C.de impub.num.9.& ſeq.*ità verbum *mores*,de moribus Populi Romani eſt adcipiendum.

24 Interdùm etiam verbum, *mores*, ius Gẽtium ſignificat,ut *in l.libertinus 8. l. ſi ſororis 39.* §. *1.* iunctâ *l.fin. D. de rit. nupt.Gothofr.in ſcholijs ad l. 1. D. de don. int. Alciat.lib.4.Parer. c.21.*quod ex ſubiecta materia facile dignoſci poterit, quo ſenſu exiſtimat patriã poteſtatem moribus inductam,id eſt, iure Gẽtiũ *in dict.l.patre furioſo 8. D de his qui ſunt ſui. Alber.Gentil.lib.4.de nuptijs, cap.1.Con. lib. 2. cap. 13.num.2.Petr. Greg.lib. 11. ſyntagmat. cap. 5. num. 3.Vaeon. lib. 2. decl.8.*

25 Qui quidẽ falſi ſunt ſicut *Carol.Sigon. lib.1.de Antiquit.iur. Ital.*qui ius Patriæ Poteſtatis, ad ius Quiritium retulit, cùm propriũ ſit Civium Romanorum, *Inſtit. de patr. poteſt.* quod apertè *Plin. lib.10.epiſt.12.* docet, qui cùm Poſthumi Marini Medici propinquis civitatem peteret, liberis etiam eorum id concedi,ità poſtulabat, ut eſſent in patris poteſtate, utque ijs in libertos ſervaretur ius patronorum. Dein le rogat, ut Trajanus ius Quiritium L. Eſtracio volentibus patronis indulgeat, tradit *Gutb. de offic. dom. Auguſt.lib.1. cap.38. fol.193.*

26 Rurſus diſtinguendum eſt inter patriam poteſtatem Civibus Romanis à legiſlatore,teſte *Halicarnaſ.lib.2.*cõceſſam, & paternum imperium naturæ lege apud omnes obſervatum, & uſurpatum, *Vultei. in prin.Inſtit.de patr.poteſt. num.*

num.14.& ſeq. Ant.Fab. in Papin.tit.8.
prin.1.Oſsuald.in Don.lib.2. comm.c. 20.
lit.C.Gothofr.in l.3.D.de his qui ſunt ſui,
Arellan.de Imp.rat. lib.2.cap.4.à num. 5.
27 *& 6.& lib.3.cap.11.num.3.*quod & ma-
riti commune, tantùmque morte ſolvi-
tur, & eſt etiam illius, qui ipſe in alte-
rius poteſtate, multaque iure Quiritũ
patri conceſſa, quæ communi Gentium
iure non habêret, multa in civili pote-
ſtate peculiaria Nationibus alijs incog-
nita, nempè, legitimationes, adoptio-
nes, emancipationes, & alia; ac ſi qui
28 Populi proximè adcedentes ad Roma-
nam poteſtatem in liberos ſuos uſurpa-
runt, ex patrijs ea æquè legibus fuit, nõ
ex iure Gẽtium *Myſinger.in prin.Inſtit.*
de pat.pot. Rebuf. in l. pronuntiatio 195.
§.2.D.de verb.ſignif.Revard.ad leges 12.
Tab.c.3.

29 Interdum etiam verbũ, *mores*, deno-
tat leges Romanorũ antiquas, quæ ob-
ponuntur legibus novioribus, *ut in l.1.*
§.qui mandatũ, D.de offic. eius, ibi: *More*
maiorũ, l.more maiorũ 5.D.de iuriſ.l.pen.
D. de iuſt.& iur.in fin. ibi: *Salvo quoque*
more maiorum.d.l.patre furioſo 8.D.de his
qui ſunt ſui, dict.l.1. de donat.int. notant
Othoman.lib.3.obſervat.cap.4. Oſsuald.in
Don.lib.9.comm.cap. 10.lit.R.Gaſp.Scop.
lib.4.veriſim.cap.4. mores pro *legibus* Iu-
riſconſultis uſurpari autumat exẽplis,
minimè, ceu videtur, aptis, ſeu cõvenië
tibus adfirmans, & comprobans.

30 Similiter verſatur differentia inter
morem, & uſum, quòd uſus tam de fre-
quentia actuum, quàm de ſingulis acti-
bus dici poteſt, mos autem non dicitur
propriè de uno actu, ſed de frequentia
actuum ſimilium, tradit *Suar.de legibus,*
lib.7.c.1.n.3.ad fin.

31 Nunc diſcuti expedit, quanto tẽpo-
re, & quot exemplis mos induci poſſit?
Nonnulli ſatis eſſe putant, bis factum
eſſe aliquid, ut dicatur ſolitum fieri, &
ex eo more induci: ſed hoc falſum eſt,
nec ex eo, quòd quis ſemel, aut bis for-
titer ſe geſsit, morem ſibi fortis animi
confirmavit, multominus duorum, vel
trium civium factum, morem adferet
cæteris civibus, ut quod illorum exem
plo fiet, ex more civitatis factum eſſe
putetur.

32 Attamen cùm mos multâ exercita-
tione, & diuturno tempore acquiratur,
certis limitibus præſcribi nõ poteſt, ſed
tantum tempus eſſe debet, quantũ ſuf-
ficiat ad civium volũtates, conſtantiá,
perpetuitatemque demonſtrandũ, quod
pro rei magnitudine, gravitate, & con-
ditione Iudex non imperitus æſtimare
poterit, advertit *Conan. lib. 1.c.10.n. 6.*
adnotavit *Macrob.* in illud *Virg.7.Æn.*

Mos erat Heſperio in Latio, quem pro-
tinus urbes
Albanæ coluere ſacrum, nunc maxima
rerum
Roma colit------

Sequitur multos laudans *Oſsual. in Don.*
lib.1.comm.c.9.Rendin.in promptuar. re-
cept.ſent.tit.23.n.2.Hercul. Mareſc. lib.
*2.var.c.100.à n.2.*qui benè requiſita ad
conſuetudinem inducendam obſervant
Cardoſ.verb.Conſuetudo, à num.2.cum ſeq.
Ariſm.Tepat.tom.1.var.tit.56. c.4. Aug.
Barboſ. cum pluribus *in c.quanto fin. à n.*
15.cum ſeq.de conſuet. Roderic.Acuña in c.
conſuetudo 5.n.5.diſt.5.

33 Conſuetudo legi humanæ contraria
illam abrogat, in hoc cõveniunt Theo-
logi cum *D.Tho.1.2.q. 97.art.3.Canon.*
in cap.ult. de conſuet. Legiſtæ in l.de qui-
bus, D. de legib. multa congerunt *Azor*
lib.5.inſt.moral. c.17. verſ. Septimò quæ-
ritur, Salas de legib.diſp. 19.ſect. 3. n.18.
Roder.de regul. tom. 1. quæſt. 69.art.1.
verſ.Secundum, Suar.lib.7.c.18.n.2. Scac.
lib.2.de iudic.c.9.n.417.Bobad. lib.2.Pol.
c.10.à n.34.

34 An autem conſuetudo poſsit abolêre
legem, in qua eſt clauſula derogatoria,
non obſtante quacunque conſuetudine? Cõ-
ſulendi ſunt *Soto lib. 1. de inſt. quæſt. 7.*
art. 2.Vazq. 1. 2. diſput. 177.cap. ultim.
Molin.tom.1.tract.2.diſp.77.Gut.lib.3.
pract.quæſt.32.Covar.lib. 3. var. c.13.n.
4.Cevallos q.704. totâ.

35 Ius conſuetudo adpellatur: eſt enim

illa ius quoddam nō ſcriptum, moribus utentium introductum, habens vim legis, §. *ſine ſcripto 11. Inſtit. de iur. natur. l. de quibus 38. cum octo ſequentibus, D. de legibus, l. 1. iuxta fin.* ibi: *Vetuſtatem vicē legis obtinere, D. de aq. pluv. arc. c. conſuetudo 1. diſt. Gracian reg. 94. & 155. num. 13. Conan. lib. 1. comm. cap. 10. Cuiac. lib. 20. obſerv. cap. 1. Revard. de auth. Prud. c. 16. Menoch. lib. 2. de arb. caſ. 80. cum trib. ſeq. Corſ. lib. 1. indag. cap. 12. Senec. de beneſ lib. 5. cap. 21.* ibi: *Multa legem non habent, nec actionem, ad quæ cōſuetudo vitæ humanæ lege omni valentior dat aditum.*

36 Cui obſtare videntur *text. in l. 2. C. quæ ſit longa conſuet. & in c. conſuetudinis, diſt. 5.* ibi: *Conſuetudinis, uſuſque longævi non vilis eſt authoritas, verùm non uſque adeò ſui valitura momento, ut aut rationē vincat, aut legem*: quibus verbis videtur probari conſuetudinem legis vim non ſuperare, nec conſuetudine legem tolli poſſe.

Secundò obponitur in hanc rem *text. in l. 3. §. Divus Hadrianus, D. de ſepulcr. violat.* quatenus probat conſuetudinem municipalem ſepeliendi mortuū in civitate, non poſſe Principis reſcripta vincere, quæ generalia erant.

37 Omiſsis multis interpretamentis, veriores adducam huius Gordiani nodi diſſolutiones. In primis ſe offert quędam animadverſio non inſubtilis, quòd verba illa in utroque textu adpoſita, *Rationem, aut legem*, ſignificent ius naturale, & poſitivum. Vnde illic agitur de conſuetudine irrationabili, quæ nec cōtra naturam, nec leges ullam habent authoritatem.

38 Iterùm nullum negotium faceſſunt *textus*, ex eo, quòd tam *Imperator*, quàm *Gratianus* loquantur de conſuetudine, cuius non vilis eſt authoritas, ut planè vilis, imò nulla eſt irrationabilis conſuetudinis authoritas.

39 Nam reſpondetur, conſuetudinem irrationabilem plurimùm ſibi authoritatis vindicare circa ignorantiam, errorem, & veriſimilem mentem partium explicandam, ut per *Menoch. de arbitrar. caſ. 71.* toto: & hoc intendunt *Doctores*, qui in conſuetudine rationem non requirunt, ut per congeſtos à *Tiraquel. in præfat. retract. num. 76. Gomez in cap. 1. num. 171. de conſtitution. lib. 6.*

40 Succedit alia interpretatio, & verè genuina, nempè, quòd *text.* contrarium non probant, cùm de poteſtate conſuetudinis agant, deque eius authoritate, ut probant priora verba, conſtituunt utriuſque parem vim eſſe, ità ut nec conſuetudo legem, *dict. l. 2. & dict. cap. conſuetudinis*, nec lex conſuetudinē vincat *2. feud. 1.* id eſt, ea omnia, quæ lege fieri poſſunt, poſſe etiā fieri & cōſuetudine; & è converſo, quæ conſuetudine inducuntur, poſſe & ſimiliter effici lege.

41 Vnde apertè adparet magna inter eas convenientia, non lex habet plus roboris conſuetudine, nec conſuetudo lege, quia & conſuetudo tacita lex eſt, quæ legem imitatur in omnibus, & in abroganda, & in interpretanda lege priori. Dicitur enim nihil intereſſe *l. 32. §. 1. D. de legibus*, non minùs ſervari

42 conſuetudinem, quàm legem, *l. 35. D. eod.* Æqualem igitur legi vim habet, & legis ac cōſuetudinis pares ſunt cauſæ, atque effectus utriuſque æquales, ſive imperando, ſive prohibendo eadem virtus, & natura. Quare quæ à lege præſtantur; & à conſuetudine effici neceſſe eſt. Vti igitur lex anterior poſteriore lege aboletur, ità & à cōſuetudine, non quia cōſuetudo fortior ſit lege, ſed quia poſterior. Nā & lex poſterior conſuetudinem æquè tolleret, & tamē nō maiorē vim conſuetudine, ſed ęqualem habet: tollit igitur & lex conſuetudinem, & conſuetudo legem, nō quia conſuetudo, vel lex eſt, ſed quia ius poſterius: ità oppido acutè vir verè moribus antiquis, verèque priſcâ fide, *D. Greg. Lopez Madera*, in ſummo Hiſpaniarum Prætorio Synedrus clariſsimus, me-

meritiſsimus *animadverſ. c. 5. toto*, rem hanc ſedulò componit, & difficultatē adimit videndus; doctiſsimè *Ioan. Valboa in cap. 2. de probat. num.* 37. qui *n. 39.* reſpondet *ad dict. l. 3. §. Divus Hadrianus*, quod ideò ibi conſuetudo non tenuit, nec vicit legem, quia erat contra publicam utilitatem inducta, eò quòd apud Veteres mortuos in Vrbe ſepiliri funeſtum, atque ominoſum reputabatur, *Alex. ab Alex. lib. 3. Dier. Gen. c. 2. & lib. 6. cap. 13. Ravard. in* 12. *Tab. c. 15.* & conſequenter nulla talis cōſuetudo valêre non poterat, quaſi iniuſta & irrationabilis.

43 Obiter notabis cum *Senec. epiſt. 123.* quòd conſuetudo abrogat legem, non autem vincit; nā non idem eſt abrogare & vincere, quia abrogatio efficere poteſt longâ conſuetudine legi contrariâ, ut lex in uſu eſſe deſinat, non tamē eam vincere valet, id eſt, ſic introducere, ut præſtet legi, eāque tollat, tradunt *Duaren. 2. diſp. c. 32. Cuiacius in l. 1. D. de uſu, & hab. & l. eos, §. ſuper, C. eod. Paul. Chriſt. deciſ. Belgic.* 187. *n.* 14. *vol. 4.*

44 Licèt ad inducendam conſuetudinē ſufficiat binus actus, attamen ſi eodem momento reiterentur plures actus, per hoc non dicitur inducta cōſuetudo, ſed requiritur intervallum temporis inter unū actū, & alium, *l. ſi triēnio, D. de ſtatu liber. gloſ. in c. Lotharius in verbo adpellavit 31. q. 2. Iaſ. in l. ſi certis annis, C. de pact. Rip. in rub. de verb. oblig. num. 30. Oſaſc. deciſ. Pedem. 58. n. 37. & deciſ. 39. n. 16. Pereg. deciſ. 115. n. 6. Carol. de Graſ. except. 14. n. 68.* ubi *Addit.*

45 Vnus actus, ſi habuerit tractum ſubceſsivum, ac continuationem per tempus requiſitam ad cōſuetudinem inducendam, ad eius confirmationem & inductionem ſufficiens erit: mirabiliter *Abb. in c. fin. n. 17. de conſuet. Tiraq. de primog. q. 38. n 2. Iſern. in c. Imperialem, §. præterea Ducatus, n. 3. de prob. feud. alien. per Frider. Rip. lib. 1. reſp. c. 14. n. 6. Palac. Rub. in rep. c. per veſtras, §. 18. n. 37. Ioan. de Terra-Rubea de rebell. art. 1. tract. 1. c*& *claſ. 8. in gloſ. verb. Ex ſola vi conſuetudinis, col. 4. in prin. Moli. de primog. lib. 2. c. 6. n. 26. Gutier. lib. 2. pract. q. 73. num. 2. Barboſ. in c. cùm de beneficio, à num. 6.*

46 Facit ſingularis *text. in d. c. cùm de beneficio de præbend. lib. 6.* ubi ſi beneficiū ſeculare conferatur regulari, & poſsideatur per regularem tēpore habili ad cōſuetudinem inducendam, efficitur illud beneficium regulare, licèt unica tātùm collatio intervenerit, & ità è converſo ſi regulare conferatur ſeculari, & illa collatio habeat tractum ſubceſsivum, ac poſſeſsionem continuatam per ſecularem, beneficium efficitur ſeculare.

47 Initium voluntatium conſuetudo requirit, *Dec. conſ. 215. col. 2. circa medium, verſ. Venio ad ſecundum, Pariſ. conſ. 25. n. 21. lib. 1. Aim. Cravet. conſ. 861. num. 7. vol. 5.*

48 Ex quo fluit noſtræ quæſtionis evidens reſolutio, quòd conſuetudo nullatenus ex actibus coactis & impreſsivis inducatur, vel conſtituatur, tradunt *Ant. de Butrio in c. fin. 30. de conſuet. in 2. lect. Bald. in c. 1. in prin. num. 10. de his, qui feud. dar. poſſ. Bart. in l. 2. q. 18. C. quæ ſit long. conſuet. Natta conſ. 106. num. 12. & conſ. 179. n. 19. in fin. Aim. Crav. conſ. 814. n. 10. vol. 5. Burſat. conſ. 360. n. 83. vol. 4. Greg. Lop. in l. 1. gloſ. 5. tit. 2. p. 2. Steph. Gratian. c. 210. à n. 24. vol. 2. Suar. de legib. lib. 7. c. 12. n. 10.*

49 Quod patenti ratione ſuadetur, nam in conſuetudine cōſenſus eſt cauſa proxima, uſus verò, & mores, cauſa remota, *§. ſine ſcripto 11. Inſtit. de iur. nat. Bart.* & alij *in l. de quibus, D. de legibus, Rebuf. in tract. de conſuet. gloſ. 12. art. 2. num. 2.* Vnde cùm deficiat propter coactionem, *l. nihil 116. §. 1. D. de reg. iur.* conſequens fit, nullo modo valorem habêre, ſeu induci poſſe.

50 Cui adſtipulatur *textus in l. ſi privatus 17. D. qui & à quibus*, ubi ſi dominus ſervi coactus à populo eum manumittat, non tenet manumiſsio, nam illā ex adclamatione populi Divus Marcus prohibuit.

51 Quare in huius *textus* enucleatione adverti debet, ideò prohibitionē proceſſiſſe, quia vetus inoleverat conſuetudo, ut adclamante Populo manumiſſiones fierent, quibus domini damnum ſentiebant: Hinc Imperatores providerunt, ut non conſtituerentur; nam quoties Populus adclamabat ſervum liberum fieri, is libertate donabatur, etſi dominus nollet; tamen haud reſiſtebat, ſed voluntatem adcommodabat, ne populus tumultuaretur, ex eo, quòd efflagitatio effectum ſortiretur: ergo iuſta de cauſa ex tanta coactione conſuetudo iniuſta fuit revocata, ne deinceps ſerperet, cùm ab initio nullius momenti extiterit; imò propter evitandos tumultus procederet.

52 Vnde ſi ſit conſuetudo adclamandi, & excitandi Populum, excuſabit, ut nō puniatur quis uti ſeditioſus ſecundùm *Crav. conſ. 4 n. 19. Azev. in l. 1. num. 40. tit. 15. lib. 8. Recop.*

53 Ex ſervitijs indebitè, & quaſi per extorſionem exactis conſuetudinem non introduci *per textum in cap. quia cognovimus, cum gloſ.* ibi. 10. *quæſt. 3.* probat *Dec. dict. conſ. 215. col. 2. circ. med.* Quotiens ob funus, aut exequias quid inferri Diœceſani coguntur, conſuetudo non oritur, *Corn. conſ. 296. colum. penult. in fin. lib. 4. Pariſ. conſ. 27. num. 41. lib. 1. per text. in cap. ad Apoſtolicam, in cap. non ſatis, & in cap. cùm in Eccleſiæ, de ſimon.*

54 Inde fit, ut ex actibus Principis iniuſtis illa non naſcatur, quia impreſsio in eo præſumitur, quotiens iniuſtè quid agit, *Alber. in l. de quibus, D. de leg. Afflict. deciſ. 321. n. 18. Natta conſ. 408. num. 11. Cravet. conſ. 896. n. 12.*

55 Ius idem domini inferioris eſſe, ut impreſsio in eo, & violentia præſumatur, ubicunque iniuſtè quid exigit, probat *Bald. in cap. 1. in princ. qual. vaſſ. iur. deb. fidel.* ubi iuramenta nova, hoc eſt, contra morem præſtita, & extorta impreſsiva ait: Sequuntur plures congeſti à *Cravet. conſil. 132. num. 19.* & ſimiliter ſervitia indebita per metum ab eo extorta intelliguntur, *Bald. in l. 1. de pac. Conſt. in verbo pactiones, in princ. Ruin. conſ. 111. num. 21. lib. 5. Ioan. Fab. in §. æquè, num. 24. circa fin. verſ. Illud autem. Cravet. conſ. 861. n. 7. vol. 5.*

56 Non valet conſuetudo, ut creditor poſsit vi, & reſiſtente debitore ingredi, & adipiſci poſſeſſionem, *Menoch. de adipiſcend. rem. 5. num. 95.* Et ratio eſt, quòd irrationalis eſſet, & inductiva rixarum, & fortè etiam vulnerum, & homicidiorum, quæ ut evitentur, leges hos ingreſſus prohibent, *l. extat, hoc noſtro tit. l. non eſt ſingulis, D. de reg. iur. l. ſi quis in tantum, C. unde vi, cum alijs ſimilibus.* Ex dictis inferas privilegium non amitti, ubi quis illi coactè contravenit, *Menoch. de præſump. lib. 6. præſump. 41. num. 14. Bellene. de charit. ſubſid. q. 61. Monet. de decim. cap. 9. num. 107. & de cōſerv. c. 10. n. 432.*

57 Quæri nunc oportet, an per cautionem de iudicio ſiſti reus amittat declinatoriam fori?

In qua quæſtione negativè ſe habent *Iaſ. in l. ſi convenerit, num. 32. cum ſeq. D. de iuriſd. Felin. in cap. inter Monaſterium, num. 9. de ſent. & re iudic. Capell. Tholoſ. quæſt. 181.* ubi *Addit. Afflict. deciſ. 133. num. 4.* ubi *Vrſill. Maſuer. in addit. ad Ferrar. in prax. in form. declin. iuriſd. fol. 97. colum. 1. verb. Iudicē competentem. Scac. de iudic. lib. 1. c. 100. n. 19.*

58 Confirmat hanc ſententiam expreſſus *text. in authen offeratur, C. de litis cōteſt.* ubi ſi aliquis promittit ſe ſiſtere in iudicio coram aliquo iudice, non propterea cenſetur in illum iudicem conſentire.

59 Ratio tamen decidendi eſt; quia ſatiſdatio eſt neceſſaria, ut *Bald. & Gothofr.* ibi obſervant.

60 Quæ autē ſit ſatiſdatio volūtaria, & quæ neceſſaria diſcuri, & proponi debet; & dicendum exiſtit, quòd ſatiſdatio neceſſaria eſt, ad quam quis à lege adſtringitur, licèt cauſa ſit voluntaria, *l. de die 8. §. tutor, D. qui ſatiſdar. cogant. & gloſ. not. in l. ſi fideiuſſor, §. ſi neceſſaria*

Schol.

Schol. ſuper parte neceſſaria, ubi *Angel.* dicit, quòd omnis ſatiſdatio eſt neceſſaria, quæ ex legis diſpoſitione debet præſtari, quantumcũque cauſa, propter quam inducitur neceſsitas præſtandi, ſit
61 voluntaria: unde percipitur, quæ ſit voluntaria, ſcilicet, ad quam quis non adſtringitur à lege, ſed à conventione: ità ratiocinatur *Suarez tit. de los Emplaçamientos, num. 18. fol. 191. col. 4. Oſſuald. in Donell. lib. 23. com. e. 9. lit. C.*

62 Hinc mirè dixit *Innoc. in d. cap. inter Monaſterii*, hoc procedere, quãdo quis ſatiſdat iuſſus à iudice, ſecùs ſi ſpontè: quia ut adſeruit eleganter *Angel. in l. ſed etſi ſuſceperit. D. de iudic.* ex actu facto ex neceſsitate & coactione (qualis eſt iſte) non infertur conſenſus in Iudicem, *l. 2. D. eod. tit.*

63 Nec obſtat *l. eum pro quo 17. D. de in ius voc.* ibi: *Eum pro quo quis apud officiũ cavit, exhibere cogitur.*

64 Reſpondetur enim, dictam legẽ procedere, quando qui cavit, erat ſubditus illius iudicis, aliàs non, ut acutè propoſuit *Paul. Caſtrenſ. in l. 1. n. 10. D. ſi quis in ius vocat, non ierit.*

SVMMARIVM.

1 Venatio Principibus viris maximè neceſſaria.
2 In ea omnia bellica exercentur.
3 Adducitur Stac. & 4.
5 Explicatur 1. Machab. 3. ŷ. 47.
6 Alexander poſt prandium ſæpè diẽ venatu conſumebat.
7 Nulla re magis recreantur Principes, quàm venatione.
8 Venatores eadem veſte utebantur, quàm milites.
9 Inventa propria ætas venatorum.
10 Quatuor ſunt genera venatorum.
11 Venationis tempus eſt, cùm dies incipit.
12 Clamor ad venandum neceſſarius.
13 Buccina utebantur venatores ad vocandos ſocios amiſſos, & ad inquirẽdas feras.
Buccina antiquiſſimis temporibus horarum ſignum dabatur, ibi.
14 De inſtrumentis venatoriys, remiſſivè.
15 Triplex genus venationis.
16 Refutantur Blond. & aly, quatenus dicunt, avium aucupationẽ neſciviſſe Priſcos, & inveniſſe Fridericum Barbamrubeam, & 17. 18.
19 De avium venatione fit mentio in ſacra Hiſtoria.
20 Solebant venatores in foribus prædam, ſeu feras ſuſpendere.
21 Explicatur cap. quorundam 1. diſt. 34. & 22.
23 Venatio prohibetur Clericis, excepta cauſa recreationis.
24 Piſcatio tamen non.
25 Venatoribus ab Actæonis fabula cavendum.
26 Canes ſepulcrales qui?
27 Venatores ſuas opes miſerè dilapidant, & 28.
29 In Feſtis licet venari.
30 Reſpuitur P. Suarez.
31 Ethnici in feſtis venationẽ exercuerunt.
32 Diana Montium Cuſtos.
Luci ei ſacri.
33 Adducitur Ovid.
34 Luci publica nemora.
35 De luco Daphnes.
36 Romani ſilvas, & lucos vectigales habuerunt.
37 Princeps poteſt prohibere venationem.
38 Et etiam ad ſolam recreationem abſque populi conſenſu, & 39.
40 Dummodò Princeps alio modo compenſet.
41 Hæc prohibitio fieri poteſt extraneis, oppidanis, & propriys fundorũ dominis.
42 Ligna cædere ad ſui uſum poteſt Rex mãdare.
43 Licèt Princeps non poſſit in mari piſcationem prohibere, poteſt tamen piſcantibus certum vectigal imponere.
44 Portorium iure Romano ſolvebatur.
45 An poſsit Princeps ab ſubditis dominia extorquere per coactionem? & 46.
47 Negatur.
48 Limitatur, & 49.

50 *Expenditur l. fin. de extraord. crimin. & 51.*

52 *Explicatur l. venditor. 13. §. ſi conſtat, D. comm. præd.*

53 *Declaratur quid ſit ſolatium.*

54 *Explicatur l. laudabile 4. §. 1. C. de Advoc. diverſ. iudic. & 55. 56. 57. Kalẽdæ Ianuariæ largitionũ dies erant.*

58 *Solatium dabatur etiam victis.*

59 *Explicatur l. item ſi verberatum, §. itẽ ſi fortè, D. de reivind. & 60. 61.*

CAPVT XXXVII.

An poſsit Princeps loca communia, aut privata ad venandũ, aut piſcandum invitis populis ſibi vindicare?

1 VENATIO Principibus viris omnium maximè convenir, cùm ſit rei militaris comes, & mediratio Rerumpublicarum, & ideò à Veteribus ſummoperè laudata. Nam in
2 ea diluculò ſurgere, & equirare, currere, atroces feras obſervare, excipere, ac iaculo petere, æſtum, friguſque perferre, ità ut in ea omnia bellica exerceantur, ſicut præclarè de laudibus venationis *lib. 1. Hiſt. Inſt.* ſcribit *Xenoph. Ariſtot. lib. 2. cap. 2. & 5. Polit. Plat. 7. de Repub. Tull. 2. de Nat. Deor. Horat. lib. 1. ep. 18. Ioan. Ludovic. de la Cerd. verſ. 605. num 9. fol. 373. Æneid. 9. Tiraq. de nobilit. cap. 37. num. 139. Petr. Greg. lib. 29. Syntax. art. mirab. cap. 1. cum ſeq. P. Pet. de Guzman diſc. 8. §. 4. fol. 432. Didac. Perez in l. 1. tit. 22. col. 693 verſ. Poſſet, & verſ. Negandum, Bobadill. lib. 2. Polit. c. 16. n. 138. in fin. Proſp. Renaell. de paſcuis, c. 5 And. Gail. lib. 2. obſ. 67. à num. 1. Thom. Dempſter. ad Roſin. lib. 2. Ant. c. 7. fol. 263. cum ſeq. Simõ Maiol. tom. 1. Dier. Canic. colloq. 21. pag. 462. col. 2.* elegãter *Ros in Apolog. de iuribus Principis defend. q. 4. Bened. Fern. in Geneſ. tom. 1. c. 1. ſect.*
3 *8. fol. 82. col. 1. Stacius* pulchrè de venationibus ſcribit *lib. 2. Achill. in fine.*

---Quid nunc tibi prælia dicam
Silvarum? & vacuos ſævo iã murmure ſaltus?
Nunquam ille imbelles oſſæa avia per avia Lynces
Sectari, aut timidos paſſus me cuſpide Damas
Sternere, ſed triſtes turbare cubilibus Vrſas.
Fulmineoſque Sues, & ſicubi maxima Tygris,
Aut ſubducta iugis fœta ſpelunca Leæna
Ipſe ſedens vaſto facta ſpectabat ab antro.

Virg. 1. Georg.

Nunc captare feras laqueis, nunc fallere diſco,
Atque etiam magnos canibus circumdare ſaltus
Inſidias avibus molliri.

4 Illuſtriſsimus *Dux Belliſarius Aquivivius* Artiũ ſtudio, & Philoſophiã percelebris, *lib. de Aucupio*, ita ait: *Venationis exercitio locorũ anguſtia, prærupta mõtium, inſidiandi ars, regionis denique agnitio intelligi à venatoribus magis poteſt, tùm etiam quòd equitandi uſu, conſuetudineque venandi aptiores ad pugnam Equites, ſi quandoque pugnare, contigerit, fient.*

5 Cui congruit *Text.* ſacer *Machab. 1. cap. 3. num. 42.* ibi: *Similis factus eſt Leoni in operibus ſuis, & ſicut catulus Leonis rugiens in venatione.*

6 Scribit *Plutarch. in vita Alex. Magni*, quòd Alexander poſt prandium ſæpè diem venatu cõſumpſerit. *Æneas Silv. lib. 4. de Geſtis Alphonſi*, de Imperatore Alberto ſic protulit: *Venatum virilem eſſe, ſaltationem muliebrem, ſeque voluptate quavis alia carere poſſe, venatione non poſſe.* Eleganter ad hanc rem philoſophatur *Plin. Iun. epiſtol. ad Cor-*

nel. Tacit. in hæc verba: *Nam & ſilvæ, & ſolitudo, ipſumque illud ſilentium, quod venationi datur, magna cogitationis excitamenta ſunt.*

7 Nullâ re magis recreantur Principes, quàm venatione, adeò, ut conſortum ſint impatientes, & nonnulli quotidie ad reprehenſionem uſque, & cum periculo venatui invigilant, ſilvaſque fatigant, ut cum *Virg. 9. Æneid.* loquar: adeòque nihil aliud ſomnient, quàm venationem, quod diligenter expreſsit *Thom. Mor. hoc diſticho*:

Venator defeſſa thoro cùm membra reponit,
Mens tamen ad ſilvas, & ſua luſtra reddit.

8 Venatores eâdem veſte utebantur, quâ milites, *Pollux lib. 4. Paeub. in Hermion. Philoſtrat. lib. 1. Icon. Ariſtid. in orat. ad Minervam*, quorum exercitium forte, & robuſtum eſt, *Xenoph. lib. 8. Cyrop. Iul. Pollux lib. 5. in præfat. Cicer. lib. 2. de Natur. Deorum*: facit *Gen. 10. ℣. 8.* loquens de Nembrot, ibi: *Ipſe cœpit eſſe potens in terra, & erat robuſtus venator coram Domino.*

9 Hinc iuventa propria ætas venatorum eſt, cùm vires ſupperant ardentiores, & præſtantes, *Xenoph. lib. de venat. & lib. 1. Cyrop. Pollux* de ſuo venatore agens, vult illum eſſe iuvenem, agilem, promptum, velocem, acrem, amantem periculorum, operoſum, laborioſum, amantem laborum, certatorem confidentem, pervigilem, indefatigatum, non tergiverſantem, non fugientem adventum ferarum.

10 Quatuor ſunt genera venatorum, ſcilicet, inveſtigatores, qui inveſtigant ferarum veſtigia; indicatores, qui latibula noverunt; inſidiatores, qui inſidias, & caſſes parant; alati, qui equo ſuccuſanti, ſenſimque inſultanti terrent feras, ne aliàs, quàm per medias tendiculas fugam adripiant *Ioann. Scoppæ, lib. 1. collect. cap. 23.*

11 Venationis tempus eſt, cùm dies incipit, *Oppian. 1. de venat. Aurel.*

Venemur dum mane novum, dum mollia prata,
Nocturnis calcata feris, veſtigia ſervant.

Senec. in Hippolyt.

----Veniet tempus
Cùm latratu cava ſaxa tenent:
Nunc demiſſo nare ſagaci
Capient aures, luſtraque preſſo
Quærant roſtro: dum lux dubia eſt,
Dum ſigna pedum roſcida tellus
Impreſſa tenet----.

Virgil. 1. Æneid. initio diei fingit Venerem venatricis habitu Æneæ apparuiſſe, qui qualis eſſet, demonſtrat *Cerd. ad Virg. 1. Æn. ℣. 322.*

12 Clamor ad venandũ neceſſarius eſt, *Virg. 3. G.*

Ingentem clamore premes ad retia cervum.

Vbi *Ioann. Ludovic. de la Cerda* inſigniter ſe habet.

13 Similiter buccinâ utebantur venatores ad vocandos ſocios amiſſos, aut ad excitandas, & inquietandas feras, quæ fuit orta ex inſtrumento ruſtico, quo paſtores armentum iungebant, tradit *Columell. lib. 6. de re ruſt. cap. 23. Varr. lib. 2. cap. 4.* erat cornea, & deinceps aurea, aut ænea fuit ſecundùm *Veget. lib. 11. cap. 22. de re milit. Polyb. lib. 5. Iuſt. Lipſ. lib. 4. Milit. Romana, dialog. 10.*

Hinc obiter notabis, quòd buccinâ antiquiſsimis temporibus horarũ ſignum dabatur, quem morem è caſtris in urbem traductum puto, *Polyb. lib. 6.* in foro verò cauſæ ad clepſydram perorari ſolebant, cùm duæ horæ accuſatori, tres reo darentur ex lege Pompeia, de qua *Cicer. in Brut. 4. de fin. init. lib. 13. ad Attic. epiſt. 49. & 7. ad famil. epiſt. 14. & Aſcon. Pedian. in Miloniana, Budæus in annot. reliquis, fol. 227.* De horologiorum prima inventione *Plinius lib. 2. cap. 76. & lib. 7. cap. ultim. Schot. in Senec. lib. 2. controver. 15. fol. 134. Ramirez in Pentecontareh. cap. 23.*

14 De inſtrumentis venatorijs latè agit *Ioan. Ludovic. de la Cerd. 4. Æneid. ỹ. 130. num. 4. fol. 394.* ubi etiam de canibus ad venatum eruditè proſequitur.

15 Triplex eſt genus venationis, in mari piſcatio, in terra feræ, & in aëre aves: de duabus primis ſcripſerunt Antiqui, & Neoterici, quos laudat *Conrad. Ritheruſ. in princip. Oppiani.* De tertia nonnulli Noſtrates. Quam neſciviſſe Priſcos ſentiunt *Blond. lib. 2. Iovius lib. 2. Hiſtor. Guid. Pancirolus de novis repertis, titul. 23.* Qui tribuit inven-

16 tũ Friderico Barbæ-Rubeæ. Falluntur ſanè, qui talia cogitant, quia venari cum avibus, præcipuè accipitribus, non ſolùm cognoverunt, & uſi fuerunt Antiqui, ſed etiam qui vetuſtiori vixerunt ævo: & iam notum erat tempore *Ariſtotelis*, qui ſic dictat *lib. 9. Hiſt. cap. 39. Circa Toraciam, quæ ſupra Amphipolim eſt, rem prorſus admirandam, & ab his, qui non viderint, incredibilem fieri aiunt. Pueri enim è vicis, & agris vicinis ad aucupium avicularũ egreſſi, accipitres ſibi ſocios adſumunt. Hoc quidem maximè aliquis miretur, quòd accipitres quaſcunque ipſis aves ceperint, pueris aucupibus deijciant, cùm pueri ex omnibus captis parte tantùm aliqua accipitribus reddita diſcedant. Ælian. lib. 2. cap. 42. Hiſtor. animal. Accipitres in Thracia cum hominibus per paludes ſocietatem aucupandi coire, Plin. lib. 10. cap. 8. Homines atque accipitres ſocietate quadam aucupantur.*

17 Mille & ducentis annis ab hinc in uſu aderat, ut videtur in *Iul. Firmic. lib. 5. cap. 8.* eleganter *Budæus in l. emptorem, §. ultim. D. de action. empt. fol. 621.* & probatur ex Concilio Francico celebrato in tempore *Caroli Magni, & Zachariæ 1. P. anno. 742.* (ut refert *Onuph. Panvin. in Chronic. Eccleſ.*) in hæc verba: *Illæ venationes, & ſilvaticæ vagationes cum canibus omnibus Dei ſervis interdicuntur, ſimiliter ut accipitres & falcones non habeant.* Et Concilio Agathenſi à Cœleſtino coacto, anno 426. quod adlegat *Gratianus* ſub nomine Arelatenſis, *in c. Epiſcopum, diſt. 34.* ſed malè, ut adnotat *Gr ſpec. in ſumm. verb. Venatio Epiſcopis, Presbyteris, Diaconis canes ad venandum, aut accipitres habere non liceat.*

18 Vnde conſtat apertè inventum non exiſtere Friderici, cùm Cõcilia vetuerint Eccleſiaſticis ante octingentos annos aucupia.

19 Denique de avium venatione fit mentio in ſacra Hiſtoria, *cap. 3. num. 17. Baruch. Vbi ſunt Principes Gentium, & qui dominantur ſuper beſtias, quæ ſunt ſuper terram? qui in avibus cœli ludunt?*

20 Solebant venatores in foribus prædam, ſeu feras ſuſpendere, *Nicet. lib. 2. Andronici; Itaque cornua cervorum, quos venatus erat, inſignia, & rari aliquid habentia in porticibus foris ſuſpendebant per ſpeciem oſtentandæ magnitudinis ferarum, quas cepiſſent.*

21 *Venatorem nunquam legimus Sanctum,* ait *Divus Hieronymus in capit. quorundam 1. diſtinct. 34.* Quapropter non nihil immorabor in explananda iſtius ſententiæ gravitate. Quid igitur damnoſum eſt in arte venatoria, ut ab illa omne ſanctitatis veſtigium, imò omne commercium abigatur? An quia inter feras vita degitur, ferini addiſ-

22 cuntur mores? An quia miſerãda in animantibus exercetur carnificina, multum inde ſanguinariæ crudelitatis adſumitur, & mens ab omni pietate aliena inducitur? Videatur *Divus Auguſtinus enarrat. in Pſalm. 149. Pined. in capit. 16. Iob, ỹ. 10. numer. 3. & 7. Ferdinand. de Salazar in Proverbiorum capit. 12. ỹ. 27. numer. 123.* ubi fraudulentos homines venatori dicit perſimillimos, ipſamque artem venatoriam multis fraudibus, ac dolis eſſe cõiunctam.

23 Hinc prohibetur Epiſcopis, & Clericis, *capit. 1. & 2. de Cleric. venat.* quod

quod intelligendum eſt, niſi cauſâ recreationis honeſtæ, vel recuperandæ ſanitatis hoc fiat: quia tunc licita eſt venatio cum retibus, & laqueis, & etiam cum canibus, ſi cum modeſtia exerceatur, *Auguſtin. Barboſ. in dict. capit. 1. de Cleric. venat. Acuña in capit. Epiſcopum 2. à num 2. diſtinct. 34.* (qui etiam in Monachis id practicari adſerit) multos laudantes in hanc ſententiam.

24 Rationem, quare Clericis venatio, non piſcatio, interdicatur, refert *Abulenſ. in Matth. cap. 6. quæſt. 43. in fin.* ibi: *Et propter hoc ſancti viri non ſe dederunt huic occupationi, ſicut piſcationi, quia venatio vix ſine nocumento proximi exercetur, ideò non legimus ſanctos venatores, ſed piſcatores.* Aliter ratiocinatur *gloſ. 2. in cap. Eſau, diſtinct. 86. Menoch. de arbitr. caſ. 413. num. 20. Franc. Marc. deciſ. 529. num. 11. part. 1. Natta conſ. 604. num. 3.* & plurifariam *Medices de venat. 1. part quæſt. 8. cum ſeq.* eleg inter *Borrell. de præſt. cap. 24. num. 9. cum ſeqq.*

25 Venatoribus ab Actæonis fabula cavendum:

Actæon plerosque canes fit pauper alendo
Coniugis oblitus: cui caret igne focus.
Per nemus ipſe feræ ſequitur, nuptamque procaces:
Namque eicur paſſa eſt ſæpè rogata capi.
Fama malum pernix fabellæ præbuit anſam,
En miſer Actæon corniger eſca canum.

Documentum.

Texet nupta domi, bos ruri, aſinuſque laborent,
Ite ſepulcrales, vos procul ite canes.

26 Canes ſepulcrales apud Bactrianos ſunt, quibus ſenio, vel morbo confectis vivos adponunt, ut vorent ex induſtria in id enutritos, *Ioan. Corraſ. lib. 1. miſcell. cap. 5.*

27 Qui mythologica tractarunt, hoc de Actæone figmentum ad venatores referunt, qui ſuas opes miſerè dilapidant in venādi luxu inutili admodum, & ſumptuoſo: etenim, quos aluêre tandem ultione divinâ, quaſi membratim
28 dilaniantur. Nam tametſi nihil aliud ſceleris admitterent, niſi in eo, quod erogent in victum canum, quod commodius poſſint egenis, & pauperie preſsis conferri, *Matth. 15. num. 26. Non enim eſt bonum ſumere panem filiorum, & mittere canibus.*: ea tamen culpa ſatis habet gravitatis ad provocandam iuſtam Dei præpotentis iram, qui tot bona nobis non eſt elargitus, ut ijs tam malè utamur. Itaque dici non abs re poteſt, eos non à canibus modò, ſed avibus, & equis abſumptos, ac dilaceratos; eleganter *Claud. Minois in comm. ad Alciat. embl 52. fol. 227. circ. med. Cic. 3. offic.* ibi: *Prodigi, qui epulis, & viſcerationibus, & gladiatorum muneribus, ludorum, venationumque adparatu pecunias profundunt in eas res, quarū memoriam aut brevem, aut nullam ſunt omnino relicturi.*

29 An liceat venari in feſtis, diſpungunt *Suarez tom. 1. de Relig. lib. 2. de diebus Feſt. cap. 28. num. 3. Medices de venat. quæſt. 11. num. 4. part. 2. Geor. Mor de iur. ven. part. 2. cap. 10.* quos refert *Oſſuald. ad Donel. lib. 24 comm. cap. 7. lit. R. in fin. Acuña in cap. qui venatoribus, num. 3. 86. diſt.* In qua quæſtione adfirmitivè reſpondendum eſt, ex eo, quod communis uſus admittit.

30 Vnde reſpui debet *Suarez ubi ſuprà*, qui contrarium reſolvit, eo innixus fundamēto, quòd ars venatoria inter ſerviles à Dialecticis, habeatur *Buccard. lib. 2. decret. c. 82.* ibi: *Nec venationes exerceantur. Concil. Meldenſ. can. 77. ſub Sergio 2.* ab eo non laudatum *P. Sebaſt. de Cout. in Log. Conimb. q. 2. proœm. art. 3.* quod nullatenus eſt verum, cùm liberalis exiſtat, & habeatur *à Plat. lib. 7. de legib. Xenophon. lib. de venat. lege Regia 20. tit. 5. part. 2.* & diebus feſtis etiam

31 etiam ab Ethnicis exercita, ut pulcerrimè dictat *Virg. 1. Georg.*

Quippe etiam feſtis quædam exercere diebus
Fas & iura ſinunt, rivos deducere nulla
Religio vetuit: ſegeti prætendere ſepem:
Inſidias avibus moliri.

Columell. lib. 2. R.R. cap. 24. De obſervatione dierum Feſtorum eleganter agit
Baſil. var. diſput. 1. part. de Agno Typico,
cap. 11. fol. 11. elegantiſsimè *Rodolphus Hiſponianus de orig. & obſerv. Feſtor. Oſ-*
ſuald. in Don. lib. 24. comm. cap. 7. toto, Co-
varr. lib. 4. var. cap. 19. ubi *Ioannes Vſel.*
in addit. noviſsimè *Ioan. Hering. in tract.*
de molendinis, quæſt. 1. à num. 27. 28. &
29.

Diana montium cuſtos, nemorum-
32 que virgo dicta eſt, *Horat. lib. 3.* ad
Dianam, cui, dijſque alijs ſacri erant
luci, id eſt, loca venationum à privato-
rũ iniurijs ideò reſervata, quibus ſe tan-
quam ad aſylum reciperent feræ, *Petr.*
33 *Gregor. lib. 33. ſyntag. cap. 21. Decian.*
lib. 16. tractat. crim. cap. 25. num. 4. P.
Petr. Gambacurta lib. 1. de immun. cap.
5. à num. 7. De Luco Iunonis *Ovid. 2.*
Faſt.

——Multis inceduus annis
Iunonis magnæ nomine Lucus erat.

De Luco Bacchi *Stac. in Achill.*

Lucus Agenorij ſublimis ad Orggia Bacchi.

Ideo lucos publica nemora interpre-
34 tatur *gloſ. in l. id quod poſt, §. 1. eo verb.*
D. de peric. & comm. rei vendit. & de
luco Daphnes, & Apollinis meminit
text. in l. 1. C. de cupreſſ. ex luco Daph.
lib. 11. & ibi *Andr. Alciat.* Senatus
Romanus publico decreto de rebus
Aſiæ componendis Regias ſilvas in-
ter cætera Regi Eumeni dari iuſſit, te-
ſte *Tito Livio lib. 7. decad. 4. Covar. lib.*
4. var. cap. 7. de Antiochia, cuius eſt
mentio *in l. 2. C. de paſcuis public.* & de
luco Daphnes, qui erat ſuburbanus ip-
35 ſius Antiochiæ Apollini ſacer (de quo
agunt *Stephan. & Sozomen. lib. 5. cap.*
19. Nicephor. hiſt. Eccleſ. lib. 16. cap.
23. Ammian. lib. 19. in fin. ſubdit obſervãdum oraculum Apollinis tunc obmutuiſſe, nec reſponſa dediſſe, cùm Babylas Martyr prope illud ſuburbanum Daphnes ſepultus ſit, adnotat eruditè *Ioan. Vſel. ad Covar. dict. lib. 4. var. cap. 7.* Igitur quæ falſis Gentium dijs ſacra erant, loca Regum ſunt, quæ uti ſacra cuſtodiri oportet.

36 Qua de cauſa Romani ſilvas, & lu-
cos vectigales habuerunt, teſte *Salluſtio in Catilin. Bened. Boni. de cenſib. art. 2. num. 8. Rendella de paſcuis cap. 3. in fin.*

37 Ex dictis infertur, poſſe Principem
prohibêre venationem, *Andr. Fachin. lib. 1. cont. cap. 1. Sixtin. de Regalib. lib. 2. cap. 18. num. 43. Seraph. de iuſto Imperio Aſiatico, cap. 11. num. 24. Matienço Iunior in l. ſi quiſquam 7. num. 48. D. de div. & temp. præſcript.* infinitos agglomerantes, *Caiet. tom. 1. opuſc. tract. 17. cap. 12. Capiblanc. de Baron. pragm. 14. num. 36.* ex conſenſu populi, ſive gratis, ſive per aliquem cõtractum geſto, ſive propter onera ſublevanda.

38 Sed difficultas exoritur, utrùm ad ſo-
lam recreationem poſsit abſque populi conſenſu tale ius reſervare? Et dicendum adeſt ex ſententia aliquorum, etiã ad ſolam recreationem poſſe illum abſque conſenſu populi ius venandi in quibuſdam locis ſibi reſervare, ità tenent *Covarru. ad reg. peccatum, part. 2. §. 8. Sot. de iuſt. & iur. lib. 4. quæſt. 6. art. 4.*
39 Ratio eſt, quia Princeps cùm laboret
pro Republica, poteſt etiam aliqua loca cõmunia ſuæ recreationi reſervare, præſertim cùm id etiam pertineat ad Principis dignitatem.

40 Quod cum grano ſalis eſt Intelligẽ-
dum, dummodò Princeps alio modo compenſet, neque enim modi ei deſunt ijs providendo; quorum prædia ſuis ſolatijs adrogavit, elegãter *Leſſ. lib. 2. de iuſt. & iur. c. 5. dubit. 7. num. 35. Ludovic. Turrian. in eod. tract. diſput. 36. dubit. 1. n. 23. Medin. in C. de reſtit. quæſt. 12.*

12. Molin. diſputat. 46. Proſper. Rendell. de paſcuis cap. 8. verſic. Atque in propoſito, fol. 20. Gregor. Reimund. in Theſ. caſ. conſcien. lib. 11. cap. 9. n. 10. alios commemorans *Cabed. deciſ. 89. n. 5. part. 2.*

41 Quapropter non ſolùm huiuſmodi prohibitio fieri poteſt extraneis, oppidanis ipſius loci, ſed etiam proprijs fundorum dominis, ne in ipſis fundis venentur, doctè *Carol. Bardellon. conſil. 7. lib. 1.*

42 Cui addendum eſt, liberum eſſe Regi in montibus, & ſilvis Populorum ſui Regni, ſive Demanialium, ſive Baronum ligna mandare, ut cædantur ad ſui uſum, & ſuorum ſine pretio, & pœna, quamvis ius aliquod proprietaris non habeat, *Bobadill. lib. 2. Polit. c. 16. n. 67. fall. 60.*

43 Denique licèt Princeps non poſsit ſimpliciter piſcationem in mari prohibère, poteſt tamen piſcari volentibus certum imponere vectigal, ſecundùm *Albarot. in cap. 1. num. 6. in fin.*
44 *tit. quæ ſint Reg. Suar alleg. 17. num. 11. Ioan. Ant. Bellon. conſ. 14. num. 60.* & anteà *54. & 55.* Cùm & portorium Romano iure ſolveretur, *l. in lege Cenſoria 203.* & ibi *Alciat. in verb. Portorium, D. de verbor. ſignific. l. Portorium 3. C. de vectig. & comm. Alexand. ab Alexand. lib. 4. Dier. Genial. cap. 10. Cal. Rhodig. lib. 10. lect. Antiq. c. 2. in fin. Sigon. lib. 1. de Antiq. Iur. Civ. Roman. cap. 16. & lib. 1. de Antiq. iur. Provinc. c. 1. Iul. Caeſ. Buleng. lib. 9. de vectig. Popul. Roman. cap. 6. Gunther. in Ligurino lib. 8.*

Vectigal portus, cudendæ iura monetæ,
Cùmque molendinis, telonia, flumina, pontes,
Id quoque, quod Fodrum vulgari nomine dicunt,
Et capito litium certo ſub tempore cenſum;
Hæc Ligures ſacro tribuerunt omnia Fiſco.

45 Hinc fit deſcenſus ad quæſtionem, an poſsit Princeps dominium rei ab ſubditis extorquêre, & ſubditorum bona libera habeat in ſui poteſtate?

46 Aientium, & negantium Authorum ſententiæ in hanc materiam ſparguntur; quas cōgeſsit eruditiſsimus *Amaia lib. 1. obſerv. c. 1. à n. 49. cum ſeq.*

47 Verùm negativè reſponſum iaci debet. Quia Princeps ius nullum habet in bonis, & rebus privatorum, niſi reſpectu ſuperioritatis, & iuriſdictionis, mirè *Cravet. conſ. 238. num. 11.*

48 Tamen ex cauſa publicæ utilitatis, pacis, defenſionis Civitatis, & alijs, quę publicam utilitatem reſpiciunt, poteſt auferre alicuius dominium, *l. item ſi verberatum, §. item ſi fortè, D. de reivindic. l. Lucius 11.* (ſic intelligenda) *D de evict. Bobadill. lib. 3. Polit. cap. 3. num. 14. & cap. 5. num. 26. Petr. de poteſt. Princ. cap. 24. num. 62. Caſtill. tom. 5. contr. cap. 89. n. 93. Cabed. deciſ. 19. n. 10. lib. 2. Mart. voto 166. Ludovic. Rodulphin. de abſolut. poteſt. Princ. cap. 6. num. 160.* ubi in fine dicit, quòd non ſolùm ſufficit cauſa publicam utilitatem concernens, ſed omnis ratio naturalis movens Principem ad ſic faciendum, ut aiunt *Boſsius in prax. tit. de Principe, num. 188. Peregrin. de iur. fiſc. lib. 1. tit. 3. ſub num. 69.* & etiam addit, quòd ultra cauſam adhibeat cauſæ cognitionem in privando aliquem iure ſuo, *Surd. conſ. 203 num.*
49 *17. lib. 2. Menoch. conſ. 1. num. 196.* Sed in tali caſu teneter ſolvere pretium, & dare congruentem ſatisfactionem, *dict. l. item ſi verberatum, §. item ſi fortè, Iaſ. in l. Barbarius, num. 36. & 39. D. de offic. Prat. Menoch. conſ. 721. num. 27. volum. 8. Cabed. deciſ. 20. num. 5. lib. 2. Pinel. in l. 1. part. 3. num. 62. C. de bon. mat. & in l. 2. p. 1. cap. 2. num. 14. C. de reſcind. vendit. Grat. cap. 520. n. 23. tom. 3. Lara in l. ſi quis à liberis, §. idem reſcripſit, n. 158. D. de lib. agnoſc. Caſtill. lib. 3. contr. c. 16. à n. 14. l. 2. tit. 2. p. 1. l. 31. tit. 18. p. 3. Guzm. de evict. q. 52. n. 8. & 9. Sixtin. de Regalib. lib. 2. c. 7. n. 71. & c. 13. n. 78. Maſtril. de Magiſt. lib. 3. c. 4. à n. 352. Paſchal. de virib. patr. pot. 1. p. c. 1.*

Ele-

50 Elegantet adſtipulatur huic propoſito *text. in l. fin. D. de extraord. crimin.* ubi damnum datum ob metum ſerpentum præſtatur, & exſolvitur, ibi: *In circulatores, qui ſerpẽtes circumferunt, ſi cui ob eorũ metum damnum datũ eſt, pro modo admiſſi actio dabitur.*

51 De quo mirè agit *D. Laur. Ramir. de Prad. in Pentecont. c. 1. in fin.*

52 Confirmat expreſsè *text. in l. venditor 13. §. ſi conſtat, D. comm. præd.* ibi: *Nõ aliter hoc faciat, niſi prius ſolitum* SOLATIVM *pro hoc domino præſtet*, & ibi: *Poſtquàm ſatisfaciat.*

53 Cuius *text.* occaſione, quid ſit SOLATIVM promere oportet: & video de hoc verbo mentionem fieri *in l. laudabile 4. §. 1. C. de Advocat. diverſ. iudic.* ibi: *Ideoque iubemus, viros clariſſimos fiſci pro tempore patronos fori tuæ celſitudinis ſolẽni die feſtivitatis Kalendarũ Ianuariarũ, ipſius tantummodò anni, per quem tale peragunt officium inter ſpectabiles ſacri Conſiſtorij Comites divinæ noſtræ ſerenitatis manu puncti conſequi* SOLATIA.

54 Ex quo fluit, quòd Kalendæ Ianuariæ (de quarum celebratione conquerũtur *Chryſol. ſerm. 155. Auguſtin. ſerm. de Kal. Ian. & S. Maxim. hom. de Circumciſione, & hom. de Kal. Ian. & tract. 20. & 21. in appendice, tom. 9. operum B. Aug.*) largitionum dies erant, *Nicephor. lib. 10. cap. 23. Buleng. de Imper. Rom. lib. 3. c. 16. lit. E. fol. 402.* quibus ſolatia tribuebantur, hoc eſt, liberalitatem Princeps effundebat, obſervat *Cuiac. lib. 13. obſerv. cap. 2.* variam *d. §. 1.* lectionem, & Codices nonnullos puncta ſolatia habêre, diuque ſe quæſiviſſe, quid eſſet puncti ſolatium, quod nec adhuc ſe inveniſſe fatetur. Nec ſanè uſquam hoc genus loquendi inveniri poteſt, atque aliter lectio legis intelligenda eſt.

55 Etenim puncti Imperatoris manu, fiſci Patroni dicuntur ſolatia conſequi, non puncti, aut puncta ſolatia. Manu pungere eſt manu notare, notis ſignare, quæ cuique Princeps ſolatia conſtituat. Punctum pro ſuffragio, & favore adcipitur, & veteres punctis ſuffragia notare ſolebant, & expuncti dicebantur favore privati, vel repulſi.

56 Nec admitto aliorum coniecturam; qui pacta ſolatia reponunt; nam ſolatia illa Kalendis Ianuarijs fiſci Patronis data ex mera Principis liberalitate proficiſcuntur. At ſolatia fiſci Patronis, ſeu honoraria communi conſenſu deputata, *l. 3. & 5. C. de Advoc. diverſ. iudic.* & Kalẽdis Octobris ex arce Præfect. Præt. per annos ſingulos ſolvebantur, *Guther. de offic. dom. Auguſt. lib. 3. c. 1. fol. 412.*

57 Vnde SOLATIVM non ſolùm ſignificat ſatisfactionem, ſed largitiones & honoraria.

Adſtipulatur *Martial. lib. 2. epigramat. 91.*

Hæc, ſi diſplicui, fuerunt ſolatia nobis,
Hæc fuerunt nobis præmia, ſi placui.

58 Ex quo fluit, quòd in certaminibus dabantur quandoque etiam victis dona, quæ SOLATIA adpellabantur, *Virg. 5. Æneid.*

Sic ait, & geminum pugnæ proponit honorem:
Victori velatum auro, vittiſque iuvencum:
Enſem atque inſignem galea, SOLATIA *victo.*

Deſider. Herald. ad Marti. ubi ſup.

59 Iam inſtat quidam ſcrupulus, cur in *dict. l. item ſi verberatum, §. item ſi fortè,* dicat *Conſ. modico honoris gratia poſſeſſori dato,* ſi id iuſto de pretio intelligitur? ut ibi per *Cyn. & Iacob. de Arena, Vellug. in ſpecul. Princip. §. donum, rubric. 46. num. 4. verſ. Nec obſtat, l. Lucius, D. de evict.*

60 Reſpondetur manifeſtè, quòd etſi pretium æquale rei debeat eſſe, modicum tamen nuncupatur reſpectu ad voluntatem domini; à quo invito res extorquetur, *gloſ. in l. nec quaſi, D. de rei vind. Bald. in l. nõ intereſt, C. hoc noſt. tit. Natt. conſ. 554. num. 3. lib. 3.* Quia conſideratur intereſſe voluntatis, *Andr. in*

c. Im-

c.Imperialem,n. 4. de probibita feudi alienatione per Frideric. Tiraq. de retract. in præfat.num.25.Surd.conſ.440.num.3.lib. 3. Nam qui me cogit, damnum infert, & damni loco habetur, ſi perdo voluntatem, *Bald.in l.1.col.5.in 1.lectur.D.de leg.2.Andr.in cap.1.§.ſimiliter, num. 27. de Capitan.qui Cur. vendid.* & ibi *Afflict. num.*6.ubi dicunt,quòd *in dict. l. item ſi verberatum* adcidit,modicum fuiſſe datum reſpectu noluntatis domini,ab quo
61 invito res extorquetur, ſed de iure debebat dari integrum pretium, *Mart. de juriſd.p.4.cent.2.caſ.195.n.31.*

SVMMARIVM.

1 *IGnis Religio magna fuit apud pleroſque.*
2 *Deum in igne babitare ferebant Etbnici.*
3 *Omnia ex igne conſtabant.*
4 *Igni adſcribitur omnium rerum principium.*
5 *Apud Iudæos Sacerdotes & Levitæ ignem perpetuum conſervabant.*
6 *Invectio ignis alieni in Dei ſanctuariū non permiſſa.*
7 *Sacerdos Heli fovebat ignem.*
8 *Hoc munus exercebant Veſtæ virgines, & 9. 10.11.*
12 *Athenis, & in alijs partibus ignis perpetuus, & 13.14.*
15 *Omnia artificiata igni adtribuebant Antiqui.*
16 *Origo fabulæ Promethei, & 17.*
18 *Ignis etymon proponitur.*
19 *Explicantur Homer. & Valer.Flacc. & 20.*
21 *Ignis organum artium.*
22 *Ignis regium præſagium.*
23 *Explicatur Virgil. & 24.25.*
26 *Eſt ſignum alacritatis.*
27 *Animalia igne generantur. & 28.*
29 *Plures ſunt ignis utilitates.*
30 *Ignis evertit omnia.*
31 *Adducitur Homer.*
32 *Perſæ, & alij divino igni honores impenderunt.*
33 *Frequentia olim Vrbi incendia.*
34 *Ad ea reſtinguenda Præfectus Vigilum creatus.*
35 *Explicatur Paul.in l.3.de offic.præfect. Vigil. & 36.37.*
38 *Caliga pedum,non crurum indumentū.*
39 *Hamæ inſtrumenta grandiora confixa longiſſimis contis.*
40 *Explicatur Iuvenal.*
41 *Propter metum ignis venientis poteſt funditus everti domus vicini.*
42 *Incendia,quæ non poſſunt aqua reſtingui,ruinis ſopiuntur.*
43 *Præſtat unam domum intercidi, quàm totam Rempublicam.*
44 *Quod procedit etiam ſi vicinæ ædes ad intercidētis domū nō perveniant, & 45*
46 *Extranei in hoc caſu non tenentur.*
47 *An pro reparatione domus diruptæ in commune vicini contribuere teneantur? & 48.*
Mos erat apud Romanos,ut Vrbis damno adfectis pecuniæ adferrentur.
49 *An Princeps,vel Senatus alicuius civitatis damnum ex publico teneatur reſarcire? & 50. 51.*
52 *Si Princeps muniat caſtrū alicuius nobilis timore belli,non poteſt ab eo expenſas repetere.*
53 *An domo diruta, ſive exuſtæ habitatio remaneat? uſque 59.*
60 *An extincta domo ſit extinctus cenſus? uſque 64.*

CAPVT XXXVIII.

An propter metū ignis venientis poſsit funditus everti domus vicini?

1 IGnis Religio magna fuit apud pleroſque, tradunt *Tiraq.de nobilit.c.31. num. 575. Alexand.ab Alexand. lib.6. Dierum Genialium, capit. 4. fol. 619. Ioann. Ludovic. de la Cerd.in 2.Æneid. ℣. 295.num.9.volum. 1.fol.*

2 1. *fol. 193.* Vnde Deum in igne habita-
re ferebant Ethnici non pauci, & veri-
tati inhærens Sacra Pagina multis in
locis demonſtravit, quos congeſsit *Pe-
trus Greg. lib. 35. ſyntax. art. mir. cap. 5.
Iuſt. Lipſ. lib. 1. Phyſiol. diſſert. 6. & 7. &
lib. 2. diſſert. 12.*
Omnia ex igne conſtare dicebat
3 Heraclitus, teſte *Alexand. ab Alexand.*
4 *lib. 3. Dier. Gen. cap. 2. fol. 202.* & illi
adſcribi omnium rerum principium di-
xerunt alij, quos commemorat idem *A-
lex. ab Alex. lib. 5. c. 9 fol. 477.*
5 Apud Iudæos Sacerdotes, & Levi-
tæ ignem perpetuum conſervabant, ne
extingueretur ex iuſſu Dei, *Levit. cap. 6.*
in ſymbolum Spiritus Sancti, vel divi-
nitatis indeficientis, vel ob charitatē,
quam perpetuò fovêre debent præpo-
ſiti ſacri Antiſtites, qui nec divinita-
6 tem alterius Dei, nec alienum à Deo
quippiam fovêre debent. Vnde & in-
vectio ignis alieni in Dei ſanctuarium
morte expiata fuit miniſtrorum, *Levit.*
7 *cap. 10.* Habuitque hoc munus fovendi
ignē Sacerdos Heli, quod tradidit Sa-
mueli poſteà, puero pervigili, dum ſe-
nectute caligare eius cœperunt oculi,
ut extinguentem, vel defecturam lucer-
nam non videret, *1. Reg. cap. 3.*
8 Habebant hoc munus apud Ethni-
cos Romanos Veſtæ Virgines ignem
perpetuò foventes, quod innuit *Virgil.
2. Æneid. ỽ. 295.* dum ex perſona He-
ctoris:

*Sic ait, & manibus vittas, Veſtamque
potentem,
Æternumque adytis effert penetralibus
ignem.*

9 Vbi *Ioan. Ludovic. de la Cerd. num. 9.* cū
alijs. Quod ad Numæ inſtitutum refe-
rūt *Livius lib. 1. Ovid. 6. Faſt. Dionyſ. Ha-
licarnaſ. lib. 2. Plutarch. in vita Nu-
mæ*, & alij. Quamvis *Beroſ. lib. 3. deflo-
rat.* ſcribat uxorem Noachi Tytheam
10 Aretiam etiam dictam, quia mater om-
nium eſſet, vocatam Eſtam, id eſt ig-
nem, poſt mortem: eò quòd ipſa Regi-
na ſacrorum fuerat, & puellas docuerat
ſempiternum ignem ſacrorum inextin-
11 ctum ſervare. Non enim tantùm apud
Græcos Veſta, vel Eſta ignem ſignifi-
cat, ſed apud Arumæos, quos quia Græ-
ciam incoluerunt anteà, & barbara
Græcis nomina reliquiſſe teſtatur *Stra-
bo in Geograph. Græcor. Ioan. Roſin. lib.
2. Antiquit. Rom. cap. 12. fol. 331. lit.*
D. ubi *Thom. Dempſterus in Paralipom.
Iul. Labor. var. lucubr. tit. 2. cap. 5. à
num. 77. Sherlog. in Cantic. antel. 5. ſect.
5. à num. 110. fol. 225.*
12 Athenis etiam ignis perpetuus in
Prytaneo adſervabatur, non quidem à
Virginibus, ſed à Viduis, ut ait *Plutar.
& Strab. lib. 9.* Poliadis Minervæ dixit
templum in ſaxo Vetuſtum, in quo eſ-
ſent lichnus inextinguibilis, & Virgi-
num domus. Servabāt & ignem Ægy-
13 ptij, teſte *Diodor. Sicul.* Item & perpe-
tuus Delphis, & apud Perſas, ut inquit
14 *Procop. lib. 2. bell. Perſic.* Cuſtodiebant
& in Pyreo Magi, & in Cappadocia id
ipſum Magni Pyrethi factitarunt, *Stra-
bo lib. 10. Petr. Greg. lib. 15. ſyntagm. cap.
39. à num. 8. cum ſeqq.*
15 Omnia artificiata igni attribuebant
Antiqui. Nec alia origo fabulæ Prome-
thei, qui ignem Solis rapuit, & commu
nicavit mortalibus; nam videlicet do-
cuit rerum ſtructuras *Prometheus* Ipſe
16 de ſe *lib. 4. epig.* Vbi igni dat artem, at-
que illum dediſſe vitam rebus. Inde ig-
nis dictus eſt Sapiens ab *Tertul. in Scor-
piac.* & ab *Minutio Clemens* etiam *in
Protrept.* vocat ità.
Non aliâ credo mente à *Virgil. 1.
Georg.* de Iove mundum in deterius cō-
mutante:

*Mellaque decuſſit foliji, ignemque remo-
vit,
Vt varias uſus meditando extunderet
artes.*

17 Sicut ab *Heſiodo.* Quia videlicet om-
nia parata ſunt, etſi abſit, difficiliores
ſunt artes. Quid enim ignis non emol-
livit? *Lucret.* etiam *lib. 5.* deſcribens ru-
de ſeculum, & nullis artibus excultum,
ita ait:

Nec

Nec dum res igne ſcibant tractare.

Quaſi ignis ad omnem fabricam res potiſsima.

18 Huc pertinet etymon *Varronis*, ignem dictum à naſcendo, quòd inde omnia naſcantur. Atque inde etiam natũ Proverbium *ab igne*, ad ſignificandum initium cuiuſque rei. Quo uſus *Baſilius Seleucienſis Epiſcop. lib. 1. vitæ Teclæ: Ab igne etiam, ut dicitur, Martyr auſpicata eſt catecheſin.*

19 Exiſtimavi fortaſsè ignem dici ab *Homero* indefeſſum, ut à quo omnes artes fluant nullo ſuo labore, *Valer. Flacc. 1. Argon.* cùm obcupatur in prima nave fabricanda, inquit:

—Lentoque ſequaces
Molliri videt igne trabes—

Nec alia ratio cur ab *Homer. lib. 21.* Vulcanus dicatur Sapiens.

20 Inde etiam in honorem Vulcani inventoris Artium erant Athenis feſta, ſcribit hoc *Interpres Ariſtoph. in Ran. & Veſpaſ.* Præclarè itàque dixit *Ariſtot.*

21 ignem eſſe organum artium. Artes utũtur igne tanquam organo *Tull. 2. Natur.* ait eſſe ignem artificioſum, & magiſtrum Artium reliquarum, *Cerd. 8. Æneid. ỷ. 415. num. 9. fol. 216.*

22 Nunc obſervandum eſt, ignem fuiſſe Regium præſagium, firmat hoc Hiſtoria Servi Tullij Romani Regis, *Plin. lib. 2. cap. 107.* Servio Tullio dormienti in pueritia ex capite flammam emicuiſſe. Copioſior *Plutarch. de fortun. Roman.* ait enim Servium in ſomnium prolapſum fuiſſe, ac tunc caput dormientis viſum igni circumluſtrari, quod erat teſtimonium ipſum ex igne natum, bonumque indicium inſperati Regni, quod obtinuit.

23 Hûc tradenda narratio de ſimili prodigio Laviniæ, quam per initia 7. *Æneid. Virgil.* exſequitur. Necnon illa *Plin. lib. 2. cap. 27.* de Stellis Caſtoribus.

Hominum quoque capita veſpertinis Hiſtorijs magno præſagio circumfulgent. Atque etiam *Livij* de Marcio Duce *lib. 25. ad fin.* flammam ei concionanti fuſam è capite ſine ipſius ſenſu cum magno pavore circumſtantiũm

24 militum. Tale quiddam de flamma nõ urente legas inter prodigia relata ab eodem *Livi. lib. 43.* his verbis. *Fregellis in domo L. Atrei haſta, quam filio militi emerat, interdiu plus duas horas arſiſſe, ità, ut nihil eius ambureret ignis, dicebatur.*

Lege verſus *Claudiani in 4. Conſul. Honorij:*

---Ventura poteſtas
Claruit Aſcanio, ſubita cum luce comarum
Innocuus flagraret apex.

In eamdem rem *Virgil. 2. Æneid. ỷ. 680.*

Cùm ſubitum, dictuque oritur mirabile monſtrum:
Namque manus inter, mæſtorumque ora parentum,
Ecce levis ſummo de vertice viſus Iuli
Fundere lumen apex, tactuque innoxia molli
Lambere flamma comas, & circum tempora paſci.
Nos pavidi trepidare metu, crinemque flagrantem
Excutere, & ſanctos reſtinguere fontibus ignes.

Vbi futuram, & Regalem Aſcanij dignitatem notavit.

25 Inde facta magna illa animorum cõmutatio: nam Anchiſes, ut vidit Aſcanium futurum Regem, alacer factus eſt ad fugam, reliquique omnes ſpem eamdem concepêre.

26 Eſt ſignum alacritatis, ideò in luctu extinguebatur, *Tertull. de idololat. cap. 15. & lib. ad uxorem, cap. 6. Iuven. ſat. 3. Iul. Labor. var. lucubr. tit. 2. cap. 1. num. 148. & cap. 3.*

27 Ignis, qui omnia conſumit, quædam etiam creat, & quod videri non poteſt ſimile veri, ſed tamen verum eſt, animalia igne generantur, *Senec. lib. 5. nat. quæſtionum, cap. 6.* etſi contra nitatur *Ovid.*

Nec

Nec tu aliud Veſtam, quàm puram intellige flammam,
Nataque de flamma corpora nulla vides.

28 De hac tamē re videas *Ariſtot. lib. 5. hiſt. anim. & Plin. lib. 11. c. 36.*

29 Maxima excellentia, plurimæ maximæque utilitates in igne adſunt, *Andr. Tiraq. de nobilit. cap. 31. num. 570. eumſequent. S. Auguſt. lib. 12. de Civit. Dei, cap. 4. Sim. Maiol. tom. 1. Dier. Canic. colloq.* 22. verùm & illud mali habet, quòd interdum tecta: quid tecta? Imò oppida
30 integra, cum hominibus, & eorum omnibus facultatibus incendit:

Scilicet ignis edax ſumma ad faſtigia vento
Volvitur; exſuperent flammæ furit æſtus ad auras:

ut inquit ille. Ex quo *Menander* illum inter præcipua mala poſuit illo ſenario proverbiali:

Ignis, & mare, & mulier, mala tria.

31 Vt nō mirum ſit, ſi *Homer. lib. 12. Odyſ.* ignem pernicioſum vocaverit: *& lib. 15. Iliad.* illius ſimilitudinem hanc adferens:

Currebat autem, ut quando Mars lanceam vibrans, vel pernicioſus ignis
Montibus furit profundæ in denſitatibus Silvæ.

Sed idem aliam eiuſdem ignis ſimilitudinem non abſimilem poſuit ad fin. *lib. 17. eiuſdem operis.*

Crudelis ut ignis, qui irruens Civitatē virorum
Motus repentè comburit; minuuntur tamen domus,
In ſplendore magno, hunc inconcrepat vis venti.

Et aliam quoque ad extremum *lib. 20.*

Sicut autem promptus eſt ad profundas valles admirandus ignis
Montis aridi, profunda autem comburitur Silva.

32 Ideòque, quod à Perſis, & alijs quibuſdam Gentibus divinos igni honores impendi traditum eſt, non religione quidem, ſed potiùs formidine rei nocentiſsimæ factum eſt, ut ex recentioribus prodidit *Cælius lib. 8. Antiq. lect. cap. 36. Serar. in Harmon. Machab. in cap. 1. & 2. lib. 2. quæſt.* 14. *Adam Contzen. lib. 7. Polit. c. 5. §. 5.*

33 Frequentia fuerunt olim Vrbi incendia, tradunt *Tacit. lib. 5. Ann. Dio lib. 57. Grat. cap. 195. num. 22. tom. 1.* ad quæ reſtringuenda, & compeſcenda.
34 Præfecti Vigilum inſtituti extiterunt, qui ſuis cohortibus pernoctarentur per Vrbem, & curarent, ne ſerperent, & latrones fugarent ab domibus incenſis cuſtodientes res familiares, eleganter *Roſin. lib. 7. Antiquit. Rom. cap. 34. Sueton. in Auguſt. cap. 30. Dio lib. 55. Valer. Maxim. lib. 8. cap. 1. Livius decad. 4. lib. 9. Alexand. ab Alexand. lib. 3. Dier. Gen. cap. 16. fol. 272. Pancirol. in Not. Orient. cap. 27. Iul. Cæſ. Buleng. lib. 5. de Imp. Rom. cap. 11. Briſſon. lib. 2. ſelect. Antiquit. cap.* 8. *Polid. Rip. de noct. temp. c. 48. n. 9. Paul. in l. 3. de offic.*
35 *Præf. Vigil.* inquit: *Sciendum eſt Præfectum Vigilum per totam noctem vigilare debere, & coërrare calceatum cum hamis, & dolabris, ut curam adhibeant omnes inquilinos admonere, ne negligentia aliqua incendij caſus oriatur.*

36 Calceatum Præfectum multi adnotarunt dici à *Iuriſconſulto* ex eo, quòd inter veſtimenta militaria connumerentur, & calceamenta apud *Lāprid. in Alexand. Flav. Vopiſc. in Aurelian. militari epiſtola ad Vicarium ſuum*; obiter *Ioſeph. lib. 7. cap. 3. Ægeſip. lib. 5. de ex-*
37 *cid. Hieroſol. cap. 30.* Hinc Præfectus Vigilum coerrabat calceatus, non aliâ ratione, quàm ut calcei præſidio noctu ſecutiùs ambulet per medios etiam ignes. *Cuiacius lib. 13. obſervation. cap. 30.*

38 Sunt tamen qui *in d. l. 3. caligatum* legendum cenſent, à *caliga*, quod pedū nō crurum indumentum fuiſſe tradunt *Ioſeph. Caſtall. obſerv. decad. 2. c. 4. Ioan. Ludov. de la Cerd. adverſ. ſacrorū, c. 124. n. 1. Briſ. 2. Ant. 5. Goth. in l. 5. de cuſt. reor. Donat. ad Suet. in Aug. c. 25.* Hinc venit intelli-

telligendus *text. in l.2. D. de his qui no-*
tantur infam. ubi miles caligatus dici-
tur (qui quidem eſt vilior, & inferioris
ordinis) quatenus ait Cõſultus, miſsionẽ
non militibus tantùm gregarijs conve-
nire, ſed omnibus à milite caligato uſ-
que ad Centurionẽ, Præfectũ cohortis,
& ipſum militiæ Ducem; eleganter *Pe-*
tr. Bellin. de re milit. par. 7. tit. 3. à num.
6. cum ſeq. Gothofr. in l. de militibus 9. lit.
E. D. de cuſtod. reor.

39 Hamæ, ſive Amiæ inſtrumenta ſunt
grandiora confixa longiſsimis contis, id
eſt, longurijs, quibus ædificia incendij
compeſcendi, aut extinguendi causâ
diſturbant, *Cuiac. dict. cap. 30. Plin. in*
epiſt. ad Trajan. Turnebus verò *adverſ.*
lib. 19. cap. 23. Hamam ſumi vult pro
vaſis aquarijs rotundioris formæ, &
ventris globoſioris, quibus ad extin-
guenda incendia uti ſolêrent, quod mi-
nus huic loco convenire, notavit *Go-*
thofred. ad dict. l. 3. & Briſſon. dict. cap. 8.
qui priorem interpretationem propter
adiunctum *dolabra* verbum probabilio-
40 rem credit. Quamquam apud *Plautum*
in Milite Glorioſo, & Columell. lib. 10. ità
ſumatur, ac de eo etiam intelligi vide-
tur illud *Iuven. ſatyr. 14.*

----- Miſera eſt magni cuſtodia cenſus
Diſpoſitis prædives hamis vigilare cobor-
tem
Servorum: noctu Licinus iubet. ---

Vbi tamen pro hamis, amis legit *Ioann.*
Britannic. Covarr. lib. 4. var. cap. 1. ubi
Ioan. Vſel. in addit. Ioan. Lubler. in tract.
de incend. cap. 6. toto.

41 Iam oportet quæri, utrũ propter me-
tum ignis veniẽtis poſsit funditùs evert-
ti domus vicini? & adfirmativè reſolvẽ-
dum eſt, quia qui arcendi incendij gra-
tiâ vicinas ædes intercidit, & demoli-
tur, ſive hoc iuſſu Magiſtratus, ſive iu-
ſto metu ductus faciat, ne ſcilicet ignis
ad ſe perveniat, ut plerumque præſentis
periculi metu fieri ſolet, utroque caſu
actione legis Aquiliæ non tenebitur, ex-
preſsè *text. in l. ſi quis fumo 49. §. 1. D. ad*
leg. Aquil. & in l. quo naufragiũ 3. §. quod
ait 7. D. de incen. ruin. & naufr. & in l. ſi
alius 7. §. Eſt & alia, D. quod vi, aut clàm,
gloſſ. in l. 1. verb. Exciſſa, & in l. 2. verb.
Depoſuiſſe, C. ad leg. Aquil. Maſcar. de pro-
bat. vol. 2. concl. 892. num. 6. Raudenſ. de-
ciſ. Piſan. 6. num. 59. par. 1. Gail. 2. obſer.
22. num. 3. verſ. Porrò qui arcendi, Ioann.
Lubler. cum alijs, *in tract. de incend. cap.*
5. à num. 116. Gabriel in 4. diſt. 15. quæſt.
3. art. 3 dub. 6. in fin. Sylveſt. in ſum. verb.
Incendium, num. 5. Greg. Lop. in l. 12. per
text. ibi *gloſſ. 2. tit. 15. par. 7. P. Ludov. de*
Torr. de iuſt. diſp. 42. dubit. 2. num. 16. Ca-
bedo deciſ. 93. num. 2. par. 1. Bobad. lib. 2.
Polit. cap. 18. num. 133. Azeved. in l. 6. tit.
12. num. 25. & 26. lib. 8. Recop.

42 Solent enim ea, quæ ex improviſo ca-
ſu potiùs quàm fraude accidũt, fato, nõ
noxæ imputari, *l. 1. C. ad leg. Cornel. de ſi-*
car. Et incẽdia, quæ nõ poſſunt aqua reſtin-
gui nonnunquã ruinis ſopiri, inquit *Cicer.*
contra coniurat. Catil. Sieb. in l. 2. n. 2. C.
ad leg. Aquil. Senec. lib. 4. cont. ibi: *Neceſſi-*
tas eſt, quæ navigia iactu exonerat. Neceſſi-
tas eſt, quæ ruinis incẽdia obprimit. Neceſ-
43 *ſitas eſt lex temporis*: Præſtatque unam
domum intercidere, quàm totam Rẽ-
publicam, nam eversâ domo Reipubli-
cæ ſtatus manère poteſt: urbis autem
ruina omnes Penates ſecum trahat, ne-
ceſſe eſt, *Valer. Maxim. lib. 5. memor.*
cap. 6. in princip.

44 Quę concluſio procedit etiã ſi ignis
vicinæ ædis ad intercidentis domũ nõ
perveniat, *Maſcar. d. concl. 892. n. 6. Me-*
dic. de fortuit. caſ. par. 2. q. 7. n. 23. Farin. de
var. ac div. crim. quæſt. 110. cap. 3. num.
144. Sufficit enim iuſta ſuſpicionis cau-
ſa, etiam ſi periculũ, quod ſuſpicaretur,
non evenerit, *text. in l. habitatores 27. §.*
fin. D. locat. ubi ſi conductor domus aliò
migraverit propter aliquam ſuſpicionẽ
iuſtam remittitur merces, licèt pericu-
lum, quod ſuſpicaretur, nõ evenerit: pa-
tia namque ſunt aliquid fieri propter
metum, vel propter probabilẽ ſuſpicio-
nẽ metus, *l. noviſſimè 7. §. 1.* ibi: *Com-*
pulſus, aut metu ne compelleretur, D. quod
falſ. tutor. auctor. (cui ne obſtet *textus in*

53 Quæſtionis eſt, an domo dirutâ, ſive exuſtâ habitatio remaneat? & negativè reſolvendū eſt, ex *tex. in l. repeti, §. rei mutatione, D. quib. mod. uſuf. amittat. l. ſervitutes, §. ſublatum, D. de ſervit. urb. prædior.* ubi *I.C.* in ędibus incēdio, vel ruinâ abſumptis, tam uſumfructum, quàm habitationem extingui dicunt; adeò ut ne in area quidem & cœmentis uſuſfructus remaneat, eleganter *Anneus Robert. lib. 4. rer. iudic. cap. 8. Caſtillo de uſufructu, cap. 72.* toto, *Oſuald. in Don. lib. 10. comm. cap. 18.*

54 Cui rei favet expreſsè *Tullius in Topic.* ubi ità inquit: *Si ædes eæ corruerint, quarum uſusfructus legatus ſit, heres reſtituere non debet: non magis quàm ſervus, ſi is cuius uſusfructum legatus eſſet, periſſet.*

55 Quæ quidē ſententia ampliari debet etiam ſi domus fuerit refecta, *text. in l. ſi ità legatū 65. § fin. D. de leg. 1.* ibi: *Si domus fuerit legata, licèt particulatim ità refecta ſit, ut nihil ex priſtina materia ſuperſit: tamen dicemus utile manere legatū. At ſi ea domo deſtructa aliam eodem loco teſtator ædificaverit, dicemus interire legatum.*

56 Ratio eſt, quia ademptione, ſeu tacita, ſeu expreſſa legatū revocatur. Adēptio autem tacitè præſumitur, quoties aut res à teſtatore vēdita aliena fit, aut aliquo caſu aliam fieri neceſſe eſt.

57 Communit noſtrum dicteriū *text. in l. ſi quis domū, §. hic ſubiungi, D. locat.* ubi inſulâ exuſtâ non tenetur locator conductori.

58 Secundò, facit *text. in l. qui uſumfructū, in princ. D. de uſufr.* ubi hāc quæſtionem videtur Africanus expreſſo reſpōſo decidiſſe. Si inſulæ uſufructu legato, & deſtructâ domo area remaneat, ac deinde inſula facta ſit, uſumfructū extingui ait Africanus: idēque eſſe addit, ſi ſcyphorum uſusfructus legatus ſit; deinde maſsâ factâ, & iterū ſcyphi: licèt enim inquit priſtina qualitas ſcyphorū reſtituta ſit; non tamen illos eſſe, quorum uſusfructus legatus eſt.

59 Tertiò, id cōfirmat *Vlp. in l. qui tamē, §. 1. D. quib. mod. uſuſfr. amitt.* ibi: *Si ædes ad aream redactæ ſint, uſusfructus extinguitur; verùm etiam ſi demollitis ædibus teſtator alias novas reſtituerit:* eleganter *Centius de cenſib. par. 3. q. 1. art. 3. n. 13. & 14. Avend. eod. tract. cap. 60. num. 24.*

60 Cui quæſtioni finitima eſt & alia quæſtio, an extincta domo ſit extinctus cēſus? & adfirmativè reſolvi debet, *Sarmiēto lib. 7. ſelect. cap. 1. n. 31. Laſarte de decima vēdit. cap. 10. n. 18. Gutier. lib. 2. q. 187. n. 7. cum ſeq. Cevall. q. 312. Azor inſt. moral. p. 3. lib. 10. c. 5. q. 3. Grat. in Appendic. ad cap. 432.* cum alijs, quos laudat *Avendañ. de cenſib. cap. 6. num. 5. cum ſeq. Scacc. de comm. §. 1. q. 1. n. 176. cum ſeq. Centius de cenſib. par. 3. quæſt. 1. art. 1. à n. 2. cū ſeq.*

61 Quod maximè procedit ſtante Bullâ Pij V. in qua expreſsè fit mētio de interitu rei in parte, & in toto ob quæ cēſus perimitur, ut etiā notat *Gutier. lib. 2. q. 177. poſt princ. verſ. Sed id quod hodie S. P.*

62 Ratio huius reſolutionis eſt, quòd ex cenſu cauſatur in re ipſa ius reale, *Gama decis. 45. Gutier. conſ. 18. n. 77. Covar. lib. 3. var. cap. 7. n. 5.* Vnde re peremptâ cōſequēs eſt, ut perimatur ius ex cēſu productū, & in dicta re cauſatū, *l. 1. C. de iur. emphyt.* Maximè, quia cenſus eſt vera emptio & vēditio, & res empta, quæ interijt poſt traditionē, perijt emptori, nō vēditori, *l. 1. C. de peric. & cōmod. rei vēd.*

63 Neque obſtat, quòd remaneat obligatio perſonalis venditoris cēſus, ob quam remanet actio integra ad redditus annuos exigēdos, ut per *Covar. Sot.* & alios, de quib⁹ *Felician. de cēſib. lib. 1. c. 8. n. 19.*

64 Quia venditor obligat ſe, & ſua bona, non quòd illa cenſui ſubijciat, ſed ut faciat tutum & ſecurū emptorem ratione evictionis rei, in qua cēſus fuit impoſitus, & ut idem emptor habeat actionem perſonalem exigendi fructus extāte re, in qua cēſus conſiſtit, non autē quòd eâ pereūte ſit amplius obligatus, cū ſtante obligatione perſonali citius poſsit ſatisfieri creditori, quoad ſibi promiſſa in venditione cenſus, *Gutierr. pract. lib. 2. quæſt. 177. num. 7. ad fin. Azor inſtit. moral. par. 3. lib. 10. cap. 5. q. 3.*

SVMMARIVM.

1 QVID ſit ratio ſtatus? & 2.
3 Prudentia ſtatus quæ? uſq. 6.
7 Ius ſtatus duplex.
8 Ratio ſtatus à lege Dei, eiuſque praeceptis deviare non debet.
9 Iuſtum eſt, quod lege fit.
10 Non eſt licitũ ſe ipſum occidere. & 11.
12 Excuſatur Samſon.
13 Similiter Eleazarus.
14 Naves comburere licet. & 15. Comprobatur hiſtorijs.
16 Permiſſum eſt infidelium naves dolo & fraude comburere, & bona eorum capere.
17 Noſtri capti à Turcis ſine cenſura poſſunt remis impellere naves contra noſtros.

CAPVT XXXIX.

An liceat comburere naves propter metũ hoſtium, ut nõ fiant opulentiores?

1 AB hac quæſtione ſtatus ratio videtur eximere, & liberare, cùm ſuadeat apertè hoſtibus vires minuendas, & opulentiam ampu- tandam eſſe, & id quomodocunque efficiatur, expedire adfirmat, ſive nocumẽto proprio, ſive aliorum, quare reſolutio iam adparebat ad theſin.

2 Sed priùs quàm ad deciſionem adcedamus, indagare oportet, quid ſit ratio ſtatus. Et dicendum exiſtit, quod illa nõ realis, ſed adparẽs eſt, nec Deum reſpicit, nec rationem, ſed ſolam utilitatem utentis illâ, non aliâ ratione, ſeu lege inſpectâ, & ut Principes, eorumque Conſiliarij Principis cuiuſque utilitati cõvenire arbitrantur, *Fracbet. diſcurſ. 1.*
post *Ideam ſtatus, fol. 38. & 39.*

3 Prudentia ſtatus à ratione ſtatus differt. Prudentia ſtatus aliud nõ eſt, quàm
prudentia civilis, quæ à virtutibus mo-
ralibus nec unquam recedit, cùm cir-
cũfuſa in omnes exiſtat, *Turam. de leg.*
1. par. cap. 2. n. 36. Rota Avenion. deciſ.
4 *214. num. 13.* Siquidem impoſsibile eſſe
inquit *Ariſt. 6. Ethic. cap. 5.* ſine prudẽ-
tia quem bonũ adpellari; nec ulla ſine
ea poteſt eſſe animi virtus, *D. Thom. 2. 2.*
q. 47. art. 6. Iuſt. Lipſ. lib. 1. Polit. cap. 7. in
princ. Menoch. de arbitr. caſ. 426. num. 6.
ipſaque prudẽtia, addit *Plato in Meno,*
5 quæ nos ad omne bonum, omnẽ virtu-
tẽ, omnemque beatitudinem ducit: &
de leg. dial. 1. ſcribit, prudentia divinorũ
omnium dux primus exiſtit. Siquidem
prudentia civilis regula, ſeu vera regnã-
di norma eſt, cùm comites ſemper ha-
beat virtutem, religionem, omnemque
civilem ſcientiam dirigat, ex *Fracb. &*
Lipſ. nuper congeſtis, eãque animæ ci-
vilis, ſeu politicæ oculum adpellat, ex
Ariſtot. Iuſt. Lipſ. d. cap. 7. Brãcalaſ. in me-
dull. Polit. lib. 4. cap. 5. in princ. Ramirez
de lege Regia, § 3. num. 10. Petr. Greg. de
Repub. lib. 10. cap. 4. num. 3.

6 Bonumque à malo, & utile à pernicioſo ſegregat *D. Thom. in ſumm. lib. 3. tit. 34. queſt. 231. Tacit. lib. 4. Ann. Cavale. de brach. Reg. par. 6. num. 84.*

7 Hinc ius ſtatus dupliciter ſe habet, aliud remotum à iuſtitia, aliud illius radicibus innixum, *Tapia de Princip. poteſt. §. 7. n. 95.* quod propriè, & verè ius ſtatus debet nuncupari, nec enim ſine iuſtitia benè reſonat.

8 Quare dicendum adeſt, ſtatus rationem à lege Dei, eiuſque præceptis deviare non debère, ex *Oſea 12.* ibi: *Iuxta vias eius, & iuxta adinventiones eius. Ribadeneira lib. 1. de Principe Chriſt. adverſ. Machiab. Baron. in epitom. fol. 586. Aug. lib. 5. de Civit. Dei, cap. 24. & 25. Ioann. Kochier. in theſaur. aphoriſm. Polit. lib. 12. cap. 22. & lib. 3. cap. 20. Ramir. de leg. Reg. §. 20. n. 4. M. A. Petil. lib. 10. Exarch. cap. 5. toto, Cevall. in art. Reg. docum. 18.*

Nec

9 Nec aliud iuſtum dicere ſolemus, niſi quod ex lege eſt, quod verò eſt contra legem, id violentum, *Xenoph. lib. 4. memor. fol. 636. & lib. 1. de Inſtit. Cyr. fol. 10.* latè *Tiraquel. ad leg. connub. gloſſ. 9. princ. Ambroſin. deciſ. 23. num. 18. Valẽç. conſ. 70. num. 24.*

10 His ità prælibatis ſuboritur noſtra diſpunctio, utrùm in foro iuſtitiæ, & cõſcientiæ incendi naves ſtatus prudentia ſuadeat? & adfirmativè reſolvendum eſt ex ſeqq.

11 Primò, ex eo, quòd etſi ſit conſtitutũ apud *DD.* non eſſe licitum ſe ipſum occidere, probant *Auguſt. lib. 1. de Civit. Dei, à cap. 17. uſq. ad 27. & lib. 2. contra litteras Petiliani, cap. 4. & epiſt. 61. & 62. Chryſoſt. homil. 87. in Ioã. Ariſt. 3. Ethic. 7. & lib. 5. cap. 11. Cic. 1. q. Tuſc. & de ſomn. Scip. Ioſeph. lib. 3. de bell. Iudaic. cap. 21. Plat. in Phædon.* tamen Samſonis factũ excuſationem meretur, *Iudic. 16.* quia
12 non ſe interfecit eâ intentione, ſed ut hoſtes obprimeret in bonũ Reipublicæ, ſi enim ſe ſalvo illos poſſet perdere, id potius optaſſet. Nemo verò dubitat ſtrenuũ militem, vel ducem certũ de morte maximum aliquod facinus aggredi, ex quo in patriam magnum bonum, in hoſtes verò magnum damnum videat redundare, *Lara de capell. lib. 1. c. 11. n. 20.*

13 Sic ſimiliter *Eleazarus 1. Machab. 6.* venit excuſandus, quia pro patriꝗ ſalute, elephantis, quem gladio occidit, ruinâ obpreſſus felicem mortem ſibi paravit, tradunt *D. Thom. 2. 2. quæſt. 64. art. 5. ad 4. Victor. in relect. 10. de homic. in fin. Sot. de iuſt. lib. 2. quæſt. 3. art. 8. & lib. 5. quæſt. 1. art. 5. in fin. Fr. Ludov. Lop. in inſtruct. conſc. 1. par. cap. 65. in fin. Petr. à Navarr. de reſtit. lib. 2. cap. 3. num. 31. Sayro in Clav. Reg. lib. 7. cap. 9. num. 9. Auguſt. Barboſ. in cap. ſi nõ licet, à num. 3. 23. quæſt. 5. Ambroſ. lib. 1. offic. c. 40.* Eſtque res in bellis penè quotidiana: alioqui non licêret cum periculo ſuffodere turres, & mœnia.

14 Hoc modo excuſari poſſunt noſtri milites, & ſocij navales, qui ſæpè fortiſsimè cũ hæreticis prælio navali dimicãtes, cùm iam videt navem in poteſtatẽ hoſtium venturam, communi conſenſu ignem pulveri inijciunt, & ſe mari cõmittunt, ne ipſi, & navis veniat in hoſtiũ poteſtatem, non enim intendunt ſui interitum, ſed ne hoſtis navi cum publico damno potiatur.

15 Tuentur hanc ſententiam cõmuniter *Leonard. Leſſ. lib. 2. de iuſt. cap. 9. n. 34. Martin. Bonac. in ſumm. moral. to. 2. diſp. 2. q. ult. ſect. 1. punct. 5. n. 8. P. Paul. Layman lib. 3. tract. 3. p. 3. ſect. 5. n. 3. ad fin.* & loquens de milite, qui imponit minã in hoſtis turri, etſi ſciat ſe moriturum, *Vincent. Filiuc. tract. 29. cap. 4. num. 72.*

Hinc *Tit. Liv. lib. 1. dec. 3. Polyb. lib. 3. Valer. lib. 6. cap. 6. Oroſius lib. 4. cap. 14. Patritius de Regno, lib. 7. tit. 6.* commemorant, quòd Saguntini ſepti ab Annibale cognoſcentes ſe viribus carêre ad reſiſtentiam, collegerunt quantum aurũ & argentum habebant, & in quendam rogum coniecerunt. *Ant. Herrer. in Hiſt. general. Hiſp. lib. 12. cap. 14. fol. 639.* dicit, quòd quando Anglus Gaditanã inſulam anno 1595. cœpit, ibi erant naves onuſtæ ingẽti gazâ, & merci ad Indias dirigendæ, tunc actum fuit ab Generali, ut eæ comburerentur, ne tantâ prædâ hoſtis potiretur.

16 Sicut etiam permiſſum eſt infidelium naves dolo, & fraude cõburere, probat eleganter *Pet. Caball. cent. 3. caſ. 220. n. 3.* quia cum eis Orthodoxi ſemper continuum, perpetuumque bellũ habêre intelliguntur, *Bart. in l. hoſtes 24. col. 2. ſub num. 8. poſt verſ. Secundò dixi, D. de capt. Franch. deciſ. 268. ſub n. 5.* & eſt expediẽs eorum deſolationẽ quomodolibet quærere, *Oldrad. conſ. 71. col. fin. verſ. Inter malos, Cacheran. in diſp. an Princip. Chriſt. fas ſit fœdus inire cum infidelibus ſub n. 5. poſt verſ. Quartò, hanc opinionẽ, Iul. Ferret. de re milit. tit. de ordin. acieb. in bello, n. 42. & 45.* & ſimiliter eorum bona capere, *Sayr. in Clav. Reg. lib. 9. cap. 14. can. 26.* & occidere, *1. Reg. 17. Petra de poteſt. Princip. cap. 24. n. 163. & 164. fol. 376. col. 1.*

ſicut è contrario noſtri capti à Turcis ſine cēſura poſſunt remis impellere naves contra noſtros; nam metu mortis hoc faciunt, & hoc eſt verum, quamvis daremus illos peccare contra ius naturæ, ità *Bonac.* cum multis, *tom.1. ſumm. mor. tract. de cenſur. diſp.1. quæſt.2. punct. 3. num.4.* Contrarium & veriùs, ut non peccent contra ius naturæ, & à culpa immunes ſint, probāt *Molin. to.1. de iuſtit. diſp.115. pag.658. Corduba in ſumm. q.137. fol.400. Navarr. de reſtitut. lib.3. cap.4. dub.4. Cornej. tom.2. in 3. par. S. Thom. tract.5. de cenſur. in gener. diſp. ult. dub.1. num.2. verſ. Ex quo infero.* Et nocumentum illis inferre in bonis externis, & ad infidelium præceptū deſtruēdo, vel capiendo, vel ad triremes adſportando, vel ſarcinas, vel neceſſaria ad bellum, admovendo ſcalas, & alia faciendo, quibus Chriſtiani interficiantur, ità eleganter cum pluribus *Diana tract. 6. miſcellan. reſol. 48. par.3.*

Nec huic ſententiæ reſiſtit *text. in cap. Iulianus 11. quæſt. 3.* ubi Iulianus Apoſtata milites habuit, qui pro Imperij Romani maieſtate ſub eo militabant; verùmtamen ei pro defenſione Reipublicæ obediebant, non autem in Chriſtianos arma ſumebant: idem probat *text. in cap. Imperatores*, §. *Iulianus, ead. cauſa, & quæſt.*

Quia dicendum eſt *dict. text.* ſeriem non concordare ex eo, quòd hi milites erant in ſua libertate, & potius mortem obpetere, quàm vitam cupiebant. Vnde pœnitentes donativum Imperatori reſtituerunt, & Chriſtianiſmum liberrimè cū Martyrij adfectione profeſſi ſunt, ut dictat *Covarr. lib.4. variar. cap. 12. verſ. Secundò obſervandum, & Auguſt. Barboſ. in dict. cap. Iulianus, num.3.* At verò capti ab infidelibus, & in eorum triremibus adſtantes nullo modo poſſunt eorum violentijs obpugnare, cùm vincti & illigati adſint: & hûc & illûc navigare compellantur vi præcisâ.

Sed ut clariùs eluceſcat mens *dict. tex. in c. Iulianus*, advertere oportet, Paganos Imperatores olim milites Chriſtianos habuiſſe, *Tertull. in Apolog. cap. 5. & in lib. ad Scapul. Euſeb. lib.5. Hiſtor. Eccleſ. cap.5. Paul. Oroſ. lib.7. cap. 15. & Nicephor. lib.4. cap.12.* & alij.

Quem ritum obſervavit Apoſtata Iulianus, ut conſtat ex *dict. iur. Sozomen. lib.5. cap.18. Caſſiodor. lib.6. Tripart. cap. 39. & Nicephor. lib.10. cap. 23.* qui quidem (cùm milites idōlis ſacrificare renuebant) commotus à cæde abſtinens exauthoratos ex Aula Imperiali exegit.

Quamobrem mirum videri non debet, dictos milites dicto Imperatori nō obedijſſe, cùm non tenerentur, *cap. iuratos milites 15. quæſt.6.* ibi: *Iuratos milites Hugoni Comiti, ne ipſi quandiu excommunicatus eſt, prohibeto. Qui ſi ſacramento prætenderint, moneātur oportere Deo magis ſervire, quàm hominibus. Fidelitatem enim, quam Chriſtiano Principi iurarunt, Deo, eiuſque Sanctis adverſanti, & eorum præcepta calcanti nulla cohibentur authoritate perſolvere.*

SVMMARIVM.

1 *RESIDENTIA de Iure Divino. Epiſcopi, Parochi, & Canonici ſuis Eccleſijs intereſſe debent.*

2 *Peſtilentia ardentiſſimus morbus.*

3 *Eius contagia urunt genus humanum.*

4 *Cuius cauſa ad aërios vapores refertur.*

5 *Dæmonum malignitati adſcribitur peſtis. & 6.7.*

8 *Peſtis flagellum Dei.*

9 *Olim quando peſtis graſſabatur ſolebant ſupplicationes indici Pacis Deum expoſcendi cauſa. uſq.12.*

13 *Figebatur clavus ad eijciendam peſtem. & 14.*

15 *Peſtis eſt acerrima contagio.*

16 *Aeſtas & Autumnus aptiora ad peſtem tempora. & 17.*

Re

18 *Remedia nihil in peſtibus proficiunt. & 19.*
20 *Fuga unicum remedium.*
21 *Non adſiſtens propter peſtem diſtributiones percipit. & 22.23.*
24 *Sicut propter bellum.*
25 *Parochus debet adſiſtere, etiam ſi peſtis graſſetur. & 26.27.*
28 *Paræus qui. & 29.*
30 *Epiſcopus tempore peſtis ſi Parochi moriantur, vel aufugerint, tenetur Sacramenta propter neceſſitatem miniſtrare. & 31.*
32 *Ab hoſtibus captus, aut in exſilium miſſus diſtributiones percipit. & 33.*
34 *Laudabile factum Eccleſiæ in magna graſſantis peſtilentiæ lue. & 35.*
36 *Ad curandos ægrotos in tempore peſtis exhortantur Cyprian. Nazianz. Baſil. uſq. 39.*
40 *An miles captus ab hoſtibus ſtipendiũ illius temporis, quo apud hoſtes fuit, petere poſſit? uſq. 67.*
Negatur.
Adfirmatur.
Vtraque ſententia adſtruitur.
Adcipiunt lucem varia iura.
Adfirmativam ſententiam tenet Author.
Reſpuitur Fulvius Conſtantius.
68 *Tempore peſtis Academia poteſt recedere à loco cum privilegijs.*

CAPVT XL.

An metu peſtis contrahendæ ab Eccleſia recedens, aut abſens ab ea non rediẽs, paratus alioquin redire ſemoto peſtis periculo, poſſit diſtributiones percipere?

1 RESIDENTIA fuit de Iure Divino introducta, ut probant quampluri-
mi laudati *ab Auguſt. Barboſ. de offic. & poteſtate Epiſcop. par. 3. alleg. 53. numer. 2. Mend. lib. 1. Reg. tom. 2. cap. 7. ℣. 17. ſect. 2. à num. 4.* Ideò Epiſcopi, Parochi, & Canonici ſuis Eccleſijs intereſſe debent, & ſunt obnoxij, *Garc. de benef. par. 3. cap. 2. num. 16. Molfeſ. in ſumm. Theolog. moral. tract. 6. cap. 11. num. 13.* latè *Sanctarel. var. reſol. quæſt. 1. à princip. & quæſt. 4. à num. 45. Trident. ſeſſ. 6. de reform. cap. 1. ſeſſ. 7. cap. 3. & ſeſſ. 23. cap. 1. Azor inſtit. moral. par. 3. lib. 7. cap. 3. col. 916. Franc. Leo in Theſ. for. Eccleſ. par. 3. cap. 2. n. 11. Adã Contz. lib. 6. Polit. cap. 41. §. 3.* ubi comptè, & alij, quos omittimus.
2 Hoc ſufficienter probato intrat du-
bitatio, ſed ante deciſionem aliqua de
peſte pertabor.
Peſtilentia ardentiſsimus morbus eſt
apud Medicos ſatis notus. Vnde *Arnob.*
lib. 1. contra Gentes, ait, peſtilentię con-
3 tagia urunt genus humanum, *Mart. lib.*
1. epigr. 79.

Indignas premeret peſtes cum tabida fauces,
Inque ipſos vultus ſerperet atra lues.

Cuius cauſas quidam ad aërios vapo-
4 res referunt, qui corrupti ex terra exha-
lantur. Hinc eſt, quod *Senec. lib. 6. nat.*
quæſt. cap. 27. adſeverat, poſt magnos
terrarum motus ſolêre gigni peſtilen-
tiã, ex *text. in l. 1. D. de cloac.* ex impuro
cloacarum halitu aërẽ ſepiùs gigni pe-
ſtilentem adfirmat. Alij dæmonum ma-
5 lignitati morbi huius, & tabis occaſio-
nem adſignant. Inter quos *Tertul. in A-*
polog. cap. 22. & Philoſt. in vita Apoll. In
illa graviſsima peſte, quæ ſub Iuſtiniano
Imperatore graſſata eſt. (in qua ſingulis
diebus quinque millia funerum interdũ
etiam decem millia in ſola Byzantina
Regione *a Procop. lib. 2. de bell. Perſic. &*
6 *Agath. lib. 5. Hiſtor. Delrio ad Senec. in*
Oedip. ℣. 36. ubi *Delrio* recenſentur)
phantaſmata dæmonum humanâ ſpe-
cie adparebant: & cùm primùm quis
peſte inficiebatur, ille ſe quaſi ictu ali-
quo percuti ſentiebat.
Sic etiã cùm Imperator Romanus ſe-

nior palatiũ cõderet, effoſſum eſt bovis
marmorei caput, quod cùm fuiſſet ab
ijs, qui reperierãt, confractum, & in for-
nacem iniectum, peſtis ab eo tempore
nunquam deſijt armenta boum per Ro-
manam ditionem corrumpere, & infe-
ſtare, tradit *Cedren. pag.513.*

8 Tamen propriè peſtis epidemeticus
morbus, contagio populum inficiẽs fla-
gellum Dei, & pœna peccatis impoſi-
ta, eam enim comminatur Deus recu-
ſantibus ſuſcipere ſuam diſciplinã, *Le-
vit.26. Ezech.6. & 7.*

9 Itaque Romæ, ſi quando peſtis graſ-
ſabatur, ſolebant ſupplicationes indici
Pacis Deum expoſcendi causâ, refert
*Petr. Greg.lib.31.ſyntagm. cap.21. num.
4. cum ſeq. Roſin.lib.5. Antiq. Roman.cap.
21. littera E.*

10 Rumani ſub Numa unã opem ęgris
corporibus relictam crediderũt, ſi pax,
veniaque à Dijs impetrata eſſet, *Livius
lib.1.* qui peſtilentiã agris, urbique in-
latam memorat haud dubiè irâ Deûm,
quos peſtis accendæ causâ placandos
eſſe in libris fatalibus inventum eſt, ut
idem dictat *lib.5. & 7.*

11 *Iuſtin. lib.18.* refert Carthaginienſes
gravi peſte adflictos aris impuberes ad-
moviſſe, illorum ſanguine pacem Deo-
rum expoſcentes. Sic cùm Turcarũ Re-
gio peſtifera lue vexaretur, non aliud
ſatis remedium invenerunt, quã ſi cru-
ces frontibus impreſſas geſtarent, *Ni-
cephor.lib.18. Eccleſ.Hiſtor.cap.20. in fin.*

12 Apud *Tacit.lib.16. Ann.* referũtur mi-
ſeriæ plebis peſte adflictæ, cùm morbus
in Campania magnâ ſtrage graſſaretur.
Similiter & eleganter apud *Virgil. 3.
Georg. ℣. 480.*

13 Clavi figendi, & Senatus legendi,
aut Magiſtratus coërcendi causâ, non-
nunquam quæſtionibus exercendis, ple-
rumque comitijs habendis, ſicut res,
tempuſque poſtulabant, etiam florente
Republicâ, & procul à belli tumultu Di-
ctatorem creatum fuiſſe liquet. Con-
ſtat enim Civitate morbo laborante,
cùm vis peſtilentiæ, & inſanabilis per-
14 nicies, tabeſque Civitatis, ità per om-
nium capita divagata eſſet, ut nec ope
divinâ, nec humanis cõſilijs levari poſ-
ſet, quotidieque varijs morbis corpora
adfecta caderẽt, ex Seniorum memoria
repertum peſtilentiam quondam fixo
à Dictatore clavo deceſsiſſe, *Alexãd. ab
Alex.lib.1. Dier.Genial.cap.6.*

15 Acerrima cõtagio, & periculoſa om-
nium labes peſtis exiſtit, latè *Roland.
conſ. 81. num. 34. & ſeq. lib. 1.* Nam ut
graphicè canit *Lucret.*

*Hæc ratio quondam morborum, & æſtifer
 ætas*
Finibus Cecropijs funeſtos reddidit agros,
Vaſtavitque vias, exhauſit civibus Vrbẽ.

Sever. Rhet. in carmin. de mortibus boũ,
quod habetur *tom.8. Bibliot.*

Hac iam dira lues ſerpere dicitur
Pridem Pannonios, Illiricos quoque,
Et Belgas graviter ſtravit,
Curſu nos quoque nunc petit.

16 *Avicen.lib.1.fen.2. doctrin. 2.* duo cõſti-
tuit tempora ad peſtem aptiora æſtatẽ,
& autumnum. *Rhaſis Arabs in libello de
peſte*, duo item, Ver, Autumnũ; utcunque
ſit, certè in re omni morborum infamis
eſt autumnus ſupra reliquas anni par-
17 tes. Hoc præter experientiam docet
Galen. multis in locis, *Hippocrat. lib. 2.
Aphor. 25. & lib. 3. Aphor. 9. 10. & 22.*
eruditè *Ioan.Ludov. de la Cerd. in comm.
ad Virg.3. Georg. ℣. 480. num. 4.* ubi ad
hanc rem multa protulit.

18 Remedia nihil in peſtibus proficiũt,
Virg.3.Georg.℣.545.

*Quæſitaque nocent artes ceſſere Magiſtri
Phyllirides Chyron, Amithaoniuſque Me-
 lampus.*

Phil. lib. de Abel, & Cain, etſi de re alia
loquens: *Remedia nocumento erant*: pul-
chrè *Lucret.*

---- Muſſabat tacito meditina timore.

Ovid.

*Exitium ſuperabat opes, victæque iace-
 bant.*

Et poſteà:

*--- Inque ipſos ſæva madentes
Erũpit clades, obſuntq; authoribus artes.*

Sil-

Silius:
Succumbit medicina malis. ----
Manil.
Nec locus artis erat medicæ, nec vota valebant.
Senec.
Non vota, non ars ulla corruptos levant,
Cadunt medentes. ----
Livius lib. 25. Curatio ipſa, & contactus
ægrorum vulgabat morbos. Sophoc. Nullũ
19 *eſt curarum propugnaculum, nullum leva-*
men. Baſil. Orat. contr. Ebrios, ait: *In peſte*
tantùm ſana corpora adiuvanda, ne morbi
vulgentur, & malum præveniatur: abſti-
nendum verò ab his, qui iam occupati mor-
bo, ne creſcat contagio.
20 Prudentiores adverſus hunc morbũ
fugam unicum eſſe dixerunt remediũ,
ſi quis longè ab ipſa contagione, & æ-
grotis peſte laborantibus profugiat.
Quo remedio nullum aliud certius, aut
tutius eſſe conſtat, *Annæus Robert. lib. 2.*
rer. iudic. cap. 10. fol. 429. Franc. Ant. Coſt.
conſ. 83. totò.
21 Itaque cùm peſtis lethifero adflatu
eos, qui prope adcedunt, perdere ſoleat:
iuſta de cauſa, qui propter illam abeſt,
poterit diſtributiones percipere: & ra-
tio in promptu adeſt, quia hic verè ab-
eſſe dicitur ob rationabilem corporis
neceſsitatem: eſt enim peſtis acerrima
contagio, & periculoſa omnium labes:
22 ità eleganter ratiocinatur noviſsimè
Barthol. à Sancto-Fauſto in tract. de hor.
Canon. lib. 3. quæſt. 34.
23 Hinc qui cùm velit ad urbem redi-
re, ut divinis officijs interſit, tanquam
ſuſpectus de peſte, ab ea repellitur, iuſtò
poterit diſtributiones percipere, quia
ob iuſtam corporis neceſsitatem abeſ-
ſe dicitur, *Monet. de diſtribut. quot. 2. par.*
quæſt. 6. num. 11. Cened. canon. quæſt. 1. nu-
mer. 12. Sanctarell. var. quæſt. 8. num. 5.
Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſc. par. 3. alleg.
53. num. 170. Hinc iniuſto carcere detẽ-
tus iuſtè poteſt diſtributiones percipe-
re, *Covarr. lib. 3. var. cap. 13. num. 8. Garc.*
de benef. 3. par. cap. 2. num. 362. Bonac. in
tract. de ijs, quæ ad divin. offic. in chor. re-
cit. fac. diſp. 2. quæſt. 5. punct. 2. §. 1.
propoſ. unic. à num. 1. cum ſeq. fol. 469. col.
1. tom. 1.
24 Hinc qui ob bellum, vel civile, vel
externum tutè nequit in urbe commo-
rari, ubi beneficiũ obtinet, aut ob gra-
vis incommodi periculum ab ea rece-
dit, poteſt eâdem ratione diſtributio-
nes ſumere, *Moneta 2. par. quæſt. 5. num.*
69. D. Valenç. conſ. 4. tom. 1. conducit
l. 4. tit. 4. lib. 6. Recop.
25 Ex quo fluit manifeſtè, quòd opinio
Covarr. lib. 3. variar. cap. 13. num. 8. &
Monet. dict. quæſt. 5. num. 75. contrarium
ſentientium, ſit recipienda in Canonico
habente curam animarũ; qui cùm pro
earum ſalute teneatur vitam ſuam po-
26 nere, iuxta illud *Ioan. 10. Bonus paſtor a-*
nimam ſuam ponit pro ovibus ſuis, non
cenſetur abeſſe ob iuſtam & rationa-
bilem cauſam, ac proinde non poteſt
diſtributiones ſuæ abſentiæ responden-
tes recipere, ità *Bonac. de hor. Canon.*
diſp. 2. quæſt. 5. par. 2. à num. 7. Rutil. Ben-
zon. de fug. peſt. lib. 1. quæſt. 1. diſp. 1. Fr.
Petr. Cornej. tom. 1. in 1. 2. S. Thom. tract.
4. circ. *quæſt. 6. diſp. 3. dub. ult. num. 14.*
verſ. Sed obijcies.
27 Quod ſimiliter in Parocho locũ ha-
bet, *Fagundez in quinque Eccleſiæ præ-*
cepta, par. 3. lib. 3. cap. 3. Dian. tract. 4. de
Sacram. reſol. 174. fol. 137. facit elegan-
ter *S. Ambroſ. lib. 10. epiſt. 82. Cùm dira*
mors propter contumaces in plebem ſerpe-
ret, medium ſe inter morientes & viven-
tes Aaron obiecit, ut mortem ſiſteret, ne
plures perirent, verè vir mentis, & animi
Sacerdotalis, qui ſe pro Domini grege, qua-
ſi bonus Paſtor pio obiecerit adfectu. Ca-
mill. Borrell. tom. 2. ſumm. Deciſ. tit. 10.
num. 36. uſq. 44. Et hoc ſuadetur ex eo,
quòd Parochus (qui etſi apud Ethnicos
diceretur, qui omnium rerum copiam
legatis Regum, Principum, ac Populo-
rum hoſpitio receptis ſubpeditabat) di-
catur quaſi Paræcus: Paræcus autem
Græcis eſt incola, ſive habitator in lo-
28 co. Vnde *Pompon. I. C. in l. pupillus, D. de*
verb. ſignif. ait, incola eſt, qui in aliquã
regio-

regionem domicilium ſuum contulit, quem Græci *Paræcon* vocăt, quare Parochus ex eo dicitur incola, & habitator loci, quia in eo cōtinuò reſidere debet, de quibus etymologijs latè agunt *Theſaur. ling. Latin. verb. Parochus, Lambin. ad Horat. lib. 1. ſatyr. 5. pag. 68. & lib. 7. ſatyr. 8. pag. 234. Budæus in priorib. adnotat. ad Pandectas, pag. 195. Iacob. de Graff. in aureis deciſ. par. 1. cap. 39. numer. 7. Gabriel. à Tauro in Theſaur. miſericord. cap. 29. Azor inſtit. moral. par. 2. lib. 3. cap. 12 quæſt. 1.*

Non ineleganter advertendum eſt, de huius vocis ſignificatu, quòd *Parochus* etiam ſignificetur *Cœnarum Magiſter* (de quo *Marti. lib. 12. epigr. 48.*

Convivas alios cœnarum quære Magiſter,
Quos capiant mēſæ regna ſuperba tuæ.)

Vt adpellatur *ab Horat. Fulv. Vrſin. libello de triclinio.*

Hi Magiſtri ubiq̄ue ſeſe nobis offerunt. Sed notandus hic locus *Varronis lib. 4. de ling. Latin.* ibi: *Præterea in poculeis erant pateræ, eò quòd pateant Latinè ità dictæ. Heiſce etiam nunc in publico cōvivio, antiquitatis retinendæ cauſa, cùm Magiſtri fiunt, potio circumfertur: & in ſacrificando Deis, hoc poculo Magiſtratus dat Deo vinum.* Nota *portio circumfertur.* Nam Magiſter certas bibendi leges dicebat: quas obſervare ſingulos oportebat, cùm ad eos circumlata potio perveniret, *Plutarch. problem. 5. lib. 1. Sympoſ.* Sic quantum quiſque vini, & quomodo temperatū ſumere deberet, edicebăt hi Magiſtri, & alia quædam imperitabăt, *Arrian. lib. 1. diſſertat. in Epictet. cap. 25.*

Cæterùm ut *Parochus* dicitur *Martiali cœnæ Magiſter*: & ità *Menſæ Rex Macrobio lib. 11. cap. 1.* & *Rex Convivij* apud eundem *lib. 1. cap. 7. Sidon. Apolin. lib. 11. epiſt. 18.*

30 Sic etiam Epiſcopus tempore peſtis ſi Parochi moriantur, vel aufugerint, tenetur Sacramenta propter neceſſita-
31 tem miniſtrare, *ex D. Thom. & Suar.* teſolvit *Marc. Anton. Genuenſ. in Man. Paſtor. cap. 31. num. 4. Barboſ. dict. alleg. 53.*
32 *à num. 9. cum ſeq.* Qui benè exprimit, quando poſsit abeſſe præter tempus adſignatum à *Concilio Tridentino in locis,* quæ in principio huius *cap.* retulimus.

Extende noſtram principalem ſentētiam in eo, qui iniuſtè in exſilium mittitur, aut ab hoſtibus capitur, aut alio modo detinetur, quominus ad Eccleſiā ſe conferat, quamdiu ibi commoratur, aut apud hoſtes detinetur, nec per ipſum ſtat, quominus redeat, poteſt diſtributiones percipere, quia hic iniuſtè detinetur, ne poſsit ad Eccleſiam accedere, ut officio ſuo fungatur, *Azor lib. 7. cap. 7. quæſt. 10. Macig. cap. 71. num. 66. Graff. 2. par. cap. 15. num. 10.* & plerique alij, *Bonac. ubi ſup.*

33 Idem dicendum eſt, ſi is non ab hoſtibus, vel ab inimico aliquo privato capiatur, & detineatur, ſive ut ſolvat aliquid, ſi liberari vult, ſive ut retineatur, donec fiat pax, *Barthol. à Sancto-Fauſt. lib. 3. quæſt. 30.*

34 Pro coronide dictorum advertendū eſt, quòd in magna graſſantis peſtilentiæ lue ſolet laudabili Eccleſiæ inſtituto, aut Vicarius rectoris, aut alius in unaquaque Parochia presbyter deputari, qui ægrotos inviſat, ſoletur, teſtamenta excipiat, immortalis lætitiæ ſpē morituris repræſentet, & Sacramenta fidelibus Chriſtianis in contiguo mor-
35 tis adminiſtret. Fuit hoc olim Chriſtianæ pietatis argumentum ęgros peſtilēti tabe infectos inviſere, curare, & ſolari. Sub Galli, & Voluſiani Imperio magna peſtis ab Æthiopia Occidentem verſus graſſata eſt: infidelium cadavera iacebant inſepulta: at pij ægrotos ſolicitè curabant, atque ſæpè eiuſdem morbi periculum peſtilenti ægrotorum adflatu ſubibant, ut teſtatur *Cedren. pag. 212.* Hoc idem à Chriſtianis fieri conſueviſſe adfirmant *Euſeb. lib. 7. Hiſt. cap. 22. Niceph. lib. 6. cap. 10.*

36 *D. Cyprian. ſermon. de mortal. al. de peſte,* timidos illos increpat, qui terrore

con-

tagionis fratres ſuos Chriſtianos ægrotos, & languentes deſerebant, *Gregor. Nazianz. in Orat. de paup. amor.* barbarã eorum impietatem deteſtatur, qui ægrotorum ſalutis immemores languentes viſitare aſpernabantur. Magnus au-
37 tem ille Baſilius multis præconijs commendatur, quòd ægros non modò inviſere, ſed & oſculari, & tetris morbis adfectos ſolicitè curare ſolêret, *Greg. Nazianz. in Orat. funebr. in laudem Baſilij Magni.*

38 Vnde dimanat, omnes Prælatos Eccleſiaſticos, & Presbyteros debêre tempore peſtis ægrotos inviſere, & auxiliari, ut eorum præſentiâ ſolati, non doleât nocumentum; ad quod inſigne pietatis opus compellit religioſus ſtatus, & Sancti ſummis virtutum fulcris conſtipari hanc parænesim proponunt, & in Deo hortantur, in cuius hymnum redundat, nõ ergo fugiant locum, quia potiùs debent mortem obpetere, quàm bonum inſtitutum relinquere.

39 Rurſus hoc facto quid laudabilius? hâc operâ quid excelſius? hâc pietate, quid grandius? hâc religione quid melius? hâc obſervantia quid religioſius? hâc virtute quid pulchrius? hoc munere quid præſtantius? Nam cùm videant ęgroti vitam deſpui, ut eorum ſolamini adſiſtanr, omnia aggredi, ut tam ſaluti corporis, quàm animę medeantur, & ulceribus externis, & internis cauterium imponant, dicuntur eſſe in ſua miſeria beati: igitur hæc charitas non eſt omittenda.

40 Huic quæſtioni ſuccedanea eſt & alia non inutilis exagitanda quæſtio, an miles captus ab hoſtibus ſtipendiũ illius temporis, quo apud hoſtes fuit, petere poſsit? Sed negativè reſolvunt plures per *l. 1. C. de re milit. lib. 12.* ubi *Bart. Nicol. de Neap. Luc. de Penn. Rebuff. & Accurſ. Bald. in l. fin. C. de condit. inſert. Iaſ. in l. diem functo, num. 38. de offic. Aſſeſ. Curt. Iun. ibid. num. 27. Lancellot. Dec. in princip. in verſ. Sed dubium ſtat, Purpuratus num. 208. Cagnol. num. 170. Bologn. num. 47. verſ. Tertiò inducebat, Laudenſ. in tract. de bello, quæſt. 49. Chaſſan. in cõſuet. Burgund. tit. des iuſtices, in ver. Novelle, num. 2. Rip. in tract. de peſt. in tit. de privileg. conceſſ. ex cauſa peſtis, numer. 113. Claud. Cotereus de iure & privil. milit. lib. 1. quæſt. 45.*

41 Affirmativè verò tenuerunt *Specul. in tit. de locato, in §. poſteà quàm, verſ. Sed ſi mercenarius, num. 20. Laudenſis*, ſibi cõtrarius, *in tract. de milit. quæſt. 4. Platea in dict. l. 1. C. de re milit. Ioan. Baptiſt. à Sancto Severino in dict. l. diem functo numer. 46.* & ibi *Cagnol. num. 170. Aufrer. in addit. ad Capell. Tholoſ. deciſ. 360. Carroc. de locato, 1. par. quæſt. 10. pag. 35. col. 3. num. 32. Surd. de alimẽt. tit. 1. quæſt. 76. num. 4.*

42 Quam quidem ſententiam expreſsè communiunt iura *in l. 3. §. ſed ſi ex improviſo, & in l. non omnes, §. fin. & in l. penult. D. de re milit.*

43 In hac Scribentium & Iurium ambiguitate *Ioan. de Lignan. in tract. de bell. in 4. par. 3. par. princip. quæſt. 56. & Purpurat.* poſt *Bart. in dict. l. diem functo, numer. 209. & ſeq.* voluerunt privatos milites non repetere ſtipendia temporis, quo fuerunt in captivitate, cùm in eis labor principaliter advertatur, & inſpiciatur; ſecus autẽ Duces & Præfectos, in quibus induſtria conſideratur, & non labor.

44 Divinat tamen hæc diſtinctio, cùm omnia iura pro utraque parte laudata de militibus, & non de Ducibus loquantur.

45 *Cuiac. in dict. l. 1. C. de re milit. & Pet. Bellin.* voluerũt militem *in dict. l. 1. C. de re milit.* reſtiturũ fuiſſe ex gratia; ideòque non poſſe ſtipendia petere, niſi ad ea quoque ſpeciatim fuerit reſtitutus, ut habetur *in l. qui excubias, D. de re militari.*

46 Quod quidem dici nequit, cùm *dict. l. 1. C. de re milit.* non loquatur de deſertore, in quo reſtitutio grarioſa, ac indulgentia requirebatur, ſed de milite capto ab hoſtibus, & ad ſuos poſtliminio

nio reverſo; qui non ex gratia, ſed ex legis beneficio in priſtinum ſtatum dicitur reſtitutus.

47 Quare primæ ſententiæ ſe adcingit *Fulvius Conſtant. in l. 1. C. de re milit. lib. 12. num. 8. cum ſeq.* quod ſequenti conſideratione corroborare intendit.

48 Milites, qui Principi operas ſuas locarũt, nullam habêre poſſunt actionem ad ſtipendia petenda pro tempore, quo captivi detenti fuerint, quia proſpicere potuerunt hoc ſibi adcidere potuiſſe, & locando operas ſuas voluntariè, conductor non tenetur ad reficienda damna, *l. 1. l. in iudicio, C. locat.* ut tradunt *Innoc. & Abb. in cap. ſicut, el 3. num. 17. de iur. iurand. Laud. de bell. quæſt. 6. Arias in opuſc. de bell. num. 179.* & ideò Principes non tenentur milites captos redimere, *Bald. in dict. cap. ſicut, num. 8. & Bart. in l. ſi ſervus communis, §. quod verò, D. de furt. Ponte deciſ. 17.*

49 Hâc præhabitâ animadverſione reſponſionem parat *Conſtant. ad l. 3. §. ſed ex improviſo, & l. non omnes, §. fin. D. de re milit.* quòd loquatur *Conſultus* in dictis locis de emeritis, & præmijs, quæ veteranis debentur, pro quorum conſecutione captivitatis tempus connumeratur; ſic enim verbum illud, *Emerita, in dict. l. 3. §. is qui apud hoſtes* interpretatus eſt: quod exactius obſervavit *Budæus in adnot. ad Pand. 1. par. fol. 218. in fin. & Anton. Auguſt. in ſuo lib. emendat. ſing. ad Modeſtin. pag. 307. & Claud. Cotereus de iur. & privil. milit. lib. 1. q. 34. verſ. Sed hæc nimia, Iacob. Gutber. de offic. dom. Auguſt. lib. 2. cap. 11. fol. 310. Dempſter. ad Roſin. lib. 10. Antiq. Roman. cap. 10. fol. 1544.* ubi plures.

50 Erat autẽ ad hæc præmia, ſive emerita conſequenda neceſſarium tempus viginti annorum, *l. fin. C. de his qui non implet. ſtipend. l. viginti, C. de re milit. lib. 12.*

51 Demum ipſe *Conſtant. ad l. penult. D. de re milit.* (quæ expreſſa eſt in noſtram ſententiam) reſpődet diverſam eſſe ſpeciem, & duplicem caſum tractaviſſe, inquit enim ibi *Paul. Ex cauſa deſertionis notatus, ac reſtitutus temporis, quod in deſertione fuerit, impẽdijs expungitur*: quibus verbis ait, regulam tradidiſſe, ut deſertor ſtipendia pro tempore deſertionis non conſequatur; & poſteà tranſijſſe ad aliam facti ſpeciem, in hęc verba: *Quod ſi non conſtiterit, neque deſertorem fuiſſe adparuerit, omnia ſtipẽdia circa temporis finem reddũtur*: & ſic ex prædictis verbis conſtare nő de milite captivo, ſed de deſertore tractari.

52 Item conſtare in principio illius reſponſi *I. Conſultum* tractare de deſertore vero, & dum inquit ipſum fuiſſe reſtitutum, neceſſariò ſequi reſtitutionem non fuiſſe iuſtitiæ, ſed gratiæ, quia de delicto iam conſtiterat; & uti talis notatus fuerat, ideòque non recuperarę ſtipendia temporis, quo in deſertione fuit, ut tradidit etiam *Modeſt. in d. l. 3. § qui militia, D. de re milit. l. cùm allegatis, C. eod. tit.*

53 Tandem ait *Conſtant.* proſequi poſteà *I. Conſultum* diverſâ facti ſpecie propoſitâ, ibi: *Quòd ſi ratio conſtiterit, neque deſertorem fuiſſe adparuerit*: & hoc caſu nullâ reſtitutionis mentione factâ; quia opus non erat probatâ innocentiâ ſtipendia militi debêri, ſtatuere; ſolebat enim examinari cauſa abſentiæ, ut in *l. qui cum uno, §. examinantur, & in l. qui commeatus, D. de re milit.* eâque probatâ miles abſolvebatur. Vnde nihil commune habet *dict. l. 1. C. de re milit.* quę de milite captivo tractat, cum *dict. l. penult.* ubi agitur de deſertore & iure optimo captivus amittet ſtipendia, & adcuſatus de deſertione, & abſolutus ea recuperabit.

54 Verùm his non obſtantibus adfirmativa ſententia tenenda eſt ex ſeqq.

Primò, ex eo, quòd regulare eſt, ut quod quis invitus patitur, non debeat ei adferre præiudicium, *gloſſ.* ſingul. *in cap. fin. diſt. 5. verb. Indita, & in cap. presbyteros, diſt. 50. l. 1. C. de inofic. & ſubſtit. l. cùm à matribus, C. qui pet. tut. & l. Præſes, C. de adpell.*

55 Secundò, non debet quis ſine ſua culpa privari ſtipendio, *cap. ſatis perverſum, diſt. 50.* elegánter *Probus in cap. unico, num. 17. de cler. non reſ. in 6.*

56 Tertiò, ubi modus eſt poteſtativus, ſi non ſtât per implêre debentem, quominus impleatur, habetur pro impleto, *l. 3. §. 1. D. de cond. cauſ. dat. l. ſi pecuniam, D. eodem*, ubi *Iaſ. & Alexand.* & eſt bonus *text. in l. quæ ſub conditione, §. quoties, D. de cond. inſtit. Mendez de annon. civil. notab. 4. num. 13.*

57 Quartò, mirè conducit *text. in l. fin. C. de domeſt. & protect. lib. 12.* dum probat ſalarium non ſolùm eius anni, in cuius principio moritur miles, qui ad latus Principis adſiſtit, verùmetiam & ſequentis anni ad heredes tranſmitti.

58 Quintò facit *text. in cap. unico, §. qui verò, de cler. non reſid. in 6.* ubi clericus durante infirmitate debet percipere diſtributiones quutidianas, ac ſi verè & perſonaliter divinis intereſſet, ſequitur eleganter *Monet. de diſtribut. quotid. par. 2. quæſt. 6.* totâ, comptè *Livius lib. 24.*

59 Sextò, adſtipulatur *gloſſ. in l. arboribus, §. de illo, in verb. Ægrotante, D. de uſufruct. Fulv. Conſtant. in dict. l. 1. C. de re milit. num. 25.* ubi dicit famulum ægrotum ſalarium percipere.

60 Quibus fundamētis in medium prolatis, non obſtat animadverſio *Fulvij*, quia etſi Princeps non teneatur captivos redimere (quod dubium redditur ex *Franch. deciſ. 146.*) non ideò ſequitur illos ſalarium non poſſe percipere, cùm eos iuſtus metus excuſet, *l. 2. D. ex quib. cauſ. maior.*

61 Secundò, haud impedit reſponſio ad *l. 3. §. ſed ſi ex improviſo, & ad l. non omnes, §. fin. D. de re milit.* nam divinat intellectus, ſeu mens Fulvij Conſtantij; imò fallitur; cùm dictæ leges non loquantur in veterano, ſed in captivo: ſenſus enim earū eſt, ſi miles aliquis ab hoſtibus capiatur, & in eorum poteſtate ſit, taliter ut in captivitate tempus ſuæ militiæ adimpleat (id eſt, viginti annorum) tunc cùm abſuerit ex iuſta cauſa, & non ſtaret per eum, quominus adimplêret tempus, ut veteranus reſtituatur, & præmia, & emerita adcipiat: id eſt, ſalaria, ſeu ſtipendia (quæ militibus ſemeſtria, aut annua dabantur, *l. 227. D. de verbor. ſign. Tacit. lib. 10. Ann. Iacob. Guther. de offic. dom. Auguſt. lib. 2. cap. 12. fol. 317.*) tanquam ſi militaret continuò, & rude donetur, ut veteranus, licèt tempus non expleverit in militia, ſed in captivitate, cùm poſt illud redierit ex ea, & detentus fuerit ad impletionem.

62 Tertiò, convincitur expreſsè *Fulv. Conſtant.* in interpretatione *l. penult. D. de re milit.* quatenus adſerit, loqui in deſertore vero reſtituto ex gratia cū ſtipēdijs, ſed ut pateat eius explicatio, verba proferre opus exiſtit: *Ex cauſa deſertionis notatus, ac reſtitutus temporis, quo in deſertione fuerit, impendijs expungitur; quod ſi ratio conſtiterit, neque deſertorem fuiſſe adparuerit, omnia ſtipēdia citra temporis finem redduntur.*

63 Ad cuius textus mentem facti ſeries ſic ſe habet: Quidā miles pro deſertore habitus fuit reſtitutus, intēdebat ſalaria, ſeu ſtipēdia temporis, quo in deſertione fuerat, recipere: & *Conſultus* reſpondit, ijs eſſe expungendum, cùm notatus eſſet. Verùm ſi ratio conſtaret, id eſt, ſi iuſtam cauſam abſentiæ habêret, tunc illis fruiturum, quia iuſtè erat excuſatus; denique ait *Conſultus*, quòd ſi deſertorem non fuiſſe adparuerit, omnia ſtipendia citra temporis finem reddantur.

64 In qua ſerie tres caſus advertuntur; Inprimo caſu loquitur *Conſultus* de deſertore; & nil mirum, quod impendijs expungatur. In ſecundo, verba facit de abſente ex iuſta cauſa; & tunc ſtipendia percipere ait indiſtinctè. In tertio adfatur de illo, qui deſertor non adparuerit; tuncque idem adſeverat, quod in ſecundo caſu.

65 Dicat ergo mihi *Fulv. Conſtant.* quid ſibi velit, cùm *dict. l. penult.* in initio ſolū loquatur in deſertore, quomodo igitur

cur tota lex in deſertore eſt intelligẽda?

66 Reſtat alius ſcrupulus, quòd *text. in d. l. penult.* non loquatur in captivo, quod convincitur manifeſtè; nam duo caſus percipiuntur ex ipſo *text.* qui hanc rem ſatis pandunt; Conſultus enim poſtquã de deſertore egit, ad rationem ſe cõtulit, id eſt, ad abſentiam ex iuſta cauſa, ibi: *Quod ſi ratio conſtiteris*: poſteà verò ad captivitatem, ibi: *Neque deſertorem fuiſſe adparuerit*; nam cùm abſentia ex iuſta cauſa militem liberet, & ea iam fuiſſet propoſita à Conſulto, ſequitur evidenter de captivitate fuiſſe locutum ex eo, quòd miles deſertor nõ adparuit, quod poterat credi, dũ apud hoſtes maneret, & cùm ità conſtaſſet, Conſultus deſertorem cum non fuiſſe adparuiſſe dicit.

67 Non obſtat *l. 1. C. de re milit. lib. 12.* quia eſt intelligenda in deſertore (qui quidem inter alias pœnas ſtipẽdijs privabatur, & ære diruebatur, *Ioan. Roſin. lib. 10. Antiq. Roman. cap. 25. litt. C. Alex. ab Alex. lib. 2. Dier. Genial. cap. 13.* ubi *Tiraq. in not.*) ex *l. cùm allegatis, C. eodem tit.* ubi deſertor reſtitutus non recuperat ſtipendia: & ſic cum *dict. l. 1.* dicat, hoc ità eſſe, evidenter percipitur loqui non de milite captivo, ſed de deſertore, ibi: *Stipendia & donativa temporis, quo apud hoſtes fuiſſe te dicis reſtitui tibi poſtliminio regreſſo, reſtitutoque nõ iure deſideras*; quæ quidem verba videntur trãſcripta *in d. l. cùm allegatis*, ibi: *Cùm allegatis ſeptem annos in deſertione egiſſe maritum ſororis veſtræ, & indulgentia noſtra eſſe reſtitutũ, non rectè deſideratis, ut id tempus, ac ſi in caſtris fuerit, habeatur. Proinde excepto eo tempore, quod ad deſertores pertinet, reſtitutus ex indulgentia noſtra reſiduo militare debebit, ideòque nec ſtipendia temporis, quo in deſertione fuerit, exigere poterit.*

68 Ex dictis inferas peſtis tempore ſecedere à loco cum privilegijs poſſe Academiam, notant *Panormitan.* & alij, *ad cap. tuæ fraternitatis, de cleric. non reſid. Pet. Greg. lib. 58. de Repub. cap. 6. num. 10.*

SVMMARIVM.

1 *VTiliſſimum Reipublicæ meretrices adeſſe.*
2 *Fuit id inter Orthodoxos.*
3 *Caius Caligula lupanaria conſtituit in palatio.*
4 *Solõ Athenis primus meretriculas proſtituit.*
5 *Lupanaria in littoribus conſtituta.*
6 *Acta eſt littus.*
Adducitur Cuiac & Tull.
7 *Intelligitur Virgil. & alij.*
8 *Datur lux Prudentio.*
9 *In locis anguſtis, & ſecretis erant.*
10 *Declaratur Horat.*
11 *Explicatur Plaut.*
12 *In ſemitis meretrices.*
13 *Illuſtratur Catull.*
14 *In publicis vijs ſæpè meretrices.*
15 *Corinthiacæ in templo Veneris.*
16 *Devium ſcortum quid? & 17.*
18 *Meretrices à merendo.*
19 *A fornicibus, ſub quibus proſtare ſolebant extra mœnia.*
20 *Apud Ædiles antiquitus impudicitiã profitebantur.*
Habitu, ac veſtitu diverſo à matronali utebantur.
21 *Pluribus notatæ nominibus fuere.*
22 *Pellex quæ?*
23 *Defenditur l. Maſurius 144. D. de verbor. ſignif.*
A meridie ad veſperam proſtare meretricibus permiſſum.
In feſtis Floralibus vulgato corpore quæſtum faciebant.
24 *Poſt ludos omnium libidini exponebantur.*
25 *Semper perſtabant cum toga, & ſtollis pullis.*
26 *Scorta in ſcenam producebantur.*
27 *Impenſæ auri ad ornanda idola ex meretricio quæſtu conſumi ſolitæ.*
28 *Explicatur Baruch. 6. cap.*
Novis lupanaribus lucernæ adpendebantur.
29 *Explicatur Horat.*

Me-

30 Meretrix dici non poteſt, quæ amoris vi ſubacta copiam ſui amanti fecit.

31 Adducitur Terent.

32 Quæ coactè ſe proſtituit, non eſt meretrix.

Non obſtante copula metu extorta poteſt fœmina ad religionem tranſire.

Mulier excuſatur ab adulterio ob vim & metum.

Declaratur quoad pœnam legis, & non quoad aliam Canonis.

Filius ex actu coacto, & impreſſivo natus ſuccedit matri.

An ex teſtamento minus ſolenni capere poſſit?

An mulier poſſit accuſari ab marito de adulterio, ſi cũ eo contraxit matrimoniũ per metum & vim?

Adulterium varijs pœnis inflictum.

33 Verecundia cuſtos eſt pudicitiæ.

34 Mulieres in corpus ſuum peccantes pudori ſuo non parcunt.

35 Mulieres pravæ ſumptuoſiſſimæ. & 36.

37 Harum mulierum audacia.

38 Meretrix non poteſt cogi quemlibet admittere. & 39.

40 Reſpuitur Dec.

41 Adſtruitur eius ſententia. & 42. 43.

44 Reſpondetur. & 45.

46 Convincitur Hippolyt.

47 Violentia meretrici inlata punitur extraordinariè.

48 Famulus, cui minata eſt mors ab domino, ſi non deferat litteras meretrici, an excuſetur a peccato? & 49.

50 Matrimonium inter raptorem & raptã an valeat? & 51.

52 Matrimonium damnati ad mortẽ eius metu cum meretrice contractum validũ eſt.

53 An valeat matrimonium, ſi iudex aliàs condemnaturus offerat vitam damnato, ſi cum certa muliere contrahat?

54 Limitatur.

55 Stuprator contrahens cum ſtuprata ob metum accuſationis ab patre illius efficiendæ, tenetur ad matrimonium, quia validum eſt. & 56.

57 Obponitur text. in capite veniens 2. de ſponſal.

58 Reſpondetur & intelligitur.

CAPVT XLI.

An meretrix publica ſit cogẽda quemlibet admittere?

1 VTILISSIMVM exiſtit Rei-
publicę meretrices adeſ-
ſe, ut inde graviora nõ ſe-
quantur peccata, *Pet. Gre-
gor. de Repub. lib. 14. cap. 1.
num. 5 Vazq. in 1.2. diſp. 155. cap. 1. num.
11. Acuña in cap. 2. num. 7. diſt. 4. Horat.
Carpan. tom. 2. ad ſtat. Mediol. cap. 472.
num. 2. & 3. Petra de poteſt. Princ. cap. 24.
num. 169. fol. 376. col. 2. Bonacin. tom. 1.
ſumm. moral. tract. de matrim. quæſt. 4.
punct. 14. num. 4.* cum *S. Thom. 2. 2. q. 100.
art. 2. Scacc. de comm. §. 3. gloſſ. 3. num. 48.*
latè & eleganter *P. Petr. Hurtado de
Mendoza de Spe & Charitate, diſp. 173.
§. 390. Hilar. Drudo ſui oper. fol. 323. cum
ſeq.* ubi plura commemorat, *Ian. Langlæ.*
2 *lib. 8. ſemeſt. cap. 8.* Fuit enim id aliquã-
do etiam inter Orthodoxos ex patien-
tia ad vitandas matronarum ſolicita-
tiones, ſtupra & adulteria permiſſum,
*Hoſtienſ. & Panormit. in cap. inter opera,
de ſponſal.* ſicut & olim inter Ethnicos,
ut narrat *Vlpian. in l. ancillarum, §. fin. D.
de petit. hered.* In multorum honeſtorum
virorum prædijs lupanaria exercêri ſo-
lita, & inde, & reditus illos percipere.
3 Sicuti CAIVS CALIGVLA illa conſti-
tuit in Palatio, indeque ex proſtitutis
primarijs fœminis pecuniam collegit,
ut teſtis eſt *Dio lib. 59.*
4 Solon verò, ut ab adulterijs cohibe-
retur iuventus, coëmptas meretriculas
Athenis proſtituit primus, obviaſque
in Venerem eſſe voluit, ne matronarum
contagio polluerentur, *Alex. ab Alex.
lib. 4. Dier. Genial. cap. 1. fol. 317.*

Cer-

5 Certum eſt, quondam lupanaria in littoribus fuiſſe conſtituta, firmat *Quintil.declam.340. Fortaſſe etiam natus eſt ingenuus, fortaſſe rapto ex aliquo littore prætextam fortuna reddidit. Senec.lib.1. cōt. 2. Caſtam te putas, quia viſa meretrix es, nuda in littore ſtetit.*

6 Deinde id facilè dignoſci poteſt *ex Cuiac.lib.7.obſerv.cap.1.* ubi de acta (quę propriè eſt littus, *Delrio ad Senec.in Hercul.fur.*℣*.1163.fol.46*). adducit, & corrigit verba *Tullij in Verrem*: *Quod ubi nuntiatum eſt, tametſi in acta cum mulierculis iacebat ebrius*: in vulgatis legitur: *Tametſi in actu*, ſed malè. Nam Verris ibîdem exprimens luxum, ità ait: *Ipſam illam ad partem littoris, ubi is per eos dies tabernaculis poſitis caſtra luxuriæ collo-*
7 *carat*. Quis ergo iam dubitet tam *Virgilium*, quàm *Poëtas* reliquos, qui exhibent procreationes liberorū iuxta flumina, explicādos eſſe ex hoc more Veterum.

8 Hinc explicatur *Hippocr. lib.de morbis vulgaribus*, ubi enim inducit mulierem, quæ in littore decumbebat trimeſtri fœtu gravidam, nihil vetat capi de meretrice. Datur etiam lux *Prudentio lib.1.in Sim.*

---- Temulentus adulter
Invenit expoſitum ſecreti in littoris acta.

9 Vnde ſimiliter in anguſtis locis, & ſecretis urbium, & in angiportubus, & fornicibus antiquitus aderant, *Horat.* certè *lib.1.ſatyr.2.* in fornice illa conſtituit, ut etiam *Senec. de vita beata, cap. 7.* & huius *Pater lib.1.contr.* ibi: *Redoles autem fuliginem fornicis. Ariſtid.* etiam *Orat.de non agendis Comœdijs*, collocat in augiportis. *Scholiaſt. Ariſtoph. in Irena*, in eo loco, quo ſolent confugere navicularij, *Horat.lib.1.Od.25.*

Invicem mœchos anus arrogantes
Flebis in ſolo levis angiportu.

10 Loca ſordida meretricum, ità proſequitur *Plaut.in Pœnulo Scen.Negoti.*

---- An ubi inter iſtas verſarier
Proſedas, piſtorum amicas, reliquias, alicarias
Miſeras, cœno delibutas, ſervilicolas, ſordidas.
Quæ tibi olant ſtabulum, ſtatumque, & ſellam, & ſeſſibulum merum.
Quas adeò haud quiſquam unquam liber tetigit, neque duxit domum
Servulorum ſordidorum ſcorta diabolaria.

11 Vocat eas Proſedas, quòd (explicatore *Feſto*) ſedeant ante ſtabula, eâdem ratione dicuntur proſtibulæ; nuncupat Alicarias, quod (eodem *Interprete*) ante priſtina Alicariorum verſarētur in Cāpania quæſtus gratiâ, reliqua clara ſunt in *Plauto*.

12 Ab his locis non abeunt ſemitæ, in quibus fuiſſe meretrices liquet ex *Senec.lib.6. de benef.* nam Mœchos Semitarios adpellat. Cùm Semitis annexa quadrivia: *Catullus* enim, cui proculdubio *Horatius* hæſit, de Lesbia ità inquit:

Nunc in quadrivijs, & angiportis
Glubit magnanimos Remi nepotes.

13 Quin idem *Catullus* Ruffæ meretriculæ enormius adhuc domicilium dat: ait enim illam ſolitam verſari in ſepulcretis, ut raperet cœnam de rogo, quem in locum ſilent interpretes. Sed illuſtro ex *Schol. in Ariſtoph. in Equitib.* qui dicit fuiſſe duos Athenis Ceramicos, unum ubi erant ſepulcra bello occiſorum, alterum ubi erant, & proſtabant meretrices.

14 Eò impudentiæ perventum adhuc, ut ſæpiſsimè in publicis vijs eſſent copiam ſui facientes viatorijs. Lege quæ de corruptis Babyloniorum moribus diligentiſsimè ſcripſit *Chriſtophorus à Caſtro* Societatis IESV *in cap.6. Baruch, num. 10.* & de moribus Cypriorum *Iuſtin.lib.18.* ubi ait, turpem quæſtum fieri ſolitum ad maris littus. Et ſic clarè conſtat loca ad id deſtinata fuiſſe admodum ſordida.

15 Vnę (quod ſciā) Corinthiacę habitæ digno loco, videlicet in templo Veneris; ibi enim proſtabāt, quod ex *Strabone* commeminit *Scholiaſtes Ariſtophanis*

nis in Pluto. Inde illæ in tantam adro-
gantiam pervenerũt, quantam quiſque
facilè intelliget ex celebrata Hiſtoria
16 *Demoſthenis.* Aliquid ſimile cũ Corin-
thiacis in memoriã revocavit *Herodot.*
lib.2. apud quem multi barbari coëunt
in Templis Ægyptios, & Græcos exci-
pientem, *Horat.lib.2.Od.11.Nobile ſcor-*
tum videtur intellexiſſe adpellans *de-*
17 *vium*, quaſi non *ſemitarium*. Niſi quis
cõtrà explicet infame, quia cellulę me-
retricum in ſecretis locis: cui videtur
adluſiſſe *Virgil.lib.6. Æneid.* ℣ *440.*

Hic quos durus amor crudeli tabe pere-
dit
Secreti celant calles.

Sciendũ nunc eſt, quod *Cornel.in Ie-*
rem.c.3.℣*.3.fol.14.* inquit ibi: *Frõs mu-*
lieris facta eſt tibi, noluiſti erubeſcere; adlu-
dit ad meretrices, quæ nomen non tantùm
cellis ſuis in fornice, ſed & fronti inſcribe-
bant, uti fecit purpurata meretrix Baby-
lon.Apocal.17.5. vide ibi dicta, *Martin.*
de Roa lib.4.ſing.cap.10.Senec.lib.2.cont.
2. ibi: *Meretrix vocata es, in communi lo-*
co ſtetiſti, ſuperpoſitus eſt cellæ tuæ titulus,
venientes recepiſti: & ibi: *Nomen tuum*
pependit in fronte. Prad. ad Marti. lib 1.
epigram.35 & Deſider.Herald. ad Eundẽ
lib.11. epigram. 46. ubi plures advocãt:
& quòd virgines lenonibus tradeban-
tur ad turpem quæſtum, *Euſeb. lib. 8.*
cap.15. Baron. 2. tom. Ann. anno Chriſti
275.Cerda adverſ.ſac.cap.128.num.15.

18 Meretrices à merendo, ac à *Plauto* ſe
vendere dicuntur, *Oſſuald.ad Donell.lib.*
2. comment. cap. 9. litter. O. & fornica-
riæ, *cap.4.& ſeq. de vit. & honeſt. cleric.*
à fornicibus, ſub quibus proſtare ſole-
19 bant, *Forner.1.rer.quotid. cap.22.* Extra
mœnia, unde ſubmœnianas uxores vo-
cat *Mart,lib.8. Petr. Greg.10.ſyntagm.*
cap.2.num.38. & productas *Pitha.2. ad-*
20 *verſ.ſubſec.17.* Quæ & impudicitiã an-
tiquitus apud Ædiles profitebãtur, *Ta-*
cit.lib.2.Cuiac.1.in Nov.14. Habituq;,
ac veſtitu diverſo à matronali utebãn-
tur, *l.4. C.de Epiſcop.aud. Briſſon.1. Ant.*
4.Goth.ad l.15.§.15.D.de iniurijs.

21 Quæ quidem pluribus notatæ nomi-
nibus fuêre. Nam & *Sphinctæ, Caſalo-*
des, Lecaſtria, Caſſondes, & *Caſorita* di-
ctæ, apud Latinos *Lupæ*, *Alexand. ab*
Alex. lib.4. Dier.Genial.cap.19.fol.419.
ubi *Tiraquel.* eleganter explicat multa
cumulans; *S.Auguſt.de Civit. Dei.lib.18.*
cap. 21. De lupis *Tertull. de Pall. cap.4,*
ubi *Ioan.Ludov.de la Cerd.in comm.*

Has *Mart. lib.11. epigram.79.* vocat
Magiſtras ſaburranas, cùm inquit:

Ergo ſaburranæ tyronem trade magiſtræ:
Illa virum faciet, non benè virgo docet.

Horat. quoque dictæ *canes in Epod.*

Semen quod omnes rideant, adulterum
Latrent ſaburranæ canes. ----

Quia palàm coëunt, ut canes, quæ e-
rant in cella *cryptam* vocabant, quam
ſacram vocat *Arbiter. Ego ſum ancilla*
Quartillæ, cuius vos ſacram cryptam tur-
baſtis: & *Iuven.*

Et ſolitus media cryptam penetrare ſa-
burra.

Quas luſtrales cellas etiã adpellabant,
Plaut.Bacchid.

Luſtrales cellas quæſivi ſedulò.

A luſtris nimirum impuriſsimis. Carce-
rem vocat *Iuven.ſatyr.10.*

Quod ſteterat multis in carcerem fornicis
annis.

Diſcrimen tamen in *lupas*, & *matronas*,
ſtatuit *Zoſimus lib.2. Hiſtor.Ravard.lib.*
4.cap. 17. docet lupas, quæ factæ matro-
næ, cum comite inceſſiſſe, nam ma-
tronæ omnes cũ comite ſemper in pu-
blico viſæ.

Quas ſimiliter *fictrices* nuncupavit,
Tertull.dict.cap.4. Fictrices enim dicun-
tur fœminæ, quæ ſecum ſubant, inde
frictum, Iuven.ſatyr.6.

Ipſa Medullina frictum criſſantis ado-
rat.

Et *Martial.*

Hic ubi vir non ſit, ut ſit adulterium.

Salmaſius tamen *fictrices* legit à fingen-
do, *Ovid.de Saga,*

---- *Simulacraque cerea fingit.*

Ego à frico deduco, & frictrices lego,
neque in his eſt aliarum vocum inter-

pretatio, quod faciat. Nihil tamen nocebit ſcire, quæ ille de ſagis, & ſimulatricibus ſcribit; vide illũ, ſi placet, & *Dorleans* etiam *frictrices* legit, ut Ego pungens *Salmaſium*.

Et ſimiliter *Tertullian.* eas mulieres vocat, *Occiſæ in publico caſtitatis*: mitè *Apulei.lib.5.de Aſin. aur.* dixit: *Interfectæ virginitatis.*

22 Apud Antiquos pellex ea habita, quę cùm uxor non eſſet, cum aliquo tamen vivebat, ut tradit *Iuriſcõſultus in l. Maſſurius 144. D. de verbor ſignif.* cuius tamẽ interpretationem *Valla & Perot.* nõ recipiunt, quoniam arbitrantur Latinè à Viris non dici, hæc eſt pellex mea, ſed potius ab uxoribus. Attamen *Iuriſconſultum* defendit *Alciat. in d.l. Maſſurius,*
23 *num.3. & 4.* quem videbis de diſcrimine inter pellicem, concubinam, pallacam, amicam & meretricem: adi etiam *Sotomaior in cap.6. Cant. num.7. fol. 1096. Beroal. Comm. in Apulei. lib.7. Alexãd. ab Alex. lib.1. Dier. Genial. cap.24. Ant. Auguſt. lib.1. de emend. Gratian. dialog. 15. pag.151. & 155.* exponendo *Concilium Toletanum primum, cap.17. Claud. Minois in comm. ad Alciat. embl.49. fol.220. Acuñ. in cap. laici 6. num 4. diſt. 23. Robles de repræſent. lib.2. cap.11. num.5.*

Obſervari nunc debet, ſcortea apud Antiquos pellex ſignificare, unde impudicæ mulieres nomen duxerunt. Vetus eſt Ædilitiũ edictum, ne quid ſcorteum, hoc eſt, ex pellibus templis inferatur. Nefas enim erat aliquid morticinium adeſſe, ut ſcribit *Varr.* Pęnula autem ſcortea arcendis publijs ſumebantur, *Mart. lib.14. epigr.130.*

A meridie ad veſperã proſtare meretricibus permiſſum, *Alexand. ab Alexand. lib.4. Dier. Genial. cap.20. fol. 427.*

24 In feſtis Floralibus fœminas, quæ vulgato corpore quæſtum facerent, denudari, & pudendis, obſcœniſque inverecundis per luxum, & laſciviam currere, & impudicos iocos agere ſervatum eſt, *Alexand. ab Alexand. lib.6. cap. 8. f.l.651.*

25 Poſt ludos omnium libidini, & licẽtiæ exponebantur, *Tertull. de ſpectac. Iſidor. lib. 18. cap. 42. Stat. in 1. ſilv. in Saturn.*

Huc intrant faciles emi puellæ,
Hic agnoſcitur omne quod theatris,
Aut forma placet, aut probatur arte.

Cerd. adverſ. ſac. cap.131. num.19.

26 Semper proſtabant cum toga, & ſtolis pullis, *Alexand. ab Alexand. lib.5. cap. 18. fol. 531.* & in ſcenam producebantur, *Iuſt. Lipſ. lib.1. Elect. cap.11.*

27 Impenſas auri ad ornanda idola ex meretricio quæſtu conſumi ſolitas ſcimus ex *Baruch 6. cap.* ubi ſic ait: *Coronas aureas habent ſuper capita ſua Dÿ eorum, unde ſubtrahunt Sacerdotes ab eis aurum, & argentum, & erogant illud in ſemetipſos: dant autem & ex ipſo proſtitutis, & meretrices ornant Deos ſuos.*

28 Quibus verbis indicatur, licèt obſcurè, Sacerdotes in templis cum meretricibus ſolère concumbere, quaſi opus illud fuerit religioſum, & pecuniam ex nefario concubitu collectam eſſe ſacram, neque poſſe, niſi in ſacros uſus licere conferri, *Cerd. adverſ. ſacr. cap. 82. num.21.* Cui adſtipulantur tradita à *Roa lib. 3. ſing. cap. 13. & Arellano de Imper. ration. lib. 4. cap. 8. num. 3.* mirè *D. Hieron. ad Nepotian. lib.2. epiſt. 12.* ibi: *Pudet dicere Sacerdotes idolorum mimi, aurigæ, & ſcorta hereditates capiunt: ſolis clericis, & monachis hoc lege prohibetur, & prohibetur non à perſecutoribus, ſed Principibus Chriſtianis*: circa quem locum videndi *Ann. Robert. lib. 2. rer. iudic. cap. 2. Valenç. contra Venet. 3. par. Narbon. in l. 35. gloſſ.2. à num.29. cum ſeq. tit.3. lib.1. Recop.*

Lupanaribus novis lucernæ adpendi ſolitæ, *Iuſt. Lipſ. lib.1. Elect. cap.3.*

29 Devium ſcortum, ut *Horat. 2. carm. 11.* non proſtitutum in propatulo omnium libidini, ſed honeſtius, minuſque vulgare, *Turn. 13. adver. cap. 19.* Sicuti nec meretrix dici poteſt, quæ amoris vi ſubacta copiam ſui amanti fecit, *Menoch. de arbitrar. caſ.326. Freher. c.16.*

num.

num. 18. Gœddæ. ad l. 33. num. 9. de verb.
31 *ſignif.* Sic Clitipho apud *Terent. Heaut. act. 2. ſcen. 1.* Antiphilã, quæ ſe Clin:æ, ſed ſoli dederat, ignaram artis meretriciæ vocat: vide tamen *Vincent. Carroc. deciſ. 124. Grati. cap. 135. num. 5. cum ſeq. tom. 1. Giurb. conſil. 47. num. 12.* Plura de his *Petr. Gregor. 10 ſyntagm. cap. 2. Freber. dict. cap. 16. num. 11. & ſeq. & lib. 2. de Fama, cap. 11. Oſſuald. in Donell. lib. 18. comm. cap. 7. litter. H.* Et quæ coa-
32 ctè ſe proſtituit, *l. vim paſſam, l. uxor, §. ſi quis plenè, D. de adulterÿs, l. fœdiſſimam, C. eod. Abb. conſ. 4. lib. 1. Carroc. dict. deciſ. 124. num. 5. Oſſuald. dict. cap. 7. litt. I.* Vnde non obſtante copulâ violēter extortâ poteſt fœmina ad religionem trāſire, *Sanch. de matrim. lib. 3. diſp. 21. numer. 6. Sà verb. matrim. n. 17. Laim. in Theolog. moral. lib. 5. tract. 10. par. 3. cap. 6. num. 3. Villal. in ſumm. tom. 1. tract. 13. diffic. 13. num. 5. Anton. Dian. par. 3. tractat. 4. de Sacram. reſol. 242. fol. 258.*

Ratio eſt, quia ſponſus gravem intulit iniuriam, cùm nō haberet ius copulam extorquendi ante bimeſtre conceſſum, *ex cap. ad noſtram, de emption. & vendit. cap. tuæ, de cleric. non reſid. cap. ſedes, de reſcript. Tiraq. de retract. lignag. §. 3. gloſſ. 9. num. 68.*

Sic non eſt audiendus *Baſil. de matrim. lib. 9. cap. 10. num. 3.* contrariū propalans.

Quamobrem mulier excuſatur ab adulterio ob vim & metum, expreſſa *l. 7. tit. 9. par. 4. Scacc. de ſentent. & re iud. gloſſ. 14. quæſt. 21. num. 62. fol. 564. col. 2. Farin. de delict. carn. quæſt. 141. numer. 95.* cum plurib.

Probat hanc ſententiā expreſsè *text. in cap. propoſito 32. quæſt. 5.* ubi etiam *Gloſſ.* Ergo adulterium commiſſum ab uxore metu cadente in conſtantem virum obpreſſa non debet ei imputari ad divortij, & dotis amittendæ pœnam, ità *Iacob. de Graff. in aureis deciſ. par. 2. lib. 1. cap. 12. num. 72. caſ. 2.*

Contrarium tamen, quòd metus non excuſet, quin liceat viro divortium facere, quia reverâ non excuſat ab culpa mortali adulterij, & fidei fractæ, quæ cauſa divortij ſunt; & ad illam culpam mortalē Canones attendunt. Vnde cautè *dict. gloſſ.* & illam ſequentes *Archid. & Bellamer.* dixerunt excuſare metū ab pœna legali adulterij, quæ dolum deſiderat, at ſecundùm Canones eſſe adulterium, quaſi ſenſerint, non excuſare ab pœnis Canonicis (quæ culpam conſiderant) quales ſunt divortium, & dotis amiſsio, ſequuntur *Covar. de ſponſal. 1. par. cap. 5. init. n. 3. Barthol. Ledeſm. dub. 65. de matrim. poſt 3. concl. caſ. 5. Henric. in ſumm. lib. 11. de matrim. cap. 17 §. 5. Azeved. in l. 1. num. 22. tit. 20. lib. 8. Recop. Sanch. de matrim. lib. 10. diſp. 5. num. 16. Aug. Barboſ. in dict. cap. propoſito, num. 2. 32. quæſt. 5.*

Facit eleganter, quod notat *Bald. in l. eam quam, num. 25. C. de fideicomm.* ubi dicit, quòd ſi virgo concepit ex quodā Tyranno uxorato, vel ex Rege; quia malus Rex Tyrannus fit (etſi olim Tyrannus pro Rege, Principe, Domino, Dominatore haberetur, ſic debent & hoc ſenſu intelligi *Virg. lib. 7. Æneid.*

Pars mihi pacis erit dextram tetigiſſe Tyranni.

Valer. Flacc. in Argonaut.

Nunc precor ad veſtri quicunque eſt ora Tyranni.

Senec. in Oct.

Quis ſic triumphans lætus in curru ſtetit
Victor? quis illo gentibus vultu dedit
Leges Tyrannus? quanta pax obitus tulit?

Plutarch. in Dione, ibi: *Ingentes erant Dioni facultates, tyrannicuſque prope domi ſplendor, & inſtrumentum. Plat. in Amatoribus*, ibi: *Quoties vir unus rectè civitatem inſtituit, quod nomen illi conveniet, nonne Tyranni, & Regis? S. Gregor. Nazianz. Orat. 4. fol. 442. col. 1. & 523. col. 2. tom. 2.*) an poſsit inſtituere talem filium? Et concludit, quòd ſic, quia quoad matrem non eſt natus ex accuſabili amplexu, ſed ex impreſsivo: eò quòd præſumitur vim paſſa, & metus terribilis excuſat, *gloſſ. verb. Fornicario,*

in cap. fraternitatis, de frigidis & maleficiat.

Quid etiam ſi maritus monuit uxorem, ut fugeret, ne vi hoſtium obprimeretur; quæ noluit fugere, & vim paſſa eſt, *gloſſ. in cap. de pudicitia 32. quæſt. 5.* quæſtionem diſputat, & non decidit, ſed remittit ſe ad ea, quæ dixit in quæſtione Dominica, ubi tenet, quòd non poſsit adcuſari, neque à marito dimitti, & idem tenet ibi *Archid.* ſequitur *Gregor. in l. 7. tit. 9. par. 4. gloſſ. 1. Nicol. de Vvaldis in tract. de ſucceſſ. ab inteſt. num. 45. Bald. conſil. 267. num. 3. & ſeq. verſ. Et hoc verum, lib. 1. & conſ. 447. lib. 5. Fulgoſ. conſ. 36.* toto, *Tuſch. pract. tom. 7. litt. S. concl. 416. num. 5.*

Hinc quæri debet, utrùm talis filius heres ex teſtamento minus ſolenni poſſit adcipere ſibi, & retinêre bona teſtatricis?

Ad cuius quæſtionis reſolutioné adverti debent ſequentia.

Primò, quòd teſtamentum valet ob blanditias inſtituti, ſi blanditiæ nó eſſent nimis importunæ, vehementes, ſeu reverentiâ plenę, *Decian. conſ. 62. vol. 2. Corn. conſil. 319. vol. 4. Peregrin. de iur. fiſc. lib. 2. tit. 6. num. 11. & ſeq. Mart. in Digeſt. noviſſ. tom. 5. tit. teſtamentum, cap. 52. Plot. conſ. 68. num. 51. inter conſil. ultim. vol. 1. Sim. de Præt. de interpret. ultim. volunt. lib. 4. interpret. 3. num. 114.* Item ſi blanditiæ eſſent doloſæ & fallaces, *Angel. in l. non enim,* ubi etiam *Cagnol. D. de inoffic. teſtament. Dec. conſil. 489. num. 1. & 6. Bened. in cap. Raimuntius, verb. Condidit in 2. num. 25. de teſtament. Galiaul. conſil. 18. num. 1. & ſeq. Menoch. conſil. 544. vol. 5. Cepol. cautel. 62.* & ex quibus coniecturis probetur dolus in hoc caſu, ponit *Menoch. conſil. 45. num. 15. vol. 1. Franch. deciſ. 180.*

Secundò, teſtamentum poteſt fieri ad interrogationem inſtituti, dummodò conſtet teſtatorem voluiſſe teſtari, & ceſſet omnis ſuſpitio fraudis, metus, violentiæ, timoris, & importunæ ſuggeſtionis, quod mirè explicat videndus *Mart. tom. 1. ſucceſſ. leg. par. 3. q. 12. art. 1. à num. 2. cum ſeq.*

His iactis dicendum adſtat, talem filium heredem ex teſtamento minus ſolenni, ſi ei conſtat evidenter, ut facilè poteſt conſtare, nullum metum & vim, nullam fraudem, nullumvè alium defectum naturalem in illo contigiſſe, poſſe adcipere ſibi, ac retinêre bona teſtatricis, probant *Sylv. verb. Hereditas 3. q. 7. Medin. in Cod. de reſtitut. q. 23. Sayr. in Clav. Reg. lib. 3. cap. 7. n. 9. Anton. Dian. in tract. de legib. reſol. 27. par. 1. fol. 186.*

Ratio eſt, quia ſolennitates fuerunt inductæ ad tollendam falſitatem, ubi ergo conſtat, quòd nulla intervenit falſitas, debet etiam ceſſare diſpoſitio legis, & ſervari æquitas, & obligatio naturalis, quæ oritur ex diſpoſitione defunctæ, *l. cùm amplius, §. is natura debet, D. de reg. iur.*

Nec obſtat *text. in l. ſi veritas, C. de fideicomm.* (de quo larè agunt *Azeved. in l. 1. num. 81.* ubi *Matienç. gloſſ. 10. num. 21. tit. 4. lib. 5. Recop. Cevall. quæſt. 136. & 137.*) ibi: *Si veritas, vel ſolennitas iuris deeſt, nec amplexus parentis voluntatem relicta dediſti, vel tranſactionis cauſa ſtipulantibus promiſiſti, negotiumque integrum eſt, ad ſolutionem urgeri non potes.*

Nam reſpondetur, quòd nullus eſt, qui dicat, quempiam urgeri poſſe ad ſolvendum, quod relictum eſt in teſtamento minus ſolenni; urgeri in foro, ut vocant, externo iudicialiter propoſitâ actione; verùm noſtra diſpoſitio eſt de foro interno conſcientiæ, atque animæ iudicio, ità *text.* mentem tenuit *Andr. Facbin. lib. 4. controv. cap. 5.*

Adſtruitur etiã eleganter noſtra ſententia; quia ſi heres non eſſet naturaliter obligatus ad implendam teſtatricis voluntatem ex minus ſolenni teſtamento, liceret ei ob eã cauſam ſolutum repetere, *l. quod indebitum, l. naturaliter, & l. ſeq. D. de condict. indebit. l. quod pupillus, D. eodem.* Sed reperere ei non licet, *l. 2. C. de fideicomm. l. non dubium,*

C. de

C.de teſtam. ergo naturaliter obligatur.

Quamobtem *Iuriſconſult. in l. in teſtamento, D.de fideicomm. libert.* reſpondit, filios debuiſſe manumittere eam, cui pater in teſtamento, quod perfectũ non erat, libertatem & fideicommiſſa dedit.

Haud impedit *text. in l. ſi creditoris, C.de fideicomm.* quia non ſequitur ex eo, quòd in foro externo urgeri nequeat, nec pulſari, ut in foro interiori, & conſcientię non teneatur.

Vnde non eſt audiendus *Oſſuald. in Donell.lib.6.comm.cap.9.litt.A.* cũ alijs.

Vtrùm autem maritus poſsit adcuſare mulierem de adulterio, quæ cum eo matrimonium contraxit per metum & vim: indagare non inobportunè, & ineleganter debemus.

Adulterium apud diverſas Gẽtes variè coërcitum fuit, & diſtinctis pœnis inflictum; quas ſi recenſeam, nec minorem diligentiam, nec parvam admirationem adferemus. Etſi Licurgus nullã adverſus adulteros Lacedæmonios legem ſcripſerit, cuius rei cauſam Spartanus quidam interrogatus reſpondit, ut *Plutarch.in vit. Licurg. & in Apophteg. Lacon.* recenſet minimè exiſtimaſſe Licurgum Spartæ aliquod adulteriũ poſſe contingere, *Solorçan.de parric.lib.1.cap.4.fol.14.*

Primus tamen qui in adulteros legẽ ſanxit, invenitur, iſque fuit *Hyetus Argivus* poſt *Moluti* cædem in uxoris adulterio deprehenſi, *Alexand. ab Alexand. lib.4. Dier.Genial.cap.1.Caball.caſ.244. num.6.* ubi de gravitate criminis mirè agit.

Non ſimplex crimen cenſebatur adulterium, ſed multorum flagitiorum veluti collubies, *Quintil.lib.5. cap.11. in fin.& declam.319.* quod peius periurio reputabat Thales, *Laertius in vita eius*, & Sibylla Erithræa, *Deum maximè adulterio irritari* vaticinabatur; ut refert *Lactant.Firmian.lib.de ira Dei, cap.22.* idololatriâ gravius, illud ipſum prædicat *D.Chryſoſt.in Ioan.homil.62. Euphron.* vetus *Poëta* apud *Stobæum ſermon.6.*

Non eſt adulterio maius ullum malum.

cap.quod in omnibus, ubi *Auguſt.Barboſ. 32.quæſt.7.*

Prima eſt, quòd adulteri caſtrabantur ab maritis, *Marti.lib.2. epigr.60. & lib.6.epigr.2.Valer. Maxim. lib.6. cap.1.* ibi: *C.Accienus à Vibieno: item Pontius à P. Cernio deprehenſi caſtrati ſunt. Cn. etiam Furium, quem Brochus deprehenderat, familiæ ſtuprandum obiecit.*

Hinc *Plaut.in Pœnulo*:

M. *Quid agis?* S. *Facio, quod manifeſtò deprehenſi mœchi, haud fermè ſolent.*
M. *Quid id eſt?* S. *Refero vaſa ſalva.*

Hoc prohibuiſſe Domitian. *Tranquill.* eſt Author *cap. 7.* & *Papinius in ſilvis de Earino*:

Nondum pulcra ducis clementia cœperat ortu
Intactos ſervare mares: nunc frangere ſaxo
Atque hominem mutare nefas.

Similiter etiam fuit & alia, ut adulterij crimine damnatus teſtimonium ferre non poſſet, *l.qui teſtamento 20.§.mulier, D.de teſtament.* qui autem ferre teſtimonium prohibitus eſt, nec facere teſtamentum valet, *l.is cui 18.l.cum lege 6.D. de teſtam.* notat *Gothofr.* per *text.* ibi *in l.ob carmen, litter.L.D.de teſtib.Pichard. in §.teſtes, num.41. de teſtament.* poſt *Conan.lib.9.comm.cap.3.num.2. Hotoman. & Reliq.verb.Inteſtabilis.*

Ex quibus præluceo *ad Plaut.in Curculione, act.1.in princip.*

Ita tuum conferto amorem ſemper, ſi ſapis,
Ne id, quod ames, populus ſi ſciat, tibi ſit probro.
Semper curato, ne ſis inteſtabilis,
Quod amas, ama teſtibus præſentibus.

Vbi *Poëta* ludit in æquivoco, fuge à nuptarum concubitu, ne ſi deprehendaris à marito, fias inteſtabilis, id eſt, ne caſtreris (quoniam Eunuchi non poterant, nec ferre teſtimonium, nec teſtamentum facere, *l.Eunuchis 5. C.qui teſtam.*

ſtam. fac. poſſ. de qua erudirè diſſeruit *Amai.lib.3. obſerv. cap.6.*) Quod amas, inquit, ama teſtibus præſentibus, id eſt, mulieres, quarum adſecutione conſerves tua virilia.

Ità ferè loquitur idem *Plaut. in Milite glorioſo, act.ult. circa finem*, ubi Pyrgopolinices captus in domo Periplectomenis ſenis, qui ſe maritum fingebat, iubetur vapulare, & pœnas pro Mœcho luere, iubeturque coquus cultrum adducere, ut genitalia militi abſcindat; plorat miles, & excuſationem parat dicens:

Viduam eſſe cenſui, atque ita ancilla conciliatrix dicebat mihi.

Periplectom. *Iura te nociturum eſſe homini de hac re nemini,*

Si ſalvum te mittimus venereum nepotulum.

Pyrg. *Iuro per Venerem, & Martem ne nociturum nemini.*

Quod hic hodie vapulo, ſed mihi id æquè factum arbitror.

Etſi inteſtatus non ab eo hinc benè agitur pro noxia.

Periplectom. *Quid ſi id non faxis?* (Pyrg.) *Vt vivam ſemper inteſtabilis.*

Car. *Ergo des minam auri nobis.* (Pyrg.) *Quamobrem?* (Car.) *Salvis teſtibus.*

----- *Vt te hodie hic amittamus.*

Videndus quoque *Langlæus lib.8. ſemeſt. cap.7.*

At verò mulieres in adulterio deprehẽſæ cogebantur prodire in publicum togâ indutæ, ut docet *Horat. ſatyr. 2. lib. 1.* interprete *Porphyrione* eo verſu:

Quid intereſt, in matrona, ancilla peccesve togata?

Et ad hunc ſenſum adcipiẽdus eſt *Martial. lib.2. epigr.39.*

Coccina famoſæ donas, & iãthina mœchæ

Vis dare, quæ meruit munera? mitte togam.

Lib.10. epigr.52. & lib.6. epigr.6. Iuven. ſatyr.2.

--- *Eſt mœcha Labulla*

Damnetur, ſi vis, etiã Carphinia: talem

Non ſumet damnata togam. ---

De hoc more *Briſſon. lib.1. ſelect. Antiq. cap.14. Lipſ. ad Tacit. lib.2. Domic. Prad. & Herald. ad Marti. lib.2. epigr.39.*

Erat & ea pœna recepta, ut adulteræ è ſaxo deturbarentur, *Senec. lib.1. declam.3.*

Secunda adeſt, quòd adulteri comburi, & lapidari ſolebant, *Geneſ.38. Levit.20. Deuter.21. Daniel.23. Ioan.8.* & peccatum hoc aquâ amaritudinis probari voluit Devs, *Numer.5.*

Hinc ob huius criminis gravitatem 23. milliã unâ die ceciderũt, *Numer.25. 1.Cor.10.* & 25. millia de Tribu Benjamin ob violationẽ uxoris Levitę occidebãtur, *Iudic.19. & 20.* & uſq; ad 8000. Gallorũ promiſcui ſexus cæſa in Sicilia ob adulterium, ex *Sabellic. Ennead.4.*

Tertia, fuit membrorũ detruncatio, attuũque mutilatio, & præſertim auriũ, nariumque, *Marti. lib.13. epigr.83. Hadrian. Turneb. lib.28. adverſ. c.46. Cerd. ad Virg.6. Æneid. ỳ.495 n.3 fol.678. col.2.*

In Ancyrana Synodo cap.7. ità ſtatuitur, *Adulterum a participatione ſacrorum myſteriorũ excludi ſeptem annis integris.*

Verùm ex *Magna Baſilia epiſt. ad Amphilochium*, hæc erit animadverſio: *Qui adulteravit, in quindecim annis ſacramentis non communicabit: in his autem quindecim annis, ſic quoque diſpenſabitur, quatuor annis deflens, quinque audiẽs, quatuor ſubſtratus, in duobus conſiſtens ſine communione. Cerda adverſ. ſacr. cap.51. num.3.*

Moſcobitæ *adulteros in partes diſſecant.* Nonnullæ Gentes ferreis catenis collis eorum ſaxa adligabant, *Dempſter. ad Roſin. lib.8. Antiq. Roman. cap.24. fol. 1391. litter. F.*

Plato lib.8. de legib. adulteros arcebat à Magiſtratu, quod vel morte gravius eſt, & tamen illum legislatorem *ſummæ authoritatis* adpellat *Caliſtratus I. C. in l.2. de Nundin.* eleganter *Tiraquel. in l. 13. connub. gloſſ.1. par.13. num.12.* ubi de pœnis ab diverſis Gentibus inflictis agit videndus.

Romulus legem etiã tulit, ut cognati cum viro una in Concilium cõvocari

de

adulteta iudicarent, diligenter *Tacit. lib. 13. Annal. Tit. Liv. lib. 9. decad. 4. Sueton. in Tiber. cap. 35. Valer. Maxim. lib. 6. cap. 3. tit. 12.*

Vnde adſeruit *text. in cap. ſicut alterius 7. q. 1. Alterius uxor, nec adulterari, nec iudicari ab alio, niſi à viro permittitur.*

Inſequtus deinde Numa ſtatuit, ut refert *Feſt. Pompei. lib. 4. in voce Pellices. Pellex aram Iunonis ne tagito, ſi taget, Iunoni crinibus demiſſis agnam fœminam cadito.*

Sed quæ pœna ab Romulo indicta? multiplex ſanè, nec facilè conſtituere. M. Fabius matronas ſtupri damnatas mulctabat, *Tit. Liv. lib. 5. in princip. decad. 3. D. Auguſt. de Civit. Dei, lib. 3. cap. 5.* Alij relegatione, *Sueton. in Auguſt. cap. 65. Plin. Iun. lib 6. epiſt. 32. Vlpian in l. 43. de rit. nupt. Alciat. lib. 35. Parerg. cap. 8.* Nonnulli capitali ſubplicio, *Heliodor. lib. 1. Æthiop. Flav. Vopiſc. in Aurel. Sherlog. in Cantic. anteloq. 3. ſect. 1. num. 27. Caball. caſ. 98. num. 27. & caſ. 112. numer. 2. & 3. Farin. de delict. carnis, q. 141.* totâ. Hinc pœna culei in adulteros, *l. 4. quor. adpellat. non recip. Cod. Theodoſ. Solorç. de parric. lib. 1. cap. 13. fol. 59.* Dotem etiam amittebant, *Q. Horat. lib. 1. ſatyr. 2. fin.*

Deſiliat mulier, miſerã ſe conſcia clamet,
Cruribus hæc metuat doti deprenſa.

l. ſi cùm dotem, D. ſolut. matrim. l. conſenſu, C. de repud. Sen. lib. 2. contr. 8. Valer. Maxim. lib. 8. cap. 8. Lipſ. ad Tacit. lib. 4. Menoch. de arbitr. caſ. 419. num. 58: & per totũ, de varijs huius criminis animadverſionibus videndus, pulcrè enim ſe habet in indagatione.

Hodie verò ex *l. 1. tit. 20. lib. 8. Recop.* datur facultas marito, ut faciat, quod voluerit de ſua uxore, ſed iubetur, ut adulter, & adultera ſimul occidantur, & non aliter.

Concordat mirè *Senec. lib. 1. contr. 4. fol. 81.* ibi: *Adulterum cum adultera, qui deprehendit, dum utrumque corpus interficiat, ſine fraude ſit.*

Draco autem legiſlator mœchum in uxore deprehenſum ab omnibus interfici conceſsit, inquit *Demoſthenes.*

Poſteà viro, ſi domi ſuæ deprehenderit adulterum, interficere licêre, *Paul. I.C.* receptum ait *lib. 11. ſent. cap. 32. & Plato lib. 9.* maritis in ea, quam confirmabat, Republica idem indulſit. Quod lex Iulia patri tantùm permiſit, apud *Vlpian. in l. 73. D. ad leg. Iul. de adulter.* ſi modò, ut in Draconis & Solonis legibus ſcriptum erat, deprehenderit, idque domi ſuæ, & in continenti interficiat. Cæteris non item liceat, ut *l. 20. 21. & 24. D. eodem.* Deinde marito & patri conceſſum à M. Antonio, & Commodo apud *Papinianum* legimus, *l. 38. D. dict. tit.* Alexander quoque & anteà Pius Impp. minùs plectēdum, qui adulterum interemiſſet, reſcripſerunt, *l. 4. C. de adulter. l. 1. D. ad leg. Cornel. de ſicar. & dict. l. 38. D. ad leg. Iul. de adulter.* Exſtat autem in *Apophthonij Sophiſtæ Progymnaſmatis, cap. de legib. adcuſatio legis: Adulterum in ipſo adulterio deprehenſum interfice.* Ex quo fluit, quòd maritus impunè occidit adulterum, *Farin. conſil. 121. num. 22. & 110. Giurb. conſil. 86. num. 6. & 9.* eleganter *Agell. lib. 5. cap. 23.* ibi: *In adulterio uxorem tuam ſi deprehendiſſes, ſine iudicio impunè necares:* etſi peccet in foro interiori, & conſcientiæ interficiendo propriâ authoritate, ut obſervat cum pluribus *Sayr. in Clav. Reg. lib. 7. cap. 9. num. 8. & 9. Sanchez de matrim. lib. 10. diſp. 8. num. 38. cum ſeq. Farin. de homicid. quæſt. 121. par. 2. num. 122.* & amittat dotem, expreſſa *l. 5. tit. 20. lib. 8. Recop.*

His non inutiliter iactis, pro negativa ſententia primò facit *text. in l. ſi uxor, §. Divi, D. ad leg. Iul. de adulter.* ubi qualecunque ſit matrimonium violari non debet.

Secundò, expreſsè urget *l. 4. tit. 20. lib. 8. Recop.* ibi: *Si alguna muger cometiere adulterio, aunque ſe diga i pruebe, que el dicho matrimonio fue ninguno, el marido pueda acuſar de adulterio, aſſi à la*

muger, como al adultero, como ſi el matrimonio fueſſe verdadero.

Verùm his non obſtantibus contraria ſententia tenenda eſt.

Non obſtat *text. in dict. l. ſi uxor*, §. *Divi*; quia procedit, & locum hâber, quando matrimonium non valet propter aliquod legitimum impedimentũ conſanguinitatis, vel adfinitatis, ſecus ſi propter defectum conſenſus, utputa, quia matrimonium eſſet contractum per vim, aut in minori ætate, ità reſpõdet *Farin. de delict. carn. quæſt. 141. num. 62.*

Haud impedit *text. in dict. l. 4. tit. 20. lib. 8. Recop.* ubi ad nullitatem propoſuit adfinitatem & conſanguinitatem intra gradum quartum, votum religionis, aut caſtitatis, & poſteà extendit diſpoſitionem in hęc verba: *O por otra cauſa alguna.*

Reſpondetur enim, quòd *dict. l.* procedit in cauſis, in quibus adeſt defectus in matrimonio, in quo in effectu illud contrahentes verè conſenſẽrũt, deficit tamen ex alijs cauſis ſimilibus expreſsis, in quibus non defecit conſenſus contrahentium, ſed contrahere non potuerunt ob impedimenta prioris matrimonij adhuc conſtãtis, vel ob cõſanguinitatem, vel adfinitatem in gradibus prohibitis, vel ob votum caſtitatis, vel religionis: ſecus verò in diſsimilibus cauſis, in quibus non datur eadem conſenſus ratio; nam ſi conſenſus deficit in tali matrimonio, ut quia per vim & metum fuit contractum, tunc utiq̃ue *dict. l.* non habet locum.

Hæc tamen ſententia corroboratur ex ſeqq.

Primò, ex *text. in cap. ad diſſolvendum, de deſponſat. impub.* ubi matrimonium quod non eſt, non poteſt adcuſati, ibi: *Quocirca nec adcuſatio locum habebat, cũ non eſſet, quod poſſet legitimè adcuſari.*

Secundò, adſtant in terminis huius legis Authores contrarium ſentientes, *Ciſuentes in l. 81. Taur. num. 2. verſ. Sed quæro circa iſtam legem*, ubi ſic in facti contingentia dicit habuiſſe, & liberaſſe adulteram, quæ per vim fuerat coacta contrahere matrimonium cũ ſponſo ſuo eamde adulterio adcuſante; ſequitur *Azeved. in dict. l. 4. num. 25.*

Proqua opinione iuridica facit *ipſa lex*, ibi: *Eſtando deſpoſada con palabras de preſente*; & ſic cum conſenſu vero, matrimonium enim metu factum irritatur à iure, *cap. veniens*, *cap. gemma*, *de ſponſalib. l. 15. tit. 2. par. 4.* eleganter *Fr. Petr. Cornej. in 3. par. S. Thom. tom. 2. tract. 6. diſp. 7. ſub. 25.* ob defectũ conſenſus; & ibi: *En haz de la ſanta Madre Igleſia.* Quæ non ſolet invitos, ſed volentes & conſentientes in matrimonium copulare.

Idque comprobatur etiam ex his, quæ tradit *Azeved. in Rubr. tit. 2. lib. 6. Recop. num. 39.* quòd ubi plura habent eandem rationem, ſi de uno ſit mentio, ſtat exemplariter, non verò reſtrictivè; ergo ubi non eſt eadem ratio, ut non eſt in eo, qui non conſentit in matrimonio, ſicut eſt in eo, qui conſentit, reſtrictivè ſtabit diſpoſitum in uno caſu, non verò exemplariter, diſpoſitioq̃ue de uno caſu ad alium non extenditur, ubi non eſt eadem ratio, ex vulgaribus.

Ex quo ſit, ceſſare debère adulterij pœnam, cùm matrimonium nõ ſit, quod præcisè neceſſarium adſtat, *Farin. dict. quæſt. 141. num. 107.* cum pluribus.

33 Pudor & verecundia comes eſt ſemper, & cuſtos pudicitiæ, *D. Ambroſ. lib. 1. offic. Aecurſ. in l. ità nobis, in princip. C. de adult.* ideòque *Ovid. in epiſt. Sapph. ad Phaon.*

Non veniunt idem pudor, atque amor.

Et *lib. 1. Metamorph.*

Quid faciat crudele ſuos addiſcere amores
Non dare ſuſpectũ: pudor eſt, qui ſuadeat illud:
Hinc diſſuadet amor. —

Et *lib. 1. eleg.* de Triumph. *Cupid.* loquẽs;

Mens bona ducetur manibus poſt terga retortis,
Et pudor, & caſtris quicquid amoris obeſt.

Hinc

34 Hinc mulieres, quę in corpus peccãt, dicuntur ſuo pudori non parcere, *l. palàm, D. de ritu nupt.* cui ſuccinit illud *Virgil.* de Didone adſerentis *lib. 4. Æn.*

Spemque dedit menti dubiæ, ſolvitque pudorem.

35 Quare licèt aliàs ſint avaræ, ſunt tamẽ in turpibus deſiderijs ſumptuoſiſsimæ, in cultu corporis profuſiſsimę, dum pigmenta, veſteſque, & mundum muliebrẽ coëmunt; dum nulli rei parcunt, ut adultero, & mœcho placeant, poſsint-
36 que ſuis voluptatibus inſervire. Imò plerumque pruritu libidinis ſtimulatæ tota patrimonia in delicias congerũt, & tũc

Prodiga nõ ſentit pereuntẽ fœmina cẽſum.

ut inquit *Iuven. ſatyr. 7.* Ideòque *Luc. Apulei. lib. 9. Metam.* utrumque vitiũ in eadem complectens: *In rapinis* (ait) *turpibus avara, in ſumptibus fœdis profuſa*: & ante hunc *Salluſt. de Catil.* loquens: *Alieni* (inquit) *adpetens, ſui profuſus.*

37 Porro audaciam meretricum, & impudicarum mulierum eſſe propriam, ac peculiarem non obſcurè oſtendit *Terēt. in Eunucho*:

Audaciam meretricum. ---

Quem in id expendit *Donatus in Andriam*, eiuſdem enarrans eum locum:

Audireque eorũ eſt operæpretiũ audaciã.

38 Omiſsis multis, quæ circa hanc rem poterant cumulari, ad noſtram diſquiſitionẽ aditus pateat, & reſolvitur negativè. Nã licèt meretrix publicè meretriciũ fuerit profeſſa, cogi nõ poterit corpus propriũ ad coitũ invita alicui exhibere, tametſi alijs id cõmune fecerit.

39 Deinde meretrix non tenetur quemquam ad coitũ admittere, quod probatiſsimũ eſt, cùm non teneatur mortale crimen cum quolibet cõmittere: ergo conſequens non poſſe eam invitã compelli ad coitum, carnalevè cõmercium cum quolibet habendũ, hanc ſententiã tenuerũt *Covar. lib. 3. var. c. 14. n. 2. Curt. 2. coniect. ad Frat. c. 36. & 3 cõiect. ad Viv. cap. 5. Oſuald. in Don. lib. 14. comm. c. 25. litt. F. Caball. caſ. 179. n. 8. Grat. cap. 653. n. 51. lib. 4. Theod. Prat. de delict. concl. 47. Carroc. de locato, quæſt. 9. fol. 148. col. 1. num. 24. cum ſeq.*

40 Hinc non eſt admittendus *Decius in l. invitus 198. num. 7. D. de reg. iur.* qui cõtrarium adſeruit, ſequitur *Drobg. in addit. ad Clarum, §. raptus, litt. M. fol. 168.*

41 Cui opinioni adſtipulatur *text. in l. item apud Labeonem, §. ſi quis virgines, D. de iniurijs*, ubi probatur meretrici nõ dari actionem iniuriarum adverſus eũ, qui eam causâ libidinis interpellaverit.

42 Secundò, adſtipulatur *text. in l. verum in 2. & in l. qui iniuriæ, D. de furt.* quibus reſponſis conſtat non tenêri actione furti eum, qui oſtium domus meretricis causâ libidinis fregerit, etiam ſi ex ea fractione furtum ab alijs fuerit commiſſum.

43 Tertiò, ſuffragatur *gloſſ. in l. unica, C. de rapt. virg. & in §. item lex Iulia, Inſtit. de public. iudic.* quæ in ſpecie adnotavit raptum, & vim inlatam meretrici non puniri pœnis à iure adverſus raptores ſtatutis, quod poſt alios tradit *Hippolyt. in dict. l. unica, num. 19. & ſing. 151. Peguera deciſ. 43. num. 14. Alciat. conſ. 21.* & alij quamplurimi.

44 Quod quidem à noſtra ſententia nõ dimovet, necnon *text. in d. §. ſi quis virgines*. Siquidem licèt meretrix causâ libidinis interpellata, & impetita actione iniuriarum agere nequeat ob vilem æſtimationem, non ex hoc ſequitur impunè ei iniuriam fieri; nam qui vim ei fecerit, iniuriamvè intulerit, extra ordinem puniendus erit, atque ità adcipiendum eſt reſponſum *I. Conſulti in d. §. ſi quis virgines*: præſertim quia *Conſultus* tractat de interpellatione meretrici facta libidinis causâ: quæ interpellatio honeſtis fœminis iniuriam irrogaret, nõ ſic meretricibus.

45 Eodem pacto intelligendũ eſt reſponſum *dict. l. verùm*, etenim qui libidinis causâ meretricis oſtiũ fregerit, furti nõ tenebitur, ſi ex ea fractione damnũ provenerit: volũtas enim, & animus diſtinguũt maleficia, damnũ tamẽ aliâ ratione cogendus erit meretrici reſtituere, *Bart.*

Bart.in dict. l.verùm, Angel.in l. nunquã plura, col.ult. D.de privat. delict. Dec. in cap.nam concupiſcentiam,de conſtit.

46 Vnde obiter convincitur error *Hippolyt.* qui *in dict.l.unic.num.34.* levi profectò ratione cenſet poſſe res meretricis ab ea impunè abſque furti vitio, & culpa iuſtè auferri.

47 Sic quamvis violentia meretrici inlata, vel meretricis raptus non puniatur pœnâ *l. unica, C. de raptorib. virg.* eò quòd ipſa corpus vulgaverit: tamen extraordinariâ pœnâ omnino puniendus erit, qui etiam libidinis causâ vim meretrici intulerit, eamq; invitã cognoverit, *Bald.in l.ult.D.de rer.diviſ.& Matthæſil.ſing.102.Anton.Gom.in l.80.Taur. Azeved.in l.2. tit.13. n.49. lib.8. Recop. Thom.Sanch.de matrim.lib.7.diſp.12.numer.22.& 23.Tuſch.litt.R. concl.5.n.10. 11.& 16.& concl.6.n.8. & ſeq. Proſper. Farin.q.145.num. 147. Narbon. in l. 20. gloſſ.13.num.9.tit.1.lib.4.Recop.*

48 Hinc obportunè quærendum eſt, an famulus, cui minata eſt mors, ſi non deferat litteras meretrici, aut alij mulieri, in quibus ad peccatũ provocabatur, ſit excuſandus à peccato? In qua quæſtione negat *Dian. tract. 4. de ſacram. reſol. 46.* cum alijs, quia verba ſunt intrinſecè mala, & deferre tales litteras idem eſt, ac ſi deferret internuntiũ de rebus turpibus.

49 Contrarium tamen eſt probabile, & tenet ſic *Eman. Sà, verb. Peccatum, n.9.* Ex eo, quò deferre tantùm litteras ità materialiter non videtur directa cooperatio ad peccatum, tanquam proximũ inſtrumentum, ſed magis remotè ſe habet, & ideò venit excuſandus propter periculum mortis minatum à Domino.

50 Hinc quæritur, utrùm matrimoniũ inter raptorem & raptam validè celebretur, dũ in illius eſt ditione, & poteſtate?

In qua quęſtione adfirmant *Sanch. de matr.lib.7.diſp.13.n.4.Coninch.de Sacrament.diſp.31.dub.4. n.48. Ant.Dian.p.3. tract.4.de Sacram. reſol.271.fol.165.*

51 Hinc reſpui debent *Sà verb. matrim. n.9.& Henriq.lib.12.cap.14. n.4.* ex eo, quòd *Conc.Trid. ſeſſ.24.cap.6.de reform. matr.* ſolùm eam raptus ſpeciem punit, per quam vis infertur puellæ, non autẽ parentibus; unde ſi illa conſentiat, etiã ſi rapiatur per vim parentibus inferendo, validum erit matrimonium: nam intentio *Concilij* fuit per illud decretum ſuccurrere libertati matrimonij, ne id mulier invita contrahere cogatur, ſed hoc non adcidit quando illa conſenſit: ergo valet matrimonium, *Sanch.ubi ſup. num.3.Coninch.loc.cit. Filiuc.to.1. tract. 10. par.2.cap.8.num.265.*

52 Ex quo infero primò, matrimonium damnati ad mortẽ cum meretrice metu mortis contractum, ut eã evâdat validũ eſſe, ità *Soto in 4.diſt.29. q.1.art.3. & Covar.2.par.de matrim.cap.3.§ 4.numer.17.* cuius ratio eſt, quia malefactor non fuit ad mortem damnatus eo fine, ut matrimonium illud contraheret.

53 Hinc etiam validũ eſt, ſi iudex aliàs mortis ſententias executioni mandaturus, offerat vitã damnato, ſi certam mulierẽ duxerit, *Vera-Cruz 1. p.ſpecul. art. 8.dub.3.* Quia metus mortis non incutitur à iudice, ut conſenſum matrimonialem extorqueat, ſed potius metus mortis iam ob propria delicta cõceptus aufertur oblatione matrimonij.

54 Verùm ſi iudex iniuſtè dãnet aliquẽ ad mortem, vel ad gravem pœnam, niſi contrahat cum aliqua determinata fœmina, aut iuſtè dãnet, in executione tamen ſententiæ iniquè procedat ad obprimendum & deterrendũ reum, ut illã fœminam ducat; illud matrimoniũ erit irritum, quia quãvis pœna ſit iuſta, executio tamẽ iniuſta eſt, & vis infertur ad conſenſum extorquendum. Et idẽ dico, ſi pater inveniens aliquem obprimentẽ filiã, minetur ei mortẽ proprijs manibus inferendã, niſi eam ducat, quia quãvis poſsit eum iuſtè coram iudice cõpellere ad matrimoniũ, tamen non habet ius ad cõpellendũ eũ propriâ authoritate.

55 Sed ſi pater nolit condonare ſtupratori obpreſsionem filiæ, ſed de eo corã iu-

iudice conqueri intēdat, ut pœnas luat, niſi filiam obpreſſam ducat, matrimonium illud eſſe validum, quia nō ſtupratori incuſſus directè tēdat in matrimonium ex duplici ratione.

55 Prima, quia Iudex poteſt compellere reum ad matrimoniū, eò quòd id iuſtè conſtituit, *l. continet 3. §. ſi vim, D. hoc noſtr. tit.* ergo etiam pater puellæ cōtruptæ, ſiquidem iuſtè poteſt ſequi cauſā obpreſſionis.

56 Secunda, obpreſſor enim tunc dedit cauſam iuſtam metus ſibi incuſsi: ergo ſibi eſt imputandū quidquid ex tali metu ſequitur, quia iuſtè promeruit, ut accuſaretur, & puniretur, niſi obpreſſam duceret, eleganti ſſimè *Fr. Petr. Cornej. in 3. par. S. Thom. tom. 2. tract. 6. de impedim. matrim. diſb. 7. dub. 25. n. 4. fol. 994.*

57 Nec obſtat *text. in cap. veniens 2. de ſponſalib.* ubi deciditur irritum eſſe matrimonium, ad quod pater coēgit iuvenem cum filia in eodem lecto ſimul repertum.

58 Reſpondetur enim in caſu illius coactionem illam eſſe iniuſtam, quia coēgit volēdo eum propriā authoritate interficere.

SVMMARIVM.

1 METV non recitās horas Canonicas immunis eſt à culpa.

2 Subgeritur ratio.

Quādo medicus dubitat, an propter timorem gravis damni teneatur infirmus dicere horas Canonicas, æger an ſit obligatus?

3 Excuſatur, qui non poteſt Miſſam audire abſque gravi detrimento proprio, vel alieno. & 4. 5.

6 Excuſatur, qui propter inimicos domo exire non valet.

7 Excuſatur ſimiliter famulus aut uxor.

8 Non ſatisfacit præcepto recitationis horarum Canonicarum invitus. & 9.

10 Invitus abſtracto ſibi cibo ieiunans præceptum de ieiunando non implet.

11 Famuli coacti Miſſam audientes non ſatisfaciunt præcepto.

12 Confutatur Sanch. & 13.

Confeſſio ſacramentalis etiam ſi metu fiat, valida eſt.

14 Lex violari nec impleri poteſt niſi per actum humanum. & 15.

16 Reÿcitur Ariſtotel. & ibi Obert. Giphan. & 17. 18.

Adducitur Senec.

19 Nullum verſatur diſcrimen inter vim præciſam & conditionalem. & 20. 21.

22 Inducitur Seneca. & 23.

24 Quādo quis coactè mutuat, tenetur mutuatarius ſine alia mora ad intereſſe dāni, & lucri. & 25.

26 Non facta adimpletio præceptorum propter metum excuſat non adimplentem.

27 Contrariam ſententiam, nempè, quòd differentia verſetur inter vim præciſam & conditionalem tenet Author.

28 Ratio ſubgeritur.

CAPVT XLII.

An metu non recitās horas Canonicas immunis ſit à culpa?

1 QVI quæſtioni affirmativè ſatisfaciunt *Bonac. in tractat. de hor. Canon. diſput. 1. quæſt. 6. punct. 3. num. 12. in fin. Barthol. à Sāct. Fauſt. in eodem tract. lib. 2. quæſt. 197. Suar. de Relig. lib. 4. de horis Canon. cap. 27. numer. 30.*

2 Ratio eſt, quia lex Eccleſiaſtica non obligat cum tanto rigore.

Quādo Medicus dubitat, an propter timorem gravis damni teneatur infirmus dicere horas Canonicas, quæritur, an ipſe æger illas perſolvere ſit obligatus? Affirmativam ſententiam docère videtur *Suar. de Religion. tom. 2. lib. 4. cap. 28. num. 21.*

Sed negativam tenet *Bonacin. in tractat.*

ſtat. de boris Canonic. diſput. 1. quaeſt. 6. punct. 2. num. 5.

Quia non tenetur ſe periculo gravis damni exponere, ſequitur *Antonin. Dian. par. 2. in tract. de bor. Canon. reſol. 28. fol. 11.*

3 Vnde ex hoc inferas primò, excuſari eum, qui non poteſt Miſſam audire abſque gravi detrimento ſpirituali proprio, vel alieno, *Navar. in Man. cap. 21. n. 9. Henriq. cap. 21. num. 12. Graffis 1. par. lib. 2. cap. 36. num. 5. Barthol. ab Angel. de Miſſa*, §. 827. *litt. C. & §. 830. litter. A.* cum pluribus, quos laudat.

4 Inferas ſecundò, excuſationem habère illum, qui ſacro intereſſe non poteſt abſque damno proprio, vel alieno, *Suar. ſect. 6. S. Ant. 2. par. tit. 9. cap. 10. §. 2. Sylveſt. verb. Miſſa 2. num. 2. Tabien. num. 47. Armill. num. 29. Sot. in 4. diſtinct. 13. quaeſt. 2. art. 1. Filiuc. tract. 5. cap. 7. quaeſt. 11. num. 226. Molpheſ. tract. 3. cap. 17. num. 60.*

5 Inferas tertiò, illum excuſari, qui nequit audire Miſſam abſque gravi detrimento ſui, aut proximi, ſive ſit detrimentum animæ, ſive corporis, ſive famæ, ſive honoris, ſive lucri, ſive alterius boni, *Azor cap. 7. quaeſt. 1. Suar. diſp. 81. ſect. 6. Graff. cap. 36. num. 1. Henric.* & alij communiter.

6 Inferas quartò, immunem eſſe à reatu eũ, qui propter inimicos domo exire non valet, ità *Navarr. Azor, Barthol. ab Angelo*, §. 829. *litter. D. Angel. verb. Feria, num. 42.*

7 Inferas quintò, excuſari famulum, aut uxorem, quæ timet rixas, aut verbera, ſi ad Miſſam adcedat, *Filiuc. tract. 5. cap. 7. quaeſt. 12. num. 227. Bonacin. de Sacram. Eucharist. diſp. 4. quaeſt. ult. punct. ultim. num. 9. tom. 1. ſumm. moral.*

8 Succedit indagare, an qui omnino invitus preces horarias perſolvit, Eccleſiæ præcepto ſatisfaciat: & non ſatiſfacere, probant *Suar. 3. tom. in 3. par. q. 83. art. 6. diſp. 88. Azor lib. 7. cap. 2. q. 6. & lib. 10. cap. 12. quaeſt. 9. Barthol. à Sancto-Fauſto lib. 2. de bor. Canon. quaeſt. 198.*

9 Quia ubi eſt coactio, deficit voluntas, *l. nihil conſenſui 116. D. de regul. iur.*

10 Hinc qui omnino invitus abſtracto ſibi cibo ieiunat Eccleſiæ præceptum de ieiunando non implet, quoniam deeſt voluntas, ac actio humana, ac proinde id non eſt ieiunare: ſic *Soto lib. 2. q. 3. art. 9. & Medin. 1. 2. quaeſt. 100. art. 9.*

11 Hinc famuli, qui quaſi coacti gratiâ comitandi dominum Miſſę ſacrificio interſunt, aliàs non audituri, non ſatiſfaciũt præcepto, *S. Anton. 2. par. cap. 10. §. 2. Suar. de legib. lib. 2. cap. 10. num. 9.*

12 Quare tanti viri pace dixerim, non eſſe audiendum *Thom. Sanch. ad praecept. Decal. lib. 1. cap. 13. num. 7.* adſeverantem, adimplentem etiam metu præcepta Eccleſiæ implère obligationem, cui eſt obnoxius, ex eo, quòd metus inducat voluntarium, conducit *Ant. Dian. tract. 6. miſcel. reſol. 77. par. 3. fol. 255.*

Vnde colligas, quòd confeſsio debet eſſe libens, ità ut voluntariè fiat. Hæc conditio dupliciter intelligi poteſt.

Primò, ut adſit voluntas, & intentio confitendi, & hoc pacto ſi explicetur propoſitio, conſtat hanc conditionem neceſſariam eſſe ad validitatem Sacramenti, cùm nullus ſuſcipere valeat pœnitentiæ ſacramentum abſque intentione illius ſuſcipiendi.

Secundò, ut confeſsio fiat cum omni voluntario excludente quodlibet involuntarium, & hoc pacto intellectâ propoſitione dicendum eſt, hanc conditionem nõ eſſe ſimpliciter neceſſariam ad pœnitentiæ ſacramentum ſuſcipiendũ: nam ſi quis trahatur ad confitenda ſua peccata timore excõmunicationis, infamię, aut etiam verberum ſibi à parẽtibus inferendorum, validè confitetur, modò confiteatur omnia ſua peccata cum debito, & ſufficiente dolore; habet enim voluntatem, & intentionem ſufficientem ad ſuſcipiendum pœnitentiæ ſacramentum, quamvis cum aliquo involuntario peccata ſua confiteatur, ità philoſophatur *Bonacina de pœnit. ſacrament. diſp. 5. quaeſt. 5. ſect. 2. punct.*

punct.2.§.2.prop.8.num.18.fol.114. col.
2.tom.1.
13 Falluntur enim evidentiſsimè, nam
metus non ſolùm adimit conſenſum, ve-
rumetiã illi obponitur, & contrariatur,
& ſic probato metu ſequitur conſenſum
abfuiſſe, cùm repugnet voluntatem ad-
eſſe, cùm illi contraria coactio inter-
ceſſerit, dict. l. nihil 116. D. de regulis
iuris.
14 Rurſus, ſicut lex violari nequit, niſi
per actum humanũ, ità nec impleri, Pa-
ludan. in 4. diſt. 15. q. 5. art. 2. n. 24. & ibi
Durand. q. 12. num. 6. Sot. lib. 2. de iuſtit.
q. 3. art. 9. col. 3. Medin. 1. 2. q. 100. a n. 9.
paulò poſt principium, Azor lib. 7. inſtit.
moral. cap. 2. quæſt. 6. mirè Vazquez 1. 2.
q. 100. art. 9. in expoſitione litteræ, num. 2.
3. & 8. ergo adimpletio præceptorum
metu facta nõ ſuffragatur, cùm deficiat
actus humanus, nempè, conſenſus.
15 Cui adſtipulatur apertè ſequens con-
ſideratio, ſcilicet, adprobatio metus cõ-
tra bonos mores eſt, d. l. nihil 116. D. de
reg. iur. igitur, ſi dicamus, adimpletionẽ
metu factam ſufficere ad præcepta im-
plenda, per conſequentiam fiet contra
bonos mores exiſtere, ſicque contradi-
cet pręceptorum adimplendorum eſ-
ſentiæ, & rationi, cũ adprobaretur me-
tus, quem omne ius deteſtatur, l. 1. D.
hoc tit.
16 Similiter non debet audiri Ariſt. lib.
3. Ethic. cap. 1. & ibi Obertus Gipban. Phi-
loſoph. & I. Conſultus probantes (etſi
futiliter, & leviter) per metum interve-
nire voluntatem, quos ſequitur Arellan.
17 lib. 2. de Imp. ration. cap. 10. n. 1. Quoniã
non eſt in agentis optione fieri, ne de-
beat, necne actus, nec ſit in eius pote-
ſtáte, cùm metus eam adimat, imò co-
gat adfectum renuentem, & animũ no-
lentẽ, nec ſinat diſcernere expediẽtius,
ex eo, quòd propter vitandum periculũ
inſtans, vel futurum, velit, nolit, efficiat,
18 ſicque nemo ſanæ mẽtis firmare aude-
bit, metum inducere (cũ illi ſit contra-
ria, & repugnans, ſeu reſiſtens) volunta-
tem, & conſenſum, qui in omnibus acti-
bus neceſſarius eſt, l. in omnibus, D. de
act. & oblig. conducit Senec. lib. 4. cont. 7.
fol. 246. ibi: Omnia honeſta opera voluntas
inchoat, occaſio perficit: voluntatium enim
ſignificat, quod eſt ultroneum & ſponta-
neũ. In qua ſignificatione vocem hanc
SACRA etiã SCRIPTVRA capit, ut Exod.
35. ibi: Omnis volũtarius, & prono animo
primitias offerat Domino. 1. Paral. 28: ibi:
Scito DEVM, & ſervi ei corde perfecto, &
animo voluntario: Pſalm. 118. ibi: Vo-
luntaria oris beneplacita fac DOMINE &
1. Petr. 5. ibi: Non turpis lucri gratia, ſed
voluntariè, & alibi paſsim.
19 Cæterùm quoad hoc meo videri, nul-
lum verſatur diſcrimen inter metũ præ-
ciſum & conditionalem, ut dicatur in
vi præciſa conſenſum, & voluntatem
deeſſe, non autem in conditionali: nam
licèt quis vinctus & obpreſſus ſit, tamẽ
poteſtatem habet ſuæ mẽtis, & intelle-
ctus, cùm talis potentia cogi nequeat, l.
3. C. de hered. inſtit. eleganter Senec. de
ira, lib. 2. cap. 2. ibi: Omnes enim motus,
qui non voluntate noſtra fiunt inviti, &
inevitabiles ſunt: & cap. 3. ibi: Nihil ex
his, quæ animum fortuito impellunt, adfe-
ctus vocari debet. Iſta, ut ità dicam, pati-
20 tur magis animus, quàm facit. Et ſic non
debet adſeri, quòd per talem vinctio-
nem, & obpreſsionem non conſentiat,
cùm ſit ei libera volũtatis poteſtas, quæ
non vincitur, nec obprimitur, ſed cor-
pus. Igitur per conſequentiam fit,
quòd ſi in vi præciſa deficiat actus hu-
manus, ſimiliter deerit in conditiona-
li, cùm in utraque verſetur eadem coa-
ctio, ſeu imperium, & exiſtat ſimul in-
ſtans, vel futurum periculum, quod
lex requirit, l. 1. D. hoc titulo, ut me-
tus ſufficiat ad nullitatem actus ge-
ſti.
21 Præterea mirandum eſt, quàm pa-
rum adtenderint DD. ad hanc rem, cùm
voluntatem inducãt ex vinctione, & nõ
ex periculo, quod eſt advertendum, &
ante oculos tenendũ ex iuris theorema-
te, & deciſione vulgari, nã in metu iuſto,
etſi non adſit vinctio, & ligatio, adſtat
tre-

trepidatio damni exiſtentis, vel extituri (ut morris cogirario præſens, vel futura, vel amiſsio rei familiaris contingẽs, vel ventura, & alia ſimilia) & ſic ineſt iam periculum, vel probabiliter timetur, vel ſperatur, quod ſufficit, ut conſenſus evidenter deficiat, præſertim cùm talis actus non expediat agenti, ut ſatis apertè omnes contractus metu geſti velut digito ſe demõſtrant, ex eo, quòd in eos agatur, ut adnullentur.

22 Quod prudenter, & eleganter illuſtrat, ſeu confirmat *Senec. lib. 4. cont. 26. fol. 583.* ibi: *Neque enim lex adhibenti vim iraſcitur, ſed paſſo ſuccurrit, & iniquum illi videtur, id ratum eſſe, quod aliquis, non quia voluit, pactus eſt, ſed quia coactus eſt*: qui locus non ſinir locum dubitationi, cùm dicat expreſsè coactio-
23 nẽ voluntatẽ non inducere, qui ſatis noſtri ſentẽtię cõgruit, & opitulatur, ſummopereque lætamur tantum virum toto ore protuliſſe, quod indubitanter tenemus, & rationum pondere fovemus, & defenſamus pro viribus.

24 Auxiliatur expreſsè non inſubtilis animadverſio in confirmationẽ prædictorum, nempè, quod quãdo quis coactè mutuat, tunc mutuatarius ſine alia mora tenetur ad intereſſe damni, & lucri, *Navarr. in cap. ſi fœneraberis, num. 42. verſ. Secundò dicimus 14. q. 3. Lup. in l. curabit, §. 6. ſub n. 11. C. de action. empt. Menoch. de arbitr. caſ. 119. n. 12. Soto de iuſt. lib. 6. q. 1. art. 3. in 2. concl. Azor inſtit. moral. p. 3. lib. 5. tit. de uſur. cap. 5. verſ. Notandũ eſt, Molin. to. 2. de cõtract. diſp. 355. verſ. Exempla ſunt, col. 271.* Quia coa-
25 ctus ſemper cenſetur interpellare, cùm nunquam conſenſerit, ità ſubacutè ratiocinatur *Scac. in tract. de commer. §. 1. q. 7. ampl. 8. par. 2. à num. 114. tum ſeqq.* mirè *Senec. de benef. lib. 3. cap. 15.* ibi: *Vtinam quidem perſuadere poſſemus, ut pecunias creditas tantùm à volentibus adciperent!*

26 Denique ſicut metu coacta præceptorum adimpletio nõ ſubſiſtit ex nuper dictis, ità etiã à contrario non facta adimpletio præceptorum propter metum excuſat non adimplentem, utpotè is iuſtâ causâ potiatur, doctè *Navar. in Manual. cap. 21. num. 3. & 16.*

27 Verùm hæc ſententia non eſt tenenda, & diſcrimen verſans inter vim præciſam & conditionalem totis ulnis ſectandum adſtat, ex *D. Thom. 1. 2. quæſt. 6. art. 5. Cornej. tom. 1. in 1. 2. D. Thom. tractat. 4. circ. quæſt. 6. dubit. ult.* expreſſus *text. in cap. maiores, de Bapt.*

28 Ratio eſt, quia actus ſimpliciter coactus eſt omnino à principio extrinſeco contra inclinationem abſolutam paſsi, ergo eſt omnino involuntarius, ratione enim violentiæ ſimpliciter tollitur ab illo actu, id quod eſt de ratione volũtarij, eſſe, ſcilicet, à principio intrinſeco, acutiſsimè *Cornej. in 1. 2. D. Thom. tom. 1. tractat. 4. circ. quæſt. 6. diſput. 1. dub. 1. num. 2.*

SVMMARIVM.

1 DEfinitur peccatum. & 2.
3 Conſenſus delectatio, & ſubgeſtio neceſſaria ad peccatum.
4 Aliud eſt veniale, aliud mortale.
Mortale duplex, originale, & actuale.
Originale eſt macula ſuſcepta in primo parente.
6 Sine conſenſu contrahitur, ſine eo dimittitur.
7 Actuale quid ſit? & 8.
9 Peccatum non committitur ſine volũtate. & 10.
Peccatum originis fuit voluntarium.
11 Ideò ab eo excuſat urgens cauſa, quæ tollat conſenſum. & 12, 13.
Licitum eſt in obſidione carnibus humanis veſci.
Et propter metum mortis admovere ſcalam furari volenti, & alia facere.
14 Huic ſententiæ obponitur alia negans. & 16.
15 Metu mortis Fidem abnegans mortaliter peccat.

Ma-

17 Magis timere debemus eum, qui poteſt occidere corpus & animam, quàm is qui ſolùm corpus.

18 Potius mors ſubeunda, quàm non ſervare præceptum Ducis belli.

19 In re militari non ſervans mandatum Ducis capite punitur, etiam ſi fœliciter rem geſſerit.

20 Honor cæteris rebus præferendus. & 21. 22.

23 Anima pretioſior eſt corpore.

24 Conciliantur hæ duæ ſententiæ.

25 Involuntarium purum quid ſit, explicatur.

26 Alterum involuntarium declaratur.

27 Ligatus & renitens non recipit Sacramentum Baptiſmatis.

28 Violẽter manus idolorum ſacrificijs admovens non peccat.

29 Mulier per vim ſtuprũ paſſa nulla pœna tenetur.

30 Ignoranter bis baptizatus non indiget pro eo pœnitere.

31 Filium occidens putans hoſtem, ſimiliter.

32 Voluntarium eſt duplex. & 33. 34.

35 Diſtinguntur duo caſus. & 36.

37 Eleázarus noluit carnes porcinas edere.

38 Quod alijs illuſtratur exemplis.

39 Duplex ratio quare metus non excuſet à peccato. uſq. 43.

44 Adſtipulantur aliæ rationes. uſq. 48.

49 Authores ſecundæ ſententiæ referũtur.

50 Præcepta negativa obligant ſemper, & pro ſemper. & 51.

52 Secus autem adfirmativa.

Triplex eſt genus operationum malarum.

Quædam prohibentur lege naturali.

Aliæ lege divina.

Aliæ lege humana & civili.

Explicatur qualiter peccatum metus excuſet, aut non.

Metus mortis non excuſat teſtem falſum deponentem ab peccato, ſed ab pœna, & infringit eius teſtimonium.

Id procedit in tabellione faciente aliquod inſtrumentum.

53 Etſi metus nõ excuſat à peccato, minuit pœnam illius.

Metus reverentialis aliquo modo excuſat.

54 Qui metu mortis peccant, non æqualiter excuſantur. Gravius puniuntur Epiſcopi, Sacerdotes, & Diaconi, quàm inferioris ordinis Clerici.

55 Ratio propalatur.

56 In crimine hæreſis metus excuſat à pœna.

57 Coacta fidei vera confeſſio Catholicum non facit.

58 Coacta erroris adſertio hæreticum non facit.

59 Quod procedit in foro exteriori, non autem interiori.

60 Reſpuitur concordia. uſq. 65.

66 Reſpondetur contrarijs. & 67.

68 Fœmina permittens ſe cognoſci metu mortis comminata ſi non cõſentiat peccato, aut delectationi non peccat.

Declaratur hæc ſententia.

69 Mori potius, quàm fœdari tenet Author. & 70.

CAPVT XLIII.

An metus à peccato excuſet?

1 PECCATVM eſt dictum, factum, aut concupitum cõtra legem DEI, & eſt opus iniquitatis, *gloſſ. verb. Operatrix, in cap. ille Rex, de pœnit. diſt.3 Exod. cap. 32. Navar. in Ma-*
2 *nual. prelud. 7. num. 5.* & omne prohibitum à lege divina ità nuncupatur, *cap. nam concupiſcentiam, de conſtit.*

3 Tribus modis impletur, ſuggeſtione, delectatione & conſenſu, *cap. ſed penſandum, diſt. 6. & cap. ſicut tribus, de pœnit. diſt. 2. ex D. Auguſt. & Gregor.* docet *Caniſ. in Cathec. cap. 5. de peccat. §. 5.* & dividitur in mortale (quod necat animam quoad fruitionem æternæ beatitudinis) & veniale, quod dignum eſt veniâ, *Cardaſ. verb. Peccatum, num. 2.*

Mor-

5 Mortale peccatum duplex eſt, aliud
namque exiſtit originale, aliud actuale,
cap.maiores, §.verùm, ubi *DD. de Bapt.*
originale autem peccatũ eſt illa macu-
la,ſeu ſordes,quæ ſuſcepta fuit in primo
patente, & transfunditur per virturem
ſeminalẽ in omnes,tam mediatè, quàm
immediatè ab illo genitos, *D.Thom.1.
2.q.81.& 82.& 3.par.q.77.art.1.& ad
Rom.5.lect.2.col.2.& 3.Navar.in Man.
prælud.8.num.1.*&colligitur *ex Trident.
ſeſſ.5.§.ſi quis parvulos,& cap.peccatum,*
6 *de pœn.diſt.4.* Quod quidem contrahi-
tur ſine conſenſu, & ità ſine cõſenſu di-
mittitur per Baptiſmum,*cap.ſi Iudas,de
pœnit.diſtinct.4.*

7 Actuale, ut inquit *Auguſt.* eſt volun-
tas conſequendi, quod iuſtitia verat.
*Ambroſ.*verò *in lib.de Parad.*ait, pecca-
tum eſt legis divinæ prævaricatio,& in-
obedientia mandatorum cœleſtium: &
definitur per tres diviſiones in pecca-
tum,videlicet, cogitationis, cordis, &
operis,ex *D.Thom.2.2.q.162.art.4. An-
ſelm.in lib.de ſimil.cap.24.Navar.in Ma-
nual.prælud.9. num.2. Ovand.in 4.Sent.
lib.2.diſtinct.35. prop.2.*Et non dimitti-
tur niſi in charitate, *c. maiores, de Bapt.*
8 Nec datur venia peccati,niſi correcto,
*cap.peccati,de reg.iur.in 6.*nec illi,qui nõ
reſtituit ablatum, *cap. peccatum, eod.tit.
& lib.*Qui non abſtinetur à delictis,ne-
que reſtituit alienum,non eſt in charita-
te, nec eſt dignus veniâ peccatorum,
*dict.cap.maiores,*ubi *DD.de Bapt.*

9 Conſtitutiſsimum illud eſt, peccatũ
cõmitti non poſſe abſque volũtate, ma-
litia enim cuiuſque actus pravi à volũ-
tate procedit, quæ præcipua eſt in om-
ni peccato: cũ prima cauſa peccati ſit
in voluntate, quæ imperat omnes actus
humanos: peccatũ nihil aliud eſt,quàm
10 actus humanus malus, quemadmodum
probatur *in cap.1.15.q.1.ex Aug. lib.1.
retract. cap.15.* qui adſeverat peccatum
non poſſe eſſe niſi voluntarium: idẽ do-
cet *Ariſt.3. Ethic.cap.1. D.Th.1.2.q.71.
cap.cùm voluntate,* ubi *gloſſ.de ſent.excõm.
Ioan.Gerſon tom. 2.ſuor. oper. in tract.de
vi motiva animæ ration. verſ. An primi
motus ſint peccata, fol. 191. Granad. in 1.
2.D.Thom.tom.2. cont.6.de peccat.tract.
4.diſp.2.à n.1.cum ſeq.Covarr.in Clem.ſi
furioſus, par.2.num.1.in fin.*

Vnde dicit elegantiſsimè *Baſil.1.par.
var.diſp.3. relect.3.fol.541.*peccatũ ori-
ginis fuiſſe voluntarium. Neque enim
aliter defendi poteſt id,quod ab Eccle-
ſia definitum eſt, peccatũ originis eſſe
verè, & propriè peccatũ, niſi etiam ad-
firmemus eſſe ſufficienti ratione volun-
tarium, ſcitiſsimè *Alph.Salmeron to.13.
diſp.46.fol.596.cum ſeq. Arellan.de Imp.
rat.lib.2.cap.5. a n.4. cum ſeq. Granad. in
1.2.D.Thom.cont.6.de pecc. tract.8.diſp.
2.ſect.1.& 2.*

11 Ideò qui fame conficitur,ſi ab excõ-
municato cibum petat, qui in puteum
cecidit, & à prætereunte excõmunica-
to opẽ implorat: qui lege, aut ex profeſ-
ſo religionis carnes manducare prohi-
betur, & in eum locum venit, ubi cùm
nullâ aliâ re cibari poſsit, carnibus veſ-
citur,non peccat, *Mar.Salom.in l.1.nu-
12 mer.8.de leg.*Quæ ſingula cõprobantur,
quia neque Davidi Regi imputatũ eſt
in peccatũ,quòd eſuriens ipſe,& qui cũ
eo erant, comederunt panes propoſitio-
nis, quos Sacerdotibus tantùm edere
licebat, *1.Reg.21.n.3. & ſeq. Matth.12.
13 n.3.& ſeq.*Et qui coactè ad ſui defenſio-
nem, & metu ſuæ mortis adgreſſorẽ oc-
cidit, caret culpâ, & nullâ eſt dignus
pœnâ: cùm voluntatem nõ habeat, nec
cõſenſum impertiat, in multis alijs exẽ-
plificat *Dian.tract.6.miſcell.reſol.48.* vi-
dẽdus, ubi mirè. Sed nõ venit excuſan-
dus Euripides, qui metu Areopagi Deũ
non eſſe profitebatur, ut refert *Plutarc.
lib.1.de placit. Philoſ.cap.7.*

Hinc licitum eſt in obſidione ali-
cuius civitatis carnibus humanis veſ-
ci,ut adfirmativè reſolvit *Leſſ.lib.4.cap.
3.dub.2. num.10. Sanch.lib.1.cap.18.nu-
mer. 12. Diana tractatu 6. miſcellaneo,
dicta reſol. 48.* Quia non eſt intrinſe-
cè malum veſci carnibus humanis ſe-
cluſo homicidio, & quamvis eius pro-
hibi-

hibitio ſit iuris naturæ, tamen iuris naturæ prohibitio nõ obligat invitæ diſcrimine. Confirmat *Senec. lib. 4. cont. 27. Livius lib. 21.* eleganter *Petron. in ſatyric.* ibi: *Saguntini obpreſſi ab Hãnibale humanas edere carnes, nec hereditatẽ exſpectabant, Petavi* [*leg. Petcilini ex Liv. lib. 23. & Frontin. lib. 4. c. 5.*] *idẽ fecerunt in ultima fame, nec quidquã in hac epulatione captabant, niſi tantùm ne eſurirent: Ioſeph. de bell. Iud. c. 18. D. Chryſ. lib. 1. adverſ. vituperator. vit. Mon. & D. Cyril. Alex. in c. 5. in Iſai.* ſcribunt fœminã nobilẽ, ac locupletem in Ieroſolymitana obſidione per Romanos facta nova quadam & miſerãda famis vi ſtimulata filiam occidiſſe, & comediſſe materno utero in ſepulcrũ cõmutato, quod non ſolùm Ieroſolymæ, ſed in alijs Iudææ Vrbibus contigiſſe, refert *D. Cyril. loc. cit. & 4. Reg. 6.* refertur in Samaritana obſidione aliã quoq; matrẽ id effeciſſe, benè *Frãc. Mend. lib. 1. Reg. tom. 1. c. 2. ℣. 5. n. 7.*

Sic ſimiliter licitum eſt propter periculum mortis cõminatæ admovère ſcalã furari volenti, vẽdere, vel cõmendare enſem cupiẽti alterũ occidere, aut oſtẽdere, ubi occidendus eſt, *Duard. in Bull. Cœn. lib. 2. can. 3. q. 13. n. 10. Sãch. lib. 1. c. 7 n. 18. Cordu. in ſum. q. 137. dubit. 2.* qui cũ *Avila de cẽſ. p. 2. c. 6. diſp. 8. dub. 5.* adſerũt etiã non peccare nauclerum, qui metu mortis cymbâ trãſvehit, aliquos volẽtes duellũ cõmittere, vel aliũ interficere

14 Huic ſententiæ obponitur alia, & negativè ſe habens; nã omnes facientes cõtra Dei legẽ mortiferè peccãt, quovis metu fuerint cõpulſi: metus enim in his qualis qualis ſit, operationẽ à peccato nõ excuſat, cùm ſit omnino mala, & nõ excuſanda, quia debet quis potiùs mortem violentã pati, quàm peccatum mortale committere, *c. ſacris 5. hoc noſt. tit.* & ſatius eſt mori fame, quàm idolothytis veſci, *c. ſicut ſatiùs 32. q. 4. S. Auguſt. epiſt. 154. in fin.* quod eruditè explicat *Albert. de agnoſc. adſert. Cathol. q. 30. n. 11. verſ. Quia potius.*

15 Vnde qui metu mortis Fidẽ abnegat, mortaliter peccat, *Albert. d. q. 30. num. 8. verſ. Circa tamẽ. Simanc. de Cathol. inſtit. tit. 17. n. 35. verſ. Sed inter hæreſim, in fin. Pegna ad Eimer. direct. p. 1. q. 9. comm. 24. verſ. Ac primum quidem, in fin.*

16 Et eſt apud omnes tam Philoſophos, Theologos, quàm Iuriſprudentes cõmuniter adprobatũ, & indubitatũ, ut tradit *Mar. Salo. in d. l. 1. n. 8. verſ. in hoc iure, & 9. D. de leg. Mogoll. c. 8. §. 1. à n. 1. cũ ſeq. Velaſ. de privil. paup. 2. p. q. 65. n. 14.*

17 Confirmatur primò hæc concluſio, quia magis timère debemus Devm, qui minatur, & poteſt occidere corpus & animã, quàm eum, qui minatur, & poteſt occidere ſolùm corpus, *Matth. 10. n. 28. Pſ. 118. ℣. 161. & à Verbis tuis formidavit cor meũ*, ibi *Auguſt.* loqutus de tortoribus: *Habuerũt quidẽ & illi verba minacia, expello, proſcribo, occido, ungulis torqueo, ignibus torreo, beſtijs ſubigo, mẽbra dilanio: ſed tua me potius verba terruerunt: Nolite timere eos, qui corpus occidunt; & poſteà non habent, quod faciant: ſed eum timete, qui habet poteſtatem & corpus, & animam perdere in gehennam. Ab his verbis tuis formidavit cor meum.*

Vnde *Gaſp. Sanch. de Paſsione Dñi, diſcurſ. 22.* explicans, *Ioan. 19.* de Pilato dixit exclamans: *O Pilate, & ad hæc quid reſpõdes? Nũquid Cæſaris amicitiã, & gratiã amittere audebis? Vtinã ſic facere decreviſſes, & potius* Devm*, quàm homines timeres: utilior tibi eſſet gratia* eivs*, quã gratia Cæſaris. Sed ò! quãtũ prævalet humanus timor, & metus amittẽdi honorẽ, dignitatẽ, & res humanas. Quod nec ratio, nec ius, nec leges permittebãt, metus ille potuit. Sedẽs ergo Pilatus pro tribunali ſententiã tulit, dicẽs, crucifigatur* Christvs. Quare mirificè adſeruit *Tert. in Apol. Omne malũ, aut timore, aut pudore natura perfudit.*

Facit *c. quiſquis. 11. q. 3.* ibi: *Qui occultat veritatẽ, quã tenetur revelare, aut mẽdaciũ aliquod profert metu cuiuslibet poteſtatis, dicitur irã* Dei *ſuper ſe provocare, quia magis timet homines, quàm* Devm. Ergo is, cui nõ peccãdo imminet mors corporis, & peccando imminet mors

corporis, & animæ debet non peccare.
18 Secundò, quia etiã in foro militaris
diſciplinę potiusmors obeũda eſt, quàm
non ſervare præceptũ Ducis belli, qua-
re locũ in acie deſerere, ſtationẽ irruẽ-
tibus hoſtibus relinquere, foſſa, vel mu
ros non implêre, fugâ ſe tueri, & arma
abijcere, quovis metu urgente ſeverè
punitur, *Mar. Salom. in d. l. 1. n. 13. &*
14. D. de legibus.
19 Quinimo in re militari quilibet nõ
ſervans mãdatũ Ducis capite punitur,
etiã ſi fœliciter rẽ geſſerit, *l. 3. §. in bel-*
lo, D. de re milit. Eleganter *Aul. Gell. lib.*
9. noct. Attic. c. 13. Plutarch. in vita Fabÿ
Maximi, fol. 77. Valer. Max. lib. 2. c. 2. &
lib. 5. c. 8. Liv. 1. dec. lib. 8. And. Gail de
pac. pub. lib. 1. c. 4. n. 27. Menoch. caſ. 365.
n. 9. Scac. de iud. lib. 1. c. 97. n. 182. Ergo
cur in foro interiori militaris cœleſtis
diſciplinæ nõ itidẽ obeũda poti⁹ mors,
quàm facere contra præceptum Dei?
20 Tertiò, quoniã ab honore ad animã
uti à minori ad maius valet argumẽtũ:
quia quæ apud illuſtres Gentiles erat
olim honoris æſtimatio, eadẽ, & maior
apud religioſiſsimos Chriſtianos eſt ho
21 die animæ, cùm utriq; virtus inſepara-
biliter ſit coniuncta. Sed apud graves,
alioſq; honeſtos viros honor cęteris re-
bus eſt præferẽdus, *l. Iulian⁹ 26. D. ſi quis*
omiſ. cauſ. teſt. l. reprehendenda 5. C. de in-
ſtit. & ſubſt. imò honor æquiparatur vi-
tæ, *l. iuſta cauſa 9. D. de man. vind.* & ſe-
cundùm cõmunẽ Scribentium ſenten-
tiã vitæ præferri debet. Vnde quæ de-
22 honeſtant & famã, honoremq; lædunt,
magis quàm mors timenda ſunt. Hinc
ſtupri metus maior, quàm mortis eſſe
debet, adeò quòd mors potiùs eligi de-
bet, quàm illud pati, & ideò qui ad evi-
tãdũ ſtuprũ quid dederit, actione quod
metùs causâ recuperat, *l. iſti quidẽ 8. D.*
hoc tit. & mulier potiùs famis neceſſita-
tẽ pati, quàm turpẽ vitã eligere debet,
l. palàm 43. D. de rit. nup. Ergo ſi pro ho-
nore, & famæ defenſione mortẽ, & cæ-
tera omnia mala fortiter pati, ac cõtẽ-
nere debemus, à maiori ea omnia po-
tiùs contẽnere, ac pati debemus pro a-
nimæ ſalute, quia anima eſt multò pre-
23 tioſior corpore, *c. cùm infirmitas 13. §. fi.*
de pœn. & remiſ. & quovis honore, & fa-
ma mundana.
24 Has duas cõtrarias ſententias aliqui
ſic cõciliant, ut diſtinctione quadã pro-
cedant, & locũ habeant, diſtinguentes
inter voluntariũ, & involuntariũ, quod
25 utrumq; eſt duplex. Involuntariũ purũ,
quod dicitur per vim præciſam, & abſo
lutam, quando ſcilicet à nobis non eſt,
utrùm agamus, vel non agamus, ſed ex-
trinſecùs provenit, vel ſi ventus nos ali-
quo deferat, quia tũc nõ ſubijcimur le-
gi de euntibus illûc, *l. Cæſar 15. l. ſeq. §.*
ſi propter, D. de public. & vect. Fulv. Cõſt.
in l. 1. n. 82. C. de vend. rer. fiſc. lib. 10.
26 Alterum involuntariũ eſt illud, quod
faciunt ignorãtes, & dementes ſine ip-
ſorum culpa, *ut cauſa 15. q. 1. in prin.* qui
enim dementer agit, & qui ignoranter
agit, errat, & qui errat, non cõſentit, &
ubi conſenſus nullatenus concurrit, id
omnino involuntarium eſt, & in eiuſ-
modi involuntarijs aiunt procedere
priorem ſententiam.
27 Quare ſi quis in primo genere invo-
luntarij ligatus, & renitens circumcida-
tur, vel eius genua per vim ab alijs ante
Idôla, vel Mahometũ flectãtur, utiq; ta-
lis non abnegat Christum, quia dici-
tur potiùs pati, quàm agere, ideòq; non
peccat, ſicut & is qui invitus reclamãs,
& renitens ad fontem baptiſmatis fera-
tur, & cum verborũ prolatione immer-
gatur, non recipit ſacramentum baptiſ-
matis, *c. maiores, §. itẽ quæritur, de baptiſ.*
Albert. de agnoſc. aſſert. Cathol. q. 30. n. 7.
verſ. Secũdus caſus, Simanc. de Cathol. in-
ſtit. tit. 17. n. 29. verſ. Qui autem vi coacti,
Pegn. ad Eimer. direct. 1. p. q. 9. comm. 24.
verſ. Ac primũ. Cornejo to. 1. in 1. 2. D. Th.
tract. 4. circ. q. 6. diſp. 2. dub. ult. n. 21. verſ.
Secundò colligitur.
28 Et hinc in Cõcilio Anchiritano agi-
tatum fuiſſe de illis ſacerdotibus, quorũ
manus violenter idolorũ ſacrificijs ad-
motæ fuerunt, ſcribunt *Simanc. ubi ſup.*
Mar.

Mar.Salom.in d.l.1.ſub n.2.D. de legib.
Cornej.ubi ſup.verſ.Ex hac cõcluſione: ſic
Beata Lucia dixiſſe fertur Paſchaſio: *Si*
invitã me feceris violari, caſtitas mihi du-
plicabitur ad coronam. Non enim inquina-
tur corpus, niſi de conſenſu mentis: nam ſi in
manu mea thura ponis, & per manum meã
ſacrificium facias, Deus nõ attendit, qui &
deridet. De cõſenſibus, & voluntatibus iu-
dicat Deus.
29 Et mulier, quæ per eiuſmodi vim ſtu-
prum, ſeu adulteriũ paſſa eſt, nullâ pœ-
nâ tenetur, *l.fœdiſſimam 20.C.ad l. Iul. de*
adult. egregiè *Abb.conſ.4.n.1.& ſeq.lib.*
1.Clar.in §.fin.q.60.n.17. Sayr. in Clav.
Reg.lib.2.c.2.n.4. ut enim ait *S. Auguſt.*
epiſt.122. Tantum valet in mente integri-
tas caſtitatis, ut illa inviolata, nec in corpo-
re poſſit pudicitia violari: & lib.1. de Ci-
vit.c.18. ibi: *Propoſito animi permanente,*
per quod etiam corpus ſanctificari meruit,
ipſi corpori non aufert ſanctitatem violẽtia
libidinis alienæ, quam ſervat perſeveran-
tia ſuæ continentiæ.
30. Similiter ſi quis in ſecundo involun-
tarij genere ignoranter bis baptizatus
fuerit, nõ indiget pro eo pœnitere, *c.qui-*
31 *bus 117.de conſ. diſt.* 4. ſi quis filiũ occi-
dat putans hoſtem occidere; ſi magiſter
gladiatorius docendi causâ percutit.
Vnde mors ſequitur veniâ digni ſunt,
quia ignorãter fecerunt, *Mar.Salom.in*
d.l.1.n.17.D.de leg. & neſciẽtiũ nõ ſunt
peccata, *c.meritò,* & ibi *gloſ.ult.15.q.1.*
32 Voluntariũ etiam duplex eſt; alterũ
dicitur liberum, ſeu ſpontaneum: alterũ
verò nõ liberum, ſed coactum. Liberum
dicitur propriè voluntariũ, quia volun-
tas eſt animi motus cogente nullo ad a-
liquid non faciendum, vel faciẽdum, ut
ex *D.Aug.lib.1.retract.c.15.* & pecca-
tum ità voluntarium in hoc primo ge-
nere eſt propriè peccatum veniâ omni-
no indignum, quia ex voluntate pecca-
33 ta procedunt, quæ ex libero mentis ar-
bitrio, & delinquentis propoſito com-
mittuntur, *cauſ.15.q.1.in initio. Hering.*
Mantiſſa.c.1.n.257.
34 Coactũ verò voluntariũ dicitur, quã-
do quis aliquid contra voluntatẽ facit,
ſed tamen vult facere propter quod fa-
cit, & in hoc an peccet, ſi quod facit,
eſt contra legem Dei, ſeu naturæ, di-
ſtinguuntur duo caſus.
35 Primus eſt, quando quis ità faciendo
obtemperat ſoli naturæ præcipienti vi-
tæ defenſionem, & iſto caſu nõ peccat,
quia eadẽ lex naturæ, & Dei nõ intẽdit
illũ obligare ad parẽdũ, & ità procedũt
exempla adducta in prima ſententia.
36 Secundus eſt, quãdo quis obtẽperãdo
Tyranno facit contra legẽ Dei, & iſto
caſu quovis mortis metu imminente
faciens contra eam mortaliter peccat.
37 Quæ determinatio comprobatur ex
eo, quòd Eleazaro annorum nonaginta
ſeni venerabili, & ſeptem Machabæis
fratribus ab Antiocho Rege iuſſis car-
nes porcinas edere, glorioſum fuit dira
tormẽta, & cruciatus perpeti maluiſſe,
quàm contra patrias leges facere, *2.*
Macb.6.n.26.& ſeq.& c.7.n.1.& ſeq.
Suar.de legib.lib.3.c.30.n.9.Serar.in Har-
mon.c.c.6.lib.2.fol.405.
38 Quod alijs illuſtratur exemplis, nàm
Æmilius Papinianus, cui in Iuriſprudẽ-
tia parẽ ſecula non tulerunt, occidi ma-
luit, quàm iuſſus ab Imperatore Cara-
calla parricidium excuſare: & *Mutius*
Scævola truculento Syllæ in hæc verba
reſpondit: *Licèt mihi agmina militũ, qui-*
bus Curiã circũſediſti, oſtentes; licèt mortẽ
idẽtidem miniteris, nunquam tamẽ efficies,
ut propter exiguum, ſimilemque ſanguinem
meum C.Mariũ, à quo Vrbs, & Italia ſer-
vata eſt, hoſtem iudicem.
39 Duplicem rationem quare metus nõ
excuſet à peccato ſecundæ ſententiæ
fautores adſignant. Prima eſt, quia ad-
huc eſt peccatum voluntariũ, hi nãque
actus, etſi mixti ſint ex voluntario, &
involuntario, tamen voluntatijs ma-
gis ſimiles ſunt, ut ex Ariſtot. ſequun-
tur *Mar. Salom.in l.1.ſub num.3.verſ.*
40 *Mixti ſunt, D.de legib. Albert. de agnoſ.*
adſert.Cathol.q.30.ſub n.8. Nam eſt in
agentis electione, quid agere velit, &
proinde ſi quis alteri mortem minetur,

ſi noluerit peierare, & ipſe peieret, uti-
que etſi nõ ſpontè dicatur peieraſſe, ta-
men dicitur voluiſſe peierare, quia vo-
luit vivere, ut dicit *text. in cap. meritò 1.*
41 *cauſ. 15. q. 1.* Sicut ille, qui levãdæ navis
causâ iactum in mare facit, impellente
neceſſitate facit, tamẽ volens facit pro
ſua ſalute contra vim tẽpeſtatis, elegã-
ter *Granado in 1.2. D. Th. tom. 1. contr. 2.*
de actib. human. tract. 2. diſp. 8. à n. 1. cum
Conrad. Medin. Vazq. Valen. Lorc. Curiel,
& Monteſin. ibi: *Fr. Petr. Cornejo tom. 1.*
in 1.2. S. Th. tract. 4. circ. q. 6. diſp. 3. dub.
1. & 2. ubi mirè, *Sayr. in Clav. Reg. lib. 2.*
cap. 1.

42 Secunda ratio elegantior eſt, quia ut
loquendo de idololatria & apoſtaſia à
fide, ac per cõſequens de hæreſi ſcribit
Eimeric. in direct. Inquiſ. p. 2. q. 41. de blaſ-
phemijs, n. 8. verſ. Nec excuſatur. Metus
43 mortis pro Fidei defenſione, & confeſ-
ſione quantum ad verum Catholicum
non eſt metus cadens in conſtantẽ virũ,
quinimò nec metus mortis pro pecca-
to mortali etiam minimo perpetrando.

44 Cui adſtipulãtur ſequẽtia. Primò ad-
vertendum eſt, quòd quoties quis cogi-
tur ad peccatũ, duplex metus adparet,
tam cogentis, quàm Dei, ergo in tali
concurſu qua de cauſa metus Dei eſt
omittendus? ſi maior adſtat, cùm anima
corpore pretioſior, & ſublimior in peri-
45 culũ it, ut corpus ſalvum exiſtat. Hinc
hoc animadvertens Eleazarus adſeruit
2. Mach. 6. Domine, qui habes ſanctã ſcië-
tiam, manifeſtè tu ſcis, quia cùm à morte
poſſem liberari, duros corporis ſuſtineo do-
lores, ſecundùm animã verò propter timo-
rem tuum libenter hæc patior. Eccleſ. 1. Ti-
mor Domini expellit peccatũ; nam qui ſi-
ne timore eſt, non poterit iuſtificari. Pro-
verb. 14. Timor Domini fons vitæ, Ion. 3.
redijt ad Dominum populus Niniviti-
cus per timorem à Prophera incuſſum,
& S. Auguſt. tom. 9. tract. 9. in epiſt. Ioann.
col. 5. Opus (inquit) *eſt, ut intret timor pri-*
mò, per quem veniat charitas, eleganter
Granad. in 1.2. D. Th. to. 2. controv. 8. de
gratia, diſp. 4. ſect. 1. tract. 9. n. 3. & tom. 1.
controv. 5. de virtutibus. & donis, tract. 2.
diſp. 2.

46 Secundò, in mentem venire debet,
quod Epicurus aiebat: *Sic fac omnia tã-*
quam ſpectet aliquis. Prodeſt ſine dubio cu-
ſtodẽ ſibi impoſuiſſe, & habere, quẽ reſpicias,
quem intereſſe cogitationibus tuis iudices.
Hoc quidẽ longè magnificentius eſt, ſic vi-
vere tãquam ſub alicuius boni viri, ac ſem-
per præſentis oculis: ſed ego etiam ità con-
tẽtus ſum, ut ſic facias, quæcũque facies, tã-
quam ſpectet aliquis; ità prudenter *Senec.*
epiſt. 25. S. Greg. Niſſen. hom. 3. in Eccleſ.
Mend. lib. 1. Reg. tom. 2. c. 6. ℣. 5. n. 18. &
19. Igitur ne propter metũ pecces, con-
ſidera te Devm ſpectare, & proſpicere.

47 Tertiò, quando nõ eſſet alius metus
fortior, quàm ipſum peccatũ, ſufficiens
48 erat, ut nullatenus cõmitteretur. Nam
ſubplicium peccati eſt ipſum peccatũ. Ioan.
Cluniac. Sherlog. in Cãtic. Anteloq. 10. ſect.
8. n. 81. fol. 482. col. 2. S. Iſidor. Peluſiot.
lib. 3. epiſt. 36. Si ad ea perpetrãda, quæ per-
petratis, ea vos cauſa impellit, quod iudiciũ
haud quaquã exſpectatis, illud ſciatis, opor-
tet improbitatem etiã ſi nullum aliud ſub-
plicium adcedat, ſubplicium per ſe eſſe, vir-
tutem contrà etiam citra coronas coronam
eſſe. Senec. epiſt. 97. Prima, & maxima pec-
cantium eſt pœna peccaſſe, quoniam ſceleris
in ſcelere ſubplicium eſt. Iuven. ſat. 3.

Exemplo quodcunque malo cõmittitur, ipſi
Diſplicet authori, prima eſt hæc ultio, quòd ſe
Iudice nemo nocens abſolvitur.

Et pòſt:

---Cur tamen hos tu
Evaſiſſe putes? quos diri conſcia facti
Mẽs habet attonitos, & ſurdo verbere cædit
Occultũ quatiente animo tortore flagellum;
Pœna autẽ vehemens, & multo ſævior illis,
Quas & Ceditius invenit, & Rhadamãtus
Nocte, dieque ſuum geſtare in pectore teſtẽ.

Vnde ad hunc ſenſum trahi debet *Iſai.*
ult. Vermis eorum non morietur, ut ibi ex-
plicat *Hieron.* vermis autẽ qui non mo-
rietur, & ignis, qui non extinguetur à
pleriſq; cõſciẽtia adcipitur peccatorũ,
quæ torqueat in ſubplicijs conſtitutos,
qua-

quare vitio ſuo, atq; peccato caruerint electorum bonorũ, iuxta illud quod dicitur: *Verſatus ſum in miſeria, dũ infigitur mihi ſpina*, & in Proverbijs: *Tinea oſſium cor intelligens*; cõprobat elegãter *S. Aug. lib. 21. de Civit. Dei, c. 9.* ubi *Vives.*

Corn. Tacit. lib. 6. Ann. ibi: *Poſtremò in ſcelera ſimul, ac dedecora prorupit, poſtquàm remoto pudore, & metu. ſuo tantùm ingenio utebatur: Ariſtot. 10. Ethic. 10. Nõ enim ità natũ eſt, ut pudori obſequatur, ſed ut metui, nec ut abſtineat à pravis ob turpitudinem, ſed ob ſubplicia, & pœnam.*

Senec. ep. 77. Omnia pro honeſto patiẽda ſunt, & lib. 6. decl. 2. 7. Mori potius debuit frater, quàm ſanari turpiter, & de ira lib. 1. Abominandum remedij genus ſanitatem debere morbo.

Alter quoque *Seneca in Trag. de Iaſ. & Med. act. 3.*

Remedia toties invenit nobis Deus
Periculis peiora.

Et in Oedip. act. 3.

Vbi turpis eſt medicina, ſanari piget.

Fuitque Zenonis ſententia pro vita tenenda ab honeſto non recedendum, cuius fecit mentionem *Iuven. ſatyr. 15.*

—Melius nos
Zenonis præcepta monent, nec enim omnia quædam
Pro vita facienda putat.—

Quintil. declam. 8. *Non intereſt, an ſuperſit remedium, quod tentari non debeas, & ubi tantumdem periculi ſperes, quantum deſperatio habet: melior exitus eſt, qui facit miſeros innocentes.*

49 Hanc ſecundã ſententiam tenuerunt *Scac. de commer. §. 1. q. 7. p. 2. ampl. 19. à n. 67. verſ. Secunda ſpecies, Bonac. de peccat. diſp. 2. q. 8. punct. 2. prop. 1. & 2. P. Valer. Regin. in prax. for. pœnit. lib. 11. c. 8. n. 73.* ità diſtinguens, quòd aut præceptum eſt negativum, id eſt, prohibens aliquid facere, & tunc nõ excuſat metus; aut adfirmativũ, id eſt, præcipiẽs aliquid facere, & tũc excuſat, *Martinez in 1. 2. D. Th. q. 6. dubit. 2. fol. 482. & 483. art. 6. to. 2.*

50 Priorẽ partem confirmat, ex eo, quòd naturalia præcepta negativa prohibẽt, quod eſt ex ſe, & intrinſecè malum, ut patet ex mendacio, periurio, adulterio, & id genus alijs, à quibus rectã rationẽ abhorrẽte conſtat. Quare ipſum nũquã poteſt licẽte, ut nec poteſt malitiam exuere. *Suar. de legib. lib. 5. c. 22. n. 11.*

51 Rurſus iſta præcepta dicuntur obligare ſemper, & pro ſemper, *Velaſc. de privil. paup. 1. p. q. 27. n. 4.* ubi multos laudat, *D. Ioan. Valboa de Mogrobejo in c. 13. de iudic. n. 106. fol. 129.* & nulla eorum tranſgreſſio libera excuſatur à peccato, ne quidẽ ea quæ provenit à metu mortis, qui minuit quidem, nõ tamen tollit omninò liberum (*D. Th. 1. 2. q. 6. art. 4. Suar.* cum Theologis *ad 1. 2. D. Th. diſp. 2. ſect. 5. n. 6. & diſp. 3. ſect. 1. tract. 2. d. c. maiores, §. itẽ quæritur, de bapt. Martinez* ubi ſup. *d. q. & art. 6. dub. 1. cum ſeq. fol. 481.*) cenſeturq; levis: cùm ad vitandũ aliquod aliud malum eligitur, ac perpetratur peccatum, quandoquidem, teſte *Navar. in man. c. 22. n. 51.* culpa etiã venialis malum eſt maius quocunque alio, quod non fuerit peccatum.

52 Quoad verò præcepta adfirmativa adtinet, cùm non obligent pro ſemper, quælibet rationabilis cauſa excuſat, ac per cõſequẽs metus, qui iuſtus eſt: quia non eſt credibile DEVM benigniſsimũ, qui tantã animis noſtris indidit propẽſionẽ conſervandæ vitæ propriæ, voluiſſe, quãtumvis potuerit, obligare nos ad ſervãda cũ vitæ noſtræ diſpẽdio præcepta ab ipſo inſtituta, ut ea propter nos eſſent, nõ autem nos propter ipſa, iuxta illud *Marc. 2. Sabbathum propter hominẽ factum eſt, non homo propter Sabbathum.*

Triplex eſt genus operationũ malarũ. Nam quædam ſunt prohibitæ lege naturali, ut odium DEI, blaſphemia, adulterium, mendacium, &c. & iſtæ nõ ſunt malæ, quia prohibitæ, ſed potiùs prohibitæ, quia malæ.

Aliæ verò ſunt prohibitæ lege divinâ, poſitivâ, ſive ſcriptâ, ſive nõ, & hæc dicũtur mala, quia prohibita, ut comeſtio panũ propoſitionũ à laicis in lege veteri, & pomi vetiti in Paradiſo.

Aliæ verò ſunt prohibitæ lege humanâ,civili,canonicâ, ut frangere ieiunia Eccleſiæ,cõmunicare cum excommunicatis,non audire Miſſam in diebus ſacris,& hæc ſunt etiam mala , quia prohibita,& non è contra.

Exhinc primò fit, quòd nullus metus excuſat à culpa operationem prohibitã lege naturali. Quia iſtæ operationes ſunt ſecũdùm ſe malæ, & ideò ſunt prohibitæ,quia malæ: ergo nõ poſſunt fieri liberè,quin ſint malæ ; ergo nullus metus excuſat illas à culpa. Vnde nullo metu qui facit aliquid contra præcepta Decalogi,ſive primæ , ſive ſecundæ tabulæ,aut cõtra dictamẽ rationis prohibẽtis aliquid ex obligatione,excuſatur.

Sed nunc obijcitur,quòd obſervatio Sabbathi erat de lege naturali,& tamẽ *ex 1.Mac.2.* excuſatur Mathathias,quòd in Sabbatho pugnavit contra hoſtes, ut docet *D.Tho.1.2.q.100.art.8.* quia id fecit ad tuendam propriam vitam:ergo.

Reſpondetur,hoc factũ fuiſſe divinâ revelatione, & diſpẽſatione impropriè ſumptâ, ſicut etiã propter eandẽ rationem non peccavit Abraham volendo interficere filium, neque Iſraëlitæ auferendo vaſa Ægyptiorum.

Secundò fit,quòd metus mortis,aut quivis alius cadens in virum conſtantẽ, qui ſequitur neceſſariò neceſſitate naturæ,excuſat à peccato operationes, quæ ſunt cõtra legẽ divinam purè poſitivã, ſive ſcriptam,ſive non ſcriptam.

Probatur primò,quia David *1.Reg.1.* nõ peccavit comedendo panes propoſitionis laicis lege divinâ prohibitos, quia id fecit,ne unà cum ſuis fame periret.Cuius exẽplum adduxit CHRISTVS ad excuſandos Diſcipulos evellẽtes ſpicas in die feſto & comedẽtes, ut extremam famẽ depellerent,ut conſtat *Matthæ.12. Sayr.in Clavi Reg. lib.2.c.2.n.9.*

Confirmatur , quia Iudæi omiſerunt circumciſionem per quadraginta annos , quibus peregrinati ſunt in deſerto , & à tali omiſsione excuſantur metu mortis imminentis ex tali vulnere itinerantibus in deſerto.

Tertiò fit,metum mortis,aut quẽvis alium cadẽtem in conſtantem alicuius mali temporalis, quod non ſequitur neceſſitate naturæ , ſed ab intrinſeco infertur,nõ excuſare à culpa operationes, quæ ſunt cõtra legem divinam purè poſitivam ; verè enim peccarent Machabæi, ſi obedirent Antiocho imperanti ſub pœna mortis , ut carnes ſuinas comederent. Cuius ratio eſt,quia quotieſcunque prohibetur huiuſmodi trãſgreſſio in contẽptum Fidei divinæ,aut Religionis,aut in ſcandalũ,& in detrimentum proximorum : tũc nullus metus excuſat,quia contemptus Fidei divinæ,& ſcandalum proximi ſunt maius malum, quàm propria mors corporalis.

Ex quo colligitur, nos tenẽri præcepta divina obſervare etiã cum periculo mortis , quoniam talis obſervatio eſt neceſſaria ad ſalutem propriam animæ, ut ſi inſtet præceptum ſuſcipiendi baptiſmum,aut confitendi peccata , tunc tenemur confiteri,& baptizari,etiam ſi Tyrannus id prohibeat ſub pœna mortis. Cuius ratio eſt,quia huiuſmodi Sacramenta ſunt media neceſſaria ad ſalutem,ſine quibus obtinẽri nequit.

Quartò fit, quòd metus mortis , aut alius cadens in virum cõſtantem excuſat à peccato operationes , quæ ſunt prohibitæ lege humanâ,ſive canonicâ, ſive civili, *Azor lib.1.ſumm.c.110.*

Probatur, quia nulla lex humana cẽſetur ſtrictius obligare quantum ex vi ſua,quàm aliqua lex naturalis, vel divina : ſed conſtat aliquas leges naturales, vel divinas obligantes ſub mortali,non obligare cũ vitæ diſcrimine;ergo nulla lex humana per ſe loquendo obligat in eo caſu, *Sayr.in Clav. Reg. lib.3.c.7. à n.3 1.cum ſeq.*

Licèt metus mortis,quo teſtis falſum deponit,non dicatur iuſtus , nec conſequẽter excuſet à peccato, erit tamẽ iuſtus quoad infirmandũ eius teſtimoniũ, & quoad excuſandum eum à pœna ſaltem ordinaria, ſecundùm definitionem

gloſ.

gloſ.in c.præſens 20.q.3. communiter receptæ; idq́ue ipſum omnino dicendum de ſcriba, qui metu mortis fecit inſtrumentum, vel teſtamentum, id eſt, peccare quidē, ſed inſtrumentum vel teſtamentum eſſe reſcindēdum, itá *Navarr. in man.c. 22.n.51.verſ. Nonum.*

53 Tria circa præmiſſa breviter notāda ſunt. Primũ, quòd etſi metus non excuſet à peccato, tā in foro interiori, quàm exteriori, minuit pœnam illius, *Acuña in c. Preſbyter, n.2. diſt. 50. Cornejo tom.1. in 1.2. D. Thom. tract. 4. circ. q.6. diſp.3. dubit. ult. n.11. Lorc. in 1.2. D. Thom. q. 6. art. 6. diſp.4.*

Confirmatur primò, ex *Ariſt. 3. Ethicor. c.1.* dicente: *Veniam dandam eſſe illi, qui metu eorum, quæ humanam naturā ſuperant, egerit aliqua, quæ agenda non ſunt.* Quibus videtur id ſignificare.

Adprobatur ſecundò *ex c. ſacris de ÿs, quæ vi*, ubi hæc doctrina traditur expreſsè, *& ex c. in primis 2.q.1.* ubi præcipitur, leviorē pœnitētiā eſſe imponēdā quibuſdā Epiſcopis, ſi dixerint ſe metu iudicij cōmiſiſſe quoddam crimen.

Hinc etiam metus reverentialis aliquo modo excuſat à peccato, quia ſi eſt mortale, iure humano fit veniale, *Sylveſt. in ſumm. verb. Metus, verſ. Septimò quæritur.* Secus eſt de iure naturali, vel divino, ut *ibid.* licèt poſſet dici, quòd ille metus excuſet, ſaltem quatenus ipſe fuit cauſa peccati, ut per *Navar. in man. c.17. n.30. verſ. Addidi tamen ultra alios,* & metus ſive iuſtus, ſive iniuſtus excuſat à culpa, *Gramm. deciſ. 18. n. 19.* quia metus cauſa geſtum Dei voce ratū nō habetur, *Boer. deciſ. 100. n.1. Mart. tom. 2. ſum. ſucceſ. legal. p.4. q.1. art.6. n.27.*

54 Secūdum, quòd hi, qui mortis metu, ſeu alio maioris vis impetu peccāt, aut à virtute deficiunt, non æqualiter excuſantur, *c. eos quos 118. de pœn. diſt.* 4. ubi gravius puniuntur Epiſcopi, Sacerdotes, & Diaconi, quàm inferioris ordinis clerici.

55 Idq́ue ſuadetur ratione, quia non eadem deſideratur conſtantia in mancipio, quæ deſideratur in philoſopho, *l. ſi quid venditor 18. D. de ædil. ed.*

56 Tertiũ, in crimine hæreſis metus excuſat à pœna, *Albert. de adſert. Cath. q.30. n.6. & 8. Simanc. de Cath. inſt. tit. 17. n.35. & 36. Conr. Brun. in tract. de hæret. c.4. n.9. & ſeq. Pegn. in direct. 1. p. q.9. cōm. 24 verſ. Rurſus animadvertendum.*

57 Quia ſicut coacta fidei veræ confeſſio Catholicũ non efficit, dicēte *Apoſt. ad Rom. 10. n. 10. Corde enim creditur ad iuſtitiā, ore autem confeſſio fit ad ſalutē*, itá nec coacta erroris adſertio hæreticum
58 facit. De corde enim exeunt cogitationes malæ, homicidia, adulteria, fornicationes, furta, falſa teſtimonia, blaſphemiæ, hæc ſunt, quæ coinquināt hominem, *Matth. 15. n. 19.* Hæreſis ergo nō antè perficitur, quàm pertinax cōſenſus accedat, quia nō in factis, aut dictis, ſed in intellectu, aut voluntate conſiſtit, cũ credere nō ſit niſi in volēte, ut elegāter exprimit *Simāc. d. tit. 17. n.35.* quod procedit in foro exteriori, nō autem in inte-
59 riori, *ex ſup. dictis.* Adſtipulatur elegātiſſimè *S. Gre. Naz. orat. 23. f. 206. to. 2.* ibi: *Quæ quidē circa Religionē Chriſtianā affectio à voluntate quidē, & electione incipit (omnia enim ea, ob quæ quis laudatur, aut vituperatur, initium à voluntate ducunt) à natura autem confirmatur, Giſler. in Cantic. c.6. ÿ.6. fol. 968. lit. A. col. 2.*

60 Verùm etſi prædicta concordia vera ſit, tamen quia obponitur noſtri ſententiæ, opus eſt animadvertere non pauca ad hanc rem ſummopere pertinētia. In primis, quod in caſu propoſito eadē eſt vis cōditionalis, ac præciſa, cũ in utraq; deficiat, quod neceſſariũ adeſt ad peccatũ, ſcilicet, cōſenſus, ac voluntas, ſine quibus non ſubſiſtit, ideò quoties coactio, & metus intervenit, deeſt volũtariũ, & ſuboritur involuntarium, & ut ſecũdæ deciſionis *Adſeclæ* ſupponũt, illud tollit peccatum, utpote ex eo quòd adimat voluntatem, & præter diſſenſum deficiente conſenſu.

61 Alioqui diceremꝰ theologorũ, omniũq; doctrinā ad peccatũ volũtatē requirētē

non eſſe permanentem, & fixam, cùm etiam ſine ea id cõmittatur, quod perquàm apocryphum eſt.

62 Cæterùm quoties metus cõſtans eſt, nihil intereſt, an per vim præciſam, an conditionalem procedat, cùm periculum mali exſtantis, aut impendentis illum conſtituat: igitur ſi per talem metum voluntas adeſſet, ſequeretur omnes humanos actus ſubſiſtentiam habêre, (quod iuri repugnat & contrariatur) ex eo quòd conſenſu fiuantur.

63 Prætereà *DD.* loquentes de metu gravi adnullationem geſtorum inducunt, ideò ſi is non ſufficeret, nullo modo id pronuntiarent, & quod plus eſt, ipſi Conſulti, ac PP. non decernerent, tam in civilibus, quàm in ſacris Conſtitutionibus.

64 Secundò, ut alibi latiùs probavimus, eo ipſo, quòd probatur metus, deducitur diſſenſus, cùm propter eum non ſubſiſtat actus humanus, ergo eo interveniente excuſabitur peccatum.

65 Tertiò, non admittimus voluntariũ coactum, cùm ipſa voluntas cogi nequeat, illaque ex metu nõ oriatur, *l. nihil 116. D. de reg. iur.* ergo eius intervẽtu deficit, ac per conſequens actus humanus habet excuſationem.

66 Quartò, exempla adducta pro ſecũda ſententia eam illuſtrãt, & ornant, nõ tamen ex eis inducitur, quòd metus nõ præbeat excuſationem. Ratio in promptu eſt: Glorioſius fuit Eleazaro, Machabæis, & Suſannæ, *Dan.* 13. mortem
67 ſubire, quàm peccatum committere. Nam de Suſanna *Cyprian. lib. de bono pudicitiæ*, ità cecinit: *Bis victrix, & in periculo ſuo tam funeſtè totiens concepta, & libidinem evaſit, & mortẽ*: verùm ſi propter obpreſsionẽ id conſtituerent, poterant excuſari de levitate. Sed DEVS mirum exemplar in eis præbuit, ut cuncti videant, quòd voluptatibus, licèt compellantur inſervire, reſiſtẽtiam obponant, & potius mortem ſubeant, quàm delicta patrent; non tamen ſi coactè peccaverint; & ſine voluntate excuſatione deſtituentur.

68 Hinc fœmina permittens ſe cognoſci, ſeu corrumpi metu mortis ei comminatæ, ſi non conſentiat peccato, aut delectationi, nõ peccat, dummodò immota maneat, nec ſe ſceleri adcommodet, *cap. propoſito 32. quæſt. 5.* Ità tenent *Soto lib. 5. de iuſt. quæſt. 1. art. 5. colum. 5. Petr. Navar. lib. 2. de reſt. cap. 3. num. 104. Tolet. in ſum. lib. 5. cap. 5. num. 7. pag. 557. Ameſc. de pot. in ſe ipſ. cap. 5. n. 14. & 34. Valer. in diff. utr. for. verb. Vita, & bonor, diff. 1. verſ. Sexta cõclusio. D. Ioan. Sanch. diſp. 10. num. 27. Diana tract. 6. miſcell. reſol. 31. part. 3. Auguſt. de Civit. Dei lib. 1. cap. 18.* ibi: *Quis tandem ſana mente putavit ſe perdere pudicitiã, ſi fortè in adprehenſa, & obpreſſa carne ſua exerceatur, & expleatur libido non ſua?*

His adcedat illud *Livij lib. 1.* conſolatur ægram animi Lucretiam avertendo noxam ab coacta in authorẽ delicti: *Mentem peccare, non corpus, & unde conſilium abfuerit, culpam abeſſe.* Quod tamen intelligi debet, ſi puella non timet periculum conſentiendi ſtupro: & ratio eſt, quia in hoc caſu reſiſtere obpreſſori ſolùm præcipitur præcepto adfirmativo, quod non obligat ſemper & pro ſemper, ſeu in quocunque caſu, & eventu, ſed iuxta menſuram rationis, & modo morali, atque adeò non obligat cum tanto periculo, & diſcrimine. Secùs autem ſi timeat, quia tunc tenetur reſiſtere non ſolùm actui interno animi, ſed etiam externo, ità ut omnia faciat ſibi poſsibilia, ut vitet illud viribus corporis, & conari ipſum obpreſſorem interficere, ſi non poſsit aliâ viâ evadere conſenſum in peccatum, etiam ſi ex iſtis ſequatur ipſæ puellæ infamia, aut aliud grave damnum: & ratio eſt, quia tunc liberè ſe exponeret periculo conſentiendi peccato: hoc autem eſt contra præceptum negativum, quod obligat ſemper, & pro ſemper, atq; adeò tenetur facere omnia poſſibilia, ut vitet periculũ illud, quia ſi non fecerit, iã

ta-

talis omiſsio, & eius effectus erunt illi voluntaria, cùm poſſit & teneatur facere, & non faciat, ut docet *Caiet. 2. 2. quæſt. 50. art. 2. circa ſolutionem 21. & q. 54. art. 4.* eleganter *Cornejo tom. 1. in 1. 2. D. Thom. tract. 4. diſput. 2. dub. ult. circ. quæſt. 6. num. 22. fol. 459.*

69 Ex quo fluit evidentiſsimè, quòd in coactione, & violentia deficit conſenſus, & ijs intervenientibus non incurritur peccatum; qua de cauſa in utroque foro teneri quit prima ſententia, ſecunda tamen verior eſt propter noſtram Religionem Orthodoxam; nam potius mori, quàm fœdari ſtabilit.

SVMMARIVM.

1 *Nihil eſt tam aptum ad ius, conditionemq́ue naturæ, quàm lex.*
Mortales credebant ſub Iuſtitia datas leges.
2 *Per Cererem Iuſtitia intelligebatur. Leges fuerunt vocatæ* initia.
3 *Explicatur Marc. in l. officium, §. officium, D. de re milit.*
4 *Similiter hac luce donantur alij Conſulti.*
5 *Iudices debent iudicare ſecundùm leges, & 6. 7.*
8 *Olim in leges iurabant.*
9 *Iusiurandum præſtabatur ad aras.*
10 *Hodie iureiurando ſolenni obſtingũtur, & 11. 12.*
13 *Forma ſacramenti ſenatorij.*
14 *Athenis nullus in iudicem cooptabatur, niſi præſtito iureiurando.*
15 *Iudices ex magna cauſa poſſunt leges tranſgredi, & 16.*
17 *An metus excuſet à traſgreſſione legis?*
18 *Transgreſſio legis humanæ iuſtæ obligat ad peccatum.*

CAPVT XLIV.

An iudex excuſetur, ſi legem fuerit tranſgreſſus propter metũ periculi, vel ſcandali vitãdi, & ex magna, evidentiq́ue cauſa?

1 CICERO *3. de legibus* inquit: *Nihil eſt tam aptum ad ius, conditionemq́ue naturæ, quàm lex, ſine qua, nec domus ulla, nec civitas, nec gens, nec hominum univerſum genus ſtare, nec rerum natura omnis, nec ipſe mundus poteſt.* Ideò credebant Mortales datas leges primùm omnium in Aureo ævo, regnante ſcilicet iuſtitiâ: ſic Aratus de hac Dea, perſequens ætatem auream, publicas leges oſtendit, præmiſitq́ue locum iuri dicundo.

2 Inde & Ceres, per quam iuſtitiã intelligi volunt, dicta eſt Legifera, nõ alio profectò orſu, quàm quòd datæ leges in Aureo ſeculo. Imò ſi rem altiùs conſideres, non aliâ ratione myſteria illius dicta ſunt *initia*, niſi quia data ſunt, cùm primùm homines traducti ad humanitatem ex vita inculta, & ferina, quod expreſsè *Tulli. 2. de legib.* his verbis: *Nam mihi, cùm multa eximia, divinaq́ue videntur Athenæ tuæ peperiſſe, atque in vitam hominum attuliſſe, tum nihil melius iſtis myſterijs, quibus ex agreſti, immaniq́ue vita exculti ad humanitatem, & mitigati ſumus:* initiaq́ue, *ut adpellantur, ità revera principia vitæ cognovimus. Senec. epiſt. 90. Sed poſtquàm ſubrepentibus vitijs in tyrãnidem Regna verſa ſunt, opus cœpit eſſe legibus, quas & ipſas inter* initia *tulere Sapientes.*

3 Hinc obiter notabis, apud *Iuriſconſul-*

ſultum Martianum in l.officium,§.officiũ,
D.de re milit. principia fuiſſe, publica
tabernacula, aut tentoria, in quibus mi-
litares Magiſtratus iura militibus red-
debant, & ubi de rebus publicis caſtro-
rum Duces conſilio inito tractabant,
atque ubi Aquilæ, ſignaque militaria
cuſtodiebantur.

4 Similiter capiendi ſunt *text.in l.1.§.*
ſi quæ verò 4. C. de novo Cod. confirm.
& in l. tam collatores 18. §. erit autem 4.
C. de re milit. ubi *Cuiac. Covarru.lib.4.*
var. cap. 24. ubi latiſsimè *Ioann. Vſel in*
addit. multa cumulat, *Gothof.in l.ult.lit.*
X. C.quæ ſit long.conſuet. & alibi.

5 Quamobrem Iudices debent iudi-
care ſecundùm leges, *Demoſth.orat.1.de*
Ariſtogito, ibi: *Qui res iudicant, conſervare*
leges, & earum robur defendere debent,
quarum ope adiuti, boni in civitate in-
columes ſunt, ſin autem ſinetis eas exſo-
leſcere, diſſolvetur ſtatus Reipublicæ, & ut
quiſque eſt improbiſſimus, ità plurimum
poterit: Cicer.pro Cluēt.& 3.offic.Socrat.
in Apolog. apud Plat.& Plat.lib.de Reg-
no, Ariſtot.lib.1.Rhet.cap.1. Petr. Greg.
lib.50.ſyntag.cap.1.num.13.& 14. Adam
Contzen.lib.5.Polit.cap.11.§.8. Suarez
de legibus lib. 5.cap.11.n.2. eleganter
Valenç.conſ.90.n.20.

6 Ac perpluribus locis iubentur id
efficere, *Nov. 24. cap. 2. & 25. cap.2.*
princ.& §. ultim. 26. cap. 3.79. c.1.86.
c. 1. & 3.in fin. & alijs innumeris: quod
& diſtrictè, ac gravi pœnâ commina-
tione præcipitur *in Conſtit. Leonis, &*
Alexand. Imper. Orient. Scitè *Muret.*
volum. 1. orat. 18. Ità iudicare oportet,
ut lex ipſa, ſi loqui poſſet, iudicaret, ut ſit
lex quaſi anima iudicis, iudex quaſi vox
7 *legis.* Ex iure itaque certo, quoad eius
fieri poteſt, litem iudex dirimat, ubi
primò leges municipales, ac conſtitu-
tiones provinciales, ſiquæ ad propoſi-
tam cauſam pertineant, attendat *Gail.*
lib. 1. obſerv. 36. num. 12. & ſeq. Sol. ad
conſtit. Sabaud. proœm. Decret. gloſ. 50.
Gutier. de iuram. Confir. 1. part. cap. 70.
Ventura de Valentijs Parthen. litig. lib.2.
cap. 5. num. 42. Oſuald. in Don. lib. 26.
comm.c.2.lit.A.

8 Quod convincit; nam olim in ſingu-
las cauſas Iudices ſacramenti Religio-
ne obſtringebantur, & in leges iura-
bant. Quod lege Agrariâ Saturninum
caviſſe ſcribit *Ant. Auguſt.lib. de legib.*
cap. 15. & ità quoque *Plato* definivit
Dialog.12.de legib.Cic.3.offic.pag.523.&
pro Cluent.pag.357. & 1.act.in Verr. ubi
Aſcon. Pollet.5.Hiſt.for. cap.7.num.7.
Ravard. lib. 5. var.cap. 8. Qui hoc iuſ-
iurandum ad aram præſtari ſolitũ pro-
bat ex *Symmach.lib.10.epiſt.54.& Am-*
9 *broſ.* Eamque aram fuiſſe Puteal. Libo-
nis, aut in locum eius everſi reſtitutam,
Freber. in Sulpicio S. de æquitate, pag.14.
Rittershuſ.comm.in Salvian.pag.388.Si-
mane.1.de Republ.c.16.ac ſeqq.

10 Hodie ſanè Magiſtratus, & Iudices
omnes iureiurãdo ſolenni obſtringũtur
in ingreſſu dignitatis, vel officij, *Novel.*
8.cap.7. Nec tamen neceſsitatem iuriſ-
iurandi in ſingulis cauſis præſtandi re-
miſſam ſatis firmiter colligi videtur.
11 Tametſi id non repeti generalis apud
nos moris eſſe conſtet, quem & in Gal-
lia ſervari teſtis eſt *Petr. Fab. ad tit. de*
orig. iur. p. 82. ac inde firmat *Sieb. ad l.*
2.in princ.C.de iur.propt.cal.dan. num.2.
quod unicum iuramentum initio offi-
cij præſtitum in ſingulis cauſis repeti-
tum videtur, *arg. l. hoc ſacramentum, C.*
eod. Vbeſembech. ad tit. C. de ord. iudic.
num. 5. Ioann. Bapt. Aſin. de exſec. §. 8.
cap.41.

12 Sic quondam apud Romanos Con-
ſulatus, aliorumque Magiſtratuum Cã-
didati, dum eos inibant, ſacramento
ſe adſtringebant, *Bodin. 3. de Rep. cap.*
4. num. 291. quod nec Auguſtus, *Dio*
lib.53.initio, nec Trajanus, *Plin. in Pa-*
neg. Conſulatum ineundo præbêre re-
cuſarũnt, *Bodin.1.de Repub.c.8.n.9.*

13 Formulam ſacramenti ſenatorij re-
fert *Hippolyt. à Collib. in Principe, cap.4.*
& Philipp. Camerar. 1. oper. ſucciſ. ca-
pit.32.

14 Athenis quoque in ordinem iudicũ
iudi-

iudicij Heliaſtici nullus recipiebatur, niſi prę ſtito iuteiurãdo ſe ſecundùm leges iudicaturum ſub imprecatione diri exitij, *Demoſth. orat. adverſus Timoeratem*, de quo *Ioachim. Stephan. lib. 2. de iuriſd. Iudæor. Græc. & Roman. cap. 5. num. 3. & cap. 10. num. 30.* fusè *Petr. Fab. ad d. titul. de orig. iur. pag. 79. & ſeq.* ubi quotannis id iusiurandum fuiſſe repetitum oſtendit, *Oſſuald. in Don. lib. 24. comm. c. 3. lit. B.*

15 Iam ergo venit decidenda indagatio noſtra; & adfirmativè reſolvi debet: nam Iudices utcunque iurarint ſervare leges, canones, & ſtatuta, tamen ex magna; & evidenti cauſa poſſunt ea tranſgredi, iuxta *Innoc. in cap. canonum ſtatuta, in ult. gloſ. de conſtit.* Ex quo dicto infert *Bald. in l. etſi ſeverior, colum. 3. C. de ijs, qui not. infam.* quòd in pupillo committẽte homicidium poſsit iudex ratione ætatis commutare pœnã mor-

16 tis in aliam. Item propter metum periculi, vel ſcandali poſsit legem tranſgredi, *Bald. in l. ſi quis filio, §. hi autem, D. de iniuſt. rupt.* excuſeturque in ſyndicatu, ſi ob multorum ſalutem ſtatuta præterſiliat, *Bald. in l. obſervare, quæſt. 10. D. de offic. Proconſ.* nec etiam periurus dici poſsit, qui ex cauſa rationabili trãſgreditur ſtatuta, *Idẽ in l. quid ergo, §. pœna gravior, D. de his qui not. infam.* quod explicat, & declarat *Felin. in dict. cap. canonum ſtatuta, num. 48. Bald. in cap. 2. de ſent. & re iud. Panorm. in cap. ſuper his, de accuſ. Roman. conſ. 308. & in l. ſi verò, §. de viro, fall. 46. D. ſolut. matr. Roland. à Vall. conſ. 7. num. 7. lib. 1. & conſ. 12. num. 11. & ſeq. lib. 3. Ioachim. Myſinger. cent. 2. obſerv. 54.* noviſsimè *Proſper. Rendell. in tract. de paſc. cap. 15. num. 3. verſ. Quamvis concedendum ſit, fol. 35.*

17 Deniq; pro coronide dictorũ quærẽdum adeſt, an metus excuſet à trãſgreſſione legis, ſeu præceptorum? Elegantiſsimè de hac re egerunt *Franc. Suar. in tract. de legib. lib. 3. cap. 30. à num. 6. & Thom. Sanch. lib. 1. ad præcep. Decal. cap. 28. Granad. in 1. 2. D. Thom. tom. 2. con-*

18 *trov. 7. de legib. diſp. 8. ſect. 1 & ſeq.* Adverti debet, quòd tranſgreſsio legis humanæ iuſtæ obligat ad peccatum mortale, *Abb. in cap. 1. num. 9. de conſtit. Navar. in man. prælud. 9. diſt. 7. cum ſeq.*

SVMMARIVM.

1 *Vim vi repellere licet.*
2 *Omni iure etiam naturali, & 3.*
4 *Ex neceſſaria, ac ex præordinata charitate.*
Negatur.
5 *Per Principem nec per ſtatutum ſolvi, vel tolli poteſt defenſio.*
Etiam contrà Principem ipſum licita.
6 *In vitæ propriæ defenſionem licitum eſt occidere invaſorẽ cum moderamine inculpatæ tutelæ, & 7. 8.*
9 *Quid ſit moderamen inculpatæ tutelæ? & 10.*
11 *Clericus in hoc caſu homicidium committens non eſt irregularis.*
12 *Noſtra concluſio procedit etiam in defenſione rerum, ſi ſint magni momenti.*
13 *In defenſione honoris proprij.*
An cauſa honoris ſemper urgeat, ut non dicatur ex intervallo ulciſci, qui cùm primùm potuit, ulciſcatur?
14 *In defenſione vitæ, ſeu honoris proximi.*
15 *Defendendi proximum obligatio in privatis perſonis provenit ex lege charitatis.*
16 *In perſonis conſtitutis authoritate publica, ut obviẽt criminibus, obligatio inducta eſt à iuſtitia.*
17 *Licitum eſt matri ſanguinis miſsionem pati cum periculo vitæ filij, ſive ante animationem fœtus, ſive poſt illam, & 18.*
19 *Licet matri medicinam ſumere ad ſanitatem etiamſi fiat aborſus. & 20. 21.*
An mulier, quæ ſuaſionibus, & minis matris abortivit, ſit puniẽda, etſi minor 25. annis, & maior tamen 17.

Po-

22 *Poteſt carceratus carcerẽ frangere, & 23. 24. 25.*

Si quis metu iudicis fugiat, excuſatur à fuga.

26 *In foro iudiciario, & externo non licet.*

Malefactor poteſt ingredi monaſterium Monialium, ut fugiat ſatellites cum perſequentes.

De carcere iniuſto non licet fugere, ſi immineret ſcandalum.

27 *Fœmina utens medio licito, ut tegat defectum virginitatis, ut contrahat tanquam virgo, non peccat, uſque 33.*

34 *Propulſatio iniuriæ licita eſt, uſque 36.*

37 *Solæ minæ non ſufficiunt.*

38 *Propulſatio non tantùm permiſſa pro nobis, ſed pro coniunctis, uſque 41.*

42 *Mors in propulſatione facta, etſi permiſſa, expiabatur apud Hebræos, & 43.*

44 *Somnia expiabantur, uſque 46.*

CAPVT XLV.

An propter minas ſit licita defenſio, & necare liceat?

1 VIM vi tepellere licet, *l. ut vim, D. de iuſt. & iur. l. 1. D. de vi & vi arm. l. ſcientiam, § qui cùm aliter, D. ad l. Aquil. l. is, qui adgreſſorẽ, l. ſi quis percuſſorem, C. ad l. Corn. de ſicar. cap. ſignificaſti 2. de homic. c. ſi verò, de ſententia, & re iud. l. 2. tit. 8. p. 7. l. 4. tit. 13 lib. 8. Ord. Fr. Anton. à Souſ. in relect. de cenſur. Bull. Cœn. cap. 12. diſp. 62. num. 2. & cap. 15. diſp. 78. num. 3. Ricc. deciſ. 16. n. 10. part. 2. Vgolin. de offic. & pot. Epiſcop. cap. 29. §. 1. verſ. Secundò non polluitur, Bellet. diſquiſ. cleric. cap. 1. tit. de diſcipl. cler. §. 5. n. 103. pag. 67. Tuſch. lit. V. concl. 213. Farin. in prax. crim. 4. part. quæſt. 125. num. 9. cum ſeq. Velaſc. de privil. paup. 1. part. quæſt. 51. num. 21. Manut. in Cicer. lib. 1. de offic. pag. 20. Sarævia de iuriſd. adiunct. quæſt. 30. fol. 285. Delrio ad Senec. in Herc. fur. ℣. 1343. fol. 46.* firmavitque *Ovid. de arte amand. lib. 3.*

Armaque in armatos ſumere iura ſinunt.

2 Omni iure etiam naturali, *l. 1. §. 11. D. ſi quadrup. paup. fec. dic. l. 6. C. de vi pub.* Cuius iuris, à iure Gentium ſeparati, ea eſt defenſio, quæ fit contra vim à furioſo, dormiente, beſtijs, quæ iniuriæ inferendæ incapaces, inlaram, *Bo-*
3 *cer. lib. 2. de duell. cap. 10. num. 16.* (ubi in ſequenti refellit eos, qui ob moderamen inculpatæ tutelæ Iuri Civili defenſionem hanc adſcribunt) & *Zoanet. defenſ. Tripart. 1. part. num. 22.* propulſationem iniuriæ eſſe iuris Gẽtium, *l. 3. D. de iuſt. & iur.* vis autem iniuriæ vacantis iuris naturæ, *Oſſuald. in Don. lib. 1. cap. 7. lit. G. & I.*

4 Quinimo nõ licita ſolùm defenſio, ſed & neceſſaria, ac ex præordinata charitate iniuncta, ne quis in ſemetipſum ſit iniurius, *Zoan. dict. 1. part. n. 3. & ſeq.* & nec per Principem, vel ſtatutum tolli poteſt, *Forſter. lib. 2. de iuriſd. Rom. p. 2. lege Numæ 9. ſect. 4. num. 11.* ſcitè *Guicciard. lib. 10. Hiſt.*

Quæ doctrina declaranda eſt, nam defenſio eſt licita, & non eſt peccatum alium interficere, ut me non internecet: ſed tamen id non exiſtit, ſi ſino me interfici, ut eum non occidam, nec ità dicitur iſte ordo charitatis, anteà perfectior eſt charitas exponere vitam, ut proximus liber ſit. Ità eleganter & piè *S. Ioan. cap. 15.* dictat *maiorem charitatem, &c.*

5 Imò ſi vis vitæ intentetur etiã cõtra Principẽ ipſum licitã eſſe, tradit poſt *Vazq. illuſt. controv. 18. num. 7. Trentacinq. practic. reſol. lib. 1. tit. de defenſ. reſol. 1. num. 5. ad fin. Bodin. lib. 3. de Repub. c. 8. n. 308.*

6 Quamobrem in vitæ ſuæ defenſionem licitum eſt occidere invaſorem, ità *Leſſ. de iuſt. & iur. lib. 2. cap. 9. dub. 8. Torr. eod. tract. diſp. 27. dub. 1. Valer. verb.*

De.

defenſio,differ.1. Sayr. in Clav.Reg.lib.7. cap.10.num.13. Quod eleganter docuit *Cicer.pro Milone: Eſt enim* (ait ille) *non ſcripta, ſed nata lex, quam non didicimus, accepimus, legimus, verùm ex natura ipſa arripuimus, hauſimus, expreſſimus, ad quã non docti, ſed facti, non inſtituti, ſed imbuti ſumus, &c.* & intrà: *Silent leges inter arma, nec ſe exſpectari iuvant.*

7 Sequuntur *Suarez de cenſur. diſp. 22. ſect.1. num.3. Molin. tract. 3. diſp. 11. à princ. Rebell. de oblig. iuſt. 1. part. lib. 3. quaeſt.12. Paul. Comitol. reſp. moral. lib.4. quaeſt.10. à num.9. Azor inſt. mor. part.3. lib.2. cap. 1. quaeſt.1. Auguſtin. Barboſ. in cap. interfeciſti 2. num. 3. de homicid.*

8 Et hoc procedit, quando ob neceſſariam ſui corporis defenſionem, & cum moderamine inculpatæ tutelæ vis vi repellitur, *l.1. C. unde vi. Thom. de Thomaſ. reg.306.*

9 Moderamen inculpatæ tutelæ, ſeu defenſio inculpata qualis debeat eſſe, & in quo conſiſtat, diſpungunt *Sayr. de cenſur. lib.6. cap. 7. à num.7. Prax. Epiſcop. 1. part. verb. Moderamen, Farinac. in prax. crim. part.5. quaeſt.125. num.349. cũ ſeq. Paz ad leg. Styl. l.58. num. 5. Rebell. de oblig. iuſt. 1. part. lib. 3. quaeſt. 12. num. 7. Azor inſt. moral. lib.2. p. 2. c.1. quaeſt.2. Bern. Græveus lib.2. concl.110. conſ.4. n. 9. cum ſeq. Caball. de omn. gener. homic. n. 94. Bonac. de cenſur. diſp.7. q.4. punct. 6. n. 3. verſ. Dixi non excedendo.*

10 Ex quorum dictis illa eſt verior concluſio, dici quem facere cum moderamine inculpatæ tutelæ, & eſſe in neceſſitate inevitabili, quando eſt conſtitutus in tali neceſſitate, quam neque fugâ, dummodo dando terga non ſit periculum, neque clamore, neque alio modo, niſi interficiendo, aut mutilando adgreſſorem evitare nequit.

11 Hinc clericus, qui taliter homicidiũ commiſit, non eſt irregularis, *Auguſt. Barboſ. in cap. ſignificaſti 18. num. 12. de homic. Acuña in cap. de his 6. num.2. diſt. 50. Graff. de cler. effect.9. à num. 238. cum ſeq. Cornejo tom. 2. in 3. part. D. Thom. tract. de irregularit. diſp.4. dub.1. fol.792.* cum infinitis, quos laudant.

12 Advertendum eſt, concluſionem ſuperius firmatam habère locum, & ampliari. Primò in defenſione rerum, præcipuè ſi ſint magni momenti, nec ſit probabilis ſpes aliter illas recuperandi, *Sot. de iuſt. lib.5. quaeſt.1. art.8. Tolet. lib. 5. cap.6. verſ. Tertius caſus, Menoch. illuſt. cap.18. num.5. Cened. ad Decr. collect. 96. num.3. Campanil. in diverſ. iur. Cano rub. 11. cap.23. num.57. Graſſ. d. eff. 9. num. 197.*

13 Secundò in defenſione honoris proprij, *Menoch. illuſt. cap.11. num.10. Tiraq. de nobilit. cap.20. num.63. cum ſeq. Bobadil. lib.2. Polit. cap.14. num. 44.* ubi verò quis fugâ arreptâ ſaluti ſuæ conſulere poteſt, ſe ſubſiſtere non debet, ſed fugere, niſi ſit miles, vel nobilis, quibus dedecus eſt fugam capeſſere, *Hippol. in l. 1. num.46. & 47. D. de ſicarijs, Clar. §. homicidium, num.32. Menoch. de arbitr. caſ. 177. num.14.* & alij paſſim.

Celebris ſuccedit quæſtio, an cauſa honoris ſemper urgeat, ut non dicatur ex intervallo ulciſci, qui cùm primùm potuit, ulciſcatur?

Et adfirmativè reſpondet *Gizarel. deciſ.18. num. 5.* ubi de eo loquitur, qui recepta ab alio alapa poſt longum tempus illum occidit.

Quæ quidem ſententia communitur ex eo, quòd maritus uxoris, & adultero pepercisse non præſumitur, ſi cùm primùm potuit, illum occidit, quia *in continenti* occidiſſe videtur, *l.2. §. conſeſtim, ad Tertul. Cabed. deciſ.172. num.3. p. 1.* ut à pœna ordinaria excuſandus ſit, *Mart. deciſ. 206. num. 7.* & quod ex intervallo fit homicidium, ad actum tamen defenſionis neceſſario *in continenti* commiſſum ex multis probat *Neguſ. conſ.344. num.15.*

Mirè adſtipulatur, quòd terminus *in continenti* non requirit, ut actus eodem temporis momento fiat, *Abb. in cap. 1. num.15. de mut. petit.* ſed longum quandoque ſignificat intervallum, *Alexand. in*

in l.1.§.qui præſens, num. 8. & 12. D. de verb.oblig.Honded.conſ.87.num.147. volum. 2. ut arbitrarius ſit tùm civilibus in cauſis, *l.3.§.cùm igitur, D. de vi, & vi arm.Cened.ſing.56.num.4. Fanut.de moment.temp.cap.15.Valaſc.conſ.88.num. 6. Azeved.in l. 11.num.3. tit.7.lib. 3. Recop.Cabed.dict.deciſ.172.num.4. part.* 1. tùm in criminalibus, quæ graviores ſunt, *Gizarell. dict. deciſ. 18. num.* 5. & quandoque aliquod breve tẽporis ſpatium iudicis arbitrio taxandum denotat *Bellon.de his, quæ fiunt in continenti, cap.6.num.5.cap.187.num.2.& cap.166. num. 5. Contard.de moment. poſſeſ. limit. 12.num.7. Decian.conſ. 94.num.12. vol. 3.Tarret.conſ.67.num.4.lib.1.Surd.conſ. 252.num.4.Sanch.de matrim.lib.10.diſp. 12.num.23.Argell.de acq. poſſeſſ.quæſt. 2. art.8. toto, fol. 82.* interdum tres dies, *l. fin.§.illicò, C.de iudic. l. fin. C. de error. advocat.* & decem, *l.quod dicimus, D. de ſolut.* iunctâ *gloſ.* ſuper *verb. Intelligendũ eſt, gloſ.in §. fin.Inſtit.de inutil.verb.Fieri poſſit, l.promiſſorum, §.ſi ſine, D.de conſtit. pec.* interdum intra menſem unum, *Iaſ. in l.divortio, num. 14. D. ſolut. matrim.* vel intra duos menſes, *l.aufertur, §.1. D. de iur.Fiſc.gloſ.in l.compenſationes, verb. Indaginem, C. de compenſ.* vel intra ſex menſes inſpectâ perſonæ qualitate, *Decian.conſ.3.num.121.volum.4.* Quandoque refertur intra decennium, *gloſ. in l. ab eo, C. quomodo & quand. iud.* Cùm à iure in ſingulis caſibus id determinatum non reperiatur, *Caphal. conſ. 231. num. 16. Menoch. de arbitr. caſ.7.num.8. & 9.*

Pungit pro hac ſententia, quòd alia eſt iniuria realis, perſonalis alia, *l. 1. §. omnem, §.iniuria autem, §. Neratius, D. de iniur.*

Perſonalis fit perſonæ, & in perſonã, *Bellug.in ſpec. Princ.rub.27. miles, num. 42.Honded. conſ.103.num.14.vol.1.*

Realis eſt, quâ directè perſona non læditur, ſed honor, & in marito, cuius uxor adulterium committit, in fratre, cuius ſoror ſtuprum fuit paſſa, in patre, cuius filia dehoneſtatur.

Perſonalis in continenti propulſari debet, *DD.in l.ut vim, D.de iuſt. & iur. Ponte conſ.93.n.29.& 30.*

Realis, dum lex vindictam in continenti permittit, intelligitur quàm primùm potuit, *Bellon. de his, quæ fiunt in continenti, cap.7.num.6.Farin.quæſt.125. num.211. Mart. dict.deciſ. 206.num.10.* ut eadem ſemper adſit ratio, ac ſi *in fraganti* deprehenſus ille eſſet, niſi aliter conſtaret. Imò in iniuria perſonali idẽ tenet *Gizarell.d.deciſ.18.n.5.*

Negativè adſeruit *Vivius deciſ. 107. num.16.*

Verùm duæ ſententiæ ſic cõponuntur, ut dicamus procedere, non ut deſit pœna, ſed ut ordinariæ locus non ſit, ità in pulcro caſu deciſum adfirmat *Giurb. conſ.86.* ubi defendit fratrem pro honoris proprij defenſione ſtupratorem ſororis occidentem non in fraganti, ſed poſt longum temporis intervallum mortis naturalis pœnâ plectendum nõ eſſe, mirè *Farin.conſ.141.tom.2.*

14 Tertiò in defenſione vitæ, ſeu bonorum proximi, *Greg. Lopez in l. 3.gloſ. 1. tit.8.part.2.Flor.de Men.var.quæſt. 18. num.9.& 30.*

15 Quæ quidem defendendi proximum obligatio in privatis perſonis provenit ex lege charitatis, *Soto de iuſt.lib.4.q.7. art.3.Sylveſt.verb. Reſtitutio 3. quæſt. 5. verſ. 2.Navar.in Man. cap.24.ſub num. 17.Rebell.de oblig.iuſt.part.1.lib.2.q.2. num. 2.Menoch. caſ. 355. num. 3.* In alijs
16 verò perſonis conſtitutis authoritate publicâ, ut obvient criminibus, & iniurijs, ac in alijs, qui ad defendendum ſpecialiter conducti ſunt, obligatio inducta eſt à iuſtitia, *D.Thom.2.2. quæſt. 62. art. 3. Meneb. illuſt. cap. 16. num.6. & cap.41.num.22.Bonac.de cenſur.diſput.7. quæſt.4.punct.8. num. 37. Barboſ. in cap. 2.num. 7. de homic.* Conducit eleganter *Cic. lib. 1. offic.* ibi: *Quòd qui non defendit, ſi poteſt, iniuriæ, tam eſt in vitio, quàm ſi parentes, amicos, aut patriam deſerat, c. non inferenda 23. quæſt. 1.* ibi: *Quòd non in-*

inferenda, ſed repellenda iniuria, lex virtutis eſt: qui enim non repellit iniuriam, ſi poteſt, tam eſt in vitio, quàm ille, qui facit.

17 Non inobportunè diſcuti debet, an ſit licitum matri ſanguinis miſſionem pati cum periculo vitæ filij? Et adfirmativè, ſive ante animationem fœtus, ſive poſt illam, reſolvit *Cordub. 1. qq. q. 38. lib. 2.* Quia ante animationẽ mater
18 priùs habet ius ad ſanguinem ſuum, quàm proles habet ad matris ſanguinẽ, ut proprium alimẽtum futurum, & poſt animationem ſimiliter tenet iùs ad ſuũ ſanguinem, & ſibi deſervientem: & ſicut in primo caſu non tenetur cum tanto detrimento futuræ proli conſulere, ità etiam in ſecundo non eſt obnoxia illum intra ſe retinère, neque enim poſt natum filium obligatur mater retinẽre cum damno propriæ vitæ, neque ullus ad id illam obligavit.

19 Eodem modo philoſophandum eſt in altero dubio, an ſit licitum prægnanti ſumere medicinam, ex qua ſequatur abortus? Et dici debet, quòd non; ſi directè ſumatur ad eum, & non ad ſanitatem ante animationem, ſecùs autem ſi directè tendat ad ſanitatem, & non ad aborſum; licèt enim ille contingat, nulla culpa tenetur, ità docet *Vazquez 1. 2. diſput. 115. c. 3.* & alij communiter. Poſt animationem verò ſimiliter ratiocinándum eſt ſub prædicta diſtinctione, eleganter *Turrian. de iuſt. & iur. diſput. 26. dub. 2. à num. 29. cum ſeq. Lara in compẽd. vitæ homin. cap. 9. à num. 21. cum ſeq.* cum plutibus videndus *Carranç. de partu, c. 16. §. unico, à num. 47. fol. 574.* Noviſſimè *Diana in reſol. moral. tract. 5. miſc. reſol. 11.* tota, *part. 3.*

20 Iuxta dicta intelliguntur verba *Tertull. in Apolog. c. 9. Nobis verò homicidio ſemel interdicto etiam conceptum utero; dum adhuc ſanguis in hominem delibatur, diſſolvere non licet. Homicidij feſtinatio eſt prohibere naſci, nec refert natam quis eripiat animam, an naſcentem diſturbet? homo eſt, & qui futurus eſt, & fructus omnis, vel hominis iam in ſemine eſt: & cap. ſi aliquis, de homic.* cenſetur homicida, qui aliquid fecerit, vel ad potandum dederit, ut non poſsit generare, aut concipere,
21 aut naſci ſoboles: *Et Tullius pro Aulo Cluentio* graviter reprehendit fœminam, quæ pecunia fœtum nondum animatum potionibus abegit, dicitque damnatam eſſe, nec iniuria, quæ ſpem parẽtis, memoriam nominis, ſubſidium generis, heredem familiæ, deſignatum Reipublicæ civem ſuſtulit.

Conferunt ad hanc ſententiam, quæ *Athenagoras* Græcus orator *in oratione ſua pro Chriſtianis ad Imp. Marc. Aurelium Antoninum, & L. A. Commodum* ſcribit, ibi: *Et qui mulieres medicamentis abortivis utentes homines occidere, & rationem redditurus Deo dicimus; qua ratione iam natos, & perfectos homines iugulabimus? Non enim eiuſdem eſt fœtum in utero animal eſſe? Marquard. lib. 1. Parerg. cap. 17.* comptè pluribus relatis *Claud. Minois in comm. ad Alciat. emblem. 193. Ovid.*

Veſtra quid effoditis ſubiectis viſcera telis?
Et nondum natis dira venena datis?

An mulier, quæ ſuaſionibus & minis impiæ matris abortivit, ſit punienda, etſi minor 25. annis, maior tamen 17? Quæſtionis eſt.

Abortus omnibus tẽporibus & Gentibus magno ſemper odio habitũ crimen, ut conſtat ex his, quæ plena manu congeſſit *Carrança de partu, cap. 16. §. unico, à num. 1. cum ſeq. Scort. in Conſtit. SS. PP. epitom. 146. theoremat. 376. & 377.*

Quo præhabito *Carrança dict. c. 16. §. unico, num. 30.* ità ratiocinatur, & adfirmativam ſententiam tenet in hæc verba: *Etenim in plurimum ab iſtis hoc mali maiore, & callidiore patratur dolo, vel ad ſecurius ſcortandum ſine prolis ſpe, vel eo iniquo animo, ut mulieres iſtæ à viris iam cognitæ, tanquam intactæ deinceps nuptui tradantur, non ſine magna iniuria paſſim (proh dolor!) obvia, in quo ſanè obſtetricum, & perditorum hominũ, vel mu-*

lie-

licerum calliditas, *& audacia ſeveriſſimè punienda erit*, *Petr. Gregor.* (*qui in hoc genus hominum rectè invehitur*) *lib.14. de Republic.cap.1.num.ult.& cap.2.n.5.*

Contrariæ ſententiæ ſe adcingunt *Menoch. caſ.357. num.22.Theſau. deciſ. 12.num.12.& 13. Vela de delict. cap.15. num. 6. Farin.quæſt. 92.num.136. & q. 97.n.150.& q.122.n.158.* quos ſequendos exiſtimarem.

Quæ quidem comprobatur. Nam quo iure filia aborſum faciens ſuaſionibus, & minis impiæ matris compulſa plectitur? Et quâ ratione damnatur? Si enim iuſtus timor adeſt, ſeu minas pertimeſcens adquieſcit ſuaſionibus, meritò venit excuſanda, facilitas in culpa extitit, ſed venia in facilitate conſtruitur, non quærit homicidium, premitur ad homicidium; nam & matris iuſſus, & mandatum, necnon & ætas illi excuſationem intendunt.

Cæterùm ſi adeſſet pœna, non ordinariâ, ſed extraordinariâ plecteretur, ut in minus ſtricto caſu exprompſit *Conſultus in l. ſi mulierem, D. ad leg. Cornel. de ſicar.* ibi: *Si mulierem viſceribus ſuis vim intuliſſe, quo partum ſuum abigeret, conſtiterit, eam in exſilium Præſes provinciæ exigat*: *& in l. Cicero 39. D. de pœn.* ibi: *Sed & ſi qua viſceribus ſuis poſt divortium, quòd prægnans fuit, vim intulerit, ne inimico marito filium procrearet: ut temporali exſilio coërceatur, ab Optimis Imperatoribus noſtris reſcriptum eſt.*

Vnde colligitur, quòd dicta filia excuſationem habuit matris imperium reformidans, non infamiâ; poterat enim aliàs à matre celari, ſeu abſcondi, ne in omnium ore vagaretur, & ſic eo ipſo, quòd mater parvi fecit honorem ſuadens delictum; apertè adſtruitur rigidioris, & ſeverioris Genij adfuiſſe, ut filia metueret, & ſuaſionibus acquieſceret.

Ex quo fluit nô eſſe audiendum *Carranç.* ubi ſup. quia filia in aborſu ſuaſionibus, & minis impiæ matris facto dolum non admittit, cùm pateat, & ſolùm verſetur reſpectu matris, ut dignâ animadverſione pungatur, mirè *Theſaur. d. deciſ. 12.n.12.*

Verùm *Solorç. de parric. lib.2. cap.12. in fin.* teſtatur in hoc aborsus immani crimine metum infamiæ non excuſare; etſi iuſtus ſit, *ex l. iuſta 9. de manum. vind. cum vulgar.*

22 Infertur ad dicta, quòd carceratus iuſtè, & legitimè cōdemnatus ad mortem in foro conſcientiæ non tenetur, etiam ſi fugerit, & carcerem fregerit, ità tenent *Caietan. 2.2. quæſt. 66. art. 4. Covarr. lib.1. var. cap.2. num.12. Soto lib. 5. de iuſt. quæſt. 6. art. 4. in reſponſione ad 2. Gutierr. Canon. lib.2. quæſt. 24. à princ. Rodrig. in ſum. tom.1. cap.40.* toto. Sentit *D. Thom. 2.2. quæſt. 69. art. 4.* quatenus ait, licère reo fugere, ſed non reſi-

23 ſtere. At ſolutio vinculorū, & muri carceris perforatio, quæ fit in abſentia cuſtodis, & ſic ſine ulla vi & reſiſtentia, licita omnino cenſenda eſt, quia nihil aliud illud eſt, quàm removère impedimēta fugæ, & totum reducitur ad hoc, quod eſt fugere.

Vnde inferas, quòd ſi quis metu iudicis fugiat, timens ne ſæviat, aut quid iniuſtum in eum committat, excuſatur à fuga, *l. contra pupillum, D. de re iudic. l. capitalium, §. ad ſtatuas, D. de pœn. l. milites agrum, §. deſertorem, D. de re milit. Sacca conſ. 53. num. 44. Honded. conſ. 94. num. 27. volum. 2. Azev. in l. 7. num. 3. tit. 26. lib. 8. Recop. Valenç. conſ. 30. num. 21. Fachin. lib. 9. contr. cap. 71. ad fin.* Nec qui ad ſuperiorem adcedit, ut iuſtitiam adſequatur, *Pariſ. de ſyndic. verb. Fuga officialis, cap. 2. num. 4. Bobadill. in Polit. lib. 3. cap. 15. num. 10. ad med. Salgad. de Reg. protect. part. 2. cap. 4. num. 195. & 196.* Nec in pœnam fracti carceris incidit, *Mart. deciſ. 234 num. 6. Maſtrill. deciſ. 295. num. 32. Giurb. conſ. 65. num. 4.* Cùm vexationis timore is fuiſſe præſumatur, cuius cauſa eſt inquiſitio, vel adcuſatio, quam nemo innocens pati vult, *Bart. in l. 1. num. 1. D. de bon. eor. Farinac. quæſt. 30. num. 171. & quæſt. 48. num. 27.* Licèt

cita-

citatus adhuc non fuerit, *Decian. conſ. 283. num. 25. Bertaz. conſ. crim. 133. lit. B. verſ. Vltimum caput, Marſil. ſign. 215. Menoch. conſ. 283. n. 25.* iuſtumque eſſe inquit *Farinac. d. q. 48. num. 30.* futuræ inquiſitionis timorem, ſi teſtes recipere incepiſſet iudex, vel proceſſum contra aliquem formare; additque *num. 31.* quòd iuſtus erit timor, ſi poſt comminatam accuſationem aufugiat reus, licèt nondum inſtituta fuerit.

24 Secundò, unicuique natura indidit conſervationem ſui, & amorem libertatis. Hinc videmus animalia etiã ratione carentia cùm incluſa manent, totis viribus conari, ut à vinculis, ſeu carcere liberentur, etiam rumpendo compedes, vincula, & carceres, quantò magis enitetur homo; eritque id ſibi licitum ſciens bonum inæſtimabilẽ libertatis, & quod per fugam effugiet pœnã naturaliter exoſſam.

25 Tertiò, nullus reus poteſt cogi niſi ad patiendum, non tamen, ut ſibi ipſe vim, aut mortem inferat. Quâ ratione nullus tenetur in conſcientia ad pœnã, donec per iudicem inferatur, quia nemo debet eſſe ſui carnifex, aut executor. At ſi non poſſet licitè carceratus aufugere etiam frangendo vincula, & carceris parietẽ, obligaremus eum ad ſibi mortem inferendam; ſi reus eſſet mortis, quod nullo modo dicẽdum eſt. Sic ſimiliter cuique licet inſtrumenta ad perfringendum carcerem reo ſuppeditare, noviſsimè *Dian.* cum pluribus *tract. 5. miſcell. reſol. 102. p. 3.*

26 In foro tamen iudiciali, & externo nullatenus licet reo murũ carceris perforare pro fuga capienda, id enim ſub gravibus pœnis prohibetur, ut conſtat *ex l. de his, D. de effractor. & in l. in eos, D. de cuſt. reor. Caball. reſol. 8.* & alij, *Other. div. qq. iur. p. 3. q. 19.* Vnde veniunt damnandi *Vivius deciſ. 291. & Marta in D. noviſſ. tom. 2. tit. Carcer, cap. 24.* quatenus dicunt, iuſtè captum, aut carceratum aufugientem mortaliter peccare.

Vnde malefactor ingrediendo monaſteriũ monialiũ non peccat, ut ſi hoſtes, vel etiã ſatellites inſequẽtes fugiat, ſibique mortem, aut grave damnum timeat; nihilominus ceſſante periculo licitè non poteſt in monaſterio commorari, ideò ſi illum nequit Prælata expellere, poteſt iudex ibi ingredi ad eum expellendum, *Sanch. lib. 6 ſumm. cap. 16. num. 7. & ſequent. Rodrig. tom. 1. quæſt. 47. art. 4. ad fin. verſ. Nec his obſtat, Bonac. de clauſur. quæſt. 4. punct. 4. propoſ. uni. num. 13. fol. 539. tom. 1.*

De carcere iniuſto licet fugere, *Sayr. in Clavi Reg. lib. 3. cap. 27. num. 7.* Hoc tamen verum tunc ſolùm erit, quando grave ex hac re non immineret ſcandalum, & magna turbatio, quia tunc etiam ſi carcer inveniretur apertus, nõ licèret exire.

Qua de cauſa Paul. & Sylas, *Actor. 16* cùm carcerem, in quo iniùſtè tenebantur incluſi, Deo operante, ſemel invenerunt apertum, & ſecundò iterùm ex Magiſtratus præcepto cuſtos occultè aperiret, exire noluerunt, ne inde occaſionem alijs præbêrent putandi eos iuſtè in carcerem cõiectos fuiſſe, propterea, quòd falſa prædicaſſent. Ideò libẽtiùs carcerem elegerunt; ut ſic ſuã innocentiam probarent, & ſuæ doctrinæ veritatem confirmarent.

27 Inferas ſimiliter, quòd fœmina utens medio licito, ut tegat defectum virginitatis, ut contrahat tanquã virgo, non peccat, quia non tenetur talem defectũ manifeſtare cum tãto detrimento proprij honoris, & adponere impedimentum matrimonio contrahendo.

28 Rurſus aut defectus eſt omnino occultus, vel non; ſi eſt occultus, non obligatur exprimere; ſeu indicare; ſi verò non eſt occultus, ſed aliquibus notus diligentiã facere ſponſo incũbit, ut hunc defectum agnoſcat, ſicut alios ſponſæ.

29 Dices, virum non cõtracturum, ſi talem defectũ agnoſceret; ergo illi iniuria proponitur. Reſpõdetur, non eſſe rationabiliter invitũ ex eo, quòd ſpõſa hunc

Mm de-

defectum non manifeſtet ob dictam rationem, & ideò non fieri illi iniuriam, quod in omni cõtractu eſt verũ, ſi nõ ſit obligatio manifeſtãdi defectum materiæ contractus, *Turrian. de iuſt. & iur. diſp. 78. dub. 2. Torreblanc. de Magia, lib. 2. c. 19. n. 13. Dian. tract. 4. de Sacram. reſol. 287. fol. 174.*

30 Deinde remanet difficultas, an ex alio capite ſit peccatum cõtrahere matrimonium cum tali defectu? Et primò ſi ità defectus occultetur, ut prudenter habeatur nunquam virum poſſe illũ recognoſcere, nõ erit aliquod peccatum: quia non datur cauſa, aut occaſio peccandi.

31 Et idem dicendum eſſet, quãdo prudenter iudicatur virum non ægrè laturum eum defectum, etiã ſi ad illius notitiam venerit, quod tamen ratio poterit iudicare, cùm tã ſit gravis iniuria; ità philoſophatur *Navar. in c. inter verba 11. q. 3. concl. 1. corollar. 16. n. 21. fol. 13. tom. 1. & alij Neother.*

32 Præterea quando iudicatur fore, ut maritus agnoſcat defectum, graviaque peccata ſint futura, eam ob cauſam non erit licitum contrahere tale matrimonium cum tali defectu.

33 Ex dictis poteſt colligi, an peccent, vel non peccent cooperantes occultationi talis defectus; ſi enim fœmina nõ peccat, illi non peccabũt, quia verò illa peccat, & alij peccabunt, *Turrian. de iuſt. & iur. d. diſp. 78. dub. 2. Tho. Sanch. de matrim. lib. 6. diſp. 27. à n. 7. cum ſeqq.*

34 Iam ergo patet propulſationem iniuriæ licitam eſſe, etſi necdum illata ſit, eſt enim defenſio imminentis offenſionis propulſatio. Nec exſpectari debet prior percuſſio, ut quidã *arg. l. ex plagis 52. §. 1. D. ad l. Aquil.* ſed ſufficit terror, & ſigna voluntatis nocendi manifeſta, quia iuſtus metus non tantùm præſentis periculi, ſed & propinqui (quare *Bozer. lib. 2. de duell. c. 10. n. 30. & ſeq.* in defen-
35 ſione iuſta, & æquabili duas partes cõſtituit, repercuſſionem periculi imminentis, & propulſationem eiuſdem proportionatam.) Quin & occurrere in tẽpore, & prævenire tutiùs, *Mar. Salom. in l. 3. fol. 7. D. de iuſt. & iur. Forſter. lib. 2. de iuriſd. Rom. 2. p. l. Numæ 9. ſect. 4. n. 7. & 8.* & quæ iuſta defenſio ſit, quæ fit vitã-
36 dæ iniuriæ causâ, ac ne offendaris, quã quæ poſt iniuriam acceptam, *Guicciard. Hypomn. Polit.* 117. Quinimò is verè propulſat, qui prævenit, nec vim admittit, *Don. in l. 1. n. 3. C. unde vi.*

Adſtipulatur *Lamprid. in Alex.* ibi: *Ille metu perterritus, & ſperans non poſſe evadere. Sophocles in Trachin.* de Deianeira: *Sperantem fatum malum & infelix. Thucydides lib. 8.* ibi: *Spem timoris: Tertullian. de Pallio cap. 2.* ibi: *Et Huiuſmodi nubilo, & Tuſcia Vulſinios priſtinos deuſta, quò magis de montibus ſuis Campania ſperet erepta Pompeios.* Vbi verbum *ſperet pro timere* eſt capiendum.

37 Solæ tamen minæ non ſufficiunt, niſi adoriens ſit in actu eas iam in effectum mittẽdi gladium ſtringendo, *Zoanet. defenſ. Tripart. p. 2. n. 48. Vbeſemb. in l. 1. n. 9. C. quand. lic. unic. ſin. iudic. ſe vind. Oſſuald. in Don. lib. 17. comm. cap. 2. lit. D. Iacob. Gall. conſ. 80 à num. 4. cum ſeq. Aldovin. conſ. 20. n. 195. & 196. Mar. Mut. deciſ. 30. n. 5. Guazin. defenſ. 29. cap. 4. n. 26 Chriſtin. deciſ. 168. num. 6. volum. 2. Mar. Giurb. conſ.* 17. toto, *Graſſ. de cleric. eff. ct. 9. n. 257. & 258.*

38 Nec tantùm ſi corpori noſtro intẽretur, ſed ſi cõiunctorum, *Theſaur. deciſ. 178. Trent. d. reſol. 1. n. 5. Bozer. lib. 2. de duell. cap. 10. num. 3. Zoan. defenſ. Tripart. 1. p. num. 56. & ſeq.* Nam rem ſuã ſolùm curans, nihil ab immaniſſimis feris diſtat. Quin feræ ipſæ pro fœtibus ſuis dimicant, & pati ſuos iniuriâ affici ſervi-
39 le eſt, *Ariſt. 4. Ethic. 5.* Quinimò etiam extraneorum, *Bozer. d. c. 10. n. 4. Trent. d. reſol. 1. n. 5.* Iniuſtus enim nõ tãtùm, qui infert iniuriã innocenti, ſed & qui, cùm poſſit, non defendit, *Cic. 1. offic. pag. 16.* Ac ſanè qui cõmunem naturæ cognationem, quæ ſub uno parente eſt, *Quintil. declam. 9. l. 3. D. de iuſt. & iur,* violat
40 communi odio dignus. Qui vinculum

cog-

cognationis, quantum in ſe eſt, ſolvit, nec erga eum iure cognationis alij tenentur.

41 Vnde ſunt, qui cuiuſvis etiã extranei defenſionem à vi iniuſta nõ permiſſam tantùm, ſed & neceſſariam ſtatuant, modò commodè poſsit, *Vbeſemb. in l. 1. C. quand. lic. unic. ſine iudic. ſe vindic. n. 25. cum ſeq.*

42 Denique obiter animadvertendum eſt pro coronide dictorum, quòd etſi cædes ex defenſione cum modo æquo, & pari facta, legitima eſſet, apud Hebræos pariter, ac Romanos etiam iuſtè nece perpetratâ expiationes neceſſariæ, nec ante cruorem abluebant, quàm expiati eſſent, quin manibus impuri dicebantur, ut notat *Turneb. in Schol.* ad illud *Horat. 2. carm. 1.*

Nondum expiatis uncta cruoribus.

& *Phil. Iudæus lib. 1. de vita Moyſis*, non longè à fine Iſraëlitas à prælio reduces per Põtificem Maximum piacularibus ſacris ſuſceptis cæde expiatos refert.

43 Nam ait, ut legitima hoſtiũ cædes ſit, attamen qui hominem necat, quãquam iure, quamquam vim propulſans, quãquam coactus, extra noxiam non videtur, propter ultimam illam hominum inter ipſos communionem, *Petr. Greg. lib. 36. ſyntagm. cap. 21. num. 1. Scip. Gentil. 2. Parerg. cap. 13. Forner. 5. rer. quot. 24. Paul. Cypræ. de ſponſal. §. 79. Solorçan. de parric. lib. 1. cap. 21. Budæus in adnot. reliquis, fol. 73.*

44 Vnde fit, ut expiatio etiam de ſomnijs fieret, *Mart. lib. 11. epig. 50.*

Expiet ut ſomnos. ----

Petron. ibi: *Cæterùm Lychas, ut Tryphænæ ſomniũ expiavit. Suet. in Galba: Cùmque exterritus luce prima ad expiandum ſomnium, præmiſſis, qui rem divinam pararent, Tuſculum excurriſſet.*

45 Eodem modo ſomnium expiare dixerunt, quòd monſtra, prodigia, portẽta expiare. Quâ locutione nihil crebrius apud *T. Livium*: quemadmodum neque hâc procurare monſtra. Exhinc procurare ſomnium apud *Tibullum*. Expiare autem eſt ſacrificijs, & religione, malum, quod portentum eſt, deprecari, quemadmodum & procurare, *Tibullus.*

Ipſe procuravi, ne poſſet ſæva nocere
Somnia bis ſancta deveneranda mola.

Phædrus; ſi procurare vis ſomnium, ruſtice. Æſchylus in Perſis, Lucian. in ſomnio: Sophocles in Aiace, Deſider. Heral. ad Mart. lib. 11. epig. 50.

46 Hinc lux *Senec. lib. 2. Natur. quæſt. cap. 35. Fatum fulmine mutari non poteſt. Quid ni? Nam fulmen ipſum fati pars eſt. Quid ergo* EXPIATIONES, PROCVRATIONESQVE, *quò pertinent, ſi immutabilia ſunt fata?*

SVMMARIVM.

1 *CArcer ad facinora coërcenda. Media Vrbe foro ædificatus carcer.*
2 *Huius carceris pars ſubterranea Tullianum adpellata.*
3 *Adducitur Aurel. Prudentius.*
4 *Barathrum noxiorum cuſtodia.*
5 *Adducitur Calphurn. Flacc.*
6 *Et Vincent. Lyrinenſ.*
7 *Locum formidinis tenebrarum ſqualoris, ac graviolentiæ plenum. Romani etiam adpellavere Lautumias.*
8 *Lautumiæ deſcribuntur à Cicerone.*
9 *Explicatur Matth. c. 8.*
10 *Carcer interior cuſtodiarius. Aſpera cuſtodia.*
11 *Quando appellatur cuſtodia, intelligitur de publica.*
12 *Quoties etiam vincula adduntur.*
13 *Catenis non modò colla, ſed manus, pedeſque ligabantur.*
14 *Leges civiles nunquam pœnam carceris irrogarunt.*
15 *Secus autem Ius Canonicum.*
16 *Carcer mala manſio.*
17 *Sanguinis pœna pro nullo crimine Iure Canonico infligitur.*
18 *Carceris pœna non illa mitior.*

19 Interpretantur l. omnes 23. C. de pœn. & l. ſi diutino 25. D. eod. & 20. 21.

22 Carceris ſubplicium mortalibus eſt graviſſimum.

Contractus in carcere geſti nulli.

23 Adducitur l. qui in carcerem, D. hoc tit.

24 Ratio proponitur.

25 Qui extra carcerem cuſtodem tamen habens contrahit, non tenetur.

26 Lex qui in carcerem non probat id, ad quod adducitur.

Debitor captus non ſervato iuris ordine non eſt dimittendus, & relaxandus, ſi re vera debitor eſt.

Negatur.

Creditor immiſſus pro uno debito, non poteſt retinere pro alio.

27 Intelligitur d. lex. & 28.

29 Quando contractus eſt cum ipſo incarcerante, ſeu eius participe, non tenet contractus.

Et promittens iniuſtè in carcere detinetur, ſecùs autem ſi iuſtè.

Obligatio uxoris pro viro excarcerando facta, ſi remanet indotata, nulla eſt, etiam ſi firmetur iuramento, etſi aliàs non iuvetur Velleiano.

30 Proponitur caſus l. qui in carcerẽ, & 31

32 Corroboratur deciſio, & 33. 34.

35 Carceratus contrahere valet.

36 Adducitur l. qui à latronibus, D. de teſtam.

Debitor ſolvendo debitori, dum eſt captus à latronibus, non liberatur.

37 L. ſi quis poſt D. eod. adducitur.

38 Adducuntur rationes, uſq. 43.

CAPUT XLVI.

An cõtractus in carcere geſti validi ſint, necne?

1 CARCER, ut author eſt *Livius lib. 1.* creſcente civium Romanorũ numero ad facinora, quæ clandeſtinè præ nimia confuſione cõmittebantur, coërcenda mediâ Urbe imminẽs foro ædificatus fuit. De eo *Iuven. ſat. 3 in fin.*

Felices proavorum atavos, felicia dicas
Secula, quæ quondam ſub Regibus, atque Tribunis
Viderunt uno contentam carcere Romam.

2 Huius carceris ſubterranea pars Tullianũ adpellata, quia primo illo à Tullio Hoſtilio aucta fuit, ut *Varro lib. 4. de ling. Lat.* inquit carcer à coërcendo, quòd exire prohibet. In hoc pars, quæ ſub terra eſt Tullianum, ideò quòd additum à Tullio Rege, *Apul. lib. 9. Metam. Salluſt. in coniurat. Catil.* prope fin. *Roſin. lib. 9. Ant. Rom. c. 31. lit. E. Petr. Greg. lib. 31. ſyntagm. c. 33. num. 1. & 2. & 2. de Rep. 1. n. 3.*

3 Quem locum *Aurel. Prudent. in hymno Vincentij Periſtephanὼn* adprimè depingit:

Sublata inde fortior
Lugubre in antrum truditur:
Ne liber uſus luminis
Animaret altum ſpiritum.
Eſt intus imo ergaſtulo,
Locus tenebris nigrior,
Quem ſaxa merſi fornicis
Anguſta clauſum, ſtrangulat.
Æterna nox illic latet
Expers diurni ſideris:
Hic carcer horrendus ſuos
Heri fertur inferos.
In hoc Barathrum conijcit
Truculentus hoſtis Martyrem.

4 Barathrum vocat *Prudent.* quod nos Tullianum adpellari diximus (erat nãque Barathrum noxiorum cuſtodia, teſte *Alex. ab Alex. lib. 3. Dier. Gen. c. 5.*) idque ob eius loci ſimilitudinem.

5 *Calphurn. Flacc. declam. 4.* ſic loquitur. *Video carcerem publicum ſaxis ingentibus ſtructum, anguſtis foraminibus tenuẽ lucis umbram recipiẽtem in hunc coniecti robur Tullianum proſpiciunt, & quoties iacentis ſtridor excitat, exanimantur, & alienum ſubplicii adſpectãdo ſuum diſcunt. Cerd. in cõm. ad Virgil. 6. Æn. ỳ. 555. n. 9. fol. 683*

Vin-

6 *Vincent. Lyrinenſ. adverſus hæreſ.* damna ob Arrianam hæreſim Romæ excitata enarrans, ait: *Tunc temeratæ coniuges, depopulatæ viduæ, profanatæ virgines, monaſteria demolita, diſturbati clerici, acti in exſilium ſacerdotes; oppleta ſanctis ergaſtula, carceres, metalla.*

7 Locum hunc formidinis, tenebrarũ, ſqualoris, ac gravjolentiæ plenum Romani etiam adpellavêre Lautumias (de quibus *Vlp.* effatur *in l. 1. D. de aleat.* quæ ſunt loca lapidibus cæſis exſecta, in quæ noxij damnari ſolebant, *Turneb. in Varron. de ling. Latin. fol. 290. Taubman. in not: ad Plaut. Pœnul. act. 4. ſcen. 2. Philipp. Broidæ. in ſubplem. hiſt. For. Pollet. lib. 5. cap. 14. Valent. Guil. Forſt. 1. obſer. ſucciſſiv. cap. 20. Oſuald. in Don. lib. 21. com. cap. 5. lit. H. Cuiac. lib. 6. obſer. cap. 7. Turneb. lib. 22. adverſ. cap. 16. Pet. Fab. lib. 2. ſem. cap. 7. Iul. Obſeq. lib. de Prodi-*
8 *gijs, Livius lib. 31.*) itâ adpellatæ fuerunt inſtar eius carceris à Dionyſio Tyranno Syracuſis inventi, & Lautumiæ nuncupati, eas ſic deſcribit *Cicer. lib. 5. act. 10. in Verr. Quæ ſunt iſtæ cuſtodiæ? apud quos homines? quemadmodum eſt adſeveratus? Lautumias Syracuſanas omnes audiſtis: plerique noſtis, opus eſt ingens, magnificum, Regum, ac Tyrannorum, totum eſt è ſaxo in mirandam altitudinem depreſſo; & multum operis penitùs exciſſo; nihil tam clauſum ad exitum, nihil tam ſeptum undique, nihil tam tutum ad cuſtodiam, nec fieri, nec excogitari poteſt. Senec. in conſol. ad Marc. cap. 17. Videbis ubi Athenarum potentia fracta? ubi tot millia captivorũ? ille exciſſis in infinitam altitudinem ſaxis nobilis carcer incluſerat.*

9 Nec diſsimilem Lautumijs, aut Tulliano fuiſſe locum, in quẽ veſte nuptiali non indutus conviva à Christo Domino conjici damnatus fuit, cùm in tenebras exteriores eum mitti iuſſit, *Matth. 8.* quem locum explicans *Auguſtin. in Ioannẽ*, itâ ait: *Mittuntur in carcerem, & in ipſo carcere non omnes, ſed in ima carceris detruduntur.* In iſtum carcerem immiſſus Paulus eſt, *Act. 6. Nam miſerunt eos in carcerem, præcipientes cuſtodiri*, & addit: *Qui cùm tale præceptum adcepiſſet, miſit eos in interiorem carcerem, & pedes eorum ſtrinxit ligno.* Lignũ hoc dicebatur cataſta.

10 *Tertull. ad Martyres, c. 2.* vocat hunc carcerem interiorem cuſtodiarium: *De carcere in cuſtodiarium ſi fortè trãſlatos eſſe exiſtimetis.* Dicta eſt *Tacito initio lib. 13.* aſpera cuſtodia, cùm inquit: *Nec minus properato Narciſſus Claudij libertus, de cuius iurgijs adverſus Agrippinam retuli, aſpera cuſtodia, & neceſſitate extrema ad mortem igitur invito Principe. Tertul. in Apol.* vocat huiuſmodi carcerem *Æſtuariũ, & Quintil. declam. 277. cuſto-*
11 *diam publicam.* Vnde ſi quando adpelletur cuſtodia, intelligendum eſt publica. Sic *Cicer. 1. ad Quinct. Frat. In cuſtodiam Epheſi tradidit.*

12 Quoties etiam vincula addũtur, aut catenæ, de iſto carcere intelligenda ſunt, *Tacit. lib. 6. Iulius Celſus Tribunus in vinclis laxatam catenam, & circumdatam in diverſum tendens ſuam ipſe cervicem perfregit: & Act. 21. Iuſſit Paulum ligari duabus catenis. Sueton. in Nerone: A vinculis triplicium catenarum dixere cauſam.*

13 Hiſque catenis non modò colla, ſed manus, pedeſque ligabantur, *Prudent. Hymn. 1. de corona*:

Hæc loquentes obruuntur mille pœnis Martyres,
Nexibus manus utraſque flexus involvit rigor,
Et calybs attrita colla gravibus ambit, cyclis.

Eleganter *Petr. Pantoja de Aiala in l. 1. D. de aleat. à num. 5. cum ſeq. fol. 25.* ubi plura de carcere, & vinculis non pœnitenda, *Ioan. Ludov. de la Cerd. adverſ. ſac. cap. 109. num. 24. Bobadill. lib. 3. Polit. cap. 13. à num. 1. cum ſeq. Iuſt. Lipſ. lib. 2. Elect. cap. 15. Budæus in l. ſuccurritur, ex quibus cauſ. mai. fol. 398.*

14 Etſi leges civiles carceris pœnam nequaquam admiſerint, quia *Vlp.* teſte *in l. 8. §. ſolent; D. de pœn.* carceri

non ad puniendos, ſed ad continendos
homines habêri debet, *Cuiac. lib. 34.
obſerv. cap. 14. Hiſt. For. Rom. lib. 5. cap.*
15 *14.* Pōtifices tamen dum pudori, & ve-
recundiæ clericorum proſpiciunt, &
eorū delicta puniri potius volunt, quàm
publicari, hoc ſubplicij genus, ut latè
*Bart. in l. Imperium, num. 8. D. de iuriſd.
omn. iud. Menoch. de arbitr. caſ. 305. Si-
manc. in Cathol. inſt. tit. 17. Gom. tom. 3.
cap. 9. num. 6.* animadvertunt, frequen-
ter uſurpant. Quod non eſt cur alicui
16 leve videatur. Quid enim eſt gravius,
quàm eſſe inter homines, & hominum
carêre conſortio? & ità vivere, ut liberi
ſpiritus fruendi facultas nō ſit? *F. Mau-
ſon. de cauſ. execut. quæſt. 2. num.* 10. & in
mala māſione (ità enim carcer, ut *For-
ner. lib. 2. ſelect. cap. 1. l. hi qui 4. C. de apo-
ſtat.* oſtēdit, interdum dicitur) vitæ exi-
tum exſpectare?

17 Sanguinis pœna pro nullo crimine
iure Canonico infligitur, ut iam pridē
Ludovic. Roman. ſing. 688. admonuit.
18 Neque carceris pœna mitior illâ vide-
tur: nam ut eleganter *Aurel. Caſſiod. lib.
11. var. in formu. indulg.* ſcribit: *Carcer
eſt cella gemituum, triſtitiæ domus, apud
ſuperos Platonis hoſpitium, locus perpetua
nocte cæcatus; in quo non unum tormentum
ſuſtinet reus, qui antequàm incurrat necis
exitus, à ſuperis probatur abſciſſus. Pri-
mùm pudor ille collega catenarum, abomi-
nabili mœrore diſcruciat: auditum alieni
gemitus & lamenta conturbant: guſtum
ieiunia longa debilitant: tactum pondera
prementia defatigant: lumina diutiùs te-
nebris obtuſa torpeſcunt. Non eſt unū clau-
ſis exitiū, multiſaria morte perimitur, qui
carceris ſqualore torquetur. Tertul. de re-
ſurrect. carn. Age iam, quid de ea ſentie?
cùm pro Christiano nomine fide in mediū
extracta, & odio publico expoſita decertat,
cùm in carceribus maceratur teterrimo lu-
cis exſilio, penuria mundi, ſqualore, pedore,
contumelia victus, nec ſomno quidem libe-
ra, quippe etiam cubilibus vincta, ipſiſque
ſtramentis lancinata.*
19 Unde non iniuſtè *Impp. in l. omnes 23.
C. de pœn.* in exſilium dānatos, ſi carce-
ris cuſtodia exſilij metas implêſſe de-
prehenſi fuerint, nō eſſe ampliùs in ex-
ſilium ire cogēdos ſcribunt: *Sit enim ſa-
tis immenſorum cruciatuū ſemel luiſſe ſub-
plicia, nec qui diu privati ſunt auræ cōmu-
nis hauſtu, & lucis aſpectu non intra bre-
ve ſpatiū catenarū ponderibus prægravati,
etiam exſilij pœnam ſuſtinere iterùm com-
pellātur.* Et *Modeſtinus in l. ſi diutino 25.*
20 *D. eod.* hoc idem ob oculos habens, ali-
quatenus eius pœnam ſublevandā ad-
monet, qui diutino tēpore in reatu fue-
rit, id eſt, in carcere, & miſero, triſti-
que, ac lugubri reorū ſtatu, ut interpre-
tantur *Duar. 1. diſp. cap. 19. Ferrand. 1.
explic. cap. 49. Alciat. 2. Parerg. c. 10. Cor-
raſ. lib. 2. miſcel. cap. 20. Rain. Corſ. lib. 1.
indag. cap. 19. Eduard. Calder. lib. 3. var.
cap. 2.* non ut *Accurſ. in d. l. diutino,* ubi
*Omnes, Dec. conſ. 535. M. Mantua 1. p. c.
33.* minùs rectè putarunt, qui aliquibus
retrò temporibus delictum commiſiſſe
21 reperti fuerint. Quis enim eorum non
miſereatur, quibus ex vinculis cauſam
dicētibus incertus iudicij evētus adſi-
duum tremorem, & legitimum ſæpè
metum incuſſit? *Solorç. de parric. lib. 1.
c. fin. fol. 102. Robert. lib. 1. rer. iudic. cap.
10. fol. 161.*

22 Quāobrem carceris ſubpliciū mor-
talibus eſt graviſſimum, *Polid. Virg. lib.
14. Hiſt. Angl.* & olim fuit Senatori Ro-
mano ultimū, *Plutarch. in Cicer. Robert.
d. lib. 1. rer. iudic. c. 13. fol. 235.* quia liber-
tati repugnat, (quæ inæſtimabilis res
eſt, *l. libertas, D. de reg. iur. l. Titio cētum,
§. Titio centum 2. D. de cond. & demonſt.*)
ac morum, uſumque mēbrorum impe-
dit, *Iacob. Matthæſil. in ſilv. propoſ. q. 33.
n. 1. Hering. de fideiuſ. c. 10. n. 182.*

23 Ex quo fluit, & cōmuniter dictitatur,
cōtractus in carcere geſtos nullius eſſe
momēti, *Rebuf. in l. ſolutū 48. D. de verb.
ſign. Farin. de carce. & carcerat. q. 35. Pet.
Greg. li. 31. ſyntag. c. 33. n. 6. Gutier. de iu-
ram. confir. 1. p. c. 57. Oſſual. in Don. lib. 15.
cōm. c. 38. lit. I. Menoch. de arbit. caſ. 136.
n. 4. & 5. Purp. conſ. 282. à n. 1. vol. 1. Fa-*

rin.

*rin.decif.295.n.2. in crimin.Elbert.Leonin.conſ.85.*toto,ubi ait,recognitionem redditus metu carceris factam nullius eſſe momenti,*Franc.Marc.decif. 377.p. 2.Mart.in D.noviſs.tom.2.tit. carcer, c. 21.* ubi loquuntur de recognitione debiti ob metũ carceris nulla. Hanc ſententiam adſtruunt *ex tex. in l.qui in carcerem 22.D.hoc tit.*ibi:*Qui in carcerẽ quẽ detruſit,ut aliquid ei extorqueret,quidquid ob hãc cauſam factũ eſt, nullius mom̃ẽti eſt.*

24 Ratio exſiſtit,quoniam is,qui carcere detinetur,omnia metu facere,præſertim cum ſuo creditore, præſumatur, & ipſe carcer metus iuſtus ſit; imò & ipſe metus vinculorum, *l.7.§.1. l.ult.§.1.D.hoc tit.*

25 Idem ratiocinandũ eſt in eo, qui extra carcerem, cuſtodem tamen habẽs, contrahit,quia ſolutus nondũ dicitur,*l. 48.D.de verb.ſign.* ibi: *Solutum non intelligimus eũ,qui licet vinculis levatus ſit, manibus tamen tenetur; ac ne eum quidem intelligimus ſolutum, qui in publico ſine vinculis ſervatur.*

26 Verùm nullatenus dici poteſt,*tex. in d.l.qui in carcerẽ* adeſſe in cõprobationẽ,cũ loquatur in diſſimili ſpecie, imò diverſa;nam ibi ideò fuit nullius efficaciæ & vigoris,quod geſtũ extitit,quia detrudens extorſit in ſui favorem,ſicq; ne ex ſua malitia cõmodum reportaret, Conſultus adnullationem geſtorũ propoſuit.Quod elegãter advertit *Gutier. d.1.p.c.57.n.21.* quatenus inquit in *d.l. qui in carcerem* dolum abfuiſſẽ,quem ſequitur *Thom.Sanch.lib.4.diſp.8. n.10.*

27 Iam ergo patet duplex ratio *ad d.l.qui in carcerẽ.* Prima eſt,quòd ideò contractus in carcere geſtus in favorẽ detrudentis nullus eſt, quia ultra quantitatẽ debitæ pecuniæ extorſit, *arg. l.fin. §.ſi fœnerator 2.D.hoc tit.*ibi:*Si fœnerator inciviliter cuſtodiendo athletam,& à certaminibus prohibendo cavere compulerit ultra quantitatem debitæ pecuniæ,his probatis, competens iudex rem ſuæ æquitati reſtitui decernat.*

Ad cuius *tex.*elucidationẽ, & mentem advertere oportet, quòd Athletæ nullâ infamiâ notari, *l. 4. D. de his, qui not.inf.l.uni.C.de Athlet.lib.10.*quinimò in maxima æſtimatione habiti, *Hieron. Mercurial.lib. 1.de Art.Gymnaſtic. c.14. Pantoja in l.2.de aleat.n.34. fol.78.col.2.* (qui diverſi à Gladiatoribus, qui inter ſe capitaliter decertabãt quæſtus causâ,*Cic.7.epiſt.fam.1. Nũquid ego te Athletas putem deſiderare,qui Gladiatores cõtẽpſeris? Oſſuald.in Don.lib.18. cõm. c.7.*) & ingentibus præmijs ornati, ut diligenter ex Criticis obſervat *Pantoja in d.l.2.D.de aleat.fol.41.n.59.cum ſeq.* & cõmodis præmiorum inſtructi propter ſacras coronas,*l.cõmodis 40.D.de re iud.* quæ quidẽ pecuniaria fuiſſe docet *Cuiac.in l.6.fol.194. D. de excuſ. tut.* & in cauſam iudicati capi,decernit *d. l.commodis, l. 5. C.quæ res pign.oblig.poſſ. d.l. unic.C.de Athlet.Oſſuald.in Donel.lib.27. comment.cap.3.lit. P.*

Quare fit,quòd ideò *in d. §.ſi fœnerator* diſpoſitio proceſsit, quia vim facit,qui hominem domo includit, ut ſibi rem mancipet, aut promittat, *Paul. 1.ſent.7.§.8.l.5.& 8.D.ad leg.Iul. de vi publ.*& ſic cũ dictus fœnerator Athletã domo incluſit, ut à certaminibus ſe abſtinêret,imò à gloriâ certaminis, quam poterat comprehendere, & à præmijs, ſeu cõmodis deſignatis, metumque reverentialem inijceret ad promiſsionẽ: ideò obligatio tenêre nequivit,*Sanchez de matrim.lib.4.diſput.5.n.27. & 28.*

28 Secunda,quia debitorem in privatũ carcerem per vim coniecit, *arg. l.5.D. de vi pub.Paul.1.ſent.7.§ ult.*ità eruditè ratiocinatur *Gothofred.in ſchol.ad d.l.qui in carcerem.*

Inferas ex hoc, quòd etſi regula ſit, *ex l.fin.§.fin.D.hoc noſt.tit.* quòd debitor captus non ſervato iuris ordine non eſt dimittendus,& relaxandus,ſi reverâ debitor eſt,quam patrocinatur *Bald in cap.tua,in fin.ut lit.non conteſt. & in cap. conquerente,de reſtit.ſpol. Paul.conſ.472. lib.1 ad fin.Gomez Arias in l.60.Taur.n. 11.Alex.in l.ſi cũ nulla,n.8.D.de re iud.*

Quo etiam fit, incarceratum pro debito falſo, poſſe detineri pro vero debito, *ut in d.l. fin. §. fin. D hoc not. tit. l. 2.* & ibi *Bald. C. de exactor. tribut lib. 10. Bart. in l. 2. §. qui exhibendi, D. de cuſtod. reor. Gomez. Arias ubi ſup.* licèt plures contrariam ſententiam tenentes referat *Farin. 3. tom. q. 27. num. 152.* licèt nõ ſequatur *num. 153.* Nec videmus hoc admiſſum, imò quomodolibet captum iudices detinent pro vero debito, vel delicto, & ità ſervatur quotidie, imò nõ dubitatur unquam, ubi benè etiam advertit *Farin.* ibi, licèt duas contrarias ſententias in hoc referat, qui ſe inclinat parti contrariæ, & ſic ut iudex in hoc caſu non tenetur in ſyndicatu.

In qua opinione animus meus & intellectus minimè acquieſcit; quoniam utcumque ſit, iam iudex, quantum ad ſe pertinet, habuit iniuſtum principiũ, quia iuris ordinem non ſervavit, & cõtra legem proceſsit, quæ utique ſervari debet ex vulgatis, ſequitur *Salgad. de Reg. protect. 2. p. cap. 4. n 129.*

Secundò, quia id, quod eſt in ſe inutile, alteri vigorem dare non poteſt, *l. cùm unus, D. de bon. auth. iud. poſſid.*

Tertiò, arreſtatio habet vim adhæſionis, qui autem adhæret, ſemper adhærêre debet in eo ſtatu, in quo invenit id, cui adhæret, *Felin. in c. veniẽs el 2 col. 2. in fin. verſ. Secunda cõcluſio, de teſtib.* ſed prima captura, cui adhæret arreſtatio, eſt nulla, & invalida: ergo nõ poteſt dare aliquam validitatem arreſtationi.

Ex quo fluit, quòd creditor immiſſus pro uno debito, non poteſt retinêre pignus pro alio debito, pro quo non fuit immiſſus, *Maſtril. deciſ. 88. Amato reſol. 41.* torâ, videndus.

Hoc intellige verum, quando con-
29 tractus eſt cum ipſo incarcerante, ſeu eius participe, ità *Rebuf. in dict. l. ſolutum 48. de verb. ſignif.* & alij, & promittens iniuſtè in carcere detinetur, ſecùs autem ſi iuſtè; *arg. l. 21. D. hoc tit.* doctè *Ranch. in addit. ad Guid. Pap. q. 253. Baiard. ad Clar. §. fin. q. 46. n. 20. fol. 407. col. 1. Marta conſ. 15. n. 14. cum ſeq. Canc. 3. p. var. c. 1. n 39. & 40.* Noviſsimè *Ioan. DeeKher. lib. 1. diſſert 9. n. 2. Marcheſ. de comm. p. 2 §. unic. n. 5. fol. 441.*

Ex hoc inferas, obligationem uxoris pro viro excarcerando factam ſi remaneat indotata, nullam eſſe, etiam ſi firmetur iuramento, eleganter cum pluribus *Marcheſ. de cõm. 1. part. § 1. fol. 730.* etſi aliàs non iuvetur Velleiano, noviſſimè *Ioann. Bapt. Thor. de privileg. piæ cauſæ privileg. 258 verſ. Reſpectu verò ſecũdi; Velaſc. de priv. paup. 1. p. q. 22. n. 43.*

30 Præterea advertere oportet, quòd *text. in dict. l. qui in carcerẽ*, hunc caſum effigiat, nempè, quòd ſi Titius Sempronium in carcerem conijciat, & ut ei aliquid extorqueat, hàc fraude utatur, etiam ſi promittat, ſeque obliget, non tenebitur, & contractus non ſortietur
31 effectum propter malitiam, ne locupletior fiat cum aliena iactura, *l. nam hoc natura 14. D. de condict. indeb.*

32 Secundò, argumentum à contrario ſenſu in iure validũ exiſtit, *l. 1. §. huius rei, D. offic. eius*, maximè quando contrariũ in iure nõ eſt expreſſum, *l. 2. C. de cõdit. inſert. Velaſc. in Axiom. lit. A. n. 375. & 377.* Igitur ſi *text. in dict. l. qui in carcerẽ*, ſpeciẽ conſtituit in cõtractu geſto in favorẽ detrudentis, ſequitur evidẽtiſſimè in utilitatẽ aliorũ ſubſiſtere, & validari, cùm in iure aliud non ſtatuatur.

Tertiò pungit non inſubtilis animad-
33 verſio, contrariæ ſententiæ Adſeclæ nõ dictant omnes contractus metu geſtos ipſo iure valêre, ſed reſcindi ope exceptionis? ergo qua ratione adſeverare poterunt contractus in carcere geſtos nullius eſſe momenti, cùm tale dicterium in eos retorqueatur?

34 Cui adſtipulatur, quòd ſi metus mortis non eſt ſufficiens ſecundùm prædict. *DD.* ad adnullationem contractus, quare carceris metus adnullabit eum?

35 Succedit ſecunda ſententia, quòd carceratus contrahere valeat, ut probant *Bald. in l. unica, colum. 5. C. de confeſſ. Lanfranc. in cap. quoniam contra falſam, col.*

tol. 5. de probat. Fabianus de empt. & vend. q. 13. col. 12. Angel. in l. qui à latronibus, n. 1. & 2. D. de teſtam. ubi *Accurſ.*

36 Quod quidem cõprobatur ex *text. in l. qui à latronibus, D. de teſtam.* ubi captus à latronibus (qui eriam *latrones* ſtipatores Regum ſic vocati, quòd eorum latera cingerent, *Varr. 6. de ling. Latin. Feſt. lib. 10. Nicol. Perot. Cornucop. in 2. Mart. fol. 233. & in 27. fol. 808. Donell. lib. 13. cõm. c. 6.* ubi *Oſſuald. in not. lit. D.*) reſtamẽtũ efficere valet, quia liber eſt, *l. poſtliminiũ, § à piratis, D. de captiv.* Ergo ſimilirer derentus in carceribus poterit contrahere, ſed nõ cũ quolibet, quia non cum detrudente, vel cum ſuo Principe, vel cum alijs teſtatur, vel contrahit, *l. metu, C. boc tit. l. ſi pater, §. 1. de donat. gloſ. in l. nam & Servius, de neg geſt.*

Debitor ſolvendo creditori, dum eſt captus à latronibus, non liberatur, ſi ſolutio fit ad commodum latronum, etiã ſi creditor mãdet debitori, ut ſolvat, facit *d. l. qui in carcerẽ*, & quæ ibi notant *DD.* & *in d. l. qui à latronibus.* Si tamen ſolutio eſſet in cõmodũ creditoris, veluti ut relaxaretur, liberaretur debitor, *arg. d. l. nã & Servius, D. de neg. geſt.* & facit *l. filiæ, D. de ſolut. in fi.* quod ſi debitor ſciret captum eſſe, & ſolutionẽ procuratã à capiẽtibus, non liberaretur.

In cõtrarium tamen facit, quod notat *Ioan. And. in addition. ad Specul. in Rub. de oblig. & ſolut. col. 2. de eo qui ſolvit procuratori vero*, qui tamẽ erat infirmus, & timens perditionẽ pecuniæ nolebat recipere, ſed tãdem precibus debitoris devict[9] recepit, & parùm pòſt mortuus eſt, & pecunia fuit deperdita, & quæritur, an liberatus fuit ſolvens? & poſt *arg.* ad utrãque partem decidit, quòd ſit liberatus, ex quo vero procuratori facta eſt ſolutio, *Greg. Lop. in l. 7. per text.* ibi *gloſ. 5. tit. 18. p. 2.*

37 Secundò *ex text. in l. ſi quis poſt, D. de teſtam.* ubi carcerati ſi obijt indẽnatus teſtamẽtum ſubſiſtit, & tenet, etſi carcere detineretur. Ergo deridendi ſunt, qui dicunt carceratos non poſſe cõtrahere, ſed ſemper debêre extrahi de carceribus, quia ſi in illis valet contrahi, cur extra eos ſunt compellandi?

38 Rurſus *text. in d. l. qui in carcerẽ* tãtùm maliciæ & fraudi detrudentis obviare voluit, ergo aliorũ cõtractibus nõ providit, ſi abſque ea fiant, quomodo ergo poteſt adſeri contrarium, & quo iure?

39 Denique ſi daremus omnes cõtractus in carcere geſtos nòn valêre, ſequeretur abſurdum, quòd ſolus carcer eſſet ſufficiens ad nullitatẽ, etiã ſi metus futuræ condẽnationis ad mortem nõ adſtaret, & ſic exſiſtenre metu levi procederet diſpoſitio *d. l. qui in carcerem*, quod perquàm ridiculum adparet.

40 Nec huic dicto oberit quidã ſcrupulus, quòd per exſiſtẽtiã in carcere libertas videtur infringi: igitur contrahens liber eſſe non poteſt, & ſimiliter cõtractũ gerere haud quaquam valebit, cùm deficiat libertas ad animi motum & voluntatem.

41 Reſpondetur apertè; Nã etſi carcer ſit libertatis privatio, ut *Papinian.* ſcripſit *in l. Titio, §. Titio el 2. de cõdit. & demõſt.* ubi dũ à teſtatore præceptũ nõ recedendi ab aliquo loco iniungitur, lus libertatis infringi pronunciat. Nã ut *Ve-*
42 *nuleius* inquit *in l. 2. D. de lib. hom. exhib. Nihil enim multũ à ſpecie ſervientiũ differũt, quib[9] facultas nõ datur recedẽdi. Sãdoval de cura paup. carcerat. c. 2. in prin. Ameſcua de poteſt. in ſe ipſ. lib. 1. c. 16. n. 12.*
43 non tamẽ eſt ademptio voluntaris, cùm illa libera remaneat ad operationem, & actus geſtionẽ, præſertim ſi contractus non fiat cum detrudẽte, fraudiſque participe, & cõſorte, ſed cum alijs, qui voluntariũ motũ non opprimunt, vel fraudulentum conſiliũ non habent, nec per talem carceris detruſionẽ aliquid extorquere cordi eſt, & ſedet in animo. Sed rectè, rireque obligarionẽ peragere ſatagunt, & iuſtè contrahere intendunt, cùm iſtis enim voluntas libera manet, & ideò carcerati contractum gerere valebunt, & actus ſubſiſtentiam habebit, & valorem.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *DEteſtabilis eſt duelli uſus.*
2 *Propter metum infamiæ non eſt licitū duellum adceptare.* & 3.
4 *Turpe eſt iniuriam referre, non autem pati.* & 5.
6 *Adducitur Ariſtoteles.*
7 *S.Cyprian.* & *Leo.*
8 *Alteri mortem intentans, & homicidiū committens peccat mortaliter.*
9 *Nemo poteſt ſe privata authoritate vindicare.*
10 *Duellum ſacris Canonibus damnatur.*
11 *Probatio duelli eſt contra rectam rationem.* & 12.
13 *Adfirmativa ſententia proponitur.*
14 *Adſtruitur, uſque 19.*
20 *Crudelis eſt, qui famam ſuam negligit.*
Metus infamiæ iuſtus eſt.
Metus dedecoris annullat contractum.
Cauſæ honoris & vitæ æquiparantur.
Explicatur l.nec timorem 7.hoc noſt. tit.
21 *Expreſſè duellum admittit tex. in cap. 1. §.ſi quis alium, de pace ten.in uſibus feud.*
Contumax non veniens in duello amittit rerum ſuarum dominium.
22 *Multi Authores referuntur.*
Prior ſententia tenenda eſt, utpotè Chriſtiana.
23 *Cautio de non offendendo præſtatur per metum.* & 24.

CAPVT XLVII.

An propter metum infamiæ ſit licitū duellum adceptare?

1 DEtestabilis, & omninò barbarus eſt duelli, & ſingularis certaminis abuſus, ut colligitur ex *Trident.ſeſ.25.cap.19.* & eleganter cum pluribus probat *Scortia in ſelect. SS. PP. conſtit.epiſt.155. theorem. 390.cum ſeqq.* quem extirpandum penitùs eſſe docet *Scriban.lib.2.Polit. c.41. fol.732. Pantoja in l.fin.C.de aleat. num. 86.fol.238.*

2 Quamobrem noſtri ſententiæ negativè reſpondent *Filliucius tom.2. tract. 29.cap.8.à n.147. Acuña in cap.omnes 3. diſt.47. Valer.in differ.utriuſque for.verb. Vita & honor, differ.1.verſ. Quarta concl. Scortia in ſelect. SS.PP. conſt. epiſt. 155. theor.391. Mart.Becan.in tract. de Spe, Fide, & Charit.cap.26.q.4.à n.3.cum ſeq.*

3 Quod quidem ſuadetur ex ſeqq.
4 Primò ex eo, quia turpe eſt iniuriam
referre, non autē pati, & ſimilia, ut vidère apud *Stobæum ſerm. 17.* Ideòque *Plato in Crytone, & lib.1.de Repub. Non inferendam* (dixit) *alteri iniuriam, neque eam ſi paſſus fueris ulciſcendum, ut vulgus putat:* & *Maxim.Tyrius ſerm.42. Si iniuriam inferens deliquit, nihilominus prio-*
5 *re peccat, qui rependit:* & iterùm: *Referens*
iniuriam contumeliam iniuriȷ hominis in ſe transfert, ſicut qui fuliginoſum complexus eſt, ab eo mundus abire non poteſt: & *Plutarchus lib. de cohibenda ira* optabat: *Vt ſicut animalia firmiſſimæ ſanitatis vorant etiam lapides, & ſerpentes, & concoquunt, ità Sapientes non ſolùm ex amicitiȷs, ſed etiam ex iniuriȷs, & inimicitiȷs utilitatem caperent, eas, ſcilicet, condonando, ac tolerando.*

6 Secundò, non alia fuit *Ariſtotelis* ſententia, cùm *lib. 1.Rhet. cap.12.* videatur docère, ſumendam de iniuria vindictā: intelligit enim id à Magiſtratu faciendum, ut cæteri timeant inferre iniuriā, & non à privato iniuriam paſſo, cùm non ſit bonus iudex.

Cui adſtipulatur *Sanctus Cyprianus*
7 *lib.1.epiſt.3.* ibi: *Neque eum, qui audit, ſed qui facit convitium, miſer eſt, nec qui à fratre vapulat, ſed qui fratrem cædit, in lege peccator eſt; & cùm nocentes innocentibus iniuriam faciunt, illi patiuntur iniuriam, qui facere ſe credunt. Sanct. Leo Serm.Omnium Sanctor.cap.3.* ibi: *Magis plangendus eſt faciens maligna, quàm patiens,*

tiens; quia iniuſtum malitia ſua demergit ad pœnam: iuſtum autem tolerantia ducit ad gloriam: & felicior eſt, qui iniuriā patitur, quàm qui facit. Vives ad D. Auguſt. de Civit. Dei, lib. 9. c. 4. lit. C.

Sicuti & exēplo docet factum Thraſybuli, qui occiſis, vel eiectis triginta Tyrannis Athenienſibus præpoſitis, ut populum in varias ſententias fuſum in unum revocaret, legē oblivionis iniuriarum ſancivit exacto iureiurando à civibus ſe præteritas iniurias nō recordaturos, ut notant *Æmil. Prob. in Thraſybul. Plutarch. in Poſiti. Æſchin. contra Cteſip. Iſocrat. Dio lib. 44. in conc. Cicer. Valer. Max. lib. 4. c. 1.*

Simile Senatuſconſultū latum eſt à Romanis ſublato Iulio Cæſare, ſuadente Cicerone, Authore *Dione Caſſio lib. 55. Hiſt.*

Iniurijs à ſuis Civibus Thebanis Epaminundas adfectus æquo animo tulit, quòd patriæ ſuæ iraſci nefas eſſe duceret, *Æmil. Prob. in Epaminūda.* Er Phocion præſtantiſsimus, æquiſsimuſque Athenienſium Imperator invidiâ, & calūniâ proditionis Piræi inſimulatus, cùm ad ſuppliciū duceretur, & aliquis eum rogaſſet, ecquid filio Phoco nuntiari vellet? reſpondit: *Volo ei dicas meis verbis, ne cius iniuria, quæ mihi ſit ab Athenienſibus, meminiſſe velit. Prob. in Phocione.*

Pōponius Atticus liberalitate utens nullas inimicitias geſſit, quod neq; lædebat quemquam, neque ſi quam iniuriam adcepiſſet, malebat ulciſci, quàm obliviſci, *Cornel. Nep. in vit. Attici.*

8 Tertiò, quia in eo, qui iure nō poteſt, alteri mortem intentat, & homicidium, committit peccatum contra ius divinum, & naturale.

9 Quartò, quoniam divino, & naturali iuri repugnat, ut quis privatâ authoritate ſe vindicet, cùm in propria cauſa nemo ſit bonus iudex, aliàs feroces animi nimis graves pœnas pro delictis minimis exigerent ab ijs, à quibus ſe læſos arbitrantur: quare *Plutarch.* teſte *lib. de cohib. ira.* Tyrrheni peccātes ſervos ad tibiam cædebant, ut harmonia iram mitigaret, ne fortè terminos excederent.

10 Quintò, quia ſacris Canonibus, Pōtificum ſanctionibus, & *Concil. Trident.* decretis dānantur, *cap. monomachiam 2. q. 5. c. cura de purg. vulg. c. Hēricus de cler. in duell. pugn. Trident. ſeſ. 25. c. 19.*

11 Sextò, quia huiuſmodi probatio eſt cōtra rectam rationem, & mediū prorſus ineptum ad prætenſam concluſionē inferendam, & colligendam veritatem: certatur enim de eo, quod proprium eſt hominis, ut veritate, honore, virtute per corporis vires, quæ ſunt Leonum, Taurorum, & beſtiarum ferocium propriæ, & poſſunt in obpreſsionem veritatis, & confirmationem mendacij cōverti: ſiquidē evenire poteſt, ut is ſuccumbat in duello, qui iuſtā cauſam fovet, *iuxta c. ſignificantibus, de purg. vulg. Covar. lib. 4. var. c. 23.* ubi *Vſel. in addit. Mart. Delrio lib. 4. Mag. c. 4. q. 4. ſect. 1.*
12 *cum ſeq. Becan. in Analog. c. 22.* In his enim miracula exigere eſt Deum tentare, ut fit etiā per aquæ calidæ, & ferri candentis examen, *c. conſuluiſti 2. q. 5. S. Thom. 2. 2. q. 95. art. 8.*

13 Affirmativæ tamē ſententiæ adcedunt aliqui, teſte *Bannesio q. 64. art. 7. dub. 3.* & comprobatur ex ſeqq.

14 Primò quia, qui provocat alterū ad duellū, habet ſe inſtar invaſoris ad honorem illius auferendum; ergo alter poteſt defendere ſuum honorem, & duellum oblatum admittere.

15 Secundò, maior ignominia eſt duellum oblatum recuſare, quàm fugere: ſi igitur vir fortis non audet fugere, ne faciat iacturā ſui honoris, nō audebit etiā duellū abnuere propter eandē cauſam.

16 Tertiò, vir nobilis non tenetur palinodiā canere, *l. 2. tit. 10. lib. 8. Recop. Parlador. lib. 1. rer. quot. c. 17. n. 26. Pieb. in tract. de nobil. cōm. n. 46.* cū plur. *Salga. de Reg. protect. p. 2. c. 4. n. 171.* ergo ſimiliter nō tenebitur duellū recuſare, cùm ſi id faciat, ſui honoris iacturā conſtituat.

Quar-

Quattò, duellum licitum eſt, quādo neceſſarium exiſtit ad evitandam iniuſtam mortem certò alioqui imminentem, ità *Valencia tom. 3. q. 17. punct. 1.* cùm *Nav. & Caiet.*

18 Ratio eſt, quia ſemper licet ſubire minus malum, & exponere ſe periculo mortis, quàm incurrere certam mortē per iniuſtam cauſam, & occaſionē. Igitur cùm infamia nulla ſit levis viro bono, mortique æquiparetur, *l. iuſta 9. D. de man. vindict.* imò excedat, *l. iſti quidē 8. §. penult. D. hoc tit.* ſequitur apertè duellum licitum exiſtere.

19 Suggeritur evidens ratio: quoniam ſi vir nobilis; aut miles provocatus ad duellum nō adceptat, magnā ſui honoris iacturā facit; ergo ad cavendā hanc iacturam poteſt duellum acceptare.

20 Quò pertinet, quòd crudelis ſit, qui famam ſuam negligit, *c. non ſunt audiēdi 11. q. 3. & in c. nolo 12. q. 1.* quia hominis fama inæſtimabilis eſt, *l. ſi in dualus, D. de reg. iur. Iuven ſaty. 1.*

Quid enim ſalvis infamia nummis?

Hinc metus infamiæ iuſtus eſt, *d. l. iuſta 9. D. de manum. vind. l. iſti quidem 8. §. pen. D. hoc noſt. tit. Oſſuald. in Don. lib. 15. comm. c. 38. lit. N. cum alijs,* eleganter *D. Hieron. cap. 18. Dan. tom. 4.* ibi: *Anguſtia erat illi non imminentis mortis, ſed opprobrij, & ignominiæ.*

Quare metus dedecoris annullat contractum, probant infiniti laudati ab *Scipione Theodoro alleg. 19. n. 5. fol. 157.*

Vnde cauſæ honoris, & vitæ æquiparantur *gloſ. in §. ſuſpectus, Inſtit. de ſuſpect. tut. Grat. c. 110. n. 21.* & ſic datur actio iniuriarum adverſus prohibentē decerni honorem, cùm nemo teneatur pati, quòd honor ſuus parvipendatur, *l. 1. in prin. D. de poſtul. Bald. in l. obſervare, §. antequàm, n. 3. D. de offic. Proconſ. Gerard. ſingul. 33.* & ibi *Additio, Chaſſan. in Catal. glor. mun. p. 1. conſid. 2.*

Huic ſanè veritati obponitur difficilis admodùm & indiſſolubilis *text. in l. nec timorē 7. in prin. D. hoc tit.* ibi: *Nec timorem infamiæ hoc edicto contineri.* Nā reſpondetur, in hoc edicto comprehēdi metum, qui imponitur ab alio, non autē qui elicitur à ſe ipſo, itàque cùm timor infamiæ, & etiam mortis, alicuiuſve alterius graviſsimi, & inſtantis periculi elicitur à ſe ipſo, hoc edicto non continetur.

Exemplum ſit Lucretia, quæ licèt metu infamiæ à Tarquinio inlato, ut inquit *Ovid. lib. 2. Faſtor.*

Subcubuit famæ victa puella metu.

Poſteà tamen nemine ei metum inferente, imò potiùs, ut dixit idem *Poëta*

Dant veniam genitor facto, coniuxque coactæ:
Quam, dixit, veniam vos datis; ipſa nego.

A ſe ipſa elicito timore infamiæ iam factæ ſe ſe interfecit; unde non venit excuſanda, *l. ſi mulier 21. in prin. D. hoc tit.* ibi: *Quia hunc ſibi metum ipſa infert.* Quo pacto intelligitur *Vlp. in l. nec timorem 7.* nā loquitur in eo, qui ſibi metum incuſſit, & ità ait, non contineri in edicto, quod ſecùs eſſet, ſi ab alio inferretur, eleganter *Arellano lib. 2. de Imperation. c. 10. n. 8.*

21 Quintò, expreſsè duellum admittit *text. in c. 1. §. ſi quis alium de pac. tenen. in uſibus feud.* ibi: *Si quis alium intra pacis edictum vulneraverit, niſi quòd in duello, & vitam ſuam defendendo hoc fecerit;* &c. Vnde contumax non veniens in duello amittit rerum ſuarum dominiū, & adplicatur parti, *Paris de Puteo lib. 3. de re milit. c. 3. Camil. Borrel. tom. 1. ſumm. Deciſionum, tit. 46. n. 135.*

22 Denique etſi hanc ſententiam latè tueantur *Bald. in c. 1. de pac. ten. n. 16. ad fin. Gerard. de Pet. Sanct. ſing. 33. num. 5. Chaßan. in catal. glor. mund. 1. p. conſid. 2. Robert. Marant. conſ. 77. num. 5. & 6. Iul. Ferret. de duello, n. 41. Caſtillo in eodem tract. lib. 2. c. 5. Alciat. de ſingul. certam. c. 3. n. 2.* & alij, tamen prior eſt ampiectenda, ut probant *Gail. lib. 2. obſerv. 100. n. 8. Mench. illuſt. c. 12 n. 2. Gom. de poteſt. in ſe ipſum, lib. 2. c. 5. n. 19.* Nam ſcripta pro ſecūda opinione quoad duellum, magis po-

politicè, quàm Chriſtianè proponi, & diſputari quis ambiget?

23 Hinc ſciendum eſt, quòd cautio de non offendẽdo de iure communi à Prætore, vel à iudice ordinario ad poſtulationem eius, qui violentã offenſionẽ & læſionem iniquè ab alio metuit, rectè conceditur, *l. denũtiamus, C. de ijs, qui ad Eccl. Bart. & DD.* ibidẽ *l. illicitas, §. ne potẽtiores, D. de offic. Præſid. facit l. ſanctũ, D. de rer. diviſ. Clar. in §. fin. q.* 47. ubi *Add. Felin, in Rubr. de treg. & pac. n. 10.*

24 *Ripa ad rub. de damn. inf. n. 7. cũ ſeq.* Qui igitur iuſtè metuit, is per hanc cautionem maturè ſuis, ſibique conſulere poteſt, nam hanc cautionem ſive ſecuritatem de non offendendo, valet etiam pro ſuis familiaribus, & domeſticis petere, ut pulcrè tenet *Bart. in d. §. ne potentiores, n. 5. per text. in l. inſulam, §. fin. D. loc.* item quòd promittens nõ offendere, ſi offendit, extra territoriũ teneatur, *And. Gail. de pac. pub. lib. 1. c. 2. à prin. cũ ſeq. Cabed. decif. 29. n. 3. p. 1.* & alij plurimi. *Angel. de maleſic. in Schol. quid ſi verba minatoria, n. 8. fol. 267. Clar. in prax. crim. q. 47.* ubi *Add. Caball. caſ. 219. Frã Hercul. & Sebaſt. Guazin. in proprijs tractatibus Ceuall. q. 34 Olivan. de act. to. 2. p. 2. lib. 1. c. 14. n. 62. fol. 245. col. 1.*

COMMENTARII
ET HYPONEMMATA
AD CONCILIVM GANGRENSE, *Cap. 17.*
RELATVM

In cap. quæcunque mulier 2. diſtinct. 30.

SVMMARIVM.

1 COmmendatur textus.
2 Eius verba referuntur.
3 Mulier ſine viri conſenſu capillos ſibi incidere non poteſt.
4 Mulieris ſubiectio ex Evæ peccato ortũ habuit.
5 Peccatum deprimit, & 7.
Explicatur Geneſ. cap. 4.
6 Poſt delictum ſqualor.
Vultus imago animi.
8 Emendatur textus in l. ex parte 121. §. 1. D. de verb. obl.
9 Manus ſignificat poteſtatem.
10 Similiter emendatur l. uxorem 15. D. de rit. nupt.
Quid ſit in manum convenire? remiſſivè.
11 Apud Gallos viri non ſecus ac in liberos dominationem habebant.
Et ſimiliter Romani.
12 Vxores viros Dominos nuncupabant.
Adducitur Virgil.
13 Conglomerantur variæ leges.
14 Explicatur Iudit. cap. 19.
15 Refertur Ovidius, & 16.
17 Mulier debet maritũ præ ceteris ſequi, ac obſervare, & 18.
19 Mulieres nuptæ velantur in ſymbolum ſubiectionis.

Ad-

Adducitur Lucan.
20 *Explicatur Geneſ. cap. 14.*
21 *Explicatur l. 5. & 6. tit. 1. lib. 3. For.*
22 *Adducitur B. Clemens, & Tertull.*
23 *Velamen lutei coloris ex Plinio.*
24 *Moniales velantur.*
25 *Velaminibus altaria inſternebantur.*
26 *In Aulis Principum ante portas erant cancelli lignea opera, & ad oſtium pendebat velum.*
Intelligitur l. cætera 43. §. ſed etſi cancelli, D. de leg. 1.
27 *Velamen purpureum in ſepulcris Imperatorum.*
28 *In ſacris comæ velabantur.*
29 *Fœminæ olim in templo obvelato erant capite.*
Generaliter ſacrificia velato non detecto capite peragebantur.
30 *Antiquitus nō licebat manus diſcoopertas, & ſine manicis coram ſuperioribus portare.*
31 *Ratio quare mulieres velantur, & 32. 33. 34.*
35 *Fœminæ debent ſuo foro continere ſe.*
Mulieris fama non forma vulgata eſſe oportet.
36 *Capilli ſubiectionem denotant.*
IESV *capilli à tonſore, aut aliter nunquā aceiſſi.*
37 *Iudæi circumtonſam habuerunt cæſariem, & 39.*
38 *Explicatur locus Ierem. cap. 9.*
40 *Ratio quæſtionis propalatur.*
42 *Explicatur 1. Reg. 1.*
43 *Ex bono ſemine probus natus exiturus, & 44.*
45 *Cur mulieres comam abſcindere nequeunt?*
Adducitur Ambroſ. Syneſ. & Baſil.
46 *Caluitium minatum Iudæis.*
47 *Coma in mulieribus pulcritudinis ſignum.*
48 *Adducitur Ovid. Stac. Virgil.*
49 *Ratio ad noſtrum textum.*
50 *Capilli non habent ſenſum.*
51 *Non ſunt partes humani corporis.*
52 *In ultima reſurrectione cum eis ſunt homines ſurrecturi.*
53 *Noſter textus intelligitur de laicis mulieribus, non aut: de religioſis.*
54 *Mulieres intrantes religionem comam deponunt.*
55 *Coma ſymbolum eſt cogitationis.*
56 *Cæremonia hæc abſciſſæ comæ ad mortis votum, aut præviam animi præparationem refertur.*
57 *Adducitur Martial.*
58 *Præ dolore capilli evellebantur, & deponebantur.*
59 *Olim ſetæ capitis in ſacrificijs ferro abſcindebantur.*
60 *Comæ fœminarum ſolvebantur in fletu.*
61 *Commutato rerum ſtatu capilli colligebantur.*
62 *Bacchantibus ſolutæ erant comæ.*
63 *Crines à lugentibus in ſepulcro poſiti.*
64 *Explicatur Plaut.*
65 *Adducitur Feſtus.*
66 *Crinibus paſſis templa verrebant mulieres Romanæ.*
67 *Comæ deſcriptio facta ab Apuleio.*
68 *Flavus color in capillis impudicis mulieribus.*
Sed contrarium proponitur; nam flavities poſita ad decorem.
Adducitur Ovid.
Probatur omnium authoritate.
70 *Flavus color ſolum dominator.*
71 *Matronæ huius coloris capillos emebant.*
72 DEIPARAE *flavi crines.*
73 *Similiter* CHRISTI.
74 *Tāti fuit habitus color flavus, ut ad venuſtiorem aſpectum tā mulieres, quàm viri tingerent capillos.*
75 *Tinctio hæc Francorum figmentum.*
76 *Gallia Comata, & in eius priſcis monumentis ius Regalis capillitij invenitur.*
77 *Francici ab aliquo Principe Regni ſpē abſcindere volentes, ei capillos & comā incidebant.*
78 *Supercilia fuligine producebantur.*
79 *Non ſolùm capilli tingebantur flavo colore, ſed etiam nigro.*
80 *Myrobrecharij appellantur, qui delibatos capillos gerunt.*

Fie-

81 Fiebant unguēta olivo admixto ex cynnamo, balſamo, caſia, roſis, & aliis odoratis.
82 Longitudinem comarum in laude habebant mulieres.
83 Fœminæ capillos cirrabant calamiſtro.
Calamiſtrum ſic adpellatum, quòd calefactum in ignito cinere capillos ornet.
84 Muliebria inſtrumenta ſunt pecten, calamiſtrum.
85 Explicatur Martial. & 86.
87 Fuit id viris probroſum.
88 Fœminis in uſu ornatrices puellæ.
89 Pſecades adpellabantur.
90 Eunuchi monilia ſervabant dominarū veſtes, gemmas, ſtratum muniebant, crineſque pectebant.
Vxores magnatum ſervabant
Multi ad hoc ſe caſtrabantur.
Huiuſmodi delictum frequentiſſimum.
91 Mulieres crines diſpoſitos aquis ſpargebant.
92 Capilli pexi, & flexi crinali cingebantur.
93 Adducitur textus in l. arg. 25. §. 4. D. de aur. & arg. leg.
Suggeſtum quid?
94 Quibus coma in uſu fuerint?
95 In peregrinationem longinquam proficiſcentes capillum alicui Deo detonſum conſecrabant.
96 Votum concipiebatur interdum ab ipſa nativitate.
97 Aliud votum non radendi barbam.
98 In iſto voto nihil eſt impietatis, & 99.
100 Græci prolixam barbam habuerunt.
Cùm expugnabantur Civitates, evocabant Duces belli Deos tutelares ab urbe expugnata.
Datur lux l. 9. §. 2. de rer. diviſ.
101 Vires poſſunt in capillis conſiſtere.
102 Adducitur Iud. 16. verſ. 18.
103 Adducitur Dan. c. 4.
Capilli arma erant.
Ad iudicium ſua authoritate vocare licebat, ac invitum ni in iudicio caveret ſiſti, ducere.
Explicatur l. 12. Tab.
Explicatur l. 29. §. pen. mand.
Priùs fiebat anteſtatio ſolennis.
Atteſtationis ritus qui?
Auris memoria conſecrata.
104 Veneficæ nullis tormentis domantur, donec defectus fuerit capillus.
105 Vir non debet comam nutrire.
106 Prob. tempora in omnibus coma eſt.
107 Huius farinæ homines deteſtabiles.
108 Illis nomen, & robur virile non licet.
Prætores capillis cincinnatis non utantur.
Æneam ob hanc cauſam ſemivirum adpellavit Virg.
Adducitur Claudian.
109 Plutarch. refertur.
110 Tertullian. hanc mollitiem in omnibus damnat.
111 Interpretatur Horatius.
112 Coma eos, qui amori operam dant, acceptiores reddit.
113 Crinitorum vita flagitioſa.
114 Adducitur Iuvenal.
115 Adducitur D. Paulus.
116 Virum capillos comere non decet, ſed ſervum.
117 Servi cùm manumittebantur, demebantur ipſis capilli, & capiti raſo imponebatur pileum, & 118.
119 Criniti non parum ab hæreticis differunt, & 120.
Impuberibus ut dignoſci poſſent, cùm alia, tum illud dabatur, ut comam alerent.
121 Iuvenibus litterarum ſtudiis operam dantibus uſus longarum, & ſericearum veſtium promiſſorumque capillorum ademptus.
122 Illos, qui ſic crines diſponunt, deſcribit Seneca.
123 Adducitur Tertullian.
123 Capillorum vectigal apud Licios penſitabatur.
Adducitur Martial.
125 Caveant capillati, ne pœnas ſubeant.
Refertur caſus Abſalonis.
126 Apud Romanos erat arbor vulgò dicta Capillaris, in qua adoleſcentes comas ſuſpendebant, & 127.

Cle-

128 Clericis probibitum comam nutrire, & barbam, & 129. 135.

130 Barbam radere erat ſacerdotum idolorum.

131 In ſignum triſtitiæ Iudæi barbam radebant.

Explicatur Michæas cap. 1.

132 Quæſtionis eſt, an extra tempus triſtitiæ licuerit barbam radere? uſq; 134.

135 Milites radebant barbam, ne ea ab hoſtibus comprehenderentur.

136 Barba hominis ornamentum.

Prolixa ſcientiam affectat.

137 Prolixa & fluxa barba referti hirci vocabantur.

Lux datur Daniel. cap. 8.

Cuius cultura tanta eſt ſicut comæ.

138 Rei ſordidati turbato capillo, & promiſſa in pectus barba incedebant.

139 Pertinet ad authoritatem barbam, comamque alere.

Maiores barbati dicebantur.

Explicantur Ennius, & Cicero.

140 Reis ignominiæ cauſa barba tōdebatur.

Omnis abraſio ignominioſa.

Olim illis caput coma reducebatur.

141 Poſt Punici belli tēporibus tonſores è Sicilia in Vrbem adducti.

Emendatur Plinius.

Barbam iuvenes alebant, radebant ſenes

142 Barbatuli iuvenes qui?

143 In luctu barba ſubmittebatur.

Liberati tondebantur.

Explicatur l. 15. §. 27. & l. 39. D. de iniur.

Supercilia radebantur.

144 Equi in Magnatum exequijs ibant tonſi.

145 Moris fuit ad ſepulcrū cæſa coma mortuos quodammodo munerari.

146 Mos fuit apud Gentiles urgente tempeſtate, ac nulla ſpe certæ ſalutis affulgente capillos tondere.

147 Explicatur Iuvenal.

148 Adducitur Artemidorus.

149 Explicatur D. Paulus, & 150. 151.

152 Non poteſt uxor votum emittere ſine conſenſu mariti.

153 Propalatur ratio.

154 Vir poteſt abnuere vota continentiæ, quæ ſine eius conſenſu Deo uxor obtulerit.

155 Tamen non poteſt vir continentiæ vota reſcindere, quæ eius adſenſu fecerit.

Si vir irritet vota de licentia ſua ab uxore emiſſa, valida eſt irritatio, quāvis peccet vir, niſi iuſta cauſa intercedat.

156 Mulieres ad ſpeculã ſe comunt, & fucant, & 157. 158.

159 Mulieris facies non videnda.

160 Adducitur Heliodorus.

161 Confirmat Verin.

162 Adducitur Claud.

163 Mulieres ſe non debent fucare.

164 Adducitur Scriban.

165 Deipara nec lenocinio, nec fuco uſa fuit.

166 Huiuſmodi fucus in contumeliam cedit, & 167.

168 Mulier fucans faciem non peccat lethaliter, & 169.

170 Lege Oppia quid probibebatur? & 171.

172 Propert. in univerſum ornatum mulierum notat.

173 Mulieres ornatus impudicas declarat.

174 Refertur hiſtoria uxoris Philonis.

175 Cohibenda ſunt veſtimēta mulierum, & 176.

177 Matronæ honeſtæ veſtes, & alia ornamenta, ut inſtrumenta luxuriæ, deponebant, & 178.

179 Spartarum lex refertur, & 180.

181 Veſtes ſecundùm cuiuſque ſtatum adducendæ.

182 Explicatur Matth. c. 2.

183 Mulier pretioſis veſtibus incedens cùm divitijs non affluat, ſuſpicionē malè in ſe habet, & 184.

185 Mulier ſe ornans mortaliter non peccat, & 186.

187 Epiſcopus poteſt prohibere mulieribus nimium ornatum.

CAPVT XLVIII.

Vtrùm mulier, quæ incidit ſibi comam, ſeu capillum invito, & coacto marito, ſit excommunicata?

1 HVIVS *text.* indagatio & enucleatio multis adſcititijs planior redditur, & vernantis eruditionis floſculis illuſtratur, adſtruitur, componitur: ut tamen feliciter diſcurramus per ea, quæ ſicco pede ab alijs fuerunt peragrata, & aliqua ſcitiſſima conferamus (abſit iactatio & inanis gloria: *Nam cùm omnis arrogantia odioſa ſit, tum illa ingenij, atque eloquentiæ multò moleſtiſſima. Cic. de divin.*) verba referre opus exiſtit.

2 *Quæcunque mulier religioni iudicans convenire comam ſibi amputaverit, quam Deus ad velamen eius, & ad memoriam ſubiectionis illi dedit, tanquam reſolvẽs ius ſubiectionis anathema ſit.*

3 Quibus ſatis paret, mulierem abſque viri adſenſu, & licentia capillos ſibi incidere non poſſe, ne reſolvatur ius ſubiectionis, notant *Ludovic. Roman. ſingul. 600. num. 1. Brixian. in ſuo Diction. verb. Mulier, Afflict. in cap. 1. §. rurſum, prope fin. quæ ſit prima cauſa benefic. amittend. Iacob. Niger in l. ſi ad inſtar, num. 17. C. de liber. exhib. Gulielm. de Monte Laur. in Clement. cùm ex eo, verb. Continentes, de ſentent. excommun. Tiraquel. in l. 1. cõnub. num. 21. Sylveſt. verbo, Fœmina, num. 3.* comptè *Tertullian. de corona militis, cap. 14.* de capite loquitur fœminarum, ibi: *Quod obnoxium eſt velamento caput fœminæ iam hoc ipſo occupatum non vacat etiam obligamento. Habet humilitatis ſuæ ſarcinam.*

4 Sed hæc concluſio ſtabilis, & fixa erit, ſi inveſtigemus, ex qua cauſa mulieris ſubiectio dimanaverit: dicendum tamen eſt, ex Evæ peccato ortum habuiſſe, *Geneſ. 3.* ibi: *Et ſub viri poteſtate eris*; & ſic fuit hereditas, & ſubpliciũ culpę, ut eleganter obſervat ibi *Benedict. Pereir. in ſuis illuſtrib. commentar.*

5 Verùm non eſt novum, ut peccatum deprimat & ſubijciat: adſtant haud levia loca è ſacra Pagina comprobantia. In primis, *Geneſ. 4.* ubi Cain æmulus gloriæ Abel ſummâ invidiâ compreſſus intendit eum interficere; antequàm id perageret ſceleſtum, *Concidit vultus eius*, quod reſpiciens DOMINVS dixit ad eum: *Quare iratus es? & cur concidit facies tua?*

6 Dubium exoritur, cur ante delictum ſqualet, ſi dicit *Martial. lib. 2. epigramm. 24.*

Si dedit iniquam tibi triſtè fortuna reatum,
Squalidus hærebo, pallidiorque reo.

Reſponſio facilis adeſt ex illo *Ovidiano 2. Metam.*

O quam difficile eſt crimen non prodere vultu!

Andr. Gail. de pace public. lib. 1. cap. 10. num. 4.

Conceperat enim maleficium mente, & extunc pallet, timet, concidit facies. Vnde *Cic. lib. 2. de Orat. Vultum eſſe imaginẽ animi*, ſcribit; *Senec. in Thieſt.* ubi *Delrius*:

---- Multa turbatus ſolet
Detegere vultus. ---

Villalpand. de Mag. lib. 3. cap. 17. num. 42. cum ſequentib. cum pluribus *Oſſuald. in Donell. lib. 18. commentar. cap. 10. littera G.*

7 Secundò, ex *Luc. 13.* ubi mulier ſanguinis profluvium habens miraculosè ad ſanitatem fuit reſtituta: *Erat autem* IESVS *docens in Synagoga Sabbatis, & mulier, quæ habebat ſpiritum infirmitatis annis decem & octo, & erat inclinata, nec omnino poterat ſurſum reſpicere. Quam cùm vidiſſet* IESVS, *vocavit illam,*

& ait illi: Mulier dimiſſa es ab infirmitate tua: & impoſuit illi manum, & confeſtim erecta eſt, & glorificabat DEVM: quod eleganter ad propoſitum vertit *Chryſolog. ſerm. 105. Videtis quia hæc mulier depreſſa nequiſſimi ſpiritus onere ſuſpirabat, qui ſemper oneribus peccatorum deprimit homines, & inclinat.*

8 Ruſſus ne in aliena meſſe falcem mittentes divagemur, ex Iure Civili comprobationis fomentum deducamus, & ex *textu in l. ex parte 121. §. 1. D. de verborum obligation.* ibi: *Mulier ab eo, in cuius matrimonium conveniebat, ſtipulata fuerat ducenta, ſi concubinæ tempore matrimonij conſuetudinem non repetijſſet; nihil cauſa eſſe reſpondi; cur ex ſtipulatione, quæ ex bonis moribus concepta fuerat, mulier impleta conditione pecuniam adſequi non poſſit*: ubi *Cuiac. tract. 9. ad Vlpian. & Gothofred. in ſcholijs* adfirmant, ità textum concipi debêre, ibi: *Mulier ab eo, in cuius manum conveniebat*, ut ſic intelligamus, ut dum mulier conatur nubere, tunc ſubiectionem marito impertit, iſque eam ſub poteſtate capit.

Manus enim ſignificat poteſtatem, *l. 2. in princip. verſ. Omniaque manu Regis gubernabantur, D. de origine iuris, §. aliquando, Inſtit. de patria poteſtate, Aggæi cap. 1.* ibi: *Factum eſt verbum Domini in manu Aggai Prophetæ*: *Lucan. lib. 1.*

In manibus veſtris quantus ſit Cæſar, habetis,

Ovid. in epiſt.

An neſcis longas Regibus eſſe manus?

Sen. in Thieſt.

Qui vult regnare languida regnet manu.

Tradit eruditè *Arellan. de Imper. rat. lib. 4. cap. 7. num. 13. cum ſeq.*

10 Eâdem litturâ emendandus eſt *text. in l. uxorem 15. D. de ritu nuptiar.* ibi: *Vxorem quondam privigni coniungi matrimonio vitrici non oportet, nec in matrimonium convenire novercam eius, qui privignæ maritus fuit. Arellan. de Imper. ration. lib. 4. cap. 4. à num. 1.* ubi benè expromit, quid ſit in manum convenire: de in manum conventione *Virgil. 4. Æneid. ỳ. 100.*

Dotaleſque tuæ Tyrios permittere dextræ.

Vbi *Cerd. in comm. num. 14. tom. 1. fol. 390. col. 2.*

11 Apud Gallos (ſi *Cæſari lib. 6. de bell. Gallic, & Tiraq. in l. 1. connub. num. 4.* fidem habemus) viri in uxores, non ſecus ac in liberos dominationem habebant, & Romani, ut ex *Vlpian. fragment.* colligitur, & *Dionyſ. Halicarnaſ. lib. 2. Petr. Vel. à Guev. ad Top. Cic. §. 8. num. 3.* eam, quæ per coëmptionem in viri manum conveniſſet, filij loco quóad omnes iuris civilis effectus reputabant, *Budæus in adnot. reliquis, fol. 37. Oſſuald. in Donell. lib. 13. comm. cap. 18. lit. L. fol. 326. col. 2.*

12 Hinc uxores viros dominos nuncupabant, ut videtur *Geneſ. cap. 18. Petr. epiſt. 3. 3. Regum 1.* ex quo *Div. Chryſoſt. epiſtol. 1. ad Corinth. homil. 26. Priſcæ* (ait) *illæ mulieres viros ſuos dominos vocabant.* Quibus adſtipulatur *Virgil. 4. Æneid.*

--- Connubia noſtra
Reppulit, ac dominum Æneam in Regna recepit.

Ioan Ludovic. de la Cerd. adverſar. ſacr. cap. 136. num. 8. Guther de offic. dom. Aug. lib. 3. cap. 9. fol. 482. Hilar. Drudo var. quæſt. 4.

13 Cui ſuppetias ferunt *text. in l. ea quæ, in princip. D. de donat. int. l. Lucius, §. quæ marito, D. de leg. 2. l. uxorem 41. §. teſtamento, D. de leg. 3.*

14 Quamobrem dominus pro marito ponitur, *Iudicum cap. 19.* cùm ſcribitur: *At mulier recedentibus tenebris venit ad oſtium domus, ubi manebat dominus ſuus.* Húc quoque alludit illud *Ovidij* (ſi ipſius eſt) *in epiſtol. Acontij ad Cydippen.*

Elige de vacuis, quam non ſibi vendicet alter,
Si neſcis, dominum res habet illa ſuum.

Nec

16 Nec ſilentio prætereunda eſt Lucretia, quæ apud eundem *lib. 2. Faſtor.* de marito loquens inquit:

Mittenda eſt domino (nunc nunc properate puellæ)
Quam primũ noſtra facta lacerna manu.

17 Id quidem arguit, mulierẽ debêre maritum præ ceteris ſequi & obſervare, quod & *ſacræ Litteræ* præcipiunt; ſiquidem homo relinquat patrem & matrem, & uxori adhæreat, neceſſe eſt, tradit eruditiſsimè *Solorçan. Pereir. lib. 2. de parricid. cap. 13. fol. 169.* ubi bonæ notę Authores commemorat, *Oſſuald. in Donell. lib. 13. comm. cap. 18. littera A. fol. 325.*

18 Videturque hûc referendum quadam ex parte, quod Ovidiana Penelope ad Vlyſſem ſcribere fingitur his verbis:

Me pater Icarius viduo diſcedere lecto
Cogit, & immenſas increpat uſque moras.
Increpet uſque, licet tua ſim, tua dicar oportet;
Penelope coniux ſemper Vlyſſis ero.
Ille tamen pietate mea, precibuſque pudicis
Frangitur, & vires temperat ipſe ſuas.

Quintilian. declam. 259. ibi: *Virgo ad patrem, nupta ad maritum pertinet.*

19 Iam ergo non inobſcurè percipitur ritè, rectèque mulieres nuptas velari, ut teſtatur *Lucan. lib. 2.*

Feſta coronato dependent limine ſerta,
Infulaque in geminos diſcurrit candida poſtes,
Legitimæque faces, gradibuſque acclinis eburnis
Stat thorus, & picto veſtes diſcriminat auro,
Turritaque premens frontem matrona corona
Tralata vetuit contingere limina planta.
Non timidum nupta leviter tectura pudorem:
Lutea demiſſos velarunt flammea vultus,
Baltheus haud fluxos gemmis adſtrinxit amictus.
Colla monile decens humeris hærêtia primis
Suppara nudatos cingunt anguſta lacertos,
Non ſolito luſere ſales, nec more Sabino
Excepit triſtis convivia feſta maritus.

20 Eodem modo in ſacra Hiſtoria dũ Rebecca primâ vice viderit Iſaac virum deſcendens de camelo, tollens palliũ ſuũ ſe operuit, *Geneſ. 24.* de hoc loquitur *D. Ambroſ. ſup. 1. epiſt. Paul. ad Cor. 11. Mulier debet velare caput, quia non eſt imago Dei, ſed viro oſtendatur ſubiecta.* Vnde velari nubentem mulierem in ſymbolum, quòd viro ſit ſubdita, inquit *Iſidorus lib. 2. de offic. cap. 19.* velat caput ſuum, ut vli ſit caput uxoris, & vi-
21 ri CHRISTVS, *1. Corinth. 11. cap. cùm caput, cap. eſt ordo 33. quæſt. 5. Auguſt. Barboſ. in cap. hæc imago, num. 1. d. cauſ. & quæſt.* Iam provenit intellectus *ad l. 5. & 6. tit. 1. lib. 3. Fori*, ubi dicitur, mulierem non nuptam eſſe in capillo, ibi: *Si la manceba en cabello casâre ſin conſentimiento*: & ibi: *Si el padre, ò la madre, ò otros parientes tuvieren en ſu poder manceba en cabello, è no la casaren,* id eſt, ſubiectam non adparêre, quia adhuc libertate potitur, cùm caput nõ velaverit, nec operuerit, ſicque capilli habet poteſtatem, eò quòd nondum nupſerit, ſed in capillo, nempè, in libertate ſit.

22 Ex quo *Beatus Clemens Romanus cõſtitution. Apoſtol. lib. 1. cap. 9.* documentum dat uxori, dicens: *Demiſſis oculis viam tuã ingredere, devoluto capite, quemadmodum licet mulieres, & quia prævaricatio per illam inchoata eſt, hoc ſignum debet habere in Eccleſia propter reverentiã Epiſcopalem; nõ habeat caput liberum, ſed velamine tectum, non habeat poteſtatem loquendi*: quod relatũ eſt *in cap. mulier debet 33. quæſt. 5. Tertullian. de virginib. veland.* inquit elegantiſsimè: *Atque etiam apud Ethnicos velatæ ad virum ducuntur*: & poſtmodùm inquit: *Apud Iudæos tam ſolenne eſt fœminis eorum velamen*

capitis, ut inde noſcantur: & de Pop-
pæa impudica loquens *Cornel. Tacit.*
lib. 13. Rarus in publicum egreſſus, idque
velata parte oris, ne ſatiaret adſpectum,
vel quia ſic decebat. De quibus ſcripsê-
re *Myſinger. in Rubrica de patria pote-*
ſtate, verb. Nuptiæ, numer. 6. Tiraquel.
in l. 1. connubial. numer. 11. & in l. 4. nu-
mer. 21. Montan. in l. nuptias, in princi-
pio, D. de regulis iuris, Ant. Guibert. de
ſponſal. & mat. titul. de ritu nuptiar. nu-
mer. 25. 26. & ſequentibus, Petr. Gregor.
lib. 9. ſyntagmatum, cap. 1. in principio,
Camill. Borrell. tom. 3. ſumm. Deciſ. tit. 1.
num. 186.

23 Velamen autem illud declarat *Plin.*
lib. 11. cap. 8. dicens, lutei, ſcilicet, co-
loris, honorem antiquiſsimum in nup-
tialibus flammeis totum fœminis con-
ceſſum. Hinc virgines ſanctimonia-
24 les & moniales velari ſtatutum, & qui-
bus & quando, habetur *in cap. devotis,*
cap. iuvenculas, cap. ſanctimoniales, cap.
virgines 20. quæſtione 1. Quotuplex au-
tem ſit velamen, aut velum, declarat
optimè *gloſſ. in cap. illud 11. quæſt. 1. &*
in cap. viduas 27. quæſt. 1. eleganter *Ter-*
tullian. lib. de virgin. velan. in med. illud
vocat: *Armaturam pudoris, verecundiæ*
vallum, ſexus fœminei murum, qua nec
ſuos emittat oculos, neque admittat alie-
nos.

25 Nunc in obſervationem venire de-
bet velaminibus altaria inſterni, ut Au-
thor eſt *Gregor. lib. 2. epiſt. 14. & lib. 8.*
epiſt. 38. Cæſar lib. 7. cap. 20. Buleng. lib. 1.
de veſt. Pontif. Cerda adverſ. ſacr. cap. 51.
num. 8.

26 Et in Aulis Principum ante portas
erant cancelli ligneâ operâ, & ad oſ-
tium pendebat velum, *Sydon. Apollin.*
lib. 1. epiſt. 1. de Theod. Rege, ibi: *Pelliso-*
rum turba ſatellitum ne abſit, admitti-
tur, ne obſtrepat, eliminatur, ſicque pro fo-
ribus immurmurat excluſa velis, incluſa
cancellis, l. cætera 43. §. ſed etſi cancelli,
D. de legatis 1. Prado ad Mart. lib. 1. epi-
gram. 35.

27 Velamenque purpureum in ſepulcris
Imperatorum fuit, quod quidam è Dio-
cleciani ſarcophago furatus quibuſ-
dam conſcijs occultare dicebatur, ait
Ammianus lib. 16. Ægeſip. de excidio Ie-
roſolym. lib. 2. cap. 1. Iul. Cæſar Bulen-
ger. lib. 2. de Imper. Roman. cap. 4. lit-
tera B.

28 In ſactis comæ velabantur, *Virgil. 3.*
Æneid.

Purpureo velare comas adopertus ami-
ctu.

Vbi *Ioann. Ludovic. de la Cerda fol. 326.*
num. 10. advocat in hunc morem, *Plau-*
tum Amphit. actu 5. ſcena 1. Curt. lib. 4.
Sueton. in Vitell. cap. 2. Sed vide, quæ
latè ſcripſit *Iuſt. Lipſius de Amphit. ca-*
pit. 19.

29 Quondam fœminæ in templo obve-
lato erant capite, *1. Corinth. 11. num.*
5. Franc. Mendoza in lib. 1. Regum, cap.
2. Num. 17. ſect. 1. numer. 11. tom. 1. fol.
426. Ioan. Barclaius lib. 1. Argen fol. 117.
ibi: *Sic ornata, & poſtquàm ad victimas*
acceſſerat impoſito velo caput operta con-
cipiebat ſolennes ſacrificio preces. Et ge-
neraliter olim ſacrificia velato, non de-
tecto, capite peragebantur, *Plutarch.*
quæſt. Rom. 10. 11. & 13. præterquàm ſi
Saturno, *Macrob. 1. Satur. 10.* vel Hono-
ri, *Plutarch. dict. quæſt. 13.* vel Herculi,
Macrob. 3. Saturn. 6. circ. fin. ſacra fie-
rent, *Briſſon. 1. formul. pag. 36. Ant. Gui-*
bert. in Polybiſt. cap. 1. Oſſuald. in Donell.
lib. 2. comm. cap. 6. litt. B.

30 In ſignum humilitatis & ſubiectio-
nis antiquitus non licebat manus diſ-
coopertas, & ſine manicis coram ſupe-
rioribus portare, ut teſtatur *Xenoph. lib.*
2. rer. Græc. ſubdens Cyrum occidiſſe
Antobiſacen & Metteum filios Dariæ
ſororis Xerxis patris Darij, quòd ſibi
occurentes manus intra manicas non
cõtraxerint, *Cæl. Rhodig. lib. 7. lect. antiq.*
cap. 15. quod etiã refert *Marcell. Donat.*
ad D. Iul. Capitol. in Maxim. Pet. Greg.
lib. 47. ſyntagm. c. 14. n. 8. Stephan. Grat.
deciſ. 29. in addit. num. 2. Hodie verò in-
decens, ac inarrogantiam præfefert
manicis uti coram ſuperioribus viris,

Bo-

Bobadill.lib.3. Politic. cap.10. num.16.in
fine.

31 Suggeritur haud inelegans ratio;
ideò enim meo videri mulieres vela-
bantur,non ſolùm, ut viris ſubditæ exi-
ſterent, & audientes, ſed ut deinceps
poſt connubium faciem occultarent,
32 & velarent:& ideò velũ imponitur,ele-
33 ganter *Aleiat. emblem. 196.* ubi *Claud.*
Minois in comm. fol.629.

34 *Ergo ſedens velat vultus, obnubit ocel-*
los.
Iſta verecundi ſigna pudoris erant.

35 Et ſic debent fœminæ ſuo ſe ſoto cõ-
tinêre; non publico foro evagari, oſ-
tendit acutiſsimè multis congeſtis ſuo
more eruditus *Franc. Mendoza in lib.*
1. Regum, cap. 1. num. 22. in expoſitione
litteræ, fol. 261. tom.1. eleganter mul-
tis congeſtis *Ioann. Garcia de nobilitate,*
gloſſ. 48. §. 2. toto, *Delrio ad Senec. in*
Agam. ℣. *950. fol. 341.* Tamen muliè-
ris famam, non formam vulgatam eſ-
ſe oportet, *Alciat. emblem. 195.* ubi *Mi-*
nois in comm. Ioan. Ludov. de la Cerd. ad-
verſ. ſacr. cap. 151. num. 14.

36 Diſponit *Concilium Gangrenſe cap.*
17. relatum *in dict. cap. quædam mulier*
2. diſtinct. 30. capillos ſubiectionem de-
notare; ex quo provenit diſpungere,
qua de cauſa priſci Scriptores memoriæ
prodiderunt IESV capillos à tonſore,
aut aliter nunquam acciſos; ut locu-
ples Author eſt *Nicephor. lib. 1. Hiſtor.*
Eccleſ. cap. ultim. Capitis porrò capillos
tulit prolixiores, novaculu enim in ca-
put eius non aſcendit, neque manus aliqua
hominis, præterquàm matris in tenera dũ-
taxat ætate eius.

37 Iudæos circumtonſam habuiſſe cæ-
ſariem, docuit *Ioſeph. lib. 1. contra Ap-*
pionem, paulò poſt medium, ubi He-
bræos, qui cum Xerxe Perſarum Rege
pugnaverant ex ſententia *Cherylli Poë-*
tæ ſic deſcribit:

Huius miranda ſpecie gens caſtra ſecuta
Phœniſſam ignoto linguã mittebat ab ore.
Sedes huic Solymæ mõtes, ſtagnum prope
vaſtum

Tonſa caput circum ſqualenti vertice e-
quini,
Exſubias capitis duratas igne gerebat.

38 . Quicunque *Ierem. locũ nono cap.* ſic
exponunt: ut ea Prophetæ verba: *Su-*
per omnes qui attonſi ſunt in comam, in-
telligenda ſint de Iudæis, quaſi ipſis
non eſſet coma, ſed circumciſa tan-
tùm, planè *Ioſepho* conſentiunt, idcir-
cò probare non audeo, quod ait *Nonius*
Panopolitan. in cap. 4. Ioan. ubi ſolũ Cha-
nanæum eſt in Galilæa benè turrita, cũ
veniſſet ex Iudæa in civitatem pulcros
habentem pueros Galilæorũ. longâ cæ-
ſarie inſigniũ, & *in cap. 2.* Chananæum
habitaculum altè exſtructum intonſorũ
Galilæorum.

39 Id cùm in more apud Hebræos eſ-
ſet, neque extra Nazaræorum cultum
vixiſſent, aliter quàm attonsâ comâ,
& circumciſis capillis verſarentur,
tradit elegantiſsimè *Franc. Mendoza*
in lib. 1. Regum, cap. 1. num. 11. adnot. 10.
circa litteram, ſect. 1. à num. 27. ubi etiam
40 *Gaſp. Sanchez num. 41.* qui de hoc ritu
perbellè agit, videndum eſt, quare IE-
SVS perpetuum ſuæ gentis ritum obſer-
vare noluerit. Igitur dicendum eſt, non
feciſſe, ut ſe Patri ſubiectum per exte-
riorem habitum CHRISTVS inſinuaret,
nam quod ait *Concil. Gangrenſe* à ſextâ
Synodo adprobatum: *Crines* DEVS *ad*
ſubiectionis materiam tribuit, vel ſecundo
quod ibîdem additur, cùm capilli ſint
41 *pretium obedientiæ*, hoc quaſi pacto mu-
nere & pretio DEVS humilitatem Filij
compenſavit, ut per externum ſignum
Patri obſequentiſsimus haberetur. Id
erat in præcipuis votis IESV, ne aliter
ſæpiùs quàm per obedientiã innoteſce-
ret, verbis in ſimili à *Syneſ. hymn. 1.* de-
ſumptis diſces. CHRISTO *decus coma de-*
miſſa ſervitibus.

42 Exhinc face adcensâ prælucet intel-
lectus ad non facilem locum *1. Reg. 1.*
ubi *cùm eſſet Anna amaro animo, oravit*
ad DOMINVM. *flens largiter, & votũ vo-*
vit dicens: DOMINE *exercituum ſi reſpi-*
ciens videris afflictionem famulæ tuæ, &

recordatus mei fueris, nec oblitus ancillæ tuæ, dederiſque ſervæ tuæ ſexum virilem: dabo eum DOMINO *omnibus diebus vitæ eius, & novacula non aſcendet ſuper caput eius.*

43. Quò loci animadvertendum eſt Annæ petitionē enixam fuiſſe, ſed in verborum adparatu erraviſſe: petat filium, ut in adflictionibus habeat ſolatium, evidens erat ex tam bono ſemine probū natum exiturum, dixit optimè *Ovid.4. Metam.*

Et patrii in natos abeunt cum ſemine mores.

44 (Videndus eſt de hac re *Macrob.lib. 7. Sat.cap. 11. Agell. lib. 11. noct. Attic. cap. 1. S. Gregor. homil.20. in Evangel. S. Auguſt. in Apocalypſ. homil.14. in fine, tom.9. Cal.Rhodigin.lib.3.lect. antiq.cap. 29. in fin. Tiraquel. in l. 7. connub. par. 7. Sanch. tom. 1. Decal. lib. 2. cap. 77. à num.11.* & deinceps) non verò illum devoveat & ſubijciat. Imò eo ipſo, quòd proles erat futura tam excellens, votum faciat & DEO promittat ſubiectionem pro filio, qui adimplebit celeriter promiſſum, & nuſquam capillos ſibi incidet in recognitionem.

45 Oportet indagare, cur mulieres comam abſcindere nequeunt? Iuvat in hanc rem ſententia *Ambroſ. lib. 6. Hexam. cap. 9.* ibi: *Quàm reverenda cæſaries in ſenibus, quàm veneranda in Sacerdotibus, quàm dulcis in pueris, quàm ſpecioſa in adoleſcentibus, quàm compta, & neceſſaria in mulieribus! Nam quemadmodum tota arborum pulcritudo in coma eſt, ſic capilli fœminarum maximè honeſtant:* comprobat *Sineſ. encomio de calvitio*, ubi Vlyſſem à Minerva formoſum factum, ſic deſcribit *ex Homero: Cærulei pendent de vertice crines;* & rurſus de eodem, *Criſpamque in vertice fudit cæſariem, & gratos hyacinthi flore capillos. Quidquid capillorum honos ab eodem Homero viris, quàm mulieribus convenire cenſetur, ſanè fœminarum ſpeciem cùm producat, como haud ita ſæpè mentionem facit, iam Deabus aliud laudum genus adcommodat, aureamque Venerem, rotundis, atque amplis oculis conſpicuam Iunonem. Talis argenteis inſignem Thetydem adpellat. Iovis verò ex cæſarie præcipua apud eum; laus cæſaries magni ſubitò eſt concuſſa Tonantis. Baſil. lib. de vera virgin. pag. 532. Ideò,* inquit, *Natura ipſa crinibus iam tunc à principio mulieris caput operuit, eo ipſo admonens, non decere mulierem non modò ullum membrorum cæterorum, verùm nec caput temerè quidem, indifferenterque nudare.*

46 Vnde calvitium minatum Iudæis, ut extremum malum, *Iſai. 3.* legitur: *Decalvabit* DOMINVS *verticem filiarum Sion.* Et infrà: *Et erit pro criſpante crine calvitium:* & *cap. 48. Omne caput calvitium erit, & omnis barba raſa erit, & ſuper omne dorſum cilicium:* lege *Ezechiel. 7. Amòs cap. 8.* proſequntur *Tertullian. de cultu muliebri, Clemens Alexand.lib.3.Pædag. Cyprian. de diſciplin. & hab.virg.*

47 Apud Authores profanos legimus comam in mulieribus eſſe pulcritudinis ſignum, & ornamentum, *Apuleius de Aſino aureo*, ait: *Ne ipſa Venus fœminarum pulcerrima ipſi Vulcano placere poſſet, ſi calva eſſet. Cæſar. Baron. in martyrolog. 20. Septemb. littera E.* cui adluſit *Cyprian. de idolor. vanitat.* cum dixit: *Eſt & Venus calva multo hic turpior, quàm apud Homerum vulnerata.*

47 Ità dixit *Ovid. de Arte:*

Turpe pecus mutilum, turpis ſine gramine campus;
Et ſine fronde frutex, & ſine crine caput.

Stat. lib. 1. Achill.

— Niveo natat ignis in ore
Purpureo, flavoque nitet coma gratior auro.

Quod etiam *Virg.* non tantùm fœminis, ſed Nymphis tribuit *de ortu Solis:*

Aurea fulgebat roſeis Aurora capillis.

Latè agunt *Mantua lib. 8. obſervat. 76. Pineda in Iob tom. 1. cap. 1. ℣. 30. num. 13.*

Villal-

Villalpand. in epitom. delictor. in defenſ. cap.6.num.18.& ſeq.

49 Patet ergo ratio ad noſtrum *textum*, ut mulieres ornatum non deponant, comam incidere ſub anathematis mucrone non valent, quia maior deſpectus ex calvitio dimanat. Conſtat 4. *Reg.* 2. quoſdam pueros de calvitio Eliſeum increpaviſſe, qui non ferens, maledixit eis, & duo urſi laceravetũt quadraginta ex eis in impropeaij, & convitij pœnas, *Villalpand. in Ezechiel. ſuper cap. 27. part. 1. tom. 2. fol. 36. & 37.* Quod ut eluderet Iul. Cæſar, ut apud *Suetonium cap. 45.* habetur, à Senatu ius capillirij petivit, quo ſimiliter offendebatur *Domitianus*, ut teſtatur *in eo cap. 18.*

50 Conſtat ergo capillos, qui non habent ſenſum, *Varro lib. de Dijs ſelect. Roſin. lib. 2. Antiquit. Roman. cap. 4. fol.*

51 *218. littera B.* Nec ſunt partes humani corporis, ut ex ſententia Medicorum probant *Fornel. lib. 1. Phyſiolog. capit. 15. Valles lib. 2. cont. cap. 15.* in ornamentum adſtare, quod, ut non deficiat, in ultima reſurrectione, cum eis

52 ſint homines ſurrecturi, quemadmodum animadvertit *S. Auguſtin. lib. 22. de Civitate Dei, Hieronym. in 10. Matth.* conſpirant in eandem veritatem *Theologi in 4. diſtinct. 44.* ubi *D. Thom. quæſt. 1. art. 2. quæſtiunc. 3. Bonavent. art. 1. q. 2. Angles in floribus de reſurrect. art. 6. dubitat. 1.*

53 Obſervandum eſt, *dict. cap. quæcunque*, eſſe intelligendum de laicis mulieribus, non autem de religioſis fœminis, quæ Deo & Eccleſiæ dicatæ ſunt, *gloſſ. in Clementina 2. de ſtat. regular.* cuius rei rationem adſignat *D. Thom. ad Corinth. 15.* Quia virgines Intrantes re-

54 ligionem adſumunt pœnitentiæ lamentum, mulieres verò tempore luctus comam deponunt, ut poſt *Senec.* tradit *Villalpand. in epitom. delictor. in defenſ. cap. 6. num. 19. & 20. Alexand. ab Alexand. lib. 3. Dierum Genial. cap. 7. fol. 222.*

55 Alia ratio poteſt adduci; nam coma ſymbolum eſt cogitationis, mirè *Pined. in Iob, tom. 1. cap. 1. ỹ. 11. num. 7. ad finem, & ỹ. 20. ex num. 13.* Vnde magno quidem ſtudio à Monialibus cogitationes ſuperfluæ ampurãdæ ſunt, *D. Gregor. lib. 5. Moral. cap. 33.* ſic *D. Auguſt. in Pſalm. 51. num. 4.* explicans verba illa: *Sicut novacula acuta fecisti dolum. Ecce! quot faciunt* (ait) *ſanctis mali, capillos radunt. Nam ipſi capilli ſuperflua rerum temporalium ſignificant.*

56 Poteſt etiam cæremonia hæc abſciſſæ comæ ad mortis votum, aut præviam animi præparationem referri: nã ſolebant morituri priùs honoris inſignia, ne illo habitu morerentur, deponere capillos, præſertim & capitis honorem, ut ex multis tradit *Ioan. de Pined. in Iob, tom. 1. cap. 1. ỹ. 20. num. 14. Stat. lib. 2. ſil.* de Glaucia iam moriente ſic canit:

Iam complexa manu crinem tenet infera Iuno.

Horat. lib. 1. carm. Od. 28.

Miſta ſenum ac iuvenum denſantur funera, nullum
Sæva caput Proſerpina fugit.

57 Ad rem hanc videtur adluſiſſe *Marti. lib. 3. epigr. 43.*

Non omnes fallis ſat te Proſerpina canum
Perſonam capiti detrahet illa tuo.

Comptè *Ioan. Ludov. de la Cerda in comment. ad Virg. 4. Æneid.* in illud:

Nondum illi flavum Proſerpina crinem Abſtulerat. ----

Fol. 486. num. 10. Ramir. ad Mart. lib. 3. epigr. 43.

58 Præ dolore tamen & mœſtitia capilli evellebantur, ut legitur *1. Eſdr. 9. 2. 10. & 3. 9.* ut refert *Camil. Borr. to. 3. ſumm. Deciſ. tit. 1. num. 148. cum ſeq. Ioan. Ludovic. de la Cerda 9. Æn. fol. 349. num. 21.* de ſciſione comarum, & alijs effectibus in dolore, & luctu habitis apud pleraſque Gentes mire agit *Deſid. Herald. ad Martial. lib. 2. epigramm. 11.* & deponebantur, *Ioan. Barclai. lib. 2. Argen. fol. 176.*

Nn 4

*176.*ibi: *In his malis, cùm exacta nox eſſet, dieſque adferret triſtiora, capillos deponimus nihil profutura religione; Iob 1. cap.* ỳ*.20. Villalpand. ad Ezech. tom. 1. cap.5. 16. & 17. Senec. de benef. lib. 5. cap.6.* ibi: *In luctu à rebus adverſis moris eſt capillũ tondere.* Quia fuit nota ſervitutis, ut obſervat *Duaren. lib. 1. de ſacror. immun. cap. 14.* unde dixit *Martial. lib. 6. epigr. 64.* ut quendam nũcuparet filium ſervi:

Sed patris ad ſpeculum tonſi.

59 Victimis etiam olim ſetæ capitis in ſacrificijs ferro abſcindebantur, ad quã rem nonnihil monuit *Turneb. lib. 19. cap. 17.* Et comę fœminarum ſolvebantur in fletu, Ariadne apud *Ovid.*

Aſpice demiſſos lugentis more capillos.

Idem *6. Faſt.*

Attonitæ flebant demiſſo crine miniſtræ.

Lucan.

Turrigero effundens canos à vertice crines.

Sil. lib. 12.

---- Solutis
Crinibus exululant matres, atque ubera nudant.

Senec. in Oet.

60 *Et comas nullo cohibente nodo*
Fœmina exortos feriat lacertos.

Virg. 3. Æneid.

---- Crinem de more ſoluta.

Ioan. Ludovic. de la Cerd. ibîdem, *fol. 279. num. 9. & 11. Æn. fol. 547. num. 8.* eleganter *Ioan. Barclai. lib. 1. Argen. fol. 1. Hinc repentè in campum erumpit fœmina optimi vultus, ſed quæ corruperat oculos fletu, ſparſo quoque in funebrem modum crine terribilis. Chryſol. ſerm. 94. Si nos eſſe peccatores novimus, & eſſe nolumus peccatores, pedibus Chriſti demus lacrymas, ſpargamus capillos. Senec. in Troade: Solvite crinem, per colla fluant mœſta capilli:* ubi *Delrius* multa cumulat.

61 Ità commutato rerum ſtatu & redeunte lætitiã capilli colligebantur: *Ovid.* enim pacatam Germaniam indicans:

---- Sparſos Germania crines
Colliget. ----

62 Similiter Bacchantibus ſolutæ erant comæ in notam furoris. Ad quem ritũ adluſit *Heliod. lib. Hiſtor. Æthiop.* dans enim Chariclıæ comas ſolutas adijcit, ſolvi illas Bacchico more. *Eurip.* quoq; *in Bacchis*, de Bacchis ipſis, ibi: *Et primũ quoque demiſerunt comas in humeros.* Demum hic mos omnium fanaticorum, *Apulei. lib. 8.* ibi: *Capite demiſſo cervices lubricis intorquentes motibus, crineſque pendulos rotantes in circulum;* ſic & Gallos fanaticos paſsim cum crinibus *Arnob.* inducit *lib. 5. Ioan. Ludov. de la Cerd. 7. Æneid. fol. 68. num. 2.*

63 Crines à lugentibus in ſepulcro poſiti, *Stat. lib. 5. epig. in patrem:*

Exere ſemirutos ſubito de pulvere vultus
Parthenope, crinemque adflato monte ſepulti
Pone ſuper tumulum. ----

Ovid. in Faſt.

Mixta bibunt molles lacrymis unguenta favillæ
Vertice libatas accipiuntque comas.

Iuſt. Lipſ. lib. 2. Elect. cap. 14.

Plaut.

Si tibi ſat acceptum eſt fore amicum tibi ſempiternum
Soli gerendum morem cenſeo, & capiundos crines.

Et in adverſarijs *Turnebus* dicit, capere crines eſſe blandè, & amatoriè oſculandi causâ capillos prendere.

64 Sed *Iuſt. Lipſ. lib. 3. lect. Antiq. c. 1. fol. 486. litt. E.* putat capere crines non aliud eſſe, quàm nubere, & matronã fieri. Nam ornatus matronarum, ut alia quædam propria habuit, exempli cauſã, duplicem vittam, ſtolam, &c. ſic etiã crines peculiari quâdam ratione formatos.

Itaque *Plaut. Milite*, cùm inſtrui ancillam ornatu matronarum vult, ait:

Vtique eam ornatam adducas matronarum modo,
Capite compto, crines, vittaſque habeat.

65 Facit hûc, opinor, illud *Feſti* ſenis crinibus nubentes ornantur, quod is ornatus vetuſtiſsimus fuit quidem, quòd eo

Veſta-

Veſtales virgines ornentur. Adſtipulatur pro hac Lipſiana fidelia, quod virgines incedebant ſolutis crinibus, & ad hunc ſenſum venit explicandus *Text.* ſacet *in tap, 20. Geneſ.* ut ibi obſervat *Delrius; cap. nec illud 10. quæſt. 5. Baſil. de matrim. lib. 1. cap. 1. num. 3.*

66 Crinibus paſsis templa verrebant Romanæ mulieres, *Livi. lib. 3.* ibi: *Strata paſſim matres crinibus templa verrentes veniam irarum cœleſtium expoſcunt:* & *lib. 26. Matronæ circa Deûm delubra diſcurrunt crinibus paſſis aras verrentes: Apulei. lib. 5. Tunc Pſyche ubi non fletu rigans Deæ veſtigia, humumque verrens crinibus ſuis. Lucan. lib. 1.*

Hæ lacrymis ſparſere Deos, hæ pectore duro
Adfixere ſolo, laceraſque in limine ſacro
Attonitæ fudere comas.

Iuſt. Lipſ. lib. 1. Elect. cap. 6. litt. D. & E.

67 Comæ deſcriptionẽ in muliere proſecutus eſt, quâ ſolet intemperãtiâ verborum, *Apulei. lib. 2. Metam.* ibi: *Quòd cùm capilli color gratus, & nitor ſplendidus illucet, & contra Solis aciem vegetus fulgurat, vel placidus renidet, aut in contrariam gratiam variat adſpectum, & nũc aurum coruſcans in mellis lenem deprimitur umbram, nunc corbina ingredine cærulus, columbarum colli floſculos imitatur, vel cum guttis Arabum obunctus, & pectinis arguti dente tenui diſcriminatur:* & paulò pôſt, *Coactis oculis occurens inſtar ſpeculi reddit imaginem gratiorem. Vberes crines leniter emiſſos, & cervice dependulos, ac deinde per colla diſpoſitos, ſenſimque ſinuato patagio reſidentes pauliſper ad finem conglobatos in ſummum verticem nodus adſtrinxerat.*

68 Vt nihil antiquitatis penitus ignoretur, diſcuriendum eſt, qui color capillos honeſtaverit? & primâ fronte ſcribit *Iun. comment. de coma, cap. 9.* indicari Didonem ex flavo crine parum pudicam, nam flava coma olim habita meritoria, probat ex *Euripide*, apud quem Electra commordens matrem Clytæmneſtram illi obijcit flavum crinem; idẽ etiam *Euripides de amore.*

Amat ſpecula, & crinium flavicitem.

Ex *Iuvenal.* qui de Meſſalina impudica *ſatyr. 6.*

Nigrum flavo crine abſcondente galerum.

69 Ex *Horat.* qui nobili ſcorto Pyrrhæ dat flavam comam. *Serv. lib. 4. Æn.* dictat matronis nigram comam, meretricibus flavam probatam fuiſſe, *Thom. Dempſt. ad Roſinum lib. 5. Antiq. Roman. cap. 37. fol. 979.* Hæc etiam ſi vera ſint, tamen non credo hanc notam impudicitiæ inuſtam Didoni à *Poëta*, ſed potius refero ad decorem, & dignitatem, quâ flavi crines habiti fuerunt. *Ovid. lib. 2. Faſtorum:*

Forma placet, niveuſque color, flavique capilli.

Et ex authoritate omnium Claſsicorũ Græcorum & Latinorum probat *Gaſp. Barz. in not. ad Claud. Paneg. 4. Conſul. Honor. ỽ. 553. & in comm. ad Muſæum, Ioan. Barclai. lib. 4. Arg. fol. 306.* ibi: *Subflava cæſaries, & ipſa negligentia opinione melior.*

70 Flavus ſolùm dominatur color, qui ad venuſtatem & egregiam corporis indolem facit, ut teſtatur ex parte *Nazianz. Orat. 11. Non illam aurum arte ad eximiam pulcritudinem elaboratum ornavit, non flava coma tum adparentes, tum ſublucentes, non crinium nodi, & impoſturæ. Laudatur Gorgonia* (inquit *Elias Cretenſis*) *quòd per artificioſa pigmenta & ſophiſmata pulcritudinis omnium optimum colorem flavum comæ non adfixerit.*

71 Quem colorem tam avidè matronæ Romanę ad Hebræatum & Gręcarum exemplar, & imitationem fuerunt amplexæ, ut huius coloris capillos emerent ad ornatum, ità notat *Lucill. Græc. in Anthol. Tertull. lib. de cult. fœmin. Ovid. 1. Amor. eleg. 14.*

Nunc tibi captivos mittet Germania crines,
Culta triumphatæ munere gentis eris.
O! quam ſæpè comas aliquo mirante rubebis,
Et dices, empta nunc ego merce probor.

Deſid. Herald. ad Marti. lib. 5. epigr. 70.

Inde

72 Inde Deiparae flavos fuiſſe crines teſtantur *Nicephor.lib.2. Hiſt.cap. 23. Epiphan. Orat. de laud. Virg. Daniel. Mallon.cap.11. Non ſolùm è facie, ſed è capillis Mariæ affulgere radius cœlitus videbatur: Iuven. Ieroſolymit. de Aſſumpt.* ibi: *Colore fuit triticum referente capillo flavo, oculis acribus ſubflavas, & tanquam oleæ colore pupillas in eis habens.*

73 Lentulus vir Romanus Iudaici Populi Præſes ità Christvm Dominvm exornat apud *Mallonium in not. ad cap. 3. Palæoti Archiepiſcopi: Capillos habens colore nucis, avellanæ præmaturæ, & planos ferè uſque ad aures, ab auribus verò concinnos, criſpos aliquantulum cæruleos, & fulgẽtiores ab oculis ventilantes, diſcrimen habens in medio capitis extra morem Nazaræorum, frontem planam & sereniſſimam, cum facie ſine ruga & macula aliqua, quam rubor moderatus venuſtat. Naſi, & oris nulla prorſus eſt reprehenſio, barbam habens copioſam, & intonſam capillis concolorem non longam, ſed in medio bifurcatam:* refert *Ioan. Ludov. de la Cerda adverſ. ſacr. cap. 100. num. 7.*

74 Tantique fuit habitus color flavus, ut ad venuſtiorem aſpectum, tam viri, quàm mulieres tingerẽt capillos (quod hodie vocitamus, *Enrubiarſe*) cauſam proponit *Clem. Alex. lib. 3. Pædag. cap. 3.* ut *in Caligul.* ſcribit *Sueton. cap. 47. Herodian. in Anton. Valer. Maxim. lib. 11. cap. 1. Calfurn. Flacc. declam. 11. Tacit. de morib. Germ. Senec. lib. 3. de ira, Amm. Marcell. lib. 3.*

75 *Plin. lib. 28. cap. 12.* ſcribit, Francos hoc figmentum inveniſſe. *Prodeſt & ſapo Galliarum hoc inventum rutilandis capillis ex ſevo & cinere*: cùm ſit hæc Gens, cui capillorum comarũque cõpoſitio maiorem adtentionem debuit, teſte *Diodoro lib. 5. Claud. lib. 2. in Ruff.* ex quo Galliæ Comatæ nomen ei mã-
76 ſit. Vnde in eius Priſcis monumentis ius Regalis capillitij invenitur, ut obſervat *Balthaſ. de Vias in ſilv. Reg. 1. fol. 36.*

77 Hoc confirmat *Aimo. lib. 1. cap. 4. & lib. 3. cap. 61. Agath. lib. 1. de bello Gothic. Neque enim Francorum Regibus coma carere licet, ſed à pueris intonſi permanent. Simon. Maiol. tom. 4. colloq. 5. fol. 372. col. 1. Dier. Canic.* Quamobrem ſolebant cùm ab aliquo Principe Regni ſpem abſcindere equis, & quadrigis volebãt, ei capillos, & comam incidere, *S. Greg. Turon. lib. 6. cap. 24. & 44. & lib. 7. cap. 36. Paul. Diacon. lib. 6. cap. 15.*

78 Et ſupercilia fuligine producebantur, *Iuven. ſatyr. 11.*

Ille ſupercilium madida fuligine tactum
Obliqua producit acu, pingitque trementes
Attollens oculos. —

Cyprian. de habit. virgin. Xenophont. de Cyro, Ovid. de Art. lib. 3. Stephan. Claver. ad Mart. lib. 14. epig. 27. Tertul. lib. de habit. mulier. cap. 11. ibi: *Lumina lapillorum, quibus monilia variantur, & circulos ex auro, quibus brachia arctantur, & medicamenta ex fuco, quibus lana colorantur, & illum ipſum nigrum pulverem, quo oculorum exordia producuntur.* Idem *de cult. fœm. cap. 5. In illum enim delinquunt, quæ cum medicaminibus ungunt, genas rubore maculant, oculos fuligine collinunt. Deſider. Herald. ad Mart. lib. 9. epig. 42.*

79 Cæterùm non ſolùm capilli tingebantur flavo colore, ſed etiam nigro ad ſimulandam iuventutem, ut teſtis eſt *Mart. lib. 3. epigr. 43.*

Mentiris iuvenem tinctis, Lentine, capillis:
Tã ſubitò corvus, qui modò cycnus eras.
Non omneis fallis, ſat te Proſerpina canũ
Perſonam capiti detrahet illa tuo.

Tinctique capilli illinebantur unguentis, *Propert.*

Aut quid Orontea crines perfundere myrrha.

Horat.

Nardi parvus Onyx eliciet cadum.

Mart.

Quod madidis nardo ſparſa corona comis.

Tibull. lib. 3. eleg. ult.

Iãdudum Tyrio madefactus tẽpora nardo
Debueram ſertis implicuiſſe comas.

Pra-

Prudent.

Vt mitra cæſariem cohibẽt aurata virilẽ
Cõbibat infuſum croceo religamine nardum.

80 Hinc Myrobrecharij adpellantur, qui delibatos capillos gerunt, *Alciat. in l. 1. verb. Barbacarij, C. de excuſ. artif.*

81 Fiebant unguenta olivo admixto ex cynnamomo, balſamo, caſia, roſis, & alijs odoratis, *Marc. Victor. lib. 1. de Edem.*

Hic fragiles ſolvunt calamos animata vigore
Muneris ambroſij ſpirantia cynnama odoris;
Sed nec qui Medus redolet, vel crine ſolutũ
Flagrat Achemenius, quod molli dives amomo
Aſſyrius meſſiſq; rubẽs Mareotica nardo,
Quod Tarteſſiaci frutices; quod virga Sabæa,
Quodque Palæſtinus lacero flet vulnere ramus.

82 Neque ſolùm flaviciem comarum, ſed longitudinem in laude habebant mulieres, *Virg. 7. Æneid.*

--- Longis comprehendere crinibus ignem.

Et *lib. 4. Georg.*

Cæſariem effuſæ, nitidã per candida colla.

Silius.

Purpurea effuſos per colla nitentia crines.

Tibull. lib. 3.

Intonſi crines longa cervice fluebant.

Ovid. 6. Metam.

Cum capite immiſſos humerum per utrũque capillos.

83 Quo mundiores eſſent fœminæ, pulcrioreſquè, capillos cirrabant calamiſtro, quod ſic eſt adpellatum, quòd calefactũ in ignito cinere capillos ornet. *Virg. lib. 12. Æneid.*

--- Fœdare in pulvere crines
Vibratos calido ferrò, myrrhaque madentes.

Tradit *Porphyrion ad ỷ. 97. ſat. 2. lib. 1. Horat. & Helen. Aeron. Minois ad Alciat. embl. 157. fol. 563.*

84 Muliebre inſtrumentum ſunt pecten, calamiſtrum, *Iul. Pollux lib. 10. cap. 28.* inde *Mart. lib. 2. epigr. 36.* adſeruit:

Pectere te nolim, ſed nec turbare capillos:
Splendida ſit, nolo, ſordida, nolo, cutis.

85 Quem locum tentavit non infeliciter *Ioan. Gulielm. lib. 3. veroſ. cap. 16.* & ex M.S. ſcribit, *Flectere*: nam pexus nõ eſt nimius in homine cultus, flexus verò fœminarum, vel hominum mollium (immoderatum cultum facit calamiſtrum, laudabilem pecten, *Petron. ſatyr. pag. 95. Quo enim ſpectant flexa pectine comæ? L. Apulei. lib. 2. Mileſ.*) ſic *lib. 3. ep. 62.* in Cotillum bellum, & mollem:

Bellus homo eſt flexos, qui dirigit ordine crines.

86 Ità *Spartian.* comam Hadriani Imperatoris nimiùm cultam notavit, quòd ad pectinem flexa eſſet, *in fine vitæ eius.* Hi flexus fiebant calamiſtris igne candentibus. Vnde formula *calamiſtris inurere*, & huius cultus miniſtri ciniflones, vel cineratij, quòd in igne calefacerent calamiſtra.

87 Fuit itaque viris probroſum, *Mart. lib. 10. epigr. 65.*

Tu flexa nitidus coma vagaris,
Hiſpanis ego contumax capillis.

Quem cultum proſequitur *Dempſter. ad Roſin. lib. 5. Antiq. Roman. cap. 35.*

88 Clariſsimè liquet fœminis fuiſſe in uſu ornatrices quaſdam puellas, quæ capita adornarent, crines diſponerent, *Iulian. Auguſt. in Cæſaribus ſuis non longè à fin. Sil. Italic. lib. 7. Pun.*

Aſt alius nivea comebat fronte capillos
Purpureos. ----

Claud. de laudib. Siren.

Vile putas donum ſolitam cõſurgere gemmis.

89 Ancillæ pro ornandis crinibus perfectæ Pſecades adpellabantur, *Vetus Scholiaſtes Iuven. ad ỷ. 489. ſatyr. 6.* Quatum diſcreta erant officia, quædam diſponebant tantùm crines & in orbes digerebant, *Iuven. ſatyr. 6. ỷ. 488.*

Diſponit crinem laceratis ipſa capillis.

Ovid. lib. 2. Amor. eleg. 8.

Comendis in mille modis perfecta capillis,
Et non ancillas inter habenda Nape.

Claud.

Claud.1.in Eutrop.

Pectebat Dominæ crines.

Mart. lib.2. epigr. 66. (ubi *Herald.* in anim.multa cumulat.)

Vnus de toto peccaverat orbe comarum
Annulus, incerta, non bene fixus acu.
Hoc facinus Lalage, ſpeculo, quo viderat, ulta eſt,
Et cecidit ſectis icta Plecuſa comis.
Deſine iā, Lalage, triſteis ornare capillos,
Tangat & inſanum nulla puella caput.

De quibus intelligendus eſt *text.in l.legatis 63. §. ornatricibus 3. D. de leg.3.* & melior *text.* imò expreſsior, *in l. item 49.* ibi: *Puellæ fortaſſis, quas ſibi comatas mulieres exornāt.D.eodem*, mirè *Ravard. 8. conicct. 18.* ex quo patefiet nullâ neceſsitate *Cuiac.11. obſerv.16.* pro, *quas ſibi comatas*, reponere, *quis ſibi comas*, eleganter *Donell. Enucleatus*, ſive *Oſſuald. in comm.cap.19.litt.B.fol.195.col.2.*

90 Eunuchi tamen monilia ſervabant, dominarum veſtes, gemmas, ſtratum muniebant, crineſque pectere, & delicatorum vultus motis hinc inde volucrum pretioſarum plumis ventilare ſolebant, eleganter *Claud. d.lib.1. ỷ. 105. de eunucho Eutropio:*

Pectebat Dominæ crines, & ſæpè lavāti
Nudus in argento lympham geſtabat alumnæ,
Et cùm ſe rapido feſſam proiecerat æſtu,
Patritius roſeis pavonum ventilat alis.

Et inferiùs *ỷ.416.*

Præfecti ſed adhuc gemmis veſtique dabantur
Cuſtodes, ſacroque adhibere ſilētia ſomno
Militia Eunuchi nunquam progreſſa cubile.
— Secreta monilia ſervent
Ornatos curent Tyrios. —

Mart.lib.3.epigr.40.

Et æſtuanti tenue ventilat frigus
Supina praſino concubina flavello,
Fugatque muſcas myrtea puer virga.

Notit docte *Fulvi.Vrſin.ad lib. Pet.Ciacony de triclinio Romano, Barz. ad Claudian. lib.1. Dorleans ad Tacit. lib.4. fol. 448.Ramir.ad Mart.dict.epigr.40.Amai. lib.3.obſerv.cap.6.num. 93. Franc. Mendoz.tom.1. lib.1. Reg.cap.8.ỷ.15.à num. 7.fol.620.Hier.in Matth.cap.18.Camill. Borrell. tom.1.ſumm. Deciſ.tit.46. num. 135.* Eunuchi uxores Magnatum ſervabant, *Alciat. in l.ſpadonum 128. D. de verbor. ſignif. Plac.cap.24. num.4.* Vnde multi, quo eiuſmodi favores nanciſcerentur, ſe caſtrari patiebātur. Proinde eiuſmodi delictum frequentiſsimum eſſe colliges *ex Martial. lib.6. epigram.4. & l.1. & 2.C.de eunuch. Ameſc. de poteſt. in ſe ipſ.lib.1.cap.4.num.11.*

Rurſus cuſtodes uxoribus & virginibus adponebantur, *M.Tull.in Rep.Platon.Schot.In Senec. lib.2.cont.21. Heliod. lib.8. Æthiop.fol.391. Sherlog.in Cantic. antel. 5.ſubſect.3.num.40.fol.187.*

91 Aliæ crines diſpoſitos aquis aſpergebant *Claud. in epitalam. Hon.& Mariæ:*

— Largos bas nectaris imbres
Irrigat. —

Iuven.ſatyr.6.

Nuda humero Pſecas infelix, nudiſque mamillis
Altior hic quare concinnus? taurea punit
Continuo flexi crimen facinuſque capilli.
Quid Pſecas admiſit? quænā eſt hic culpa puellæ!
Si tibi diſplicuit naſus tuus? altera lævū
Extendit, pectitque comas: & volvit in Orbem.
Eſt in conſilio materna, admotaque lanis
Emerita quæ ceſſat acu.

92 Poſtquàm capilli pexi, & flexi erant, crinali cingebantur, ne turparentur, evagarenturque, *Ovid.3. Metam.*

Nec torquens collo, nec habens crinale capillos.

Idem *5.*

— Curvum crinale capillos.

Virgil.11.Æneid.

Pro crinali auro, pro longæ tegmine pallæ.

93 Probat *text.in l.argumento 25. §. 4.* ibi: *Faſcia crinales, D.de aur. & argent.legat. Ioan.Ludovic. de la Cerd. lib. 7. Æn.fol. 144.num.12.* cum alijs, *Ioan.Barcl. lib. 1.Argen.fol. 117.* ibi: *Crines Argenidis religabat purpurea faſcia.* De acu ad ornan-

nandos capillos, *Tertull. lib. de pœnit. Hieron. Apolog. in Ruffin. Petron. in ſatyr. Apulei. lib. 8. Dio lib. 41. Pauſan. in Attic.*

Suggeſtum dixère Veteres, quidquid eſſet cum adparatu ſtructum, inde capiti fœminarum ſuggeſtum dicunt adponi, *Tertul. de cult. fœm. & de vel. virgin.* ibi: *Intellexit non nominans, cùm dixit: Si autem naturæ præiudicium adjicit Apoſtolus, quòd honor ſit muliebris redundantiâ capillorum, quia coma pro operimento eſt, utiq; hoc maximè virginũ inſigne eſt, quarum & ornatus ipſe propriè ſic, ut cõcumulata in verticem ipſam capitis arcem ambitu crinium contegat.*

Clemens Alexand. lib. 3. Pædagog. cap. 11. ità ait: *Mulieribus autem crines mollire ſufficit, & tenui aliqua fibula alligare frugaliter, ſimplici cultura pudicas comas in veram & germanam pulcritudinem alentibus. Meretricij enim pilorum prolexis* (en ſuggeſtum!) *& catenarum nexus, cùm eas deformes reddunt, tum etiam pilos diſcerpunt, artificioſis vinculis inſertis evellentes: quò fit, ut ne ſua quidem tangant capita, ne capillos confundant, pertimeſcentes: Iuven.* ait de fœmina:

... Tot adhuc compagibus altum
Ædificat caput, Andromachen à fronte videbis,
Poſt minor eſt aliam credas.

Lucan. optimè per *turrim* explicuit in altum verticem elatam:

Turritaque gerens frontem matrona corona.

94 Quibus comæ in uſu fuerint, proponit *Alexand. ab Alex. lib. 5. Dier. Genial. cap. 18. à fol. 540. Rader. in Mart. lib. 3. epigr. 6. & lib. 9. & 17. Lipſ. in Tacit. cap. 14. Alexand. lib. 3. Pædag. cap. 11. & Herwet. Eius interpres, D. Paul. in epiſt. 4. ad Sever. Sixt. Senenſ. lib. 5. Bibliot. adnotat. 244. Guevar. in Habacuc. 3. Alphonſ. Mẽdoz. quæſt. 5. expoſ. Pined. in 1. Iob. num. 20.*

95 In peregrinationem longinquam, aut expeditionem proficiſcentes capillum alicui Deo detonſum conſecrabãt, *Stat. lib. 6. Theb. ℣. 608.*

Flavus ab intonſo pendebat vertice crinis:
Arcados, hoc primis tibiæ paſcebat ab annis
Munus, & ogygio victor cum Marte rediſſet,
Ne quicquam patrijs audax promiſerat aris,
Tunc liber nexu, latèque in terga ſolutus
Occurſu Zephyri retro fugit.

Turneb. lib. 22. adverſ. cap. 28. Valer. Flaccus lib. 1. Argon.

Tectus, & Eurytiõ ſervato colla capillo,
Quem pater Aonias reducem tondebit ad aras.

Petron. in ſatyr. pag. 65. ibi: *Cui Deo crinem voviſti?*

96 Votum iſtud concipiebatur interdũ ab ipſa nativitate depoſito de recepta conſuetudine in terram nuper nato, *Tertull. de anim. cap. 40. Thom. Dempſter. ad Roſin. lib. 10. Antiq. Roman. cap. 29. fol. 1709. litt. F. cum ſeq.* qui ſcitiſsimè hunc morem tradidit.

97 Cui finitimum eſt & aliud votũ ſuperioribus ſeculis decantatum, & quidem Argivis contra Lacedæmonios agrum, qui Thyrea dicebatur, ipſis eripienres, *Herodot. lib. 1. Plutarch in Paradell.* necnon Sarracenis, ut Auctor eſt
98 *Oſor. lib. 5. de rebus Eman.* Præcipuè verò Germanis ſe non priùs barbam, vel capillos raſſuros, niſi amiſſa recuperarent, niſi vincerent, niſi de hoſtibus ulciſcirentur, *Cornel. Tacit. de morib. German. & lib. 4. Ann.* & ibi *Lipſ. in notis, Paul. Diacon. lib. 3. de geſtis Longobardor. cap. 3. Sueton. in Iul. cap. 67. Cæſ. lib. 5. de bell. Gallic.*

Vt enim in iſto voto nihil eſt impietatis, ſiquidẽ barbam, vel capillos alere per ſe non eſt prohibitum, ſed indifferens, ut pluribus pertractãt *Agell. lib. 2. cap. 4. Alexand. ab Alexand. lib. 5. Dier. Genial. cap. 18. fol. 279. Mantua lib. 9. obſerv. 75. Ant. Hotbom. in tract. de barba, Philip. Camerar. in oper. ſucciſſ. cent. 1. cap. 36. & centur. 2. cap. 4. Anton. Hering. de fideiuſſ. cap. 19. num. 147.* præterquàm apud

100 apud Iudæos, *Levit.17.℣.27.* & Græci prolixam barbam aluerunt, ut probat graphicè *Dom.Laurent.Ramir.de Prado in Pentecont.cap.25.*

Cùm expugnabantur civitates, evocabant Duces belli certo certamine Deos tutelares ab Vrbe expugnata, quòd nefas exiſtimarent Deos habêre captivos, *Macrob.3. Satur.9. Liv. lib.5.* Quo facto omnia profanare licuit, *Zaſſ. in Paratitl. D. de rer. diviſ. num.3. Gilbert.Reg.2.Enant.4.*

Vnde lucem adcipit *text.in l. ſacra loca 9.§.illud 2.D.de rer.diviſ.* ibi: *Et ſolent, qui liberare eum locum Religione volunt ſacra inde evocare*, ubi *Gothofr. litt. G.& Budæus.*

Idque quia ſuam quæque Gentes religionem, Deoſque patrios cũ alijs non communes habebant, *Cic. 2.de leg. A. Guib.quæſt.iur.cap.3.num.24.*

De expiatione locorum recuperatorum mirè *Petr. Fab.2.ſemeſtr.4.*

Facit elegantiſsimè *Virgil.2.Æneid. ℣.350.*

Exceſſere omnes adytis, ariſque relictis.

Vbi *Ioan.Ludov.de la Cerd.num.4.* inſigniter ſe habet circa hunc morem: *Iulius Scaliger. lib.3. Poëtices, cap.113. Alexand. ab Alexand. lib.6. Dier. Genial. cap.10.fol.326. Ioan. Hering. in tract. de molend. in Mantiſſ.cap.1.num.594. Ant. Pichard. in §. nullius 6.num.4. Inſtit.de rer.diviſ.*

101 Vires poſſunt in capillis conſiſtere, tradunt Niſi Regis Magarenſium regni fatum in capillo quodã capitis fuiſſe, quo filia eius Scylla eum ſpoliavit, ut benè depingit *Ovid.lib.8. Metamorph.*

Interea Minos Lelegeia littora vaſtat,
Prætẽtatque ſui vires Mavortis in urbe
Alchatoẽ; quã Niſus habet, cui ſplendidus oſtro
Inter honoratos medio de vertice canos
Crinis inhærebat magni fiducia Regni.

Et paulò pòſt:

Suaſit amor facinus, proles ego Regia Niſi
Scylla tibi trado, patriamque, meoſque Penates.
Præmia nulla peto, niſi te, cape pignus amoris:
Purpureum crinem: nec me nunc tradere crinem,
Sed patrium tibi credo caput, ſceleratáque dextra
Munera porrexit. ---

102 Hoc fabuloſum quidem dicitur, ſed veritati hærens ſacra Pagina ſimile quodammodo videtur de Samſonis viribus referre, quia raſſo eius capite defecit fortitudo, quâ anteà erat invincibilis, *Iud.16.℣.18.*

103 Cui adſtipulatur, quod legitur de Angelo, qui Habacuc ad locum Danielis uno ferè momẽto à Iudæa in Babylonem per capillum capitis eius detulit, *Daniel.cap.4.*

Pars hoſtium de ſuo corpore præbet arma, *2.Reg.2.℣.16. Apprehẽſo unuſquiſque capite comparis ſui gladium defixit in latus contrarij.* Capilli itaque arma erãt uti & gladius, adeò ut minus ridiculum Theſei inſtitutum videatur, qui capillũ radi voluit, ne anſam hoſtibus prębere, quod *Alex.Magnus* in barba iuſsit imitari ſuos. Thaſcorum & Carthaginienſium fœminæ capillos pro machinis nectendis, & navium funibus dederũt, *Polyæn. lib.8.* Achileienſes in nervos arcuum impenderunt, *Fulgoſ.lib.7.cap.6.*

Ad iudicium ſuâ authoritate vocare licebat, ac invitum, ni iudicio ſiſti cavêret, ducere ex *l.12.Tab.* quam uti pleraſque Decemviri ab Athenienſibus adceperunt. Nam & apud illos ſine viatore rapiendi rei poteſtas actori; *Demoſthen. in Midiam, Guiller. Poſſard. de Magiſtratib. Athenienſ. cap.25. pag.537. & ſeq. Ioach.Stephan.lib.2.de iuriſd. Iudæ. Græ.cap.4.num.3. & cap.9.num.24.* (qui *lib.1.cap.9. num.2.* apud Hebræos quoque idem viguiſſe adfirmat authoritate ſacrarum litterarum, ſed locum non adducit) cuius *legis* varians lectio, *Marcil. leg.12.Tabul.collectis, & interpretamento cap.1.* eam ſic reſtituit, ſenſu, ut videtur, integriori, & aptiori: *Si in ius vocat, ne ijt, anteſtator*, legitur, id eſt, deinde,

poſ-

poſted im, id eſt, eum capito, prehendito, abducito: *Si calvitur*, id eſt, ſi moratur, & fruſtratur, *l.233. in princ. de verb. ſignif. Govean. 1. var. lect. 32.*

Hinc calvitas, *l.29. §. penult. mand.* juxta *Hal. lect.* à calvis inimicis, ut apud *Noni. Marcell. de proprietate ſermon. cap. 1.* una lectio habet, qui fruſtratui ſunt, quòd nullus iis ſit pilus, quo trahi rapive poſſent ex ritu priſco prehendẽdi hoſtem capillo, ut ex *Plaut. Sueton. in Neron. cap. 41. Virgil. 2. Æneid.* probat *Marcil. dict. cap. 1.* Velùt altera lectio habet à calvis mimis, qui raſsi omnes, & ridiculi, ac fruſtratui omnibus in Theatro, *Marcil. dict. loco Gœd. ad d. l. 233. num. 2. Pedemve ſtruit*, id eſt, ſi otiosè it, vix pedem pedi præferens, ut *Ravard. ad leg duod. Tab. cap. 5. & Gœd. ad l. 9. de verbor. ſignif. num. 7.* vel ſi fugã meditatur, ut *Marcil. dict. cap. 1. Manum endo iacito*, id eſt, inijcito, & ità poteſtas data obtorto collo, ut *Hieronym. lib. 2. epiſt.* ſeu adſtrictâ cervice, ut eodem ſenſu *Iuven. ſatyr. 10. rapiendi, trahendi.* Enimverò ſupiniùs *Donell. lib. 23. cap. 2.* dicit hunc ritum olim nullum. Nam imò non niſi anteſtatione ſolenni priùs factâ, abducere reum licebat, ut plerique omnes antè citati. Citra eam ſi raperetur, iniuriarum actio, ut *Acron Horatij* interpres, *Lambin. ad Eundem lib. 1. ſat. 9. Corraſ. ad §. pœnales 12. num. 5. & 6. Inſtit. de act. Petr. Gregor. lib. 48. ſyntagm. cap. 2. num. 23.* & alij plurimi. Niſi reus improbus eſſet, ac inteſtabilis, ut fures, ac lenones. Quos ſine anteſtatione raptos, probat poſt *Hopper. lib. 3. de iur. arte, Ravard. dict. cap. 5.* ex *Plaut. Aulular. 4. ſcen. 10. & Perſa. 4. ſcen. 9.* ubi Saturio Dorpalo lenoni manus inijciẽs, interrogatus, anne anteſtaretur? *Tuane ego cauſa*, ait, *carnifex, cuiquam mortali libero aures atteram*. Attreſtationis hic ritus: in ius vocaturus pleruṁque amicos ſibi advocabat, ut teſtes faceret recuſationis rei. Sic enim anteſtatos dictos putat *Porphyrion*, quòd ante ceu teſtes advocentur, quàm actor reum manu poſſet prehendere, *Ravard. cap. 5. Marcil. dict. cap. 1.* notant *Cuiac.* volentẽ anteſtatum dici reum, qui teſtatò convenitur. Nam & apud *Cai. 1. Inſtit. tit. 6. §. ultim.* anteſtatus, qui emancipationi adhibetur horum uni, vel ſi nullus advocatus eſſet alicui de corona circumſtanti, libero tamen homini, dicebat acturus: *Licet anteſtari?* Hic ſi diceret, *licet* auriculam porrigebat, ſeu *Horat. 1. ſatyr. 9.* obponebat petitori. Qui imam auriculam tertiò pervellebat repetitâ formulâ, *Memento*, quod mihi in hac cauſa teſtis eris. Tunc anteſtatus, *memini*. Auris enim memoriæ conſecrata, *Plin. lib. 11. cap. 45.* eſt in aure ima memoriæ locus, quem tangentes anteſtamur.

Quo adludit *Virg. Bucol. eclog. 6.* Cynthius aurem vellit, & admonuit. De quo ritu *Ravard. & Marcil. dict. loc. Gruter. 7. ſuſpic. 15. Lilius Girald. dialog. 9. circ. fin. Ludov. Carrio. 2. emend. 12. Modic. nov. Antiq. lect. epiſt. 17. Pollet. 5. Hiſtor. for. 1. Lipſ. 4. epiſt. quæſt. 26.*

104 Veterum erat opinio, ut dicit *Canter.* quòd per crines vires cuiuſque, ac robur conſtabant, atque adeò iis ablatis in alterius poteſtatẽ eũ venire: à qua re non abhorrent exempla veneficarum, quæ nullis tormentis domantur, donec defectus fuerit capillus, ut cũ alijs ſcribit *Delr. diſquiſ. Magic. lib. 5. ſect. 9. verſ. 3. Leonard. Leſſ. lib. 2. de iuſt. cap. 44. dub. 6. num. 44.*

105 Ex noſtro *text.* evidenter deducitur non debêre virum comam nutrire, quod etiam adſeruit *D. Hieron. Vir non debet velare caput ſuum, ergo nec comam nutrire, Phocilid. Cæſaries haud decet marem.*
106 Sed proh dolor! ſiniſtro, & in peius vergente fato hæc in tempora adeò calamitoſa incidimus, ut paſsim foro, in cõpitis, in plateis comarum luxuriem in adoleſcentulis, in iuvenibus, in viris, & quod fœdius eſt, ac turpius, in ipſis ſenibus iam edentulis oſtentamus. Huius abiectiſsimę farinæ homines *Ovid.* deteſtabatur *epiſt. 4. Phædr. Hippolyt.*

Sint

Sint procul à nobis iuvenes , ut fœmina compti

Fine coli modico forma virilis amat.

107 Illos quippè dedecet, & nomen & robur virile, quos hæc effœminatæ virtutis ſigna turpiter dehoneſtant : *Ergo pariant & parturiant, qui criſpāt comam*, dixit *Ambroſ. epiſt. 15. ad Treneum*: compte *Bobadill. lib. 1. Polit. cap. 3. num. 49.* ubi loquitur de Prætoribus, & Iudicibus, ut capillis cincinatis, tinctis, aut adfectatis non utantur advocans pro ſe multos humanioris notæ Proceres, ſeu Authores. Quare *Virgil. 12. Æneid.* Æneã

108 adpellavit ſemivirum, quod cincinatus, calamiſtratuſque incederet:

--- Da ſternere corpus

Semiviri Phrygis, & fœdare in pulvere crines

Vibratos calido ferro, myrraque madētes.

Et *Claud.* poſtquàm mollifsimã Eutropij inertiam graviſsimè increpavit, illumque veneri, ac vino deditum inter comatos famulos incedentem induxit, eundem muliebri penſo, colloque tractando, quàm bello dixit aptiorem, ità ille *in bello Gildio.*

Crinitos inter famulos , pubemque canoram.

Et mox à crinitis famulis deducens argumentum in eundem Eutropium ſic invehitur:

--- Quid te turpiſſimè bellis

Inſeris, aut ſævis pertentas Pallada campis?

Tu potes alterius ſtudÿs hærere Minervæ,

Tu telas non tela pati, tu ſtamina noſſe?

109 Et de Magno Pompeio adſeruit *Plutarch. in eius vita*, ferè *in princip.* ibi: *Cũ iuvenili ætate floreret, extemplò mores & verecundi, & Regÿ eluxere, niſi eius coma paulùlum protenſa.* Qui quidē *in Niſſis* protulit, quod Siculi Glyppum contempſerant cincinatum, ibi: *Et comarũ prolixitatem etiam iocatos.*

110 *Tertul. lib. 2. ad uxor.* hanc in tractandis crinibus mollitiem non ſolùm in viris, ſed etiam in mulieribus damnat. *Quid*, inquit, *crinibus veſtris quieſcere non licet modò ſubſtrictis, modò relaxatis, modò ſuſcitatis, modò eliſis.*

111 Quare *Horat.* fœmineam Paridis ignaviam ex pexa & prolixa cæſarie increpavit, *lib. 1. carmin. Od. 15.*

Nequicquam, Veneris præſidio ferox,

Pectes cæſariem: grataque fœminis

Imbelli cithara carmina divides.

Vbi *Lambinus*, & alij Commentatores veluti per conſequentiã deducunt, molles capillos eſſe luxuriæ nutrimentum, & infandæ Veneris pabulum: concinit *D. Hieron. tom. 5. in Ezech. cap. 44. Nec rurſus comam demittere, quod proprium*

112 *luxurioſorum eſt.* Hinc *Heliod. lib. 2. Æthiop. fol. 97.* ait, quòd coma eos, qui amori operam dant, adceptiores reddit. Quare diligenter cavit *Concil. Illiberr. Canon. 67. tom. 1. Conc. p. 1.* in hæc verba: *Prohibēdũ ne qua fidelis, vel cathecumena, aut comatos , aut viros cinerarios habeat, quæcunq; hoc fecerint, à communione arcẽatur. Cerda adverſ. cap. 146. num. 8.*

113 Et quidem neſcio quid portentoſum, imò quid vitioſum præſeferant criniti: omnes enim, qui illos offendimus, mox illorum vitam flagitioſam obſcœnamq; iudicamus. Id ſapienter docet *S. Baſil. homil. 24. Comarum extra neceſſitatem curam gerere, vel infelicium eſt, ut ait Diogen. vel iniuſtorum.* Quod ſanè vitium, *Tullius* ſuo in inimico obiectabat *in Orat. poſt reddit. in Senat. Cur* (inquit) *in belluationibus huius calamiſtrati ſaltatoris tam eximia virtus tamdiu ceſſavit?* idē *in Orat. pro Sext. Alter unguentis affluens calamiſtrata coma deſpiciens conſcios, ſtuprorum , ac veteres vexatos ætatula ſuæ* & iterùm *in Piſon. Erant illi compti capilli.*

114 Neque immeritò *Iuven. ſatyr. 11.* dũ malè moratum pingit adoleſcentem, cũ partim tonſis, partim pexis, erectiſque capillis educit in convivia.

--- Tonſi erectique capilli,

Atque hodie tantum propter cõvivia pexi.

115 Vnde *Paul.* ſcripſit *1. ad Corinth. 11. Virſi comam nutriat, ignominia eſt*, ubi *Gutier. Trejo* nonnulla acutè adducit, &

& *Alvar. Gom. in ſua Muſa Paul.* quam Clementi Septimo dicavit, eleganter vertit:

Horreſco aſpiciens homines, ut monſtra comatos,
Et ſimul abraſas in muliere comas.

S. Bernard. ſerm. ad Milites Temp. cap. 4.

126 Sanè adeò eſt ignominioſum & contumelioſum viro capillos comere, ut id magis ſervos deceat, quã ingenuos, ancillas potius, & mancipia, quàm homines liberos. Hinc *Ovid. 2. amor. eleg. 8.* Cypaſsim Corinna ancillam laudat:

Comendis in mille modis perfecta capillis.

Et *Marti.* ſolos homines Æthiopes, & ad ſervitutem natos nodatis, & cincinnatis crinibus induxit *lib. 2. epigr. 3.*

Crinibus in nodũ tortis venere Sycambri,
Atque aliter tortis crinibus Æthiopes.

117 Pudeat igitur liberos homines illam amplecti cincinnorũ conſuetudinẽ, quæ ſolis ſervis ſtigmatitijs, & viliſsimis mã-
118 cipijs frequẽs eſt. Vnde cùm manumittebantur, demebantur ipſis capilli, & capiti raſo imponebatur pileum, *Plaut, Amphit. act. 1. ſcen. 1. in fin.* ibi: *Hodie raſo capite calvus capiam pileum*, de quo plura vide apud *Ravard. de antb. Prud. cap. 7. Othom, diſp. feudal. cap. 22.* *Quid igitur* (ait *Senec. epiſt. 125.*) *capillum ingenti diligentia comis?*

119 Non admodum probarem difficilè hos homines crinitos ab hæreticorum pravitate, & inſania parum abeſſe: Conſtat enim ex *quarta Conc. Tolet, Can. 61.* in Hiſpania hęreticos Priſcilianiſtas, ut ab alio Catholicorum cœtu ſeiuncti, & diverſi agnoſcerentur, crinitos ſemper incedere, & comatos. Et quãvis ob firmiſsimã, ac ſinceram Hiſpaniæ Fidẽ, & Catholicæ Religionis obſervantiam, hæc hæreſeos ſuſpicio nec leviſsimè timeatur, erit ſaltim non exiguum levitatis indicium, & inſaniæ argumentum.
120 Imò fit plerumque, ut homines benè capillati ſint malè cerebrati, ut *in ſuo Aſino* Author eſt *Apuleius*: de hoc latè agit *Navarrete diſcurſ. 14.* Impuberibus ut dignoſci poſſent, cùm alia, tùm illud dabatur, ut comam alerent, *Iacob. Revard. lib. 4. var. cap. 10.* quam anno demũ quatuordecimo (quando eos puberes eſſe definitum eſt, *§. 1. Inſtit. quib. mod. tut. fin.*) decurtare, & Numinis alicuius aræ conſecrare ſolebant, idque non concubini tantùm, ut *Lambin. in Horat.* exiſtimat, ſed omnes omninò pueri, *Delrio ad Senec. in Hercul. fur.* ỷ. *852. fol. 30.* De pubertate, tam maris, quàm fœminæ noſcenda, eleganter *Sherlog. in Cantic. antel. 5. ſect. 5.* ubi mirè agit, elegantiſsimè *Amai. lib. 3. obſerv. iur. cap. 5. à num. 31. cum ſeq.* ubi explicat, & luce donat varia iura.

121 Revocandum eſt in memoriam, quòd Ferdinandvs & Isabella Heſperiæ Reges iuvenibus, qui litterarum ſtudijs operam dabant, uſum longarum, & ſericarum veſtium, promiſſorumque capillorum ademerunt, *Marin. Siculus lib. 19. de reb. Hiſpan. Petr. Greg. lib. 4. de Repub. cap. 11. num. 6.*

122 Illos, qui ſic crines componunt, elegãter deſcribit *Senec. de brev. vita, cap. 12.* ibi: *Illum tu otioſum vocas, qui Corinthia paucorum furore pretioſa anxia ſubtilitate concinnat? & maiorem dierum partem in æruginoſis lamellis conſumit? qui in ceromate (nam proh facinus! ne Romani quidem vitijs laboramus) exſpectator puerorum rixantium ſedet, qui vinctorum ſuorum greges in ætatum, & colorum paria diducit? qui Athletas noviſſimos paſcit. Quid illos otioſos vocas, quibus apud tonſorem multæ horæ tranſmittuntur, dũ decerpitur, ſi quid proxima nocte ſuberevit, dum de ſingulis capillis in conſilium itur, dum aut disiecta coma reſtituitur, aut deficiens hinc atque illinc in frontem compellitur? quomodo iraſcuntur, ſi tonſor paulò negligentior fuit: tanquam virum tonderet, quomodo excandeſcunt? ſi quid ex iuba ſua deciſum eſt, ſi quid extra ordinem iacuit, niſi omnia in annulos ſuos reciderunt. Quis eſt iſtorum, qui non malit Rempublicam turbari, quàm comam ſuam? qui non ſolicitior ſit de capitis*

ſui decore, quàm de ſalute? qui non cõptior eſſe malit, quàm honeſtior, hos tu otioſos vocas inter pectinem ſpeculumque occupatos? Scipio African. ibi: *Nam qui quotidie unguentatus adverſus ſpeculum ornetur, cuius ſupercilia radantur, qui barba vulſa fœminibuſque ſubulſis ambulet. Suet. in Iulio, cap. 45.* ibi: *Circa corporis curam moroſior, ut non ſolùm tonderetur diligenter, ac raderetur, ſed velleretur etiam, ut quidam exprobraverunt.*

123 Iſtud ſimiliter dolet *Tertul. de Pallio, cap. 4.* ibi: *Feras in puero matris ſolicitudinem patiens certè iam uſtriculus, certè iam virum alicuius clanculo functus, adhuc ſuſtinet ſtolam fundere, comam ſtruere, cutẽ fingere, ſpeculum conſulere, collum demulcere, aurem quoque foratu effœminatus;* ubi *Ioan. Ludov. de la Cerda in comment.*

124 Vtinam hodiernis temporibus ad cõprimendam ccinitorum licentiã capillorum vectigal ſolveretur, quod olim apud Lycios penſitari ſolitũ dictat *Ariſt. lib. 2. Oeconomia, Petr. Gregor. de Republ. lib. 3. cap. 6. num. 21.* & apud Iudæos tributis mentulam damnatã fuiſſe, tradit facetiſsimè *Mart. lib. 7. epigram. 54.*

Nulli munera, Creſte, ſi remittis:
Nec nobis dederis remiſeriſque:
Credam te ſatis eſſe liberalem.
Sed ſi redis Apicio, Lupoque,
Et Gallo, Titioque, Gellioque,
Linguas, non mihi (nam proba, & puſilla eſt)
Sed quæ de Solymis venit peruſtis
Damnatam modo Mentulam tributis.

125 Caveant capillati, ne eorũ comæ pœnas ſubire compellant, ut in Abſalone videtur *1. Reg. 18.* ibi: *Cùm ingreſſus fuiſſet mulus ſubter condenſam quercum, & magnam, adhæſit caput eius quercui, & illo ſuſpenſo inter cœlum, & terram, mulus cui inſederat, pertranſivit:* quod mirificè expreſsit *Os Aureum in Pſalm. 3.* ibi: *Mulo equitans ex pilorum coma à coma arboris tenebatur, & coma tenebat coma tyrannum, ibi eum confundens, ubi diadema paternum geſtare contendebat.*

126 Interim tamen hoc uno dicendi finẽ
faciam obteſtans, & orans ab omnibus
cincinnatis, ut ſaltem veterum Romanorum
conſuetudinem obſervent, apud
quos erat arbor vulgò dicta Capillaris,
ex cuius frondentibus ramis ingenui adoleſcentes
comas ſuas abſciſſas, & detonſas
religioſè adpendebant, teſtatur
Feſtus Pompeius, quem citat *Rader. lib.*
127 *9. in Marti. cap. 17.* capillarem arborem
Romæ adpellatam, in qua tonſum capillum
Deo conſecrabant, & dicatum
ſuſpendebant. Vos etiam Hiſpani ad ſalutiferam
& vitalẽ Crucis arborem tõſos
capillos adducite, & in ea veluti trophœum
cincinnatos comarum ſuſpẽdite
calamiſtros.

128 Quare Anacletus Papa omnium primus
ſub anathematis pœna prohibuit
clericis comam nutrire, ut dictat *Illeſc.
in Pontif. 1. p. lib. 1. cap. 7. & 14. Menoc.
de arbit. caſ. 392. n. 16. Barboſ. de offic. &
poteſt. Epiſc. par. 2. alleg. 9. n. 10. Carol. de
Graſ. de effect. cleric. effect. 37. Duar. lib. 1.
de ſac. Eccleſ. miniſt. cap. 14. verſ. Specialiter,
Fr. Petr. Bollo in Oecon. ſac. 1. claſ. cap.
2. §. 11.* toto, *Ovand. in 4. diſt. 24. propoſit.
8. poſt med. Victor. de ſacr. Ordin. n. 240.
Pelag. lib. 2. de planct. Eccleſ. art. 14. verſ.
Ad evidentiam, Roder. Acuña in cap. pro-*
129 *hibete 21. num. 2. diſt. 23.* neque barbam,
*cap. clericus 5. de vit. & honeſt. cleric. Salzedo
in pract. cap. 79. verſ. Non ſolùm, Carol.
de Graſſ. de effect. cler. d. effect. 37.* & de
barbis à Sacerdotibus portandis agit
perbellè in peculiari tractatu, quem de
hoc cõſcripſit, *Ioan. Pierius* omnino videndus.

130 Barbam radere erat Sacerdotũ idolorum,
ut conſtat *Baruch. 6. Videte, ne vos
ſimiles efficiamini alienis, &c.* Sacerdotes
eorum ſedent habentes tunicas ſciſſas,
& capita & barbã raſam, quòd illis
dæmones ad voluptatẽ, & illecebras carnis
ſuadebant. In ſignum triſtitiæ licebat
Iudæis barbam radere, ſic apud *Ie-*
131 *rem. cap. 41. & 48.* Vnde ad ſignificandum
luctum Ieruſalem conterendæ dixit
DOMINVS, *Ezechielis 5. Sume tibi
gladium acutum, & duces per caput tuum,*

&

& barbam; ità Eſdras pœnitentiam agens pro peccato populi, qui alienigenas uxores duxerat, ait *lib. 1. cap. 9. Evulſi capillos capitis, & barbæ, & ſedi mœrens*: quia qui pœnitentiam agit, omnem pompam & ornatum debet deponere.

Hinc explicatur locus ſacer *Michea cap. 1.* in hæc verba: *Dilata calvitium tuum, ſicut aquila.* Quid eſt dilatare calvitium, niſi ità abradere caput, potius evellere, ut evulſis radicitùs pilis ità decidant, ut aquilæ defluunt toto corpore. Aquilæ enim non ornamento ſolum plumæ ſunt, ſed celeritati, & robori: de ea ſcribit *Theodoretus*, cùm defluunt plumæ, eſſe languidam, atque imbecillem, & omnino inermem; ità ut venari non audeat. Tam enim eſt longè, ut alijs terrori ſit, ut potius ipſa ſibi ab omnibus timêre poſsit, ut expoſita, tùm prædæ, cùm vulneri. In ſubito enim dolore non exſpectantur cultri tonſorij, ſed unguibus lacerantur crines, & tragœdia.

Hinc mater Euriali evolat *ſciſſa comam*, & Lavinia exſpectatur *roſeas laniata comas*, illud *9. Æneid.* hoc *12. & Cicer. 3. Tuſcul. Hinc ille Agamemnon Homericus, & idem Acciacus ſcindens dolore identidem intonſam comam, In quo facetum illud Bionis, perinde ſtultiſſimum Regem in luctu capillum ſibi evellere, quaſi calvitio mœror levaretur.*

132 Præterea quæri poteſt, an extra tempus triſtitiæ licuerit barbã radere? Videtur enim non poſſe, cùm *Levit. 19.* dicatur: *Non radetis barbam*; & rurſus: *Non attondetis comam in rotundum, neque barbam radetis.* Dico tamen id Iudæis prohibitum nõ fuiſſe, cùm ex cauſa rationabili fieret, ſicut legimus *Actor. 18.* Priſcillam & Aquilam (ſuſcepto videlicet Nazaræorum voto) *Abraſiſſe in chencbreis caput*: & *Actor. 21. Paulus* conſilio uſus Iacobi unà cum alijs caput
133 abraſit. Quòd ſi aliquando Patres vituperant eos, qui barbam radunt, certè non omnes, qui faciunt, damnant, ſed eos tantùm, qui effœminatorum illecebris capti hoc efficiunt, non autem eos, qui id peragunt, ut morem ſervent Eccleſiaſticum: ità intelligendus eſt *Hieronym. ſuper Iſaiam cap. 15. Epiphan. lib. 3. Panar. Clemens Alexand. lib. 3. Pædagog. cap. 11. Iſidor. lib. 2. de offic. Ec-*
134 *cleſ. cap. 4.* qui tonſuram Eccleſiaſticam ab Apoſtolis originem duxiſſe oſtendit, *Ioann. Bernarti ad Stat. lib. 4. Thebaidos pag. 106. Cæſar Baron. anno Chriſti 398. pag. 48. Ioan. Pineda in Iob, cap. 1. ỹ. 2. pag. 86. Brito in Monarch. Luſit. par. 2. lib. 5. tit. 2. fol. 39. verſ. 1. Bellettus diſquiſit. Cleric. 1. par. tit. de diſcipl. Cleric. §. 17. à num. 12. Vivian. de iur. patron. par. 2. lib. 6. cap. 7. à num. 28. cum ſequentib.*

Cui conſonat *à Anicetus Papa & martyr in epiſt. ad Epiſcopos Galliæ*, ubi ait: *Clerici comã non nutriãt, ſed deſuper caput in modum ſphæræ radant. Concilium Carthaginienſ. 4. canon. 4. Clerici neque comã nutriant, neque barbam. Concil. Toletan. 4. cap. 4. Ioan. Ludovic de la Cerda adverſar. ſacr. cap. 154. num. 37.*

135 Milites radebant barbam, ne eâ ab hoſtibus comprehenderentur, refert cũ alijs *D. Laur. Ramir. de Prad. in Pentecôt. cap. 25.* ubi probat eruditè.

136 Hominis ornamentum barba eſt, *Virgil.*

Barba viros, hirtæque decent in corpore ſetæ.

S. Auguſt. lib. 22. de Civitate Dei, cap. 24. ibi: *Sunt verò quædam ità poſita in corpore, ut tantummodò decorem habeant, nõ etiam uſum, ſicut habet pectus virile mammillas, ſicut facies barbam, quam non eſſe munimento, ſed virili ornamento indicant puræ facies fœminarum, quas utique infirmiores viris muniri tutiùs conveniret.* Quæ hodie prolixa ſcientiam affectat, ut dicit *Apulei. Hircino barbitio Philoſophum mentitus.* Ex quo fluit vocare prolixâ, & fluxâ barbâ refertos, hircos, ut colligitur ex *Iuven. ſatyr. 5. Dion. Orat. 36. Iulian. in Miſopogon. & Monetis Hadriani & Veri*; quas adhoc adducit

D. Laur. Ramir. d. cap. 25. fol. 210. Vnde
lucē adcipit locus *Daniel. cap. 8.* loquens
de Alexandro: *Hircus caprarum*: cuius
cultura tanta eſt, ſicut in comis perbel-
lè eam proponit *Carol. Scrib. in inſtit. Po-
lit. Chriſt. cap. 12. fol. 227. cum ſeq.*
138 Obitet notandum eſt, reos ſordidatos
turbato capillo, & promiſsâ in pectus
barbâ inceſsiſſe, *Senec. epiſt. 78.* ibi: *Cæ-
ſar, cùm illum tranſeuntē per Latinā viam
unus ex caſtodiarū agmine demiſſa uſque in
pectus vetere barba rogaret mortem: Nunc
enim, inquit, vivis. Mart. lib. 2. epigr. 36.*
Nec tibi mitrarū, nec tibi ſit barba reorū.
Virg. 3. Æneid. ubi *Ioan. Ladov. de la Cer-
da fol. 355. num. 5.*
Reſpicimus dira illubies, immiſſaq; barba.
*Dionyſ. lib. 5. Antiq. Quintil. declam. 260.
Dio Chryſoſt. Orat. 33. Liv. lib. 6. Senec.
cont. 30. lib. 5.* ibi: *Nō eſſem reus, ſi adcuſaſ-
ſem, barba demiſſa ſordidatus cum crimini-*
139 *bus meis ad vos veni*: ubi pertinet ad au-
thoritatem barbam, comamque alere,
omniſq; Græcia id ſervabat, ubi & bar-
bati Philoſophi, quos Caſcos *Ennius*
vocat, barbā aluerunt, hinc pro maiori-
bus barbatos dixit *Cic. pro Sextio*, item
pro Cœlio: *Aliquis*, inquit, *mihi ab inferis
excitandus eſt ex barbatis illis.*
140 Inde reis ignominiæ cauſâ barba tō-
debatur, ut probant cum alijs *Paramo de
orig. S. Inquiſ. lib. 2. cap. 11. à num. 63. fol.
390. Petr. Gregor. lib. 16. ſyntagm. cap. 1.
num. 23.* qui multos congerunt (etſi e-
tiam olim illis caput coma reducebā-
tur, *Suet. in Vitel. c. 19.* ubi *Commentato-
res* adnotant.)
Vnde omnis abraſio ignominioſa fuit;
cùm *Tertul. lib. de Pallio, cap. 4.* dixit: *A-
pud aliquos Numidas etiam equis cæſa-
riatos iuxta cutem tonſor, & culteri vertex
ſolus immunis.* Non dubium quin loqua-
tur de Numidis abiectiſsimis. Quid;
quod *Sueton. in Caio cap. 35. Pulcros, &
comatos, quoties ſibi occurrit, occipitio ra-
ſo deturpat.* Moris etiam fuit penes Ro-
manos ſervorum capita abradi, ſcribit
alicubi *Cornel. Tacit. & Conſtitut. 105.
Imperatoris Leonis.*

*Qui autem in hoc communicarunt, ſi di-
vites ſint, eidem pœnæ ſubdantur; ſin pau-
peres flagris cæſi, ignominioſèque tōſi exſu-
lare iubeantur.*
141 Pòſt Punici belli temporibus tōſores
è Sicilia in Vrbem adduxit P. Lucilius
Mena ad annū V. C. 454. ſic enim *Plin.*
locus emendandus eſt *lib. 7. nat. Hiſt.
cap. 59.* ex *Varronis lib. 2. extremo Rei ru-
ſticæ.* Dehinc conſuetudo increbuit, ut
barbam iuvenes alerent, raderent ſenes.
142 Hinc barbatulos iuvenes, qui ſuâ lanu-
gine ſibi placêrent coniurationis reos
vocat *Marc. Tull. Catil. 2. & 1. ad Attic.
Xiphilin.* quoque *ex Dione* Cæſares om-
nes ad Hadrianum uſque barbam pone-
re ſolitos obſervavit, *And. Scoth. in not.
ad Senec. cont. 27. lib. 4. fol. 189.*
143 In luctu barba ſubmittebatur, *Senec.
de conſolat. ad Polyb. cap. 36. Idē ille Caius
furioſa inconſtantia modò barbam, capillū-
que ſubmittens, modò Italiæ, ac Siciliæ oras
errabundus permetiens, & nunquam ſatis
certus, utrum lugeri vellet, an coli ſororem:*
& apud exteros tondebatur, *Sueton. in
Caligul. de Germanici morte cap. 4. Regulos
quoſdam barbam poſuiſſe, & uxorū capita
raſiſſe ad indicium maximi luctus*: plura
*Plin. lib. 8. cap. 46. Villalpand. in Ezech.
tom. 1. ſup. cap. 24. fol. 312. Cuiac. lib. 6. ob-
ſerv. cap. 5. l. veſtem ſordidam, D. de in-
iurijs.*
Liberati poſteà & probatâ innocen-
tiâ tondebantur, & ſordes deponebant,
Plutar. in Cicer.
Quare *Geneſeos cap. 41. Protinus ad
Regis imperium eductum de carcere Ioſeph
totonderunt, ac veſte mutata obtulerunt ei,*
docet *Philo diſſertatione de Ioſeph.*
Vnde ſcribit *Artemidor. lib. 1. cap.
22. Si quis reus ſit, ac videat in ſomnis co-
mam ſibi eſſe detonſam, proſperum ei eſſe
ſomnium.* Atque hanc ſcientiæ vaniſsi-
mæ doctrinam non eſſe omnino falſam,
firmat *Plin. epiſt. 38. lib. 7.* ibi: *Ex quo
coniectari poteſt, quia reis moris eſt ſubmit-
tere capillum, reſciſſos meorum capillos,
depulſi, quod imminebat, periculi ſignum
fuiſſe.*

Hinc

Hinc igitur eleganter *Senec. lib. 2. de benef. cap. ultim.* dixit: *Bona mihi donata ſunt, & fama defenſa, detracta ſordes:* & *lib. 4. cap. 12.* ibi: *Reum gratis laborantem tutor, & hominum potentium factionem in me converto, quas illi detraxero ſordes, ſub iiſdem adcuſatoribus fortaſſe ſumpturus.*

Quare iuſta de cauſa protulit *text. in l. item apud Labeonem 15. §. generaliter 27. D. de iniurijs: Si quis ad invidiam alicuius veſte lugubri utatur, aut ſqualida, aut ſi barbam ſubmittat:* dari actionem iniuriarum, *Sidon. Apollin. lib. 1. epiſt. 7.* Sed ſi quis ità reo coniunctus eſt adfinitate, ut invitus in reum teſtimonium dicere non poſsit cogi, non facit iniuriã adcuſatori, ſi cum reo veſtem mutaverit, & ſordidatus in publico fuerit, ſive ut loquitur *l. 39. D. eod. Si veſtem ſordidã rei nomine in publico habuerit, capillúmve ſubmiſerit.*

Nimirùm *dict. l. 39.* exceptio eſt regulæ illius *d. l. 15. §. 27.* iniuriarũ actionem eſſe adverſus eum, qui ſordidatus cum reo fuerit, ut adcuſatori faceret invidiam, vel infamiam. Etenim ſic adfinitate coniũctos, nõ videri tam ut invidiam cõflarent adcuſatori, aut infamiã, id feciſſe, quam adductos officio, & pietate. Tractavit hanc exceptionem *Venulei. lib. 1. Publicorum iudiciorũ,* ex quo *d. l. 39.* eâ ſcilicet occaſione, quod non in privatis, ſed publicis iudicijs ſordidati, *Muſembert. ad Mart. lib. 2. epigr. 24.* ubi *Prado.*

144 Nec ſolum caput & gennas, ſed & ſupercilia radebant, *Theoder. q. in Deut. cap. 9.* eleganter *Deſid. Herald. ad Mart. lib. 2. epigram. 11.* qui latè.

145 Equi etiam tonſi in Magnatum exequijs ibant, *Chryſoſt. hom. 3. ad Pop. Antioch.* & de Mardonico narrat *Herodot.* avulſos, & abradatos capillos ſuper ipſorum mortuorum pectore ponebant, de quo ritu *Dion. Halicar. lib. 11. Greg. lib. 21. moral. cap. 17. Iul. Labor. var. lucubr. tit. 2. cap. 1. à n. 158. & cap. 2. n. 93.* Hinc adverti debet fuiſſe moris ad ſepulcrũ cęsâ comâ mortuos quodammodo munerari, teſtes *Hom. Odyſ. & Euripid. in Iphigenia Taurica, & in Oreſte, Delr. ad Senec. in Hippol. ỷ. 1177. fol. 179. Rendell. in tract. de vin. ſect. 3. fol. 80. col. 2. in fin.*

146 Mos etiam apud Gentiles fuit, ut urgente tẽpeſtate, ac nullâ ſpe certæ ſalutis adfulgente capillos tondêrent, *Non. Marcell.* ait: *Servos, qui manumitterentur calvos fieri conſueviſſe, ut ſervitutis, ſicut tempeſtatis iniuriam viderentur effugiſſe.* *Arbiter in Satyric. Unus fortè ex vectoribus, qui adclinatus lateri exonerabat ſtomachum nauſea, notavit ſibi ad lunam tonſorem intempeſtivo inhærentẽ miniſterio, execratuſque omẽ, quod imitaretur naufragorum ultimam votũ in cubile receptus eſt,* & paulò pòſt evidẽtiùs: *Ego illi qui ſunt, qui noctu ad Lunã radebãtur peſſimo Mediusfidius exemplo, audio enim non licere cuiquam mortalium in navi, neque ungues, neque capillum deponere, niſi tum pelago ventus iraſcitur.*

147. Eandem ob cauſam *Iuvenal.* nautam vertice raſſo dixit, quem in mari ſæpiſſimè pericula & naufragia inveniſſent,

Tunc ſtagnante ſinu gaudent, ubi vertice raſſo
Garrula ſecuri narrare pericula nautæ.

148. Inde eſt, quod *Artemidor.* ait, ſomniare radi ſibi totum caput, navigantibus palam portẽdere naufragium *in Oneirocriticis lib. 1. cap. 23.* ibi: *Radi autem ſibi videri totum caput, navigantibus palam naufragium portendi.*

149. Ad hunc morẽ non dubium eſt, quin
Paulus adluſerit, cùm *Actor. 27.* inter
procellas maris & tempeſtatem, quam
paſsi ſunt epibatæ omnes volens erige-
re naufragos, & ſpem bonam concipe-
re, dixit: *Propter quod oro vos accipere ci-*
bum pro ſalute veſtra, quia nullius ve-
150 *ſtrũ capillus de capite peribit:* quibus ver-
bis non inobſcurè ſignificavit nullam
iacturam fore, ſed omnes ſalvos à tem-
peſtate futuros: quem locum egregiè
explicavit *Balthaſar Devias,* in quem
redundat huius rei gloria. Itaque *Paul.*
vectores dubios ſalutis adhortatur, ut
cibũ ſumant, & non eam fore iactationẽ

pollicetur, ut ponendi ſint capilli, *Ioani*
Ludov de la Cerda adverſar. ſacr. cap. 173.
num. 8.

152 Inferas ex ratione decidendi noſtri
textus, non poſſe uxorem votum emit-
tere ſine conſenſu mariti, iuxta doctri-
nam *Auguſtini in cap. noluit, & cap. ma-*
153 *nifeſtū 33. quæſt. 5.* Et ratio ex dictis pe-
renda eſt, quia ſcilicet de materia al-
teri ſubiecta non poteſt vovens ſine cō-
ſenſu ipſius diſponere. Si verò materia
voti non ſit ſubiecta marito, neque de-
bita illi, poterit uxor votum emittere.
Ità docuerunt Interpretes Iuris Cano-
nici *in dict. capitib. & Theolog. in 4. di-*
ſtinct. 38. Recentiores cum D. Thom. 2. 2.
quæſt. 88. art. 8. Baſil. de matrim. lib. 10.
cap. 17. num. 3. & cap. 18. num. 1.

154 Ex quo provenit virum poſſe abnue-
re vota continentiæ, quæ ſine eius
conſenſu Deo uxor obtulerit, *cap. mu-*
lier 33. quæſt. 5. Mulier ſi ſine licentia vi-
ri in caput ſuum velum immiſerit, ſi vi-
ro placuerit, recipiet eam iterum ad coniu-
gium, quia mulier marito ſubdita eſt: cap.
eſt ordo, cap. cùm caput 33. quæſt. 5. Abu-
lenſ. in cap. 30. Numer. quæſt. 84. Sanch. de
matrimon. lib. 9. diſp. 39. num. 4. Azor in-
ſtit. moral. par. 1. lib. 11. cap. 16. quæſt. 10.
Sayr. in Clav. Reg. lib. 6. cap. 5. num. 8. &
15. Auguſt. Barboſ. in cap. manifeſtum, nu-
155 *mer. 1. 33. quæſt. 5.* cum alijs. Tamen non
poteſt vir continentiæ vota reſcinde-
re, quæ eius adſenſu fecerit, *cap. quod*
Deo, cap. qui uxorem, ead. cauſ. & quæſt.
Origen. in Num. homil. 25. fol. 163. col. 3.
in princip. noviſsimè *Dian. tract. 4. de*
Sacram. reſol. 220. Lopez in 1. par. Qua-
drageſ. Fer. 6. Dom. 3. homil. 9. fol. 1172.
Verùm ſi vir irritet vota de licētia ſua
ab uxore emiſſa, valida eſt irritatio, &
quamvis peccet vir abſque iuſta cau-
ſa irritans, at uxor immunis eſt culpæ
non ſervando votum, quod ſemel iam
irritatum non amplius obligat, ut per
Caiet. 2. 2. quæſt. 88. art. 8. dub. 2. Soto lib.
7. de iuſtit. quæſt. 3. art. 1. verſ. Maiori au-
tem, Sanch. dict. lib. 9. diſp. 40. num. 4. & 7.
reſolvit peccare lethaliter virum irri-
tantem votum uxoris de ſua licentia
emiſſum, niſi iuſta cauſa intercedat.

156 Ad ampliationem & exornationem
textus noſtri ſuccedit diſputare, utrùm
mulieribus fas ſit, & licitum ſe fucare
& comere? Quam quæſtionem præciſâ
tractatione componam; ne divagemur,
& orationis metas tranſiliamus.

157 Mulieres ad ſpecula ſe comunt & fu-
cant, in hancque rem otioſiſsimæ incū-
bunt, iuxta illud *Terent. in Heaut:*
Dum molliuntur & comuntur, annus eſt.
Tradunt *Franc. Mendoza in quatuor li-*
bros Reg. adnot. 1. prooem. ſect. 2. num. 30.
Petr. de Guzm. in lib. Bienes del honeſto
trabajo, diſcurſ. 2. fol. 97. & ideò earum
fucos deteſtatur *Chryſoſt. in Matth. 6.*
Ibi: *Si verò faciei corruptio propter inane*
gloriam palidum adparere quemquam;
quidnam dicendum eſt de fucis, atque colo-
ribus corrumpentibus facies fœminarum
in perditionem iuvenum laſcivorum? Nam
hi quidem, qui oſtentant laborem ieiunij,
ſemetipſos irrident, hæ verò & ſeipſas, &
eos, à quibus videntur, interimunt. Hie-
ron. epiſt. 10. ad Furiam, ibi: *Ignis iuventū,*
fomenta libidinum, impudicæ mentis indi-
cia. Quomodo poteſt flere pro peccatis ſuis,
quæ lacrymis cutem nudat, & ſulcos du-
cit in facie: quæ fiducia erigit ad cœlū vul-
tus, quos Conditor non agnoſcit? Cyprian.
158 *lib. de diſcipl. & habit. virgin.* ibi: *Cæte-*
rùm ſi tu te ſumptuoſiùs comas, & per pu-
blicum notabiliter incedas, oculos in te iu-
ventutis illicias, ſuſpiria adoleſcentiū poſt
te trahas, concupiſcendi libidinem nutrias,
ſuſpirandi fomenta ſuccendas, ut etſi ip-
ſa non pereas, aliòs tamen perdas, & velut
gladium te, ac venenum videntibus præ-
beas; excuſari non potes quaſi mente caſta
ſis, & pudica. Illi ſcilicet dæmones, & ocu-
los circumducto nigrore fucare, & genas
mĕdacio ruboris inficere, & mutare adulte-
rinis coloribus crinem, & expugnare om-
nem oris, & capitis veritatem corruptela
ſua impugnatione docuerunt. Manus Deo
inferunt, quando id, quod ille formavit, re-
formare, & transfigurare contendunt; ne-
ſcientes, quia Dei opus eſt omne, quod naſci-
tur.

tur, Diaboli quodcunque mutatur. Tu te exiſtimas impunè laturam, tam improbæ temeritatis audaciam? Dei artificis offenſam? ut enim impudica circa homines, & inceſta fucis lenocinantibus nõ ſis, corruptis, violatiſque, quæ Dei ſunt, peior adultera detineris: & infr. *Audaci conatu, & ſacrilego contemptu crines tuos inficis malo præſagio futurorum capillos tibi flammeos auſpicaris*: & paulò pòſt: *Deum videre non poteris, quando oculi tibi non ſunt, quos Deus fecit, ſed quos diabolus infecit. Illum tu ſectata es, rutilos, atque depictos oculos ſerpentis imitata es, de inimico tuo compta, cum illo pariter, & arſura.*

159 Iuſtiſsimè ergo mulieris facies non videnda, nec curioſè obſervanda. Nam *Sapiens* inprimis prohibet, ne mulieris facies cernatur: *Ne reſpicias* (inquit) *mulierem multivolam, ne fortè incidas in laqueos illius, Eccleſ. 9. num. 2.* Et multò magis ne curioſè obſervetur: *Averte* (inquit) *faciem tuam à muliere compta, & ne circumſpicias ſpeciem alienam*: ibidem *num. 8. Sed ne cognoſcas*; ut legit *D. Chryſoſtom. homil. 3. de verbis Iſaiæ*, ubi hoc prudenter notat: *Non dixit, ne videas, id enim nunquam fit ultrò, ſed ne cognoſcas, illud tollens, ne ſtudio animadvertamus, ne curioſè intuearis, ne contemplationi immoreris.* Quod eleganter proſequuntur *Mendoza in 1. Regum, cap. 1. numer. 12. in expoſit. litter. num. 4. cum ſeq. Petr. de Guzm. ubi ſup. diſcurſ. 6. fol. 297. §. 4. & 5.*

160 Comptiſsimè *Heliod. lib. 1. Æthiop. fol. 47.* ibi: *Ipſam verò Charicleam, ne aſpicere quoddam ſæpiùs conſtituerat, ne aſpectus inflãmaret vehemens deſiderium, quod illum excruciabat, atque ità aliquid contra ea, quæ communi conſenſu decreta fuerant, quæque iam ſunt commemorata, facere cogeretur. Thyamis igitur has ob cauſas aſpectum virginis defugiebat: haud quaquam poſſibile eſſe, ut ſimul aſpicere quis, & intra temperantiæ metas continere poſſit exiſtimans. Chryſolog. ſerm. 174.* ibi: *Etſi Ioannes tantus, Ioannes talis, tanta eremo, ſeparatus à fœminis, fœminarũ pericula non evaſit, quis eſt qui inter fœminas videns evaſurum ſe ſine labore maximo, maxima ſine cautione confidit, niſi is qui ſancto alitur ſpiritu?*

161 Confirmat pulcrè inſinuans *Michael Verinus in lib. ſententiarum*, cùm fœminam omnis peccati gluten adpellat.

Fœmina peccati glutẽ latet anguis in illa,
Si ſapis hanc, ceu ſit peſtis amara fuge.

Delrio ad Senec. in Hippol. ℣. 557. fol. 160. Ioan. Ludov. de la Cerd. ad Virgil. 4. Æneid. fol. 465. num. 9.

162 Imò Syrena ſit, quæ ſolùm ad interficiendum diſsimulat, id quod eſt *Claud. in Syren.*

Dulce malum pelago Syrenæ, volucreſque puellæ
Muſica ſaxa fretis habitãt dulcia mõſtra
Blanda pericla maris.

163 Ex dictis colliges, mulieres ſe nõ debere fucare, comprobat *Aug. apud Poſſidonium epiſt. 73.* quæ habetur *in cap. fucare 38. de cõſecr. diſt. 5.* ibi: *Fucare pigmẽtis, quo vel rubicundior, vel candidior adpareat, adulterina fallacia eſt, qua non dubito, etiã ipſos maritos ſe nolle decipi, quibus ſolis permittendæ ſunt fœminæ ornari ſecundùm veniam, non ſecundùm imperiũ. Nam verus ornatus maximè Chriſtianorum, & Chriſtianarum, non tantùm nullus fucus mendax, verùm ne auri quidem, veſtiſque pompa, ſed mores boni ſunt.*

164 Cui favet cõptiſsimè *Carol. Scribani in inſt. Polit. Chriſt. lib. 1. cap. 4. Quæ ratio matrimonio tenenda? fol. 62.* ibi: *Pigmẽta verò quis ferat? quo mentitus decor candoris & purpuræ, aut cui marito nulla bona uxor mendacio hoc fefellit, alieno? quo bidoli? ſi non in laudem & amorem? & amari ab alio, quã à marito caſta volet? aut cui alteri rei mẽtita forma, & ætas? fallere hæc maritum non poſſunt; alij ergo ludunt hæc mendacia: ſtruuntur doli, cui niſi amori? nam quid iuvat ætatem & formam mẽtiri, niſi ut in ſene, & deformis iuvenis, & formoſa ametur? & quo alio pigmenta, & fucus? in fraudem hæc invenit amor, & libidini pediſequam purpuram dedit, quæ*

ancillari amori docta incautos rapit. Se-
nec.lib.2. cont.6. ibi: *Infelices ancillarum*
greges laborãt,ut adultera tenui veſte per-
ſpicua ſit, & nihil in corpore uxoris ſuæ
plus maritus, quàm quilibet alienus, pere-
grinúſve agnoverit.
165 Vnde DEIPARA noſtra artis lenocĩ-
nio,nec fuco uſa fuit,nam ut dixit *Idiot.*
lib.Contemplationis Mariæ, cap.2. Adeſt
tibi omnis gratia naturalium bonorum.
166 Ex quibus facilè adparet huiuſmodĩ
fucos ſæpè in contumeliam & obpro-
briũ cedere, probat ex alijs *Tiraq. in l.*
3.connub.gloſſ.1.par.3.num.12. adſtipu-
latur illud *Ovid. lib. 2. Faſt. de Lucret.*
Forma placet, niveúſque color, flavique
capilli,
167 *Quique aderat nulla factus ab arte decor.*
Et paulò pòſt:
Sic ſedit, ſic culta fuit, ſic ſtamina nevit
Neglectæ collo ſic iacuere comæ.
168 Verùm iactis non refragantibus ad
reſolutionem fax accenditur, & ad de-
ciſionem inſtruitur lucerna; dicendum
igitur eſt, mulierem fucantem faciem
non peccare mortaliter, ſi hoc ob ra-
tionabilem cauſam efficiat; tunc tamẽ
exiſtimo peccare venialiter pecca-
169 to vanitatis, & levitatis: nam ornatus
non eſt per ſe malus, ſed indifferens, nec
Dei, vel proximi charitati repugnat.
Peccare verò mortaliter, ſi hoc faciat
ex fine moraliter malo, ut per ſe mani-
feſtam continet evidentiam. Ità docẽt
Azor inſtit. moral. 2.par. lib.12. cap.18.
quæſit.13. Navarr. cap. 16. num. 24. Sà
verb. Ornatus, num.2. Graff.1. par.lib.2.
cap.77.num.5. Beja in 1.& 3.caſu, defini-
to Feria 5.die 26.Maij, ubi loquitur de
vendentibus fucos, & de patre permit-
tente filiabus ſuperfluum ornatum, &
alij apud *Leſſ. lib.4.cap.4.dubit.14. Onca-*
la in Opuſc. tract. de fuco mulierum, pag.
118.cum ſeq. Valer. in differ. utr. for. verb.
Peccatum, diff.14.
170 Deniq; reſtat indagare, utrùm fœmi-
næ ornatus debeat eſſe moderatus? quã
quæſtionem breviter perſtringam & re-
ſolvam topper.

171 Olim lege Oppiâ conſtitutum fuit, ne
qua mulier plus ſemunciâ auri haberet,
neu veſtimento verſicolori uteretur,
neu iuncto vehiculo in urbe, oppido-
vè, aut propiùs inde mille paſſus, niſi
ſacrorum publicorum cauſâ veheretur,
& ſic hæc lex de matronarum cultu diſ-
poſuit, *Livius lib. 34. Tacit. lib. 3. Cer-*
men. in Rapſod. cap.21. pag.222. Fulv. Cõ-
ſtant. in l.1. cum ſeq. C. de veſt. Holob. num.
7. lib.11.
172 *Propertius* in univerſum ornatũ mu-
lierum notat *lib.1. ad Cynth. eleg.1.*
Quid iuvat ornato procedere vita capil-
lo?
Et tenues coa veſte movere ſinus?
Aut quid Orontea crines perfundere myr-
rha,
Teque peregrinis vendere muneribus.
Maturæque decus mercato perdere cultu,
Nec ſine in proprijs membra nitere bo-
nis.
173 Quia eas ornatus impudicas decla-
rat, ut apud *Liv. 1. dec. lib.8.* Minucia &
ipſa Veſtalis ſuſpecta, primò propter
mundiorem iuſto cultum, deinde ince-
ſtus inſimulata, & tandem damnata
fuit.
174 *Ant. Monach. tom.2. Meliſ. cap.33. &*
Maxim. Philoſophus & Martyr loc. cõm.
cap.39. ſcribunt, uxorem Philonis inter-
rogatam, quamobrem ſola in conventu
mulierum non geſtaret ornatum aureũ?
reſpondit, quoniam ſufficiens ornamen-
tum mihi eſt mariti virtus.
175 Cohibenda igitur ſunt veſtimenta,
ne excreſcant ornatus, ex quibus Rei-
publicæ tantum nocumentum accedit:
ut latè probant *Bieſius lib. 3. de Repub.*
Petr. Gregor. lib.4. cap.11. Adam Contzen
lib.8. Polit. cap.14. §.5. Carol. Scriban. lib.
176 *1. cap.15.* & fœminarum cultus cohibẽ-
di, neque enim ſe ipſas dumtaxat, ſed &
parentes, filios, fratres, & maritos per-
dunt, perbellè *Navarrete diſc.33.* ac to-
tam ferè Rempublicam ſecum trahunt
in perditionem, timendumque quidem
eſt, ne illa iam redierint tempora; quan-
do *Propertius* cecinit:

Ma.

Matronæ incedit cenſus inductæ nepotũ,
Et ſpolia obprobrijs noſtra per ora trabit.
Nulla eſt poſcendi, nulla eſt reverentia dandi,
Aut ſi qua eſt, pretio tollitur ipſa mora.

177 Inquit *Tiraquel. in l. 3. connub. num. 9.*
quòd Pythag. Samius Crotonij fecit, ut
matronæ auratas veſtes, & alia ornamẽ-
ta, velùt inſtrumenta luxuriæ, depone-
rent, eaque omnia delata in Iunonis ędẽ
conſecrarent, proferentes vera ornamẽ-
ta matronarum pudicitiam eſſe, non ve-
178 ſtes. Sed væ temporibus iſtis! in quibus
nulla eſt, nec fuit unquam inventio ta-
lis ornandi ſe mulieres, imò & homines
ſicut nunc, de quibus *Pet. Gregor. lib. 19.*
ſyntagm. cap. 19. Bobadilla in Politic. lib.
2. cap. 17. num. 148. cum ſeqq. Azevedo in
l. 3. n. 3. tit. 12. lib. 7. Recop. Matth. Boſſ.
de hoc eleganter agit.

179 Vt tamen effrænato muliebrium ve-
ſtium ornatui occurratur, expedit fortè,
ut ſericę veſtes, auratæ uniones, ac gem-
mæ liberè ſolis meretricibus permittã-
tur, ut ſic veſtes infames iſtæ fiant, ac
fœminæ ipſæ odio illas proſequãtur, ne
cum inhoneſtis mulieribus in cultu &
ornatu conveniant, ſic exiſtimavit *Bie-*
ſius lib. 3. de Republ. & à pluribus Genti-
bus ità factum fuiſſe, præſertim apud
180 Spartas, apud quos ſolis meretricibus
floridas veſtes, & mundum aureum ge-
ſtare licuiſſe, Author eſt *Clemens Ale-*
xand. lib. 4. pædag. cuius & aliorum me-
minit *Ioan. Ludov. de la Cerd. in Polit.*
mulierum, tract. 5. cap. 5. num. 1. in fine,
Petr. Gregor. lib. 9. ſyntagmat. cap. 19.
num. 8. Menoch. de arbitr. caſ. 534. num.
18. Petr. Roie. decif. Lituan. 3. num. 37.
Navarr. diſcurſ. 33. fol. 230. vol. 1. Barna-
bas Briſſon. lib. 1. ſelect. cap. 4. paulò ante
fin. *Alexand. ab Alexan. lib. 5. Dier. Gen.*
cap. 18.

181 Veſtes igitur ſecundùm cuiuſque ſta-
tum ſunt adducendę, nec privatus ſicut
ſuperior debet ſe induere, *Doit. tom. 2.*
Fer. 5. Dom. 2. Quadrag. fol. 68. Ioan. He-
ring. in tract. de molendin. quæſt. 12. à
num. 15. cum ſeq. Legitur *Luc. 16. Homo*
quidam erat dives, qui induebatur purpura
& byſſo, ubi acutè dixit *Caietan. Peccatũ*
luxus in moderato veſtitu exteriori ſigni-
ficatur. Purpura enim Regis, non cuiuſque
divitis eſt, tradit *Bulenger. lib. 2. de Imp.*
Romano, cap. 4. S. Gregor. Nazianz. Orat.
1. contr. Iul. ibi: *Neque enim ſatis ſunt co-*
rona, diadema, nitor purpura, Virgil. 2.
Georg.

Illum non populi faſces nõ purpura Regũ
Flexit. ---

l. 1. C. de dom. & protect. lib. 12. l. 2. C. de
privil. ſchol. eod. lib. mirè *Pichar. in tract.*
de nobilit. comm. à num. 21. cum ſeq.

182 Dicitur *Matth. 2. Et intrantes domũ*
invenerunt puerum cum MARIA *Matre*
eius; ibique *S. Ioan. Chryſoſt.* divinè cõ-
cinit, *Invenerunt matrem eius vix unam*
tunicam habentem, non ad ornamentũ cor-
poris, ſed ad tegumentum nuditatis profi-
cientem, quam habere poterat uxor carpen-
tarij.

183 Quamobrem ſi viderimus, tam ho-
minem, quàm mulierem pretioſis ve-
ſtibus (cùm opulentiã & divitijs non ad-
fluant) incedentem, de primo proferre
poterimus, quod de Samſone eius mira-
ti vires Philiſtæi adſerunt: *Aliquid ha-*
184 *bet alligatum,* ut teſtatur *Abulenſ. cap. 16.*
Iudic. & de ſecunda, quod *Plaut. in Ca-*
ſin. act. 2. ſcen. 2. dixit: *Peculij probam ni-*
hil habere decet, clam viro, & quæ habet
partum, ei aut commodi eſt, quin viro ſub-
trahat, aut ſtupro invenerit. Tit. Liv. lib.
34. Quæ de ſuo poterit, parabit, quæ non po-
terit, virum rogabit. Miſerum illum vi-
rum, & qui exoratus, & qui non exoratus:
cùm quod ipſe non dederit, datum ab alio
videbit.

185 Tandem ut ad portum ſecura adpel-
lat oratio, & equum contineat à curſu,
advertendum eſt, quòd etſi *in dict. cap.*
fucare ornatus reprobentur, ibi: *Exe-*
cranda autem ſuperſtitio ligaturarum, in
quibus etiam inaures virorum in ſummis,
in una parte auriculis ſuſpenſæ deputentur,
non ad placendum hominibus, ſed ad ſer-
viendum dæmonibus adhibetur, ubi *Aug.*

Barb.

Barb. plures refert videndos(de lapillis, quibus aures onerabant mulieres, nihil obſervari poteſt, quod non ſit pervulgatum. Plures autem uniones quandoque coniungebant, *Senec.lib.7.de benef.cap 9.* ibi: *Video uniones non ſingulos ſingulis auribus comparatos: iam enim exercitatæ aures ferendo oneri ſunt. Iunguntur inter ſe, & inſuper alÿ binis ſuperponuntur. Non ſatis muliebris inſania vires ſubiecerat, niſi bina, ac terna patrimonia auribus ſingulis pependiſſent. Plin. lib.9. cap.35. Elenchos adpellant faſtigiata longitudine, alabaſtrorum figura in pleniorem orbem deſinentes. Hos digitis ſuſpendere, & binos ac ternos auribus fœminarum, gloria eſt. Subeunt luxuriæ eius nomina, & tædia exquiſita perditiore portatu: ſiquidem cùm id fecere, Crotalia adpellant, quaſi ſono, quoque gaudeant, & colliſu ipſo margaritarum.* Idcircò *aures onerare* dictum *Ovid.*

Vos quoque non ebaris aures onerate lapillis,
Quos tegit in viridi decolor Indus aqua.

Senec. lib.2. de tranq. vit. cap.14. Tanta quoſdam dementia tenet, ut contumeliam ſibi poſſe fieri putent à muliere. Quid refert quantum habent, quot lecticarios, quàm oneratas aures, quam laxam ſellam? B. Ambroſ.lib.1. de Virg. Quid quod etiam odoris varia adhibentur illecebræ, gemmis onerantur aures oculis color ater infunditur?)

186 Tamen mulier nullatenus mortaliter peccabit utēdo alienis capillis, aut veſtibus pretioſis & odoriferis, niſi hoc faciat intentione incitandi alios ad libidinem, aut niſi adſit aliqua lex particularis, quæ hoc prohibeat ſub mortali; nam in hac re non videtur adeſſe tāta inordinatio, quæ faciat ream lethalis culpę, verùm non excuſatur à veniali ob ſuperfluum ornatum, delicias, aut animi levitatem, ità doctiſsimè noſtri quæſtioni ſatisfacit vir ſummis encomijs decorandus Moralis Didaſcalus, *Mart. Bonacin. de matrim. quæſt.4. punct. 9. propoſ.3.n.26.* alijs laudatis, *Ant. Dian. p.2. tract.1. miſcell. reſol.30. fol.54. col.2.*

157 Verumtamen Epiſcopus iuſtè poterit mulieribus prohibêre nimium ornatū, ut vitetur occaſio ſcandali, ità *Bobad. lib.2. Polit. cap.18. num.148.*

SVMMARIVM.

1 *TVTOR, vel curator poteſt alienare ſine decreto molendina, & bona ſita iuxta flumen obnoxia inundationi.*
2 *Ratio ſuggeritur.*
Explicatur ibi l.unic. C. de Nili ager. nō rump.
3 *Convincitur opinio.*
4 *Reſpondetur l. non ſolùm, de petit. hered.*
5 *Salvantur DD. contrarÿ.*

CAPVT XLIX.

Vtrùm tutor vel curator poſsit alienare ſine decreto molendina, & bona ſita iuxta flumen obnoxia inundationi?

1 QVAERENDVM eſt, utrùm tutor, vel curator poſsit alienare ſine decreto molendina, & bona ſita iuxta flumē obnoxia inundationi? & adfirmativè reſolverunt *Angel. & Fulgoſ. in l. non ſolùm, D. de petit. hered. Rip. in l. quominus, num.126. D. de flum. Palac. in cap. per veſtras, §.18. num.4. Rubeus conſ. 138. col.1. Tiraq. de retract. lignag. §. 1. gloſſ.7. num.91. Caſtill. in l.74. Taur. col. antepen. Montan. de tutel. cap.33. n.176.* & idem ſentiūt *DD.* ſi res ſint in loco, quo ſolent armigeri vaſtare, *Anchar. conſil. 443. num.9.*

2 Suggeritur evidēs ratio, ex eo, quòd flumina naturaliter creſcere, & augeri certum eſt, etiam in æſtate, ut probat elegāter celeberrimus *P. Paul. Sbr. log.*

in

in Cantic. antel. 3. ſect. 4. num. 66. fol. 201. Garc. Barrion. in Panegyr. fol. 121.

Et hac fidelia dealbatur *text. in l. unic. C. de Nili aggerib. non rump.* ubi propter vim latè ſe ſe effundentium Nili aquarum magnis præmunire Ægyptũ mollibus, & aggeribus neceſſarium fuit: circa quam ſeriẽ multa ſcitiſsima cumulavit *Amaia lib. 4. obſerv. cap. 4.* toto, videndus, *Scalig. exercit. 47. & 48. Ioan. Hering. in tract. de molend. in Mantiſſ. cap. 1. num. 503.*

3 Qui quidem toto cœlo aberrant, licèt enim bona ſint ſubiecta periculo inundationis, vel ſimili, non ideò alienari debent inconſulto Prętore; & periculum, quod ipſi *DD.* conſiderant, erit pro cauſa decreti, quod neceſſarium eſt in alienatione immobilium, etiam ſi talia ſint, ut illis carêre expediat, *l. magis puto, §. ſi æs alienum, & l. ſi fundus ſterilis, D. de rebus eorum:* & ideò cauſa iuſta ad has alienationes non ſufficit ſine authoritate iudicis, *l. Ariſto*, ibi: *Adito Prætore, D. de iur. delib. l. fin. D. de curat. furioſ.* ibi: *Magna utilitate cognitione iudicis, Gutier. de tutel. 2. par. cap. 5. num. 2.*

4 Nihil obſtat *l. non ſolùm, D. de petit. hered.* quâ malè fundantur *Angel. & alij*, imò retorquetur, cum & in eo caſu requiratur authoritas iudicis, *l. Divus, D. de petit. hered.* quod pro maiori ſecuritate (maximè ne iudices parùm periti decipiantur) confirmari poteſt *ex Bartol. Paul. Iaſ. in l. cùm hi, §. eã, D. de tranſact. Afflict. decis. 87.*

5 Poſſet aliter ſalvari aliqualiter, quod volunt illi *DD.* ſcilicet, quando eſſet periculum in mora, ſi exſpectaretur authoritas iudicis, ex ijs quæ notat *Iaſ. in l. 1. §. ſed excipiuntur, num. 3. D. de ferijs, Hippolyt. in l. qui cædem, ex num. 5. D. ad leg. Cornel. de ſicar. Dec. in cap. ex parte, num. 5. de adpell. Arias Pinell. in l. 1. par. 3. num. 28. C. de bon. matern. Forſter. de ſucceſſ. ab inteſt. lib. 7. cap. 21. num. 34.* noviſsimè *Ioan. Hering. in tract. de molend. quæſt. 50. num. 6. & 7.* ubi mirè.

MANTISSA

DELINEATIONIS.

AD *lib.2.cap.1.num.73.* adde *Ioan. Hering.in Mātiſſ.cap.1. num.44. cumſeq.* ubi mirè de Dardanarijs agit.

Ad *lib.1.cap.8.num.148.* adde *Fulv.Pacian.de probat.lib.1.cap.29.num.78.*

Ad *lib.2. cap.5. num.91.* adde *Vivian.in tract. de iur. pat. par.2. lib. 11. cap. 4. num.15.*

Ad *cap.5.num.94. lib.2.*adde *Firman.in tract.deEpiſcop. par.3. part. princip.3. lib.q.19. Vivian.de iur. pat.2. par. lib. 12.cap.5. num.35.* ubi dicit non valêre inſtitutionem metu factam, & caſu, quo inſtitutio non teneat,non per hoc viciari præſentationem, ex *text. in cap.ult.de elect.lib.6.*

Ad *lib.2.cap.10.num.102.* adde *Graſſum, de Cleric.effect.1.num.1174.*

Ad *lib.2.cap.2.num.41.* adde *l.4. tit. 13. par.3.*

Ad *lib.2.c.18.n.44.*adde *Ant.Fab.in Codice lib.3. tit.12. defin.47. in alleg.n.2. fol.202.*

Ad *lib.2.cap.15.num.59.* adde *Martial. lib.2.epigr.55* ubi *Prad.*

Ad *lib.2.cap.20. num.78.* adde *Martial. lib.2.epigram.76.* ubi *Prad. Hering.in tract.de molend. in Mantiſſa, cap.3.numer.285.*

Ad *lib.2.cap.17.num.50.*adde *P.Granad. in 3.par. D.Thom.tract.4.de Sacram. Baptiſm.contr.4.diſp.1.num.8.*

Ad *lib.2.cap.3. num.56.* adde *1. Paralip. 29.Oſſor.de Reg.inſtit.l.2.tit.27.p.2.*

Ad *lib.2.cap.13. num. 47.* adde *Montan. in addit.ad Ant.Olivan.de action.tom. 2.par.2.lib.1.cap.14. num.22.fol.256. col.2.*

Ad *lib.2. cap.1. num. 113.* adde *Mart.de iuriſdict. par.4.cent.1.caſ.91.à n.3.*

Ad *lib.2. cap.12. num.71.* adde *Scacc.de ſentent. & re iudic. gloſſ. 7. quæſt.3. limit. 2. num. 18. verſ. Amplia ſeptimò, fol.185.& dict.gloſſ.7.quæſt.3.limit.3. à num.1.cum ſeq. fol.194.*

Ad *lib. 2. cap. 7. num. 73.* adde *Petra de poteſt. Princip.cap.20.num.10.*

Ad *lib.2. cap.10.num.66.* adde *Navarr. conſ.1. tit. de apoſtat. num.7. lib.5.fol. 504.Graſſ.deCleric.effect.1.num.1051.*

Ad *lib.2.dict.cap.10.num.73.*adde *Graſſ. de Cleric.effect.1.num.1030.*

Ad *lib.2.dict.cap.10.num.5.*ubi ſcriptum exſtat in hæc verba:

Vnde ſtatum perfectum cum tribus votis ab Apoſtolis accepit Elias.

Legi debet verſâ oratione.

Vnde ſtatum perfectum cum tribus votis Apoſtoli acceperunt ab Elia.

Mirè *Ioſeph. Antioch.*ibi laudatus, *Perfectorum* CHRISTI *militum Apoſtolorũ coadiutores ſurrexerũt ſtrenuiſſimi viri ſolitarij cõtemplationi dediti* ELIAE *&* ELISEI *ſequaces, qui de* MONTE CARMELO *deſcendentes, per Galilæã, Samariam,& Iudæam Fidē* CHRISTI *conſtantiſſimè ſparſerunt.*

Verùm *Suar. 4. de Relig.vol.lib.1.de Societ.inſtit.num.6.*inquit: *Nã licèt vulgare ſit monachos ab* ELIAE *tempore incepiſſe,&* IOANNEM BAPTISTAM *monachatum profeſſum fuiſſe; tamen ut ſuprà dixi, id magès intelligendum de uſu operum pertinentium ad illum ſtatum, ut ſunt ſolitudo, vitæ aſperitas, contemplatio, quàm de proprio ſtatu quoad integram formam ſubſtantialem eius; ſecun-*

cundùm quam proprius Evangelicæ legis, & CHRISTVM habuit inſtitutorē.

Ad *lib.2.cap.17.num.61.* adde *P.Granad. in 3. par. D. Thom. tom.5. contr.4. de ſacram. Baptiſm. tract.4. diſp.5. ſect.1. à num.1. cum ſeq:*

Ad *lib.2.cap.17. num.35.* adde *Cerd.* ad illud *Virgil.lib.4.Georg.* ℣.375. *Manibus liquidos dant ordine fontes. num.3. fol. 537. col.1.*

Ad *lib.2. cap.17. num.31.* adde *Theodor. lib.3. hiſt. Eccleſ.c.16. Iuſtin. Martyr. Apolog.2. Deſid. Heraldum ad Martial. lib.8. epigramm. in epiſt.*

Ad *lib.2.cap.5.num.59.* adde *Marian. de reb. Hiſpan. lib.18.cap.4.*

Ad *lib.2.cap.11. num.82.* adde *Plin. lib. 33.cap.1. Petr. Gregor. lib.7. ſyntagm. cap.7. num.3.*

Ad *lib.2.cap.14.num.31. verſ. Ad harum, fol.245.col.1.* adde *Agel. 20. noct. Attic.11. Pollet. 3. Hiſt. fol.15. Ravard. 3. var.10. Oſſuald. in Donell. lib.17. cōm. cap.21. litt.F.*

Ad *lib.2.cap.30. num.105.* adde *Prad. in Pentecontarc. cap.15. fol.147. Oſſuald. in Donell. lib. 23. comment. cap. 2. fol. 285.*

Ad *lib.2.cap.30. num.101.* adde, quòd ignes, quibus commonebantur oppida, Angaros vocant, *Æſchil. in Agamem. Rhodig. lib.18.cap.8. Barclai. lib.1. Argen.* & quòd ità vocitentur colligitur cauſa ex *Heſiehio*, ibi: *Angaros fuiſſe eos, qui Regias epiſtolas alter alteri ſuccedendo ferebat, Agath. lib.2.*

Hic deſcendit uſus ex ſpeculationibus, quæ erant in ſcopulis altis, *l.10. tit. 26. par.2.* quæ quidem antiquitùs cū tympano commonebār, quod tradebat ille, qui finiebat, illi, qui denuò vigiliam adſumebat, *Thucydid. lib. 4. Hiſtor.* poſteà in uſu fuerunt faces ignitæ, *Tacit. lib.1. Annal. Liv. lib.21.*

De cuius rei antiquitate agūt *Suid. Cæſar lib.3. de bell. Gallic. Plin. lib.7. cap. 56. Q. Calab. lib.13. Paralip. Dictis lib. 5. lell. Troi. Triſiod. in tum. Achill. Alcidam. Orat. in Palamed. Veget. lib.3. de re milit. Leo Imp. in Tactic. Heſic. Mileſ. lib. de reb. Conſt.*

Ad *lib.2. cap. 20. num. 18. fol. 325. verſ. Quare ignominiæ cauſa*, adde in hæc verba, unde *cincti iura*, id eſt, iudices in actu poſiti, *Caſſiod. in Pſalm. 29.* quare *diſcincti privilegia* dicuntur, qui poteſtate exierunt, *Sydon. lib. 1. epiſt.9.*

Quomodo enucleatur idem *lib. 5. epiſt. 7.* ibi: *Cinctis iura, diſcinctis privilegia.*

Ad *lib.2.cap.30.num.22.* adde *Oſſuald. in Donell. lib.23. comment. cap.2. litt.X. fol.185. col.2.*

Ad *lib.2. dict. cap.30. n.64.* adde *Broide. in ſupplem. hiſt. fo. Polleti lib.5. c.12. pag. 505. Oſſuald. in Donell. lib.18. comment. cap.2. litt.T. fol.70.*

Ad *lib.2.cap.5.num.25.* adde *Petr. Fab. 1. ſemeſtr. 20. Oſſuald. in Donell. lib. 18. comment. cap.2. litt. X. fol.70.*

Ad *lib.2.cap.15.num.51. verſ. Quæ quidē ſententia*, adde *Amat. decif. 16. Alv. Gentil. 4. lect. 1. l. ſi quis 3. C. de nat. lib. Oſſuald. in Donell. lib.27. comment. cap.9. lit.H. fol.429. col.1.*

Ad *lib.1.cap.8.num.171.* adde, quòd hodie inſcriptio in adcuſatione non eſt neceſſaria, *Secac. de iudic. lib. 1. cap. 101. num.44. Farin. quæſt.99. num.6. Oſſuald. in Donell. lib.18. comment. cap. 10. litt.B. fol.94. col.1.*

Ad *lib.2.cap.6.num.100.* adde *Oſſuald. in Donell. lib.23. comm. cap.9. fol.308. lit. M. Hering. in tract. de molend. in Mātiſſa, cap.1. num.76.*

Ad *lib.1. cap.6. num.44.* adde *Oſſuald. in Donell. lib.18. cap.8. litt.F. & lib.15. cap.40. litt.V. & lib.22. cap.5. litter.I.* ubi dicit, quòd in exceptione metus ſufficit adlegare metum adhibitum in contractu celebrando, nec oportet adſignare perſonam, quæ eum intulit, nec quæ paſſa eſt, ſi rectè *Foller. in addit. ad Marant. par.6. memb.9. fol. 318. col.2. num.34.* (ubi & huic inter mercatores locum dat) *Bargal. de dol. lib. 4. cap. 2. num. 78.* unde ibidem *Bargal. & Zanger. de except. 2. par. cap.*

cap.13.n.101.& ſeqq. filio quoque cõtra patrẽ (niſi in eius poteſtate ſit, & in rebus peculiaribus metus inlatus, *l.4.§ ultim. D.hoc noſtro tit.*) & liberto contra patronum exceptionẽ metus non negari, cùm non ità ut exceptio doli opinionem ſuggillet, quod ità admiſerim, modò non parens ipſe metum intuliſſe arguatur.

Ad *lib.2.cap.21. num.1.* adde, quòd primo anni die pro Principis ſalute vota concipiebantur, hinc dies votorum Kalendæ Ianuariæ nuncupatæ, *Ælius Spart. in Hadrian. & in Ælij Veri vita*, quamvis *I.C. Gaius in dict. l. ſi calluitur* tertium diem poſt Kalendas Ianuarias ſub adpellatione votorum venire intelligat, *Prad. in Pentecont. fol.174.cap.20.*

Ad *lib.2.cap.13. n.66.* adde in hæc verba: *Mirè facit Iud.9. ỷ.21.* ibi: *Quæ cũ dixiſſet, fugit, & abijt in Verà: habitavitque ibi ob metum Abimelech fratris ſui.*

Ad *lib.2.cap.32. num.12.* adde *Offuald. in Donell. lib.4.cap.1.litt.F.*

Ad *lib.2. cap.36.n.42.in fin.* adde *Offuald. in Donell. lib.4.cap.1.litt.O.*

Ad *lib.2. cap.30. num.8.* adde *Hering. in tract. de molend. in Mant. cap.1. num. 808.*

Ad lib.2.dict.cap.30.fol.424.verſ. Quæri, & indagari nunc oportet, adde *I. Lipſ. cent. 1. ad Belg. epiſt. 85.fol.673. cum ſeq. Hering. in tract. de molend. in Mãtiſſa, cap.3.num.201.202.& 203.*

Ad *lib.2. cap.22. num.11. verſ. Dietam*, adde *de Zeta, & Zetarijs, & Diætarijs*, pulcrè differentem *Laurent. Pignori. Patav. in Comment. de ſerv. & eorum miniſter. pag.241.cum ſeq.* & apud eũ *Ant. Vvelſer. Ioan. Hering. in tract. de molend. in Mantiſſa, cap.2.num.59.*

Ad *lib.2.cap.35. num.4.* adde *Hering. in tract. de molend. q.41.num.14.& 22.*

Ad *lib.2. cap.16. num.7.* adde *Turtur. In Sacello Regio cap. 1. num.6. & cap.2. num.5.*

Ad *lib.1.cap.11.n.7.* adde *Ant. Fab. in Iuriſp. Pap. tit.3 princ.2.inlat.11.fol.97.*

Ad *lib.2.cap.18.num.44.* adde *Ant. Fab. in Iuriſp. Papin. tit.3.princ.2.inlat.11. fol.97.*

Ad *lib.2. cap.46. num.23.* adde *Ioan. Aloiſ. Ricc. par.5.coll.1617.*

Ad *lib.2. cap.30. poſt num.49.* adde, murorum Romę tranſilitionem ad crimẽ Maieſtatis referre, *Conci. ad l.10. D. ad leg. Iul. Maieſt. Petr. Gregor. lib. 35. ſyntagm. cap.7. n.1. Decian. tract. crimin. lib.7.cap.36.* ubi & *num.4.* receptiorem ſententiam eſſe teſtatur, pœnam hanc capitis non eſſe extendendam ad quoſvis alterius civitatis mœniorum tranſcenſores, per *l. pen. & ult. D. ne quid in loc. ſac. Vult. ad §. ſancta, Inſt. de rer. div. Clar. in §. fin. quæſt.68. n.32. Menoch. de arbitr. caſ. 483.num.6.*

Diſſentit *Hotbom. in d. §. ſancta*, ubi *Gilken. num.7. & ſeq. Gœdd. in l.5. num. 17. D. de verbor. ſignif.*

An autem Remus verè muros Romæ tranſcẽderit? *Accurſ. in l. ult. de rer. diviſ.* negat, putans exemplum ibi eſſe conaminis puniti, & *Baro ibidem*, voluntatem habitã pro crimine perfecto. Sed verè tranſcendiſſe cõſtat ex *Liv. lib.1. Plutarc. quæſt. Rom.27. Zaſ. in Paratitl. D. de rer. div. in fin. Duar. ad l.3. §. 18. de acquir. poſſ. Corraſ. in dict. l. ult. num.4. Conan. 3. comm. cap.1. num.5. & Pac. 1. quæſt.38.* dicens verba, *Tranſcendere voluerit*, interpretãda eſſe, *volens tranſcenderit: argum. l. 4. C. fin. reg.* ad diſcrimen eius, qui nolens, vel metu coactus tranſilijt, & ut videtur rectè: *Offuald. in Donell. lib.4. comm. cap. 1. litt.Z. fol.53. col.2.*

Ad *lib.2 dict. cap.30. num.27.* adde *Ioan. Hering. in tract. de molend. in Mantiſſ. cap.1.num.253.*

Gloria tota DEO, *qui hæc nobis otia fecit.*

APOPHASIS DELINEATIONIS,

Seu

SYLLOGE RERVM ET VERBORVM IN EA SCRIPTORVM, INSCRIPTORVMQVE.

A

A DEO fuit inſtitutum matrimonium, lib.2.cap.19.num.34.
A matrimonio metu contracto poteſt reſilire, qui liber a metu eſt, ibi num.62.
A meridie ad veſperã proſtare meretricibus permiſſum, lib.2.cap.41.num.23.
A ſuffragio liberati tabulam in facti memoriã Delubris præſtabãt, lib.2.cap.21.n.11.& 12.
A Principe fluũt iuriſdictiones, lib.2.c.12.n.16.
A ſeparatis non fit inlatio, lib.2.cap.20.n.37.
Ab aliqua arte diſcedentes eius inſtrumenta Dijs ſuſpendebant, lib.2.cap.21.num.10.
Ab arbitri ſententia adpellari non poteſt, lib.2.cap.22.num.17.
Ab egenis nõ ſunt vectigalia exigenda, lib.2.cap.23.num.47.
Ab hoſtibus captus, aut in exſilium miſſus diſtributiones percipit, lib.2.cap.40.num.31.& 33.
Ab importuno non niſi per miraculũ liberamur, lib.2.cap.3.num.36.
Abdicatio proprietatis, non dicitur abdicatio dominij, lib.2.cap.27.num.32.
Abnegans Fidem propter metũ iuſtum an ſit hæreticus, lib.2.cap.30.num.79.
Abſens ex cauſa iuſti metus reſtitutionem habet, lib.2.cap.15.num.73.
Abſolvere liberare eſt, lib.2.cap.28.num.1.
Abſolutio cenſurarum delegata Ordinario nõ poteſt ab eo ſubdelegari, ibi, num.29.
Abſolutus à crimine per ſententiam nullam, aut à iudice nõ ſuo iterũ poteſt adcuſari, ibi, n.6.& 7.
Abſolutus in foro pœnitentiali punitur in externo, ibi, num.9.10.& 11.
Abſurdum evitari debet, lib.2.cap.11.num.49.
Acervus Mercurij qui, lib.2.cap.35.num.30.
Actio metus eſt Prætoria, lib.1.cap.6.num.21.
Actio doli & metus eſt arbitraria, ibi, num.22.
Eſt ſtricti iuris, ibi, num.23.
Eſt perſecutoria, ibi, num.24.& 25.
Vtraque datur in ſimplum, ibi, num.26.
Vtraque datur heredibus, ibi, num.27.
Et in heredes, ibi, num.28.
Vtraque reſtituit, ibi, num.29.
Actio doli & metus non continet propriam ſpeciem reſtitutionis, ibi, num.31.& 32.
Actio doli eſt famoſa, & nõ actio metus, ibi, n.43.
Actio doli non proponitur contra parentes, & actio metus ſic, ibi.num.44.& 45.
Actio doli eſt temporalis, ibi, num,46.
Actio metus eſt perpetua, ibi, num.47.
Eſt in rem ſcripta, ibidem.
Et excedit ſuos terminos, ibidem.
Actio metus duplex eſt, actio verò doli non, ibi num.48.
Actio doli eſt ſubſidiaria, & non actio metus, ibi, num.49.
Actio doli oritur ex delicto, actio metus non, ibi num.50.
Actio metus, & officium iudicis datur ad idem, lib.1.cap.8.num.81.
Actio metus eſt perſonalis, lib.1.c.12.n.1.& 14.
In quadruplum præſtatur adverſus non reſtituentẽ, ibi, n.2. Pœnã evitat reſtituẽs, ibi, n.3.
Actio hæc eſt arbitraria, ibi, num.8.
Datur contra rem poſſidentem ex metu etiam alterius, ibidem.
Præſtatur contra metum inferentem, ibi, num.9.
Adverſus eum ad quem res pervenit, ibi, num.10. 11.& 12.
Et in emptorem, ibi, num.13.
Competit de eo, quod abeſt, ibi, num.15.& 16.
Datur heredibus metum paſſi, ibidem.
Perſecutoria res eſt, ibi, num.17.
Datur contra tertium in ſubſidium, ibidem.
Durat contra metũ inferentẽ 30. annis, ibi, n.18.
Si res fuerit alteri vendita extinguitur ſpatio 10. annorũ inter præſentes, & 20. inter abſẽtes, ibi.
Regulariter non datur contra nõ inferentem, ibi, num.19.& 20.
Negat Vrſill. ibi, num.21.
Aimo Craveta intelligitur, ibi, n.22.23.& 24.
Actio hæc ſemel ad heredes tranſmiſſa, efficitur perpetuò tranſmiſſibilis, ibi, num.25.

Praſcribitur triginta annis, ibidem.
Actio hac datur contra quemlibet, quatenus factus eſt locupletior, lib.1.cap.12.num.15.
Actiones, qua datur metum paſſo, referuntur, ibi, num.27.
Actor prius debet petere adnullationem geſtorū, & rem ſibi reſtitui, ibi, num.4.
Actus ſine iuriſdictione facti nulli ſunt, lib.2.cap.12.num.56.
Acta eſt littus, lib.2.cap.41.num.6.
Actuale depoſitum probatur ad abſentis favorem, quando depoſitarij manu, vel alterius ſuo mādato in ſuis rationibus recepiſſe depoſita ſcriptū extat, lib.2.cap.4 num.41.
Actuale peccatū quid ſit, lib.2.cap.43.n.7.& 8.
Adulterium varijs pœnis inflictū, lib.2.cap.41.num.32.
Aditio metu facta non tenet, lib.2.cap.20.n.47.
Adducitur Mart.lib.2.cap.3.num.5.6.& 9.
Adducitur Euripides, lib.2.cap.9.num.63.
Adducitur Caſſiodor.ibi, num.52.lib.2.cap.17.
Adducitur Virgil.ibi, num.25.lib.2.cap.19.
Adducitur Senec. lib.2.cap.20.num.10.
Adducitur Ion.Marc.& Cic.lib.2.cap.35.num.19.20.& 34.
Adducitur Statius, lib.2.cap.36.num.15.& lib.2.cap.37.num.3.& 4.
Adducitur Ovidius, ibi, num.33.
Adducitur Cuiac.& Tull.lib.2.cap.41.num.6.
Adducitur Terent.ibi, num.31.
Adducitur Senec.lib.2.cap.42.num.18.
Adducitur l.qui in carcerem, lib.2.cap.46.num.23.& 24.
Adducitur Virgil.lib.2.cap.48.num.12.
Adducitur Beat.Clem.& Tertul.ibi, num.22.
Adducitur Feſtus, ibi, num.65.
Adducitur Ambroſ.Syneſ.& Baſil.ibi, num.45.
Adducitur Ovid.Stac.Virgil.ibi, num.48.
Adducitur Mart.ibi, num.57.
Adducitur Ovid.ibi, num.65.
Adducitur Iudic.16.& Dan.4.ibi, n.102.& 103.
Adducitur l.25.§.4.de aur.& argent.leg.ibi, num.93.
Adducitur Claud.ibi, num.108.
Adducitur Iuvenal.num.114.
Adducitur D.Paul.ibi, num.115.
Adducitur Tertul.ibi, num.123.
Adducitur Mart.ibi, num.124.
Adducitur Artemidor.num.148.
Adducitur Heliodor.num.160.
Adducitur Claud.ibi, num.162.
Adducitur Scriban.ibi, num.164.
Adducuntur Aurel.Prudent.Calpb.Flacc.Vinc. Lirin.lib.2.cap.46.num.3.5.& 6.
Adducuntur Ariſt.Cyprian.& Leo, lib.2.cap.47.num.6.& 7.
Adducuntur text.in cap.cum de beneficio, de præbend.lib.6.& l.ſi privatus 17.D.qui, & à quib.lib.2.cap.36.num.46.50.& 51.
Ad conceſſionem novorum tributorum Comitia ſiunt, lib.2.cap.23.num.49.
Ad acquiſitionem vectigalium præter conceſſionem à Principe ex iuſta cauſa factam legitima præſcriptio requiritur, lib.2.cap.23.num.15.
Ad curandos ægrotos tempore peſtis exhortatur Cyprian.Nazianz.& Baſil.lib.2.cap.40.numer.36.uſq.ad 39.
Ad emendum merces corruptas cogi quis poteſt, lib.2.cap.1.num.91.
Ad evitandam pœnam debet fieri depoſitum corā iudice, qui futurus iudex erat, lib.2.cap.4.n.49.
Ad Fidem, ſeu Baptiſmum quis compelli non debet per metum, lib.2.cap.17.num.50.
Ad hoc ut actio metus competat, quæ requirantur, lib.1.cap.12.num.4.
Ad inducendum iuſtum metum ſufficit probabiliter dubitare de offinſione, lib.1.cap.8.num.29.
Ad inducendam conſuetudinem binus actus ſufficit, lib.2.cap.36.num.44.
Ad iudiciū ire meticuloſa res eſt, lib.2.c.15.n.71
Ad iudicium ſua authoritate vocare licebat, ac invitum ni iudicio ſiſti caveret, ducere, lib.2.cap.48.num.103.
Explicatur l.duod.Tabul.ibidem.
Explicatur l.29.§.pen.mand.ibid.
Prius ſiebat anteſtatio ſolennis, ibid.
Atteſtationis ritus qui, ibid.
Auris Memoria conſecrata, ibid.
Adminiſtrator ex pecunijs, quas adminiſtrat, ſolutus cenſetur, lib.2.cap.24.num.49.uſq.62.
Adminiſtrator, qui pluries rationē redit, & liberatus eſt, criminaliter inquiri poteſt, lib.2.cap.28.num.8.
Ad obſignationē annuli ferebātur, lib.2.c.14.n.13
Ad ornatum civitatis cogitur quis vendere, lib.2.cap.1.num.84.
Adoleſcentes & virgines capillum alicui Deo devovebant, lib.2.cap.21.num.17.
Ad pœnam voluntas coacti voluntas non eſt, lib.1.cap.11.num.8.

Ad

Ad pericula ſorte exibant, lib.2.cap.5.num.38.
Ad profeſſionis tacitæ valorem quinque conditiones requiruntur, lib.2.cap.10.num.14.
Ad profeſſionis valorem profitentis traditio, & poteſtas in accipiente requiritur, ibi, num.19.
Adpromiſſores, idem, quòd fideiuſſores, lib.2.cap.6.num.36.
Adquiſita per metum etiam levem ſunt reſtituenda, lib.1.cap.13.num.3.
Ad reſtinguenda incendia Præfectus Vigilum creatus, lib.2.cap.38.num.34.
Advocati munera non recipiebant, lib.2.cap.15.num.28.
Auſonius explicatur, ibidem.
Advocatus invitus patrocinari cogitur, non tamē in cauſa, in qua habet intereſſe, lib.1.cap.11.num.13.
Excuſatur tamen ſi in id advocaverit iuſtè, ibid.
Adulterij pœna non infligitur coactè delinquenti, lib.2.cap.30.num.26.
Æquitas eſt fundamentum obligationis naturalis, lib.2.cap.33.num.1.
Æſtas & Autumnus aptiora tempora ad peſtē, lib.2.cap.40.num.16.& 17.
Ærarium publicum non eſt propriè Principis patrimonium, lib.2.cap.23.num.9.& 10.
Agnatio non habet lineam, ſed ad ſuam conſervationē neceſſum eſt trāslineare, lib.2.c.9.n.15.
Alexander Aviaria inſtituit, & ſervos eis præpoſuit, lib.2.cap.34.num.21.& 22.
Alexander poſt prandium ſæpè diem venatu conſumebat, lib.2.cap.37.num.6.
Alius eſt bonus dolus, alius malus, lib.1.cap.6.num.9.10.& 11.
Aliud pro alio invito creditore ſolvi nequit, lib.2.cap.1.num.57.
Aliena iactura locupletari non debemus, lib.2.cap.4.num.24.
Alienatio facta in potentiorē nulla eſt, lib.2.cap.1.à num.113.
Quis ſit potentior explicatur, ibi.
Ampliatur ſententia, ut procedat in reo, & actore, ibi, num.116.
Convincitur Caiac, ibi, num.117.
Quæ ſentētia procedit in procuratione, ibi, n.118.
Sed non procedit in æquè potentiorē, ibi, n.119.
Aliqui vovebant ſe non priùs barbam, vel capillos raſuros, niſi recuperarent amiſſa, lib.2.cap.21.num.22.& 23.
Aliquis actus ob publicam utilitatem prohibitus ſi iuramēto ſtabiliatur nullam parit obligationem, lib.2.cap.11.num.46.
Aliquid ludo vetito acquirens non tenetur reſtituere ante iudicis ſententiam, modò non impedierit iudicem per vim, vel fraudem, ne condemnaretur ad reſtitutionem acquiſitorum, & modò cōtractus nō ſit iuſtus, lib.2.c.8.n.55.
Aliquibus cauſis adcedit coactio, lib.1.c.11.n.18.
Alimentorum ſubtractio, & eorum, quæ pertinēt ad ſtatum, licita eſt, ut dentur alicui inſigni viro, lib.2.cap.35.num.35.
Alteri mortem intentans, & homicidium committens peccat mortaliter, lib.2.cap.47.n.8.
Amici plerumque arbitri fiunt, lib.2.c.22.n.11.
Amiſſio mēbri inducit iuſtū metū, lib.1.c.8.n.31
Amor præcipuus eſt ad regimē, lib.1.cap.7.num.8.9.10.17.& 18.
An agitationes taurorum licitæ ſint? lib.2.cap.8.num.22.
An adverſus clericos virtute obligationis receptæ ſub ſigillo executio fieri poſſit? lib.1.c.8.n.165.
An apoſtata gaudeat fori privilegio, lib.2.cap.10.num.67.uſq.99.
An cauſa honoris ſemper urgeat, ut non dicatur ex intervallo ulciſci, qui cùm primū potuit, ulciſcatur, lib.2.cap.45.num.13.
An comœdiæ licitæ ſint, lib.2.cap.8.num.2.& 3.
An cōſuetudo poſſit abolere legē, lib.2.c.36.n.34.
An creditor debito ſequeſtrato poſſit agere contra fideiuſſorem, lib.2.cap.4.num.83.
An creditori invito ſpecies pro pecunia ſolvi poſſit, lib.2.cap.24.à num.41.uſq.48.
An crimen commiſſum ab obſeſſo à dæmone ſit imputandum obſeſſo, an dæmoni obſidenti, lib.2.cap.30.num.92.uſq.99.
An domo diruta, ſive exuſta habitatio remaneat, lib.2.cap.38.num.53.uſq.59.
An extincta domo ſit extinctus cenſus, ibi, num.60.uſque 64.
An factus liber invito domino fiat eius libertus, lib.2.cap.34.num.90.
An habeatur ratio fructuum in reſtitutione in integrum, lib.1.cap.13.num.27.uſq.45.
Anima pretioſior eſt corpore, lib.2.cap.43.numer.23.
Animalia igne generantur, lib.2.cap.38.num.27.& 28.
An liceat fiſco reſilire à locatione facta nova maiorique licitatione, lib.2.cap.32.num.38.uſque 50.

An metus excuſet à tranſgreſſione legis, lib. 2. cap. 44. num. 17.
An miniſter charus Regi poſſit recipere propter intereeſſionem, lib. 2. cap. 15. num. 32.
Annona penes Ædiles erat, lib. 2. cap. 1. n. 71.
Annuli quàm neceſſarij, & probant matrimonium, lib. 2. cap. 34. num. 42.
Annulus ſignũ inveſtituræ, & purgati metus, ibi.
Annuli venditio erat ſignum extremæ & deploratæ egeſtatis, ibi.
An per tranſactionem extinguatur inſtãtia, lib. 2. cap. 18. num. 21.
An per cautionẽ de iudicio ſiſti reus amittat declinatoriam fori, lib. 2. cap. 36. n. 57. uſq. 64.
An plures poſſint unum procuratorem conſtituere, lib. 2. cap. 26. num. 7. uſque 11.
An poſſit Decurio ſe abſentare, & domi manere, abſque onere reſtitutionis, ſi certo ſciat à maiori parte concludendum pro aliqua re iniuſta, lib. 2. cap. 15. num. 88.
An poſſit mulier adcuſari à marito de adulterio, ſi cum eo contraxit matrimonium per metum & vim, lib. 2. cap 41. num. 32.
An poſſit Princeps abſubditis dominia extorquere per coactionem, lib. 2. cap. 37. n. 45. & 46.
Negatur, ibi, num. 47.
Limitatur, ibi, num. 48. & 49.
An Præſide Provinciæ in illa uxorem ducente, eius Vicarij iuriſdictio ceſſet, lib. 2. cap. 19. num. 88.
An Princeps, vel Senatus alicuius civitatis damnum ignis ex publico reſarcire teneatur, lib. 2. cap. 38. num. 49. 50. & 51.
An pro reparatione domus dirupta in commune vicini contribuere teneantur, ibi, n. 47. & 48.
An pro obſervantia arbitrij poſſit agi ad pœnam conventionalem, lib. 2. cap. 22. num. 18.
An quis teneatur denũtiare hæreticum, ſi timeat damnum in fama, vita, & bonis externis, lib. 2. cap. 30. num. 99.
An Epiſcopus torqueri poſſit, lib. 2. cap. 30. num. 126. 127. & 128.
An ſententia abſolutoria ab obſervatione iudicij ſit interlocutoria, necne, lib. 2. cap. 28. num. 5.
An ſententia ſedendo iudice ſuper equo valeat, lib. 2. cap. 15. num. 43. uſq. 51.
An ſi filius taceat, conſenſiſſe videatur actui geſto per patrem, lib. 1. cap 8. num. 131. cum ſeq.
An ſi uxor ob importunitatem viri faciat teſtamentum in eius favorem ſit validũ, põſt aliud conſtituens illam exprimens in domo alicuius amici, lib. 2. cap. 20. num. 75.
An ſic licita revelatio confeſſionis propter periculum, lib. 2. cap. 2. num. 46. uſq. 51.
An ſolutum à debitore procuratori anticipatè ante ſolutionis diem, procuratore inde revocato, vel non ſolvendo effecto, liberet, & creditor conſtituens teneatur huiuſmodi ſolutionem debitori admittere, lib. 2. cap. 26. num. 38. & 39.
Ante omnium Romanorum originem erat uſus pecuniæ, lib. 2. cap. 1. num. 6.
Antidora dicebantur remunerationes, lib. 2. cap. 3. num. 2.
Antiquitus ſola permutatio erat in uſu, lib. 2. cap. 1. num. 2.
Antiquitus aliquid deponebatur pro victoria, lib. 2. cap. 4. num. 13. 14. & 15.
Antiquitus recens baptizatus cõmunicabat, lib. 2. cap. 17. num. 44. 46. & 47.
Antiquitus apud Ædiles impudicitiam profitebantur mulieres, lib. 2. cap. 41. num. 20.
Antiquitus non licebat manus diſcoopertas corã ſuperioribus portare, lib. 2. cap. 48. num. 30.
Antiqui cœnaturi ſoleas deponebant, & poſteà ſe lavabant, lib. 2. cap. 34. num. 28.
An valeat matrimonium ſi iudex aliàs condemnaturus offerat vitam damnato, ſi cum certa muliere contrahat, lib. 2. cap. 41. num. 53.
Limitatur, ibi, num. 54.
An uxor excuſetur propter metum, ſi non adcuſet maritum hæreticum, lib. 2. cap. 30. num. 99.
Apoſtata non dicitur, qui ob ſævitias Abbatis Religionem deſerit, lib. 2. cap. 10. num. 56. cũ ſeq.
Apoſtoli poſt Paſſionem Chriſti ſortiti fuerunt ſibi provincias, lib. 2. cap. 5. num. 45.
Apoſtoli iam erant baptizati nocte cœnæ, lib. 2. cap. 17. num. 48. & 49.
Apoſtolis ſuceeſſerunt Epiſcopi, lib. 2. c. 16. n. 3.
Adpellatio debet interponi coram iudice à quo, lib. 2. cap. 25. num. 8.
Ab hoc metus excuſat, ibi, num. 9.
Adpellatio non fallit propter metum reverentialem non relevat, ibi, num. 18.
Adpellare habet varias ſignificationes, ibi, n. 1.
Adpellatur arbiter iudex compromiſſarius, lib. 2. cap. 22. num. 13.
Non poteſt excedere iuris diſpoſitionem, ibi, numer. 14.
Apud Ægyptios iudices erant Sacerdotes, lib. 2. cap. 16. num. 23.

Apud

Apud Ethnicos ſummopere colebantur, ibi, num. 25.uſq.ad 36.

Apud Ethnicos expiationes aqua fiebant, lib.2. cap.17.num.37.

Apud Iudæos Sacerdotes, & Levitæ ignem perpetuum conſervabant, lib.2.cap.38.num.5.

Apud Indos vectigal furans capite plectebatur, lib.2.cap.23.num.14.

Apud Gallos viri in mulieres nō ſecus ac in liberos dominationē habebant, lib.2.cap.48.n.11.

Apud Græcos & Latinos diſcrimen in inaurium uſu, lib.2.cap.34.num.36.

Apud Orthodoxos modi & formulæ iuramentum conſtituentia, lib.2.cap.7.num.16.

Apud Piſas & Turcas intervertens depoſitum capite plectebatur, lib.2.cap.4.num.25.

Apud pleraſque gētes fuit in uſu circumciſio, lib. 2.cap.17.num.15.

Apud pleraſque gentes mulieres erant indotatæ, lib.2.cap.19.num.51.uſq.57.

Apud Romanos plures fuerunt profeſſiones; tam ad tributum reale, quàm ad perſonale, lib.2. cap.2.num.12.cum ſeq.

Apud Romanos filius coniugatus exijt à patria poteſtate, lib.2.cap.16.num.68.

Apud Romanos erat arbor vulgò dicta Capillaris, in qua adoleſcentes comas ſuſpendebant, lib.2. cap.48.num.126.& 127.

Aqua luſtralis poſita in adytibus templorum, lib.2.cap.17.num.32.

Aqua ſemper in ſacris, ibi, num.29.& 31.

Arabes & Perſæ fidem ſervare didicere, lib. 2. cap.6.num.17.

Arbitri ſingulorum placito eliguntur, lib.2.cap. 22.num.4.

Eorū poteſtas ex cōpromiſſo pendet, ibi, n.5.& 6.

Magna eſt eorum poteſtas, ibidem, num.7.

Debent æqualitatem ſervare, ibidem, num.9.

Iudicis nomine continentur, ibi, num.10.

Vocantur Diætitæ, ibidem.

Arbiter de iure & facto cognoſcere poteſt, lib. 2. cap.22.num.12.

Argæi pugnaverunt cum Sycionijs; & eos vicerunt, lib.1.cap.1.num.5.

Argumentū de matrimonio carnali ad ſpirituale validum eſt, lib.2.cap.16.num.69.

Arma clericorum ſunt lacrymæ, & orationes, ibi num.56.

Artifices, quibus eſt commiſſa videnda res, poſteà debent iudici renuntiare, quid eis de prædicto actu videatur, lib.2.cap.13.num.11.

Ars ex ſua natura ad malum non ordinata mala non eſt, lib.2.cap.8.num.11.

Arrha quid ſit, lib.2.cap.11.num.82.

Aſylorum & Iunonis frequens ratio, lib.2.cap.30. num.22.

Athenis nullus in iudicem cooptabatur, niſi præſtito iureiurando, lib.2.cap.44.num.14.

Athenis, & in alijs partibus ignis perpetuus, lib. 2.cap.38.num.12.13.& 14.

Athletæ nulla infamia notati, lib. 2. cap. 46. num.27.

In maxima exiſtimatione habiti, ibi.

Diverſi à gladiatoribus, ibi.

Ornati præmijs, & cōmodis, quæ pecuniaria fuerunt, in cauſa iudicati illa capi poterant, ibi.

Audacia opponitur metus, lib.1.cap.1.num.12.

Auctoris mens proponitur, lib.2.cap.11.num.69.

Averſio oculorum ſumma indignatio, lib.1. cap. 8.num.93.

B

B*Acchantibus ſoluta erant comæ, lib.2.cap.48. num.62.*

Baptiſmus eſt primum omnium ſacramentorum, lib.2.cap.17.num.1.

Renaſcimur per eum, ibi, num.2.

Sine eo nequit adquiri vita æterna, ibi num.3.

Et alia ſacramenta ſuſcipi, ibi num.4.

Per eum originale & veniale peccatum dimittitur, ibi num.5.

Et etiam actualia peccata antè commiſſa, ibi n.6.

Baptiſmus delet omnem pœnam peccatis debitā, ibi num.7.

Pœnalitates in hac vita de facto non aufert, ibi num.8.

Baptiſmus quomodo ſit fundamentum aliorum ſacramentorum, lib.2.cap.17.n.9.uſq.ad 12.

Baptiſmus triplex eſt, ibi, num.21.uſq.24.

Baptiſmi forma qualis, ibi, num.25.

Materia qualis, ibi, num.26.& 27.

Baptizatus membrum Chriſti ſit, lib.2. cap. 17. num.4.

Baptizatus induebatur veſte candida, ibi, num. 41.& 42.

Barathrum noxiorum cuſtodia, lib. 2. cap. 46. num.4.

Barbam radere erat Sacerdotum idolorum, lib.2. cap.48.num.130.

Barba hominis ornamentum, ibi, num.136.

Prolixa ſcientiam adfectat, ibidem.

Barbã iuvenes alebant, radebant ſenes, ibi, n. 141.
Barbatuli iuvenes qui, ibi, num. 142.
Beatus homo qui ſemper eſt pavidus, lib. 1. cap. 1. num. 8.
Bella & exercitus ſortiebantur, lib. 2. c. 5. n. 36.
Beneficium novercæ quid, lib. 2. cap. 9. num. 67.
Beneficium non confertur in invitum, lib. 2. c. 1. num. 47.
Beneficia Principis in invitum dantur, ibi, n. 48.
Blanditiæ virorum maximè ad muliebre ingenium efficaces preces ſunt, lib. 2. cap. 20. n. 81.
Bonorum poſſeſſio non quæritur invito, lib. 2. cap. 1. num. 54.
Buccina utebantur venatores ad vocandos ſocios amiſſos, & ad inquirendas feras, lib. 2. cap. 37. num. 13.
Buccina antiquiſſimis temporibus horarum ſignũ dabatur, lib. 2. cap. 37. num. 13.

C

CAius Caligula lupanaria conſtituit in Palatio, lib. 2. cap. 41. num. 3.
Candidati Principis qui ſint, lib. 2. cap. 5. n. 25.
Canes ſepulcrales qui, lib. 2. cap. 37. num. 26.
Cantus & canendi varij ſoni in ſpectaculis adhibiti mutationem Reipublicæ portendunt, lib. 2. cap. 8. num. 8. & 9.
Calatis Comitijs teſtamentum efficiebatur, cũ pace & otio utebantur Romani, lib. 2. c. 20. n. 13.
Calamiſtrum quid, lib. 2. cap. 48. num. 83.
Caliga pedum, non crurum indumentum, lib. 2. cap. 38. num. 38.
Calvitium minatum Iudæis, lib. 2. cap. 48. n. 46.
Capitatio perſonæ magis, quàm facultatibus imponebatur, lib. 2. cap. 2. num. 13.
Capitatio ſemper uniformis fuit, ibi, num. 15.
Capiuntur, qui dolo decipiuntur, lib. 1. cap. 6. n. 3.
Captatoriæ inſtitutiones nullæ ſunt, lib. 1. cap. 11. num. 2.
Capilli ſubiectionem denotãt, lib. 2. cap. 48. n. 36.
Capilli arma erant, ibi num. 103.
Adſtruitur Hiſtorijs, ibidem.
Capilli non habent ſenſum, ibi, num. 50.
Capilli non ſunt partes humani corporis, ibi n. 51.
Capilli pexi & flexi crinali cingebantur, ibi, numer. 92.
Capillorum vectigal apud Lycios penſitabatur, ibi, num. 124.
Capillati caveant, ne pœnas ſubeant, ibi, num. 115.
Carcer ad facinora coërcenda, lib. 2 cap. 46. n. 1.
Carcer interior cuſtodiarius, ibi, num. 10.
Cuſtodia aſpera, ibidem.
Carcer mala manſio, ibi, num. 16.
Carceris pœna non illa ſanguinis mitior, ibi, numer. 18.
Carceris ſupplicium mortalibus eſt graviſſimũ, ibi, num. 22.
Carceratus contrahere valet, ibi, num. 35.
Cardinales cùm primùm in locum tutum ſe receperint, per notarium teſtari debent de metu, lib. 2. cap. 5. num. 76.
Cardinales ſi eligant Italum, cùm non haberent animum ante impreſſionem, ut eſſet verus Papa, non tenet electio, lib. 2. cap. 5. num. 78.
Contraria ſententia propalatur, ibid. n. 79. 80.
Concilium Conſtancienſe negat, ibi, num. 84.
Caſtor & Pollux navigantibus propicij, lib. 2. cap. 35. num. 15.
Catenis non modò colla, ſed manus pedeſque ligabantur, lib. 2. cap. 46. num. 13.
Cathedrarum proviſio debet eſſe libera, & nominis & precibus, lib. 2. cap. 15. num. 39.
Cauſæ, ob quas fiant reſignationes, lib. 2. cap. 14. num. 23. uſque 33.
Cautio de non offendendo præſtatur propter metum, lib. 2. cap. 47. num. 23. & 24.
Cauſa Epiſcopi ad ſolum Papam pertinet, lib. 2. cap. 39. num. 132. uſq. 136.
Cæca res eſt ſors, lib. 2. cap. 5. num. 54.
Cæremonia abſciſſa comæ ad mortis votum, aut prævium animi præparationem refertur, lib. 2. cap. 48. num. 56.
Ceſſante cauſa exactionis gravis æquum eſt, ceſſare exactiones, lib. 2. cap. 23. num. 30.
Ceſſat metus in Curia Principis, lib. 1. cap. 10. num. 7.
Ceſſio bonorum an impediat executionem, lib. 2. cap. 29. num. 51. uſq. 69.
Choreæ licitæ ſunt, lib. 2. cap. 8. num. 13.
Corinthiacæ meretrices in templo Veneris, lib. 2. cap. 41. num. 15.
Chriſti veſtis ſorte diviſa, lib. 2. cap. 5. num. 45.
Cibi & potus ſumptio cum excommunicato in eadem menſa prohibetur, lib. 2. cap. 31. num. 31.
Circumciſio fuit figura Baptiſmi, lib. 2. cap. 17. num. 18.
Circumciſioni Baptiſmus ſubceſſit, ibi num. 23.
Circumcidendi lex duxit originem à pacto, quod fecit Deus cum Abrahamo, ibi, num. 14.

Cita-

Citatus ad locum non tutum non tenetur comparere, lib.2.cap.15.num.74.uſq.83.

Civitas civium multitudo, lib.2.cap.19.num.3.

Civitates per vim obeupatæ non dicuntur rebelles, lib.2.cap.30.num.38.

Civitates Patritiæ quæ, lib.2.cap.16.num.63.

Clamor ad venandum neceſſarius, lib.2. cap.37. num.12.

Clericus cum moderamine inculpatæ tutelæ homicidium committens non eſt irregularis, lib. 2.cap.45.num.11.

Clericus, vel religioſus ob metum ordinem, vel profeſſionem adſumens ſubcedit in feudis, vel maioratibus, lib.2.cap.9.num.101. uſque 108.

Clericus iuſto timore ſui iudicis ductus poteſt recurrere ad Regem, lib.2.cap.15.num.74.

Clericus timens accedere ad Curiam Romanam tenetur obedire Regi illum vocanti, etſi ſibi iuſſus ſit comparere, ibi, num.75.

Clericis non licet intereſſe comœdijs, lib. 2. cap. 8.num.6.

Clericis probibitum eſt comam nutrire, lib. 2. cap.48.num.128.129.& 135.

Cincti iura, id eſt, iudices, lib.2. in Mantiſſa.

Coactus magis patitur, quã agit, lib.1. c.11.n.5.

Coactus baptiſmum recipere utrũ verè Chriſtianus ſit, ſi per longum tempus nõ contradicat, lib.2.cap.17.num.57.

Coactus recipere particulares ſolutiones ſibi non praiudicat, lib.1.cap.11.num.10.

Coacta Fidei confeſſio non facit Catholicum, lib. 2.cap.2.num.31.& cap.43 num.57.

Coactus à latronibus ad pulſandũ alterius oſtiũ, qui aperuit, excuſatur, lib.2.cap.30. num.35.

Coactus vendere non tenetur de evictione, lib. 2. cap.1.num.90.

Coacta erroris adſertio hæreticum non facit in foro exteriori, non autem in interiori, lib.2. cap.43.num.58.& 59.

Coactè vel metu coactionis facere idem eſt, lib.1. cap.11.num.14.

Coactio obligationem impedit, ibi, num.15.

Coactione ad compromittendũ facta permiſſa eſt à laudo adpellatio, lib.1.cap.11.num.12.

Coactè ordinatus poteſt matrimonium contrahere etiam ſi credãs ordinem eſſe validũ per novem annos illũ exerceat, lib.2.cap.16.n.101.

Cogentes fœminas intrare monaſterium incidũt in excommunicationem Concil. Tridentini, lib.2.cap.10.num.54.

Cognati vocantur, qui per fœminas coniunguntur, lib.2.cap.9.num.17.

Cohibenda ſunt veſtimenta mulierum, lib.2.cap. 48.num.175.& 176.

Commendantur compromiſſa, lib.2. cap.22.n.1.

Commiſſarius invitus munus ſuſcipit, lib 2. cap. 1.num.52.

Cõmiſſiones dantur in Curia pro adſerentibus ſe coactè religionẽ ingreſſos fuiſſe, lib.2.c.10.n.55.

Commiſſum an locum habeat inſcio domino, lib. 2.cap.2.num.10.

Commutato rerum ſtatu capilli colligebãtur, lib. 2.cap.48.num.61.

Coma in mulieribus pulcritudinis ſignum, ibi, num.47.& 48.

Coma ſymbolum eſt cogitationis, ibi, num.55.

Coma eos, qui amori operam dãt, adceptiores reddit, ibi, num.113.

Comæ deſcriptio, ibi, num.67.

Comæ fœminarũ ſolvebantur in fletu, ibi, n.60.

Comœdiarum actus non eſt peccaminoſus, lib. 2. cap.8.num.10.

Comœdiarum laus, ibi, num.15.

Compromiſſum eſt tranſactio, lib.2.cap.22.n.19.

Compromittere nemo compellitur, ibi num.25.

Compulſus corruptam ducere non poteſt adnullare matrimonium, lib.2.cap.19.num.91.

Compulſus delinquere plectendus non eſt, lib. 2. cap.30.num.32.& 33.& lib.1.cap.11.n.9.

Compulſus per metum poſſeſſionem tradere an reſtituatur ante omnia, lib.2.cap.14.num.61.

Conceſſio vectigalium coactè extorta tenet, lib.2. cap.23.num.53.54.& 55.

Conciliantur l.2.D.de iudic. & l. interdum, D. quod falſ.tut.auth.lib.2.cap.12.num.63.

Conciliantur diſſidẽtes Conſulti, lib.2. c.33. n.5.

Conciliantur cap.1. de iudic. & l. ſi convenerit, D.de iur.omn.iud.lib.2.cap.12. num.75.

Cõcuſſio eſt terror iniect⁹ pecuniæ, lib.2.c.1.n.33.

Concuſſivus metus dicitur, quia incutitur à potẽte, lib.1.cap.8.num.5.

Conductor poteſt deſerere conductionem ob iuſtũ timorem, lib.2.cap.32.num.19.20.& 21.

Limitatur, ibi, num.22.& 23.

Conductor diſcedens tenetur denuntiare domino, ibi, num.25.& 26.

Conductor ſi propter bellum non poteſt uti libere re conducta, non tenetur ſolvere pretium conductionis, lib.2.cap.32.num.33.& 34.

Conductor redditum Regiorum propter bellũ vi-

miſſionem mercedis iuſtè petit, etſi renuntiaret caſus inopinatos, ibi num.35.& 36.
Confeſſio ſacramentalis etiamſi metu fiat, valida eſt, lib.2.cap.42.num.12.
Confeſſio ſpontanea nullo cogente fit, lib.2.cap.2. num.24.
Confeſſione partis probatur, ibi.
Confeſſio metu extorta non præiudicat confitenti nec prodeſt, lib.2.cap.2.num.29.& 35.
Confeſſio facta à patre timore torturæ filij non nocet, lib.2.cap.2.num.32.
Confeſſio extorta pendenti adpellatione nulla eſt, ibi num.33.
Confeſſio perſeverata habetur pro ſpontanea, ibi num.38.
Confeſſio in tortura per nobilem facta nulla eſt, ibi num.39.
Confeſſio minoris in tortura valet in caſibus permiſſis, ibi num.40.
Confeſſio minoris metu vel vi extorta non valet, ibidem, num.41.
Confeſſio ſolutionis extraiudicialis præſtat idem, quod apocha, lib.2.cap.24.num.8.
Confeſſarius actui impudico conſentiens propter metum excuſatur à pœna Brevis Pij IV. lib.2.cap 2 num.42.
Confeſſarij verba amatoria ad fœminas dirigentes incidunt in Bullã Pij Quarti, ibi num.41.
Confeſſatum depoſitum ſola confeſſione depoſitarij elucet, lib.2.cap.4.num.38.
Confiteri eſt verum agnoſcere, lib.2.cap.2.n.1.
Confiteri eſt per vim fateri, ibi num.2.
Confirmatio nullum ius tribuit, lib.2.cap.11. num.45.
Coniecturis probatur metus, lib.1.cap.9.num.4.
Coniectura relinquitur arbitrio iudicis ſicut, probatio, ibi num.5.
Coniuges propter ſævitias viri ad invicem ſeparantur, lib.2.cap.19.num.97.
Comminatio eſt præambulum executionis, lib.2. cap.3.num.65.
Conſenſus in venditionibus ſicut in alijs contractibus neceſſarius eſt, lib.2.cap.1.n.26.& 27.
Conſenſus dicitur ſimul ſenſio, & copula quadam animorum, ibi num.28.
Conſenſus eſt anima contractus, lib.2.cap.6.numer.69.
Conſenſus requiritur in tranſactione, lib.2.cap. 18.num.43.
Conſenſus, delectatio, & ſubgeſtio neceſſaria ad peccatum, lib.2.cap.43.num.3.
Conſenſus iudicis ordinarij non eſt neceſſarius ad prorogationem, ſed ſatis eſt illum non contradicere, lib.2.cap.12.num.68.
Conſilij etymon, lib.2.cap.30.num.63.& 64.
Conſiliarij dignitas datur, ut conſilijs Regis adſiſtat, ibi num.57.
Conſiliarij debent ſecreta cuſtodire, ibi num.58.
Conſiliarij ratione iuramenti tenentur ſecreta nõ revelare, ibi, num.65.& 66.
Conſuetudo non habenti iuriſdictionem dat, auget & minuit, lib.2.cap.12.num.33.
Conſuetudo definitur, lib.2.cap.36.num.1.& 2.
Conſuetudo legi humanæ contraria illam abrogat, ibi num.33.
Conſuetudo abrogat legem, non autem vincit, ibi num.43.
Conſuli Deo in Circo templum dicarunt Romani, lib.2.cap.30. num.60.
Conſules ſorte obtinebant provincias, lib.2.cap. 5.num.20.
Conſternatio conſiſtit in animo, lib.1.cap.3.n.6.
Conſtitutio non ligat ante promulgationem, lib. 2.cap.4.num.58.
Conſtitutores per alios ſe ſoluturos conſtituunt, lib.2.cap.6.num.38.
Conſtitutio procuratoris metu extorta eſt ipſo iure nulla, lib.2.cap.26.num.53. uſq.58.
Contrarium proponitur, ibi, num.59.& 60.
Contrarijs reſpondetur, ibi, num.61.uſq.64.
Conſtituebant Legati fœdera, lib.2.cap.6.n.15.
Contagia peſtis urunt genus humanum, lib.2. cap.40.num.3.
Cuius cauſa ad aërios vapores refertur, ibidem num.4.
Continentia cauſæ non dividitur, lib.2.cap.6. num.47.
Contractus metu geſti validi ſunt, lib.1.cap.14. num.1.uſq.10.
Limitatur, ibi, num.11.
Contractus ij dominium transferũt, ibi num.12.
Contractus metu levi facti, dummodo metus cauſam det, reſcinduntur, ibi, num.13.
Contractus lucrativi ſimiliter, lib.1.cap.14.numer.14.& 15.
Contractus metu geſti non valent, ibi, num.16. uſq. num.25.
Contrarijs legibus reſpondetur, ibi n.27. uſq.69.
Contractus nominati validi ſunt, non autem innominati, ibi, num.70.uſq.76.

Con-

Convincuntur Sarmient. & Felicianus, ibidem.
Contractus ipſo iure nulli requirunt ſententiam declaratoriam, ibi, num. 77.
Contrarium proponitur, ibi, num. 78 uſq; 85.
Contractus ſponſionis licitus eſt, lib. 2. cap. 4. numer. 16.
Contractus in carcere geſti nulli, lib. 2. cap. 46. num. 23.
Contradictiones comprimit ſors, lib. 2. c. 5. n. 44.
Contrariorum eadem eſt diſciplina, lib. 2. cap. 6. num. 80.
Contra præſumptionem iuris, & de iure probatio non admittitur, lib. 2. cap. 9. num. 57.
Confeſſionis & probationis vim habet, ibidem, num. 58.
Contumax non veniens in duello amittit rerum ſuarum dominium, lib. 2. cap. 47. num. 21.
Conventio inter duos, ut alter alterum à periculo liberet, valida eſt, lib. 2. cap. 3. num. 40.
Convenit in Republica, ut liciti ludi celebrentur, lib. 2. cap. 8. num. 17. & 18.
Convincitur P. Vazquez lib. 2. cap. 10. num. 8.
Convincitur Turrianus, lib. 2. cap. 11. num. 24. & 25.
Conveniens eſt Rempublicam locupletem exiſtere, lib. 2. cap. 23. num. 11.
Convivia adhibebantur apud Romanos ad concordiam agnatorum, ſi quæ fuiſſet diſſenſio, lib. 2. cap. 22. num. 11. fol. 349. col. 2.
Corona heredibus Regum concedebatur; lib. 2. cap. 16. num. 39.
Creditor immiſſus pro uno debito non poteſt retinere pignus pro alio, pro quo non fuit immiſſus, lib. 2. cap. 46. num. 26.
Creditor propter violentiam ius crediti amittit, & liberatur fideiuſſor, lib. 2. cap. 6. num. 75.
Creditor authoritate propria non poteſt ſibi ſolutionem facere, lib. 2. cap. 24. num. 50.
Contrarium verius in ſpecie ibi propoſita, num. 51. uſq. 62.
Creditur Cardinalibus, ſi dicant ſe ſponte elegiſſe, lib. 2. cap. 5. num. 77.
Cretheides ad iura danda uſurpat ſceptrum, lib. 2. cap. 15. num. 5.
Crimen non ſcribitur coacto, lib. 2. cap. 30. numer. 28.
Crimen fraudatæ annonæ extra ordinem puniebatur, lib. 2. cap. 1. num. 73.
Crimina aqua poſſe expiari putarũt Antiqui, lib. 2. cap. 17. num. 37. & 38.
Crudelis eſt, qui famam ſuam negligit, lib. 2. cap. 47 num. 20.
Criniti ab hæreticis parum differunt, lib. 2. cap. 48. num. 119. & 120.
Crines à lugentibus in ſepulcro poſiti, ibi, n. 63.
Crinibus paſſis templa verrebant mulieres Romanæ, ibi, num. 66.
Culei pœna non niſi confeſſo proprio ore imponebatur, lib. 2. cap. 2. num. 22.
Contrarium proponitur, ibi, num. 23.
Cùm expugnabantur civitates, evocabant Duces belli Deos tutelares ab urbe expugnata, lib. 2. cap. 48. num. 100.
Datur lux l. 9. § 2. D. de rer. diviſ.
De expiatione locorum recuperatorum, ibi.
Cùm Imperatores renuntiabantur; in eorũ verba ſubditi omnes adigebantur, lib. 2. cap. 7. numer. 13. & 14.
Cum reverentia minor metus ſufficit, lib. 2. cap. 5. num. 63.
Cùm vota ſolvebantur, tabulæ figebantur, lib. 2. cap. 21. num. 5.
Cuncta damna probantur iuramento metum paſſi, lib. 1. cap. 13. num. 26.
Cur palleſcant, qui metuunt, lib. 1. cap. 1. num. 19. in fine.
Cur mulieres comam abſcindere nequeant, lib. 2. cap. 48. num. 45.
Cur qui metuunt, ſilent? lib. 1. cap. 1. num. 25. & 26.
Cura navium faciendarum magna eſt adhibenda, lib. 2. cap. 35. num. 8.
Cura Ærarij magna fuit, lib. 2. cap. 23. num. 5.
Curator benè poteſt inſtitui heres à ſuo adulto, niſi vis vel metus accedat, lib. 2. cap. 20. n. 83.

D

Datur libertinis in Equeſtribus locus, lib. 2. cap. 34. num. 42.
Damna ex agitatione Taurorum provenientia, lib. 2. cap. 8. num. 25.
Data renuntiatione præventionis cũ iuramento executio non impeditur, lib. 2. cap. 28. num. 41.
Datur lux Prudentio, lib. 2. cap. 41. num 8.
Dæmonum malignitati aſcribitur peſtis, lib. 2. cap. 40. num. 5. 6. & 7.
Debitor, in quem eſt debitum ſequeſtratum, non poteſt exequi à ſuo creditore, lib. 2. cap. 4. num. 81. & 82.
Debitor captus non ſervato iuris ordine non eſt dimit-

dimittendus, & relaxandus ſi revera debitor eſt, lib. 2. cap. 46. num. 28.
Negatur, ibi.
Debitor ſolvendo debitori dum eſt captus à latronibus non liberatur, ibi, num. 36.
Debitor debet adpellare & contradicere, lib. 2. cap. 4. num. 75.
Debitor poteſt cogi ad ceſſionem, lib. 2. cap. 24. num. 24. & 25.
Debitores manent ſecuri apocbis theſaurarij ibi, num. 9. & 10.
Debitum non poteſt praeſcribi, ibi num. 7.
De carcere iniuſto non licet fugere, ſi immineret ſcandalum, lib. 2. cap. 45. num. 26.
De celebratione nuptiarum, lib. 2. cap. 19. n. 24.
Decimae Herculi vovebantur, lib. 2. cap. 21. numer. 26.
Decimae populi Romani quae ſint, ibi, num. 30. 31. & 32.
Declaratur quid ſit ſolatium, lib. 2. cap. 37. n. 53.
Declaratur Horat. lib. 2. cap. 41. num. 10.
Declaratur l. 7. de condict. ob turp. cauſ. lib. 2. cap. 33. num. 32.
Decuriones & Magiſtratus municipales electione fiebant, & ſuffragijs comprobabantur, lib. 2. cap. 5. num. 10.
De paſsionibus animi, lib. 1. cap. 5. num. 7.
De differentijs metus, lib. 1. cap. 3. num. 12.
De differentijs inter fideiuſsionem, & iuſſum, lib. 2. cap. 6. num. 30.
De timoris obiecto, ſubſtantia, cauſa & effectibus remiſsivè, lib. 1. cap. 1. num. 27.
Deferens diſtinctiſsimum profeſſorum habitum ſponte nō cenſetur profeſſus, lib. 2. cap. 10. n. 16.
Defectu annonae multae expeditiones irritae fiunt, lib. 2. cap. 1. num. 70.
Deficiente frumento populus tumultuabat, lib. 2. cap. 1. num. 66. & 67.
Deficiente via publica cogitur vicinus illā praeſtare, ibi, num. 80.
Defendendi proximum obligatio in privatis provenit ex lege charitatis, lib. 2. cap. 45. num. 15.
Definitur fideiuſſio, lib. 2. cap. 6. num. 31.
De inſtrumentis venatorijs, lib. 2. cap. 37. n. 14.
Deipara nec lenocinio, nec fuco uſa fuit, lib. 2. cap. 48. num. 165.
Deipara flavi crines, ibi, num. 72.
Delicta voluntate pendent, lib. 2. cap. 12. n. 78.
Delicta involuntaria non puniuntur, lib. 2. cap. 35. num. 30.
Delinquens coactè dolo caret, ideò poena ordinaria non punitur, lib. 2. cap. 30. num. 25.
De luco Daphnes, lib. 2. cap. 37. num. 34.
De magna vi timoris, lib. 1. cap. 1. num. 22.
De malo odore, lib. 2. cap. 32. num. 21.
De metallarijs, & adſcriptitijs, lib. 2. cap. 34. numer. 14. & 15.
De modo foederum ſanciendorum, lib. 2. cap. 6. numer. 15.
De novercis, lib. 2. cap. 9. num. 59. uſq. 69.
Deorum imaginibus naves inſigniebantur, lib. 2. cap. 35. num. 13. & 14.
De Optionum generibus, lib. 2. cap. 5. nu. 12. 13. & 14.
Deponens habens aliquem ſumum reprobationis monetae facit in fraudem, lib. 2. cap. 4. num. 57.
Deponenti datur actio contra depoſitarium, ut reſtituat ſine exceptione compēſationis, ibi, n. 21.
Depoſitarius captis pignoribus, vel carceris coërcitione cogitur ad depoſitum exhibendum, ibi, num. 22.
Depoſitarius conventus obponens metus exceptionem excuſatur, ibi, num. 65. uſq. 74.
Depoſitarius depoſitum alteri, quàm ei (cui de iure tenebatur) reddere à iudice compulſus debet ab iniuſta compulſione adpellare, ibi, num. 72. & 73.
Depoſitarius generalis an depoſitum ſine mutationis damno ſolvat, ibi, num. 84. cum ſeq.
Depoſitum non reddere ſumma iniuſtitia eſt, ibi, num. 25.
Depoſitum in plures ſpecies diſtinguitur, ibi, num. 27. cum ſeq.
Depoſitum debet fieri de bona moneta, ibi, n. 53.
Depoſitum coram non legitima perſona, vel corā iudice incompetenti habetur pro non facto, ibi, num. 48.
Depoſitum perit periculo deponentis, ſi integrum non fuit, vel ſi congruo tempore non fiat, ibi, num. 52.
Depoſitum metu mutationis monetae non ſuffragatur, ſi ſtatim die ſequenti fuit reprobata, nō autem ſi poſt duos menſes, aut poſt multos dies, ibi, num. 55. & 56.
Depoſitum iudiciale executionem paratam habet, ibi, num. 85.
De probationibus depoſiti, ibi, num. 45.
De procuratoribus, lib. 2. cap. 26. num. 1.
De prima navigandi origine, lib. 2. cap. 35. numer. 11.

Depor-

Deportatus pro fideiuſſore idoneo neutiquam habetur, lib. 2. cap. 31. num. 9.
De religione Termini, lib. 2. cap. 35. num 30.
Deteſtabilis eſt duelli uſus, lib. 2. cap 47. num. 1.
Deteſtandum eſt laſæ Maieſtatis crimen, lib. 2. cap. 30. num. 1.
De requiſitis adpellationis, lib. 2. cap. 25. num. 7.
De varijs ſacrificijs, lib. 2. cap. 16. num. 13.
De varijs Comitiorum generibus, lib. 2. cap. 20. num. 16.
De varijs vectigalibus, lib. 2. cap. 23. num 3.
De Vicarijs, & alijs ſervis, lib. 2. cap 34. num. 16. uſque 20.
De venatione avium fit mentio in ſacra Hiſtoria, lib. 2 cap. 37. num. 19.
Deum in igne habitare ſirebant Ebalei; lib. 2. cap. 38. num. 2.
Deviam ſcortum quid, lib. 2. cap 41. n. 16. & 17.
Diana montium cuſtos, lib. 2. cap. 37. num. 32.
Dieta diecbatur cœnaculum, lib. 2. cap. 22. n. 10.
Dietitæ qui, lib. 2. cap. 22. num. 11.
Dictio ipſe eſt perſonaliſſima, lib. 2. cap. 28. n. 33.
Dictio nullius generalis eſt, lib. 2. cap. 23. n 57.
Differentia verſatur inter vim præciſam, & conditionalem, lib. 2. cap. 42. num. 27. & 28.
Differt metus à vi, lib. 1. cap. 3. num. 12.
Diſcedendi ab Eccleſia licentia debet obtineri in ſcriptis, lib. 2. cap. 27. num. 4.
Diſcrimen inter iudicem, & arbitrum, lib. 2. cap. 22. num. 8.
Diſcrimen inter conſuetudinem, morē, & uſum, lib. 2. cap. 36. num. 3.
Diſcrimen inter timorem, & fugam, lib. 1. cap. 3. num. 13.
Diſſentit, qui per metum vult, lib. 1. cap. 8. n. 89.
Diſpenſatio metu facta an valeat, lib. 2. cap. 21. num. 57. uſq. 71.
Diſpoſitio captatoria reprobatur, lib. 2. cap. 20. num. 45.
Diſtat promiſſio à pacto, lib. 2. cap. 21. num. 9. 10. & 11.
Divitiæ Regiæ ad Monarchiæ conſervationem impertiunt, lib. 2. cap. 23. num. 12.
Dolus deducitur à verbo, Δεω, δελος, *& à dolando, lib. 1. cap. 6 num. 1. uſq. 5.*
Dolus definitur, ibi, num. 7.
Dolus adnullat contractus; ibi, num. 17.
Dolus & metus æquiparantur, ibi, num. 19.
Dolus & malæ artes adnullant donationem, lib. 2. cap. 3. num. 33.
Dolare eſt diminuere, lib. 1. cap. 6. num. 5.
Dolo & fraude plures ad dignitatem pervenerunt, ibi, num. 16.
Dolo extorta abſolutio non valet, lib. 2. cap. 28. num. 61.
Dolones qui, lib. 1. cap. 6. num. 6. & 7.
Domini in ſervos vitæ necisque poteſtatem habebant, eorum tamen poteſtas hodie ſic eſt limitata, ut eis ſine cauſa in ſervos ſuos ſupra modum ſævire non liceat, lib. 2. cap. 12. num. 13. & 14.
De tolerantia, ibi, num. 47.
Dominium rei venditæ non transfertur, donec pretium ſolvitur, lib. 2. cap. 1. num. 21.
Dominio non tranſlato, id eſt, pretio non ſoluto, venditor in re vendita præfertur, ibi, num. 24.
Domus dogmatizantis deſtruitur, lib. 2. cap. 30. num. 14.
Domo diruta, ſive exuſta an habitatio remanſit, lib. 2. cap. 38. num. 53. uſq. 59.
Donatio dicitur à doni datione, lib. 2. cap. 3. n. 1.
Donatio definitur, ibi, num. 22. uſq. 25.
Donatio eſt contractus nominatus, ibi, num. 26.
Donatio requirit voluntatē donantis, ibi, num. 27 & 28.
Donatio eſt actus merè voluntarius, ibi, num. 29.
Donatio remuneratoria prætextu metus non reſcinditur, ibi, num. 37.
Donatio ob merita ob ingratitudinem non revocatur, ibi, num. 38.
Donatio metu facta non valet, ibi, num. 31.
Etiam reverentiali, ibi, num. 32.
Donatio comminatoria non ſubſiſtit, lib. 2. cap. 3 num. 62. uſq. 67.
Donatio in tertio irrevocabilis eſt, ibi, num. 65.
Donatio facta in fraudem fiſci, & metû pœna poteſt revocari, ibi, num. 67.
Donationes factæ à Rege oppreſſo non valent, ibi, num. 46.
Donationes à Principe factæ in remuneratione niſi ex iuſta cauſa nequeunt revocari, ibi, numer. 57. & 58.
Donationes Regis Enrici IV. non tenent, ibi, numer. 47. & 48.
Donationes etiam remuneratoriæ, quæ lædunt Coronam Regiam damnātur, ibi, n. 52. uſq. 56.
Negatur, ibi, num. 55.
Donationes Regis Enrici II. nullæ ſunt, ibi, n. 61.
Donum dicitur a donando, ibi, num. 7. 8. & 19.
Dos diſtinguit concubinatum à legitimis nuptijs, lib. 2. cap. 19. num. 58.

Du-

Duces in bello nominare valdè bonum eſt, lib. 1. cap. 1. num. 3.
Duellum ſacris Canonibus damnatur, lib. 2. cap. 47. num. 10.
Duo requiſita ad ceſſionem, lib. 2. cap. 24. n. 24.
Duplex ratio quârè metus non excuſet ab peccato, lib. 2. cap. 43. num. 39. uſq. 43.

E

EAdem cauſa metus durante metus ſemper adeſſe præſumitur, lib. 1. cap. 10. num. 25.
Educatio filiorum an remaneat apud matrem ſecundas nuptias repetentem, lib. 2. cap. 9. num. 68. vſq. 77.
Eccleſia cogitur vendere partem pro alia amplianda, lib. 2. cap. 1. num. 87.
Effectus moris magni, lib. 2. cap. 36. n. 10. & 11.
Eis ſolvendum eſt, cum quo obligatio eſt contracta, vel eius conſenſu alteri, lib. 2. cap. 24. n. 4.
Electio definitur, lib. 2. cap. 5. num. 2.
Electio antiquitus per ſortem, & optionem, ibi, num. 10.
Expenditur Vlp. ibi num. 24.
Explicatur Propert. ibi num. 32. 33. & 34.
Excubabatur ſorte, ibi, num. 37.
Electio debet eſſe libera, nec Principum metu facta, ibi, num. 58.
Electio metu facta nulla eſt, ibi, num. 59. & 60.
Electio ad tres, aut quatuor reſtringi non debet, ibi, num. 67.
Electio facta ad importunam populi clamorem nõ tenet, ibi, num. 70.
Electio facta ad aliorum impulſum non valet, ibi, num. 72.
Electio non ratificatur per ſequentem conſenſum, ibi, num. 81. & 82.
Electio ſepulturæ debet eſſe libera ab metu, ne ſit nulla, ibi, num. 89.
Electio ſummi Pontificis facta per metum non tenet, ibi num. 95. & 96.
Electio favoribus non eſt conſtituenda, ibi, n. 102.
Electionis materia lata, lib. 2. cap. 5. num. 1.
Electus per abuſum conſentiens electioni per metum puniendus non eſt, ibi, num. 74.
Electus per metum in Papam non poteſt electioni de ſe factæ conſentire, ibid.
Eligere eſt unum ex pluribus voluntariè capere, ibi, num. 69.
Eleazarus noluit carnes porcinas edere, lib. 2. cap. 43. num. 37.
Emendatur l. 2. ſi quis caut. lib. 2. cap. 18. n. 4.
Emendatur text. in l. ex parte 121. §. 1. de verb. oblig. lib. 2. cap. 48. num. 8.
Emendatur Plin. lib. 2. cap. 13. num. 7.
Emere & vendere eſt actus naturalis libertatis, lib. 2. cap. 1. num. 45.
Emptor compromittens privatur commodo evictionis, lib. 2. cap. 21. num. 23.
Emptio & venditio Iuris Gentium eſt, lib. 2. cap. 1. num. 4.
Emptionis & venditionis contractus frequentiſſimus eſt, ibi, num. 1.
Emptionis contractus ex Quiritium inſtitutis intervenit, lib. 2. cap. 20. num. 20.
Epiſcopus promittens alicui centum, ut eum de morte patris non accuſet, an ſit deponendus, lib. 2. cap. 30. num. 111. uſq. ad 115.
Adſtruitur adfirmativa ſententia, ibi, num. 116. 117. & 118.
Negativa probatur, ibi, num. 119. uſq. 125.
Reſpondetur contrarijs, & accipiunt lucem varia iura, ibi.
Epiſcopus poteſt probibere mulieribus nimiũ ornatum, lib. 2. cap. 48. num. 187.
Epiſcopus debet explorare à virginibus, an profeſſionem emittere valeant, aliàs profeſſio nulla erit, lib. 2. cap. 10. num. 42.
Epiſcopus liberatur à patria poteſtate, lib. 2. cap. 16. num. 66.
Epiſcopus tempore peſtis, ſi Parochi moriantur, vel aufugerit, tenetur Sacramenta propter neceſſitatem miniſtrare, lib. 2. cap. 40. num. 30. & 31.
Epiſcopi, Parochi, & Canonici ſuis Eccleſijs intereſſe debent, ibi, num. 1.
Epiſcopi & Presbyteri eundem gradum, quatenus Sacramentum eſt, conſtituũt, lib. 2. c. 16. n. 65.
Epiſcopo ſine cauſa denegante licentiam clerico, tunc eſt recurſus ad Archiepiſcopum, lib. 2. cap. 27. num. 9.
Equeſtria quid. lib. 2. cap. 34. num. 42.
Equi in Magnatum exſequijs ibant tonſi, lib. 2. cap. 48. num. 144.
Error impedit prorogationem iuriſdictionis, lib. 2. cap. 12. num. 77.
Error facit ceſſare delictum, ibi, num. 79.
Ethnici Caſtorem & Pollucem in ſuis navibus depingebant, lib. 2. cap. 35. num. 16.
Ethnici in Feſtis venationem exercuerunt, lib. 2. cap. 37. num. 31.

Ethni-

Ethnici decimas offerebant, lib. 2. cap. 21. n. 26.
Ethnici priuſquàm ſacra facerent, fatebantur, lib. 2. cap. 2. num. 5.
Eunuchi monilia ſervabant, dominarum veſtes, gemmas, ſtratum muniebant, crineſque pectebant, lib. 2. cap. 48. num. 90.
Eunuchi uxores Magnatum ſervabant, ibid.
Eunuchi ad hoc caſtrabantur, ibid.
Eunuchorum delictum frequentiſſimum, ibid.
Euripides metu Areopagi Deum non eſſe profitebatur, lib. 2. cap. 43. num. 13.
Ex actibus coactis & impreſſivis non inducitur conſuetudo, lib. 2. cap. 36. num. 48. uſque 51.
Ex actibus Printipum iniuſtis non naſcitur conſuetudo, ibi, num. 54.
Exhauſtis facultatib⁹ per nimias exactiones, provinciæ in perpetuum redduntur deſertæ, lib. 2. cap. 23. num. 18. uſq. 29.
Ex actu coacto non inducitur conſuetudo, lib. 2. cap. 24. num. 23.
Exauthorandi ſacramēto ſolvebantur, lib. 2. cap. 7. num. 7.
Ex bono ſemine probus natus exiturus, lib. 2. cap. 48. num. 43. & 44.
Exceptio quod metus cauſa datur fideiuſſori, lib. 2. cap. 6. num. 75.
Exceptio falſi procuratoris in qualibet parte iudicij obponi poteſt, lib. 2. cap. 26. num. 5. & 6.
Exceptio nullitatis, & reſciſſionis non impedit executionem, lib. 2. cap. 29. num. 15. 16. & 17.
Adfirmatur, ibi, num. 18. uſq. 21.
Exceptio falſitatis ſilere facit executionem, lib. 2. cap. 29. num. 26. & 27.
Exceptio nullitatis ſimiliter, ibi, num. 28. & 29.
Exceptio nullitatis executionem inſtrumēti impedit, ibi, num. 22. 23. & 24.
Exceptio litis pendentiæ non habet locum in executivis, ibi, num. 34. & 35.
Exceptio litis pendentiæ ſuper nullitate, aut reformatione penſionis non impedit interim agere via executiva ad ipſam penſionis exactionē, ſi exceptio nullitatis ſit notoria, ibi, num. 36. & 37.
Exceptio uſurarum impedit exactionem inſtrumenti, ibi, num. 38. & 39.
Exceptio metus executionem impedit, ibi, num. 70. uſq. 76.
Exceptioni metus poteſt renuntiari non in uno eodemque inſtrumento, ſed in ſeparato, lib. 2. cap. 13. num. 93.
Excedens moderamen inculpatæ tutelæ non punitur de toto, ſed de exceſſu, lib. 1. cap. 1. n. 30.
Excipere verbum latè patet, lib. 2. cap. 29. num. 1. uſq. 14.
Excommunicatus invitus abſolvi poteſt, lib. 2. cap. 1. num. 48.
Excommunicatus fideiubere poteſt, & contrahere, lib. 2. cap. 31. num. 10. & 11.
Excommunicatus valet propter contractum celebratum ante excommunicationem cum alijs communicare, ibi, num. 12.
Excommunicatus poteſt uſucapere, & præſcribere, ſi non excōmunicatus eſt propter hæreſim, ibi, num. 13.
Excommunicatus ſpoliatus reſtitutionem petere nequit, ibi, num. 14.
Excommunicato currit præſcriptio, ſi eſt in mora petendi abſolutionem, lib. 2. cap. 28. num. 44.
Excommunicatio definitur, ibi, num. 1.
Excommunicatio metu extorta an valeat, ibi, num. 68. uſq. 75.
Excommunicatio fertur propter contumaciā & inobedientiam, ibi, num. 15. & 16.
Excommunicationem debet præcedere trina monitio, ibi, num. 17.
Ex comœdijs ingens pietatis opus defluit, lib. 2. cap. 8. num. 16.
Ex compulſione noluntas provenit, lib. 2. cap. 20. num. 45.
Ex conſuetudine immemoriali metus non excuſatur, lib. 1. cap. 10. num. 23.
Contrarium *ſtatuitur, ibi, num. 24.*
Excudere monetā de Regalibus eſt, lib. 2. cap. 30. num. 19.
Excuſatur Samſon, & Eleazarus, lib. 2. cap. 39. num. 12. & 13.
Excuſatur qui non poteſt Miſſam audire abſque gravi detrimento proprio, vel alieno, lib. 2. cap. 42. num. 3. 4. & 5.
Excuſatur qui propter inimicos domo exire non valet, ibi, num. 6.
Excuſatur ſimiliter famulus, aut uxor, ibi, n. 7.
Ex diſpoſitione nulla voluntas probatur, lib. 2. cap. 3. num. 66.
Ex duobus naufragis unus debet alteri cedere tabulam, cui magis interſit Reipublicæ vivere, lib. 2. cap. 35. num. 33.
Executio impeditur à principio, ſi contra inſtrumentū, quo nititur, mota ſit lis ſuper reſtitutione in integrum, lib. 2. cap. 29. num. 25.

Exe-

Executione rectè facta, & non ritè, ſi ſolutio fiat ob vim compulſivam iudicis, an retractetur, lib.2.cap.14.num.61.fol.246. col.1.
Exemplo nullum acrius hortamentum, lib.2.cap.58.num.5.
Ex ludo quantumvis prohibito quæſita non ſunt reſtituenda, ibi, num.34.35.& 36.
Ex metu obligatio naturalis non oritur, lib.2. cap.33.num.8.
Exſcitur Felicianus contrarium tenens, ibi, num. 9.uſq.29.
Ex neceſſaria, ac præordinata charitate vim vi repellere licet, lib.2.cap.45.num.4.
Declaratur, ibidem.
Expenditur l. Publia 26. §. ult. D. depoſ.lib.2. cap.4.num.42.
Expenditur l.vina 15.D.de peric. & comm. rei vend.ibi, num.61.
Expenditur l.fin. C. de Veteran. lib. 12. lib. 2. cap.7.num. 8.
Expenditur l.nam & luſus, D.ad leg.Aquil.lib. 2.cap.8.num.25.
Expenditur l.41.Taur.lib.2.cap.9.num.34.
Expenditur l.4.D.de inoffic.teſt.ibi, num.54.
Expenditur & explicatur l.2. tit.16. lib.5. Recop.lib.2.cap.11 num.31.
Expenditur Paul. in l. poſtliminium, §.filius, D.de capt. & poſtlim.rev.lib.2. cap.12.n.11.
Expenditur l.1.de legib.lib.2.cap.30.num.49.
Expenditur l.2.D.de iudic.lib.2.cap.12.n.52.
Expenditur l.fin. de extraordin. crimin. lib. 2. cap.37.num.50.& 51.
Expenditur l.cùm pater 77. §.ſi pater pluribus, D.de leg.2.lib.2.cap.14.num.11.
Expenditur l.ſi ſuperatus, D.de pignor.lib.2.cap. 28.num.4.
Expenditur cap. cùm contingat, de iur. iur. & cap.quamvis pactum, lib. 2. cap. 7. num. 66. 67.& 68.
Expoſitio infantum qualiter fieret, lib.2. cap.30. fol.424.col.1.
Explicatur l.1.de donat.lib.2.cap.3.num.64.
Explicatur text.in cap.19.Matth. lib.2.cap.10. num.5.
Explicatur cap.Iulianus 11. quæſt.3. lib.2. cap. 39.num.17.
Explicatur Concilium Tridentinum, lib.2.cap. 10.num.38.& 39.
Explicatur l. 2. §.circa, D. de dol. except.lib.2. cap.11.num.33.
Explicatur l.interdum, quod falſ.tut. auth.lib.2. cap.12.num.57.uſq.60.
Explicatur Virgil.lib.2.cap.54.num.8.9. & 10.
Explicatur Geneſ.4.lib.2.cap.15.n.12.& 13.
Explicatur Auſon.ibi, num.38.
Explicatur l.4.in princ. D. de iis qui not.infam. lib.2 cap.17.num.33.34.& 35.
Explicatur l.1.C.de ſacroſ.Eccleſ.lib.2. cap.20. num.42.
Explicatur l.2.de term.mo.lib.2.cap 35.n.30.
Explicatur lex Regia, lib.2. cap.23. n. 56. 57. & 58.
Explicatur l.58.tit.4. lib. 2.Recop.lib.2 cap.35. num.30.
Explicatur l.5.& 6.tit.1.lib.3. For. lib.2. cap. 48.num.21.
Explicatur l.ult. de rer.diviſ.lib.2.in Mantiſſa.
Explicatur l.14. tit.13. lib.7. Recop. lib.2.cap. 34.num.42.fol.463.col.1.
Explicatur l.laudabile, §.1. C.de adv. div. iud. lib.2.cap.37.num.53.
Explicatur l.item ſi verberatum, §.item ſi fortè, de rei vind.ibi, num.59.60.& 61.
Explicatur l. venditor 14. §.ſi conſtat, comm. præd.ibi, num.52.
Explicatur cap.ad noſtram, de reb. Eccleſ.lib.2. cap.14.num.41.cum ſeq.
Explicatur l.1.C.de ſtat. & imag. lib.1.cap.13. num.2.
Explicatur l.2.de iudic.lib.2. cap.12.num.75.
Explicatur Iuven.lib.2.cap.19.num.17.
Explicatur Iuven.lib.2.cap.38.num.40.
Explicatur Iuven.lib.2. cap 48.num.147.
Explicatur Virgil.lib.2.cap.19.num.25.
Explicatur Virgil.lib.2.cap.38.num.23. & 24.
Explicatur text.in cap.inter cætera 22.quæſt.4. lib.2.cap.19.num.80.cum ſeq.
Explicatur cap.quorundam 1.diſt.34.lib.2. cap. 37.num.21.& 22.
Explicatur Luc.12.lib.2.cap.20.num.19.
Explicatur Paulinus lib.2.cap.17.num.42.
Explicatur Paul.in l.3. D.de offic. Præfect. Vigil.lib.2.cap.38.num.35.36.& 37.
Explicatur 1.Reg.cap.1. lib.2.cap.48. num.42.
Explicatur cap.1. §. porrò, de deſp. imp. lib.6. lib.1.cap.8.num.149. & 151.
Explicatur David Pſalm.38.lib.1.cap.1.n.26.
Explicatur Iob 32.lib.1.cap.1.num.26.
Explicatur 1.Reg.1.lib.2.cap.21. num.24.
Explicatur Covarr.lib.2.cap.28.num.39.

Ex-

Explicatur Ioann. 13. lib. 2. cap. 34. num. 27. & 28.
Exp'icatur Ieremias 9. lib. 2. cap. 48. num. 38.
Explicatur Iudicum 19. ibi, num. 14.
Explicatur Horat. lib. 2. cap. 34. num. 41.
Explicatur Horat. lib. 2. cap. 41. num. 10.
Explicatur Machab. lib. 2. cap. 37. num. 5.
Explicatur Mart. lib. 2. cap. 48. num. 85. & 86.
Explicatur Mart. lib. 2. cap. 13. num. 78. uſq. 80.
Explicatur Matth. cap. 8. lib. 2. cap. 46. num. 8.
Explicatur Baruch. cap. 6. lib. 2. cap. 41. num. 28.
Explicatur Plaut. lib. 2. cap. 41. num. 11.
Explicatur Plaut. lib. 2. cap. 48. num. 64.
Explicatur Geneſ. cap. 4. ibi, num. 5.
Explicatur Geneſ. cap. 14. ibi, num. 20.
Explicatur D. Paul. ibi, num. 149. 150. & 151.
Explicatur Eſdras & Matth. lib. 2. cap. 36. n. 4.
Explicantur Martianus, & alij Conſulti, lib. 2. cap. 44. num. 3. & 4.
Explicatur Mich. cap. 1. lib. 2. cap. 48. num. 120.
Explicatur l. 15. §. 27. & l. 39. D. de iniur. ibi, num. 143.
Explicatur l. 1. C. de Nil. agger. non rump. lib. 2. cap. 49. num. 2.
Explicantur paſſiones animi, lib. 1. cap. 5. num. 4. 5. & 11.
Explodantur Servius, & Petr. Fab. lib. 2. cap. 36. num. 16.
Expreſsè duellum admittit text. in cap. 1. §. ſi quis alium, de pac. ten. in uſib. feud. lib. 2. cap. 47. num. 21.
Expromitur Plaut. necnon Propert. lib. 2. cap. 19. num. 19. & 20.
Expromitur Valer. Maxim. lib. 2. cap. 15. num. 14. & 15.
Ex ſervitijs indebitè, & per extorſionem præſtitis non inducitur conſuetudo, lib. 2. cap. 36. num. 53.
Ex ſpontanea confeſſione pœna minuitur, lib. 2. cap. 2. num. 25.
Ex teſtamento metu facto debentur legata, ſed procedit ſub diſtinctione, lib. 2. cap. 2[illegible]. n. 43.
Ex timore plures mortui ſunt, lib. 1. cap. 1. n. 6.
Ex gaudio item, ibi.
Extorquens abſolutionem eſt excommunicatus, lib. 2. cap. 28. num. 60.
Extorta confeſſio originem habet coactam, lib. 2. cap. 2. num. 26.
Etſi metus non excuſet à peccato, minuit tamen pœnam illius, lib. 2. cap. 43. num. 53.

F

FAbricanti falſam monetam immunitas Eccleſiæ competit, lib. 2. cap. 30. num. 18. & 19.
Facienti aliquid coactè non imputatur, lib. 1. cap. 11. num. 5.
Factum Sutrianorum laudatur, lib. 2. cap. 30. num. 48.
Familia ob ſævitias domini eſt ſequeſtranda, lib. 2. cap. 19. num. 100.
Famuli coacti Miſſam audientes non ſatisfaciunt præcepto, lib. 2. cap. 42. num. 11.
Famulus poteſt occidere dominum eum volentē occidere, lib. 2. cap. 30. num. 87.
Famulus, cui minata eſt mors, ſi nō deferat litteras meretrici, excuſatur à peccato, lib. 2. c. 41. num. 48. & 49.
Fallere cuſtodes carceris iniuſti licitum eſt, lib. 1. cap. 6. num. 12.
Falſus vates eſt metus, lib. 1. cap. 1. num. 2.
Fateri rei eſt, non teſtis, lib. 2. cap. 2. num. 21.
Fœdera fulmine ſanciebantur, lib. 2. cap. 6. n. 15.
Fœdera morte non finiuntur, ibi.
Fœderati militum genus, ibi.
Fœdus pangere eſt ſupremæ Maieſtatis, ibi.
Fœmina permittens ſe cognoſci metu mortis cōminatæ, ſi non conſentiat peccato, aut delectationi, non peccat, lib. 2. cap. 43. num. 68. & 69.
Declaratur, ibi.
Fœmina utens medio licito, ut tegat defectū virginitatis, ut contrahat tanquam virgo, nō peccat, lib. 2. cap. 45. num. 27. uſq. 33.
Fœminæ ſunt mutabiles, lib. 2. cap. 9. num. 51.
Fœminæ ſceptrum tulere, lib. 2. cap. 15. num. 7.
Fœminæ olim in templo obvelato erant capite, lib. 2. cap. 48. num. 29.
Fœminæ debent ſuo foro continere ſe, ibidem, numer. 35.
Fœminæ capillos cirrabant calamiſtro, ibi, n. 83.
Fœminis in uſu ornatrices puellæ, ibi, num. 88.
Fidem fallere grave eſt, lib. 2. cap. 4. num. 23. & cap. 6. num. 7.
Fides laudatur, lib. 2. cap. 6. num. 6.
Fides hoſti ſervanda, ibi. num. 8. & 9.
Fides maximam inducit authoritatem, ibi, numer. 19.
Fidei acceptio varia eſt, ibi, num. 3.
Fidei etymon, ibi, num. 4.
Fidei templum conſecravit Atil. Calat. ibi n. 10.
Fidem inter Deos adnumerarunt Antiqui, ibi, num. 11.

Fi-

Fidem & mentem dedicavit in Capitolio Marc. Æmil. Eſcul. ibi, 10.

Fideiuſſio definitur, ibi, num. 31.

Fideiuſſio eſt contractus, ibi, num. 68.

Fideiuſſio eſt ſtricti iuris, & non extenditur, ibi, à num. 57. cum ſeq.

Fideiuſſio metu facta non valet, ibi, num. 70.

Fideiuſſio à fide & iuſſione, ibi, num. 1. & 2.

Fideiuſſor proprio foro & domicilio conveniendus, ibi, num. 40.

Fideiuſſoris & principalis cauſæ ſunt cõnexæ, ibi, num 46. & 50.

Fideiuſſor qui, ibi. num. 32.

Fideiuſſor an debeat conveniri ubi principalis, ibi, à num. 40. cum ſeqq.

Fideiuſſor propter metum à obligatione fideiuſſoria liberatur, ibi, num. 71.

Fideiuſſor an teneatur ad factũ ſubſtituti à principali, ibi, à num. 55. cum ſeqq.

Fideiuſſore vim inferente, ut accepto liberetur, in reum actio reſtituitur, & adverſus eum competit, ibi, num. 80.

Fideiuſſores à fide dicuntur, ibi, num. 20.

Fideiuſſores prædes & vades adpellabantur, ibi, num. 39.

Fideiuſſorum multæ ſpecies, ibi, num. 33.

Fideliſſimus vetuſtatis mos retinẽdus, lib. 2. cap. 36. num. 17.

Fiebant unguenta olivo admixto, lib. 2. cap. 48. num. 81.

Figebatur clavus ad eÿciendam peſtẽ, lib. 2. cap. 40. num. 13. & 14.

Filius ex actu coacto & impreſſivo natus ſuccedit matri, lib. 2 cap 41. num 32.

An ex teſtamẽto minus ſolenni capere poſſit, ibi.

Filius, aut filia contractum in ſui favorem faciẽs reverentia patris obligatur, ſecus tamen ſi ad utilitatem contrahat patris, & pater nimis ſeverus ſit, lib. 1. cap. 8 num. 75. 76. & 77.

Filius, aut uxor contractum faciens ne incurrat patris, aut mariti indignationem, ſunt obnoxÿ, ibi, num. 79.

Filius etſi pater commodum non ſentiat, reverentia patris contrahit, ibi, num 83.

Filius etſi nemo eum ſequatur, primogenitus eſt, lib. 2. cap 9 num. 4.

Filius, vel filia hereditati paternæ renuntians habetur pro mortuo, & poteſt in teſtamento præteriri, lib. 2. cap. 13. num. 24.

Filius tacens ob metum reverentialem, non conſentit, lib. 1. cap. 8. num. 147.

Filius ob egeſtatem patris, vel matris poteſt religionem deſerere, lib. 2. cap. 10. num. 100.

Filius coniugatus exit à patria poteſtate, lib. 2. cap. 16. num. 67.

Filius metu reverentiali, & ſuaſionibus parẽtum inductus Iudaicas cæremonias faciens ab hæreticorũ pœnis excuſatur, lib. 4. cap. 30. n. 79.

Filium occidens putans hoſtem excuſatur, lib. 2. cap. 43. num. 31.

Filia, quæ renuntiavit hereditati patrie, non cenſetur excluſa, quominus poſſit ſuccedere ex perſona fratris, lib. 2. cap. 13. num. 37. & 38.

Filia dote contenta renuntians bonis paternis, & maternis ex teſtamento, vel ab inteſtato non excluditur à donatione inter vivos ſibi facta per patrem, aut matrem, ibi, num. 39.

Filia renuncians ob metum reverentialem ſine minis, aut verberibus non eſt excluſa, etiam ſi iuramentum accedat, ibi, num. 48. uſq. 58.

Confunditur hæc ſententia, ibi, num. 57. uſq. 68.

Flavus color in capillis impudicis mulieribus, lib. 2. cap. 48. num. 68. & 69.

Flavities poſita ad decorem, ibi.

Flavus color ſolùm dominatur, ibi, num. 70.

Formidabilior eſt cervorum exercitus duce leone, quàm leonum duce cervo, lib. 1. cap. 1. n. 4.

Forma ſacramenti Senatorÿ, lib. 2. cap. 44. n. 13.

Forma MORE MAIORVM *declaratur, lib. 2. cap. 36. num. 13.*

Formula SINE MORE *quid ſignificet, ibi, n. 12.*

Fores à Magiſtratibus virga lictorum pulſabantur, lib. 2. cap. 15. num. 11.

Fumi venditores qui, ibi, num. 32.

Fraudare vectigalia iniuſta licitum eſt, lib. 1. cap. 6. num. 12.

Francici ab aliquo Principe Regni ſpem abſcindere volentes, ei capillos, & comam incidebant, lib. 2. cap. 48. num. 77.

Frequentia olim Vrbi incendia, lib. 2. cap. 38. num. 33.

Frequentiſſimum ordinandæ civitatis vinculum matrimonium, lib. 2. cap. 19. num. 1.

Fuerunt ſacrificia, quæ ſacerdotem requirerent ſummum, lib. 2 cap. 16. num. 20.

Furioſus eligere non poteſt, lib. 2. cap. 5. num. 57.

G

Gallia Comata, lib. 2. cap. 48. num. 76.

Genuina mens Auth. ſacramenta puberum, C. ſi adverſ. vendit. lib. 2. cap. 64. & 65.
Gravis eſt hominũ iniuria, ſi cogantur aliquid facere inviti, lib. 2. cap. 1. num. 46.
Græci prolixam barbam habuerunt, lib. 2. cap. 48. num. 100.

H

HAbens licentiam ad arctiorem religionem tranſeundi, ſi non inveniat illam, aut non poſſit ſuſtinere auſteritatem & rigorem, volens ad ſuam religionem iterum admitti, eſt recipiendus, lib. 2. cap. 27. num. 12.
Habita fide venditori ſuccurritur in ſubſidium, lib. 2. cap. 1. num. 25.
Habitu, ac veſtitu diverſo à matronali utebantur meretrices, lib. 2. cap. 41. num. 20.
Hereditas invito accreſcit, lib. 2. cap. 1. num. 49.
Heredes mulieris metum paſſæ in vita non conqueſtæ poſſunt petere reſciſsionem, lib. 1. cap. 12. num. 24.
Hamæ inſtrumenta grandiora confixa longiſſimis contis, lib. 2. cap. 38. num. 39.
Herodotus convincitur, lib. 2 cap. 17. n. 16. & 17.
Hiperbole quid, lib. 2. cap. 12. num. 81.
Hodie iureiurando adſtringuntur iudices, lib. 2. cap. 44. num. 10. 11. & 12.
Hodie pater filios non poteſt occidere, lib. 2. cap. 12. num. 12.
Hodie apud Orthodoxos excubiæ figuntur, lib. 2 cap. 21. num. 13.
Honor cæteris rebus præferendus, lib. 2. cap. 43. num. 20. 21. & 22.

I

IDem operatur metus, quàm timor ipſius, lib. 1. cap. 8. num. 91.
Ieſu capilli à tonſore, aut aliter nunquam acciſſi, lib. 2. cap. 48. num 36.
Ignis religio magna fuit apud pleroſque, lib. 2. cap. 38. num. 1.
Ignis etymon, ibi, num. 18.
Ignis organum artium, ibi, num. 21.
Ignis Regium præſagium, ibi, num. 22.
Ignis evertit omnia, ibi, num. 30.
Igni adſcribitur omnium rerum principium, ibi, num. 4.
Ignes angari qui, lib. 2. in Mantiſſa.
Ignorans donare non dicitur, lib. 2 cap. 13. n. 46.
Ignoranter bis baptizatus non indiget pro eo pœnitere, lib. 2. cap. 43. num. 30.
Illos qui crines diſponunt, deſcribit Seneca, lib. 2. cap. 48. num. 122.
Immemorabilis præſcriptio privativè iuriſdictionem dat, lib. 2. cap. 12. num. 43.
Imperator poteſt iuramenta metu extorta irritare, lib. 2. cap. 7. num 63.
Imperatores prius quàm coronabantur, Fidem Catholicam profitebantur, lib. 2. cap. 2. n. 4.
Impediens ne nepos inſtituatur, tenetur ad reſtitutionem, lib. 2. cap. 22. num. 64.
Impenſæ auri ad ornanda idola ex meritricio quæſtu conſumi ſolitæ, lib 2. cap. 41. num. 27.
Imponentes metum, ut fiant renuntiationes, ſunt excommunicati, lib. 2 cap. 14. num. 47.
Importunitas, catena, denudatio, peſtis, metus ſtatus, amiſſionis officiorum, & periurij inducunt iuſtum metum, lib. 1. cap. 8. n. 40. uſq. 45.
Importunitas vitiat teſtamentũ, lib. 2. c. 20. n. 75.
Impugnatur Molin. lib. 2. cap. 9. num. 35.
Impuberibus, ut dignoſci poſſent, cùm alia, tùm illud dabatur, ut comã aleret, lib. 2. c. 48. n. 110.
De probatione pubertatis, ibi.
In Aulis Principum ante portas erant cancelli lignea opera, & ad oſtium pendebat velum, lib. 2. cap. 48. num. 26.
In actione de dolo & metu iuratur in litem, lib. 1. cap. 6. num. 52 uſq. 62.
Adſtruitur ſententia negans, ibi, num. 63.
Explicatur l. in arbitrio 18. de dol. ibi, num. 68.
In cauſa iniuſta cavillationibus uti licet, lib. 1. cap. 6. num. 13.
In Capitolio vota concipiebãtur, lib. 2. cap. 21. numer. 1.
Incendium, vis ventorum, & periculum propriarũ mercium inducunt iuſtum metũ, lib. 1. cap. 8. num. 47. & 48.
Incendia, quæ non poſſunt aqua reſtingui, ruinis ſopiuntur, lib. 2. cap. 38. num. 42.
In contractibus conſenſus eſt neceſſarius, lib. 1. cap. 6. num. 34.
In coactis venditionibus debet intervenire iuſtũ pretium, lib. 2. cap. 1. num. 88. & 89.
In exceptione metus ſufficit adlegare metum adhibitũ in contractu celebrando, nec oportet adſignare perſonam, quæ eum intulit, nec quæ paſſa eſt, lib. 2. in Mantiſſa.
Datur locus huic exceptioni inter mercatores. ib.
In negotijs agendis pecunia eſt nervus, lib. 2. cap. 23. num. 1.
In iraſcibili eſt contrarietas, lib. 1. cap. 5. num. 3.

In concupiſcibili non eſt contrarietas, lib.1. cap.5.num.2.
In conviviјs ſortibus utebâtur, lib.2.cap.5.n.19.
Indecorum eſt ſubditos obprimere, lib.2. cap.23. num.40.& 41.
In defenſione propriј honoris licita defenſio, lib.2. cap.45.num. 13.
In defenſione vitæ, ſeu honoris proximi ſimiliter, ibi, num.14.
In depoſito eminet bona fides ex lege divina, lib. 2.cap.4.num.25.
In depoſito iudiciali deponens eligere depoſitariũ nequit, ibi, num.29.& 30.
In extraiudiciali electio admittitur, ibi, n.31.
In depoſito neceſſario adverſus depoſitarium in duplum datur actio, in voluntario in ſimplũ, ibi, num.32.
Indignatio eſt acutiſſimus paſſionis vapor, lib.1. cap 8.num.92.
Indignatio in patrẽ moleſtiſſimè fertur, ibi, n.104
In donatione voluntas donantis requiritur, lib. 2.cap.3.num.27.
Inducitur Seneca, lib.2 cap.42.num.22.& 23.
In duobus menſibus Cōcilij licentia Epiſcopi ſufficit, lib.2.cap.27 num.6.7.& 8.
In dubio induſtria perſonæ cenſetur electa, lib.2. cap.28 num.30. uſq.33.
In electione requiritur conſenſus, lib.2.c.5 n.56.
In electione ſepulturæ non debet intervenire pactum, ibi, num.89.
In erectione Vrbium interveniebat aratrum, lib. 2.cap.30.num.8.
In fideicommiſſis non fit extenſio, lib.2.c.6.n.58.
In fœderibus dextra dextris iungebatur, ibi, numer.15.
In fœderibus diſtantia erat loci, ibi.
Inferens metum iniuſtè tenetur reſtituere, ſecus autem ſi iuſtè incuſſit, lib.1.cap.13.num.2.
Inferentes metum, ut fiant renuntiationes, privari debent beneficiјs, lib.2.cap.14. num.48.
In feſtis licet venari lib.2.cap.37.num.29.
In feſtis Floralibus vulgato corpore quæſtum faciebant meretrices, lib.2.cap.4e.num.24.
Inficiatio depoſiti turpiſſima, lib.2.cap.4.n.25.
Inſcriptio in accuſatione non eſt neceſſaria, lib.2. in Mantiſſa.
In fideiuſſione requiritur cõſenſus, lib.2.c.6.n.69
In fideiuſſione metus, & dolus abeſſe debent, ibi, num.70.
In filio, aut filia qualis qualis metus cum reverentia ſufficit ad reſciſſionẽ, lib.1.cap.8.n.78.
Infirmus poteſt contrahere, lib.2 cap.21.n.52.
In fundatione Romæ aratri deſignatio intervenit, lib.2.cap.30.num.9.
Ingens debet eſſe cura in ſumptibus, ut tributa nõ imponantur, lib.2.cap.23.num.50. 51.& 52.
Inhumanum eſt, quòd quis invitus rem ſuam vendat, lib.2.cap.1.num.43.
In inceſſu Sacerdotes oſtendant gravitatem, lib. 2.cap.16.num.59.
In irregulari depoſito dominium tranſit in depoſitarium, lib.2.cap.4.num.34.& 35.
Initium voluntarium conſuetudo requirit, lib.2. cap.36.num.47.
In locis anguſtis & ſecretis erant lupanaria, lib. 2.cap.41.num.9.
In luctu barba ſubmittebatur, lib.2. c.48.n.143.
In ludo licito amiſſum repeti nequit, lib.2.cap. 8. num.30.
In magnis periculis vota fiebant, lib. 2. cap. 21. num.6.
In menſe Maio erant nuptiæ prohibitæ, lib.2. cap.19.num.27. & 28.
In nimia reverentia nimia perſuaſio eſt, lib. 1. cap.8 num.94.
In nuptiјs ſacra conſtituebantur, lib.2. cap.16. num.14.
In omnibus contractibus conſenſus eſt neceſſarius, lib.2.cap.3.num.28.
In paritate probationum præfertur illa, quæ eſt de ſpontanea voluntate, lib.1.cap.9. num.14.
In obſidione alicuius civitatis licitum eſt veſci carnibus humanis, lib.2.cap.43.num.13.
Adſtruitur hiſtoriјs, ibi.
In perſona minoris, mulieris, ligati, & ſimilium minor metus requiritur, lib.1.c.8 n.54.& 55.
In perſonis conſtitutis authoritate publica, ut obviẽt criminibus, obligatio inducta eſt à iuſtitia, lib.2 cap.45.num.16.
In peregrinationem longinquam, aut expeditionẽ proficiſcentes capillum alicui Deo devovebãt, lib.2.cap.21.num.16.uſq.21.& cap.48.n.95.
Intelligitur Claud.ibi.
In præſcribenda iuriſdictione tres actus requiruntur, lib.2.cap.12.num 44.uſq.50.
In procinctu teſtamentum conſtituebatur, cùm in prælium exituri eſſent, lib.2.cap.20.num.18.
In publicis viјs ſæpè meretrices, lib.2. c.41.n.14.
In quacunque materia ſcribantur teſtamenta valida ſunt, lib.2.cap.20. num.25.

In quadruplo ſimplum continetur, lib. 1. cap. 12. num. 5. & 6.
Inquilinus ante tempus migrare nequit, lib. 2. cap. 32. num. 16. & 17.
Inquiſitores & Epiſcopi negligentes contra hæreticum procedere propter timorem, vel propter vitanda ſcandala non incurrunt pœnam, lib. 2. cap. 30. num. 78.
In regulari depoſito proprietas, & poſſeſſio apud eum, qui depoſuit, permanet, lib. 2. cap. 4. n. 33.
In dubio præſumitur regulare, ibi.
In re militari non ſervans mandatum Ducis capite punitur, etiam ſi feliciter rem geſſerit, lib. 2. cap. 43. num. 19.
In re ſua quilibet eſt moderator, & arbiter, lib. 2. cap. 1. num. 44.
In renuntiatione iurata certioratio non eſt neceſſaria, lib. 2. cap. 13. num. 27.
In reſtitutione ob metum veniunt fructus percepti, & percipiendi, & fructus fructuum, & partus partuum, lib. 1. cap. 13. num. 20. & 21.
In reverētia qualiſqualis metus ineſt, lib. 1. cap. 8. num. 84. & 90.
In ſacris comæ velabantur, lib. 2. cap. 48. n. 28.
In ſemitis meretrices, lib. 2. cap. 41. num. 12.
Illuſtratur Catullus, ibi, num. 13.
In ſocietate coniugali amor eſt neceſſarius, lib. 1. cap. 7. num. 12.
In ſignum triſtitiæ Iudæi barbam radebant, lib. 2. cap. 48. num. 132.
In ſpiritualibus, in quibus expreſſè tempus eſt definitum, relinquitur arbitrio iudicis, lib. 1. cap. 10. num. 19.
Inſtitutio metu factā nō valet, lib. 2. in Mantiſſ.
Inſtrumētalis confeſſio (quæ colligitur ex inſtrumento publicè adprobato) verum depoſitum probat, lib. 2. cap. 4. num. 43. & 44.
Intellectus Covarr. ad cap. ſacris, lib. 2. cap. 31. num. 57. & 58.
Intellectus l. ſi ipſa 18. D. hoc tit. lib. 1. cap. 13. num. 16. uſq. 19.
Intelligitur cap. nō dicatis 12. quæſt. 1. lib. 2. cap. 27. num. 18. uſq. 20.
Intellectus Vlpian. in l. 2. §. fin. D. de pollicit. lib. 2. cap. 21. num. 27.
Intelligitur Marti. lib. 2. cap. 23. num. 32. & 33.
Intelligitur l. non ſolum, D. de petit. hered. lib. 2. cap. 49. num. 3.
Intelligitur l. 2. C. hoc tit. lib. 2. c. 33. n. 30. & 31.
Intelligitur Plaut. lib. 2. cap. 36. num. 9.
Intelligitur l. ſed ſi quis ſtipuletur 25. §. 1. D. de uſufr. lib. 2. cap. 1. num. 22. & 23.
Intelligitur cap. 2. Luc. lib. 2. c. 2. n. 7. 8. 17. & 18.
Intelligitur Innocent. lib. 2. cap. 5. num. 66.
Intelligitur Horat. lib. 2. cap. 6. num. 12.
Intelligitur text. in cap. conſuluit, qui cler. vel vov. lib. 2. cap. 10. num. 20.
Intelligitur l. cætera 43. § ſed ſi cancelli, D. de leg. 1. lib. 2. cap. 48. num. 26.
Intelliguntur Virgil. & alij, lib. 2. cap. 41. n. 7.
Intelliguntur authoritates Patrū, lib. 2. c. 8. n. 20.
Integrum debet eſſe depoſitum, lib. 2. cap. 4. n. 51.
Inter medicum & infirmum contractus non tenet, lib. 2. cap. 32. num. 32.
Inter onera naves comprehenduntur, lib. 2. cap. 35. num. 9.
Inter patrem & filium obligatio naturalis conſiſtit, lib. 2. cap. 33. num. 2.
Interpretatur text. in l. item ſi eum exceptione, § in hac, D. hoc tit. lib. 1. cap. 13. num. 51.
Interpretatur l. Titius Sempronio, de præſcript. verb. & l. utrum, de petit. her. lib. 2. cap. 4. numer. 89. 90. & 91.
Interpretatur l. ſi gratuitam 17. §. fin. de præſcr. verb. ibi, num. 17.
Interpretatur l. exſtat, hoc tit. lib. 2. cap. 6. numer. 82.
Interpretatur Horat. lib. 2. cap. 48. num. 111.
Interpretatur Vlp. lib. 2. cap. 2. num. 28.
Interpretatur l. omnes 23. C. de pœn. & l. ſi diutino 25. D. eod. lib. 2. cap. 46. num. 19. 20. 21.
Interpretatio ad cap. ſi vero, & cap. verum, de iur. iur. lib. 2. cap. 7. num. 62.
Interpretatio legis Iuris Gētiū 7. §. ſed cū nulla 4. verſ. Igitur nuda, D. de pact. lib. 2. c. 11. n. 32.
Intra quinquennium debet peti adnullari profeſſio metu facta, lib. 2. cap. 10. num. 29. & 30.
Contrarium proponitur, ibi, num. 31.
Interveniens timor poſt electionem ſpontaneam illam non vitiat, lib. 2. cap. 5. num. 85. & 88.
Invalidi contractus non firmantur iuramento, lib. 2. cap. 7. num. 36. & 37.
In vim amoris Veteres ſignificabāt cupere ſe conferre proprios annos alteri, lib. 2. c. 35. n. 36. 37. & 38.
Invectio ignis alieni in Dei ſanctuarium nō permiſſa, lib. 2. cap. 38. num. 6.
In vitæ propriæ defenſionem licitum eſt occidere invaſorem cum moderamine inculpatæ tutelæ, lib. 2. cap. 45. num. 6. 7. & 8.

Invitus & coactus baptiſmum recipit, ſi poſteà metu ceſſante per longum tempus non contradicit, verè Chriſtianus, & baptizatus cenſeri debet, lib.2.cap.17.num.57.
Negatur, ibi.
Invitus fit iudex, & arbiter, lib.2.cap.1.num.50.
Invitus poteſt ex cauſa transferri de una Eccleſia in aliam, ibi, num.58.
Invito acquiritur per ſervum, lib.2.cap.1.n.49.
Invito debitore ceduntur actiones, ibi, num.55.
Invito creditore, vel debitore ſolvi poteſt, ibi, numer.57.
Involuntariũ purũ quid, lib.2.c.43.n.25.& 26.
In ultima reſurrectione cum capillis ſunt homines ſurrecturi, lib.2.cap.48.num.52.
Ira non habet contrarium, lib.1.cap.5.num.6.
Iram cobibere difficile eſt, lib.e.cap.1.num.32.
Iuvenibus litterarum ſtudijs operam dantibus uſus longarum, ac ſericarum veſtium, promiſſorumq; capillorũ ademptus, lib.2.c.48.n.121.
Iubere verbũ latè patet, lib.2.c.6.n.2e.uſq.29.
Iudæi inobedientes eijciebant de Synagogis, lib.2.cap.3e.num.4.
Iudæorum infantes invitis parentibus baptizari nequeunt, lib.2.cap.17.num.60.
Contrarium, ibi, num.61.
Limitatur, ibi, num.62.& 63.
Iudæorum Principes iudicis officio fungebantur, lib.2.cap.15.num.17.
Iudex ſecularis contra Bullam Cœnæ ſequeſtrãs bona Eccleſiaſtica, offerens debitam ſatisfactionem arbitrio prudentis poteſt per Bullam Cruciatæ abſolvi, lib.2.cap.28.num.19.
Iudex an vim faciat non deferẽs adpellationi interpoſitæ à relaxatione excommunicationis, ibi, num.20.uſque 28.
Iudex cogit in neceſſitate divites ad mutuandum univerſitati & gratis, lib.2.cap.1.num.79.
Iudex non poteſt mutuam pecuniam adcipere à litigantibus, lib.2.cap.11.num.62.
Explicantur verba, qui circa eõs ſunt, legis principalibus ſi certum petatur, ibi.
Iudex ſecularis poteſt compellere iurantem per vim, ut iuramentũ relaxet, lib.2.cap.7.num.59.60 & 61.
Iudex timens libertatẽ conſenſus in aliqua fœmina impediendã fore, in honeſto loco, ſeu libertate deponere debet. lib.2.c.19.n.e02. & 103.
Iudex non debet preces, nec patrocinia potentum admittere, lib.2.cap.e5.num.39.
Neque uxori adquieſcere, ibi.
Iudicia agitata per tyrannũ, vel per officiales ab eo creatos nihil valent, lib.2.cap.12.num.76.
Iudices recuperatores qui, & de eorum notione, lib.2.cap.14.num.61.
Iudices in Equeſtrem ordinem legebantur, lib.2.cap.15.num.3.
Iudices dicebantur ſelecti, ibi.
Iudicum multa genera, ibi.
Iudices Comites erant, ibi, num.16.
Iudices Antiſtites iuſtitiæ, ibi, num.21.
Iudices iuſtitiam exercere non ſinant, ibi, num.22.& 23.
Iudices debẽt iudicare ſecundùm leges, lib.2.cap.44.num.5.6.& 7.
Iudices olim in leges iurabant, ibi, num.8.
Iudices olim iurabant ſecreta ſervaturos, lib.2.cap.7.num.11.
Iusiurandũ præſtabatur ad aras, lib.2.c.44.n.9.
Iudices ex magna cauſa poſſunt leges tranſgredi, ibi, num.15.& 16.
Iudices ſortiebantur, lib.2.cap.5.n.28.29.& 30.
Iudicis arbitrio relinquitur, an ſit iuſtus metus, lib.1.cap.8.num.9.
Iuramentum definitur, lib.2.cap.7.num.2.
Iuramentum tribus concurrentibus actus licitus eſt, ibi, num.26.27.& 28.
Iuramentum non obligat, niſi ex iurantis intentione, ibi, num.29.
Iuramentum ſequitur naturam actus, ſuper quo interponitur, ibi, num.30.
Iuramentum actum revocabilem non facit irrevocabilem, ibi, num.31.uſq.35.
Iuramentũ obligat ad obſervantiã, ibi, num.38.& 39.
Iuramentum tribuit inſtrumento executionem paratam, ibi, num.40.
Ex iuramento an actio naſcatur, ibi.
Iuramentum propter dolum, & errorem non tenet, ibi, num.41.
Iuramentum metu extortum valet, ibi, n.42.
Negatur, ibi, num.43.
Diſtinguitur, ibi, num.44.
Adſtriũtur negativa ſententia, ibi, n.45.uſq.48.
Cui adhæret Author, ibi, num.49.
Reſpondetur Fachin. ibi, num.50.
Iuramentum non obligat, ſi iurans nõ habuit animum ſe obligandi, ibi, num.51.uſq.68.
Iuramentum metu extortum eſt ipſo iure nullũ, ibi, num.69.& 70.& cap.6.num.92.

Iura-

Iuramentum metu reverentiali præſtitum non obligat, ibi, num. 69.
Declaratur ſententia Authoris, ibi, num. 71.
Iuramentum adverſus leges præſtitum non ſuffragatur, lib. 2. cap. 11. num. 47.
Iuramentum confirmat contractum minoris etiã curatorem habentis, lib. 2. cap. 28. n. 42. & 43.
Iuramenti etymon, lib. 2. cap. 7. num. 1.
Iuramenta conventio à lege reprobata non validatur, ibi. num. 37.
Iurans per vim ſi non habuit animum adimplendi promiſſum, liber eſt in conſcientia, ibi, n. 53.
Iure Civili, Canonico, & Divino ſortes permiſſæ ſunt, lib. 2. cap. 5. num. 41. 42. & 43.
Iuriſdictio privilegio tributa privativa eſt, lib. 2. cap. 12. num. 39.
Iuriſdictio precariò conceſſa pro libito revocari poteſt, ibi, num. 47.
Iuriſdictio ex gratia ſimiliter, ibi, num. 41.
Iuriſdictio ex cauſa oneroſa non, ibi, num. 42.
Iuriſdictio metu extorta non valet, ibi, num. 51.
Iuriſdictionis definitiones variæ, ibi, n. 1. uſq. 3.
Iuriſdictionis etymon, ibi, num. 15.
Iuriſdictionum, Magiſtratuumque diſtinctiones Iure Civili inductæ fuerunt, ibi, num. 31.
Iuriſdictionem privilegio non conceſſam uſurpare eſt, ibi, num. 37.
Ius Naturale depoſitum reddere iubet, lib. 2. cap. 4. num. 19.
Ius nondum delatum pendente conditione renunciari poteſt, non autẽ repudiari, lib. 2. cap. 13. num. 31. & 32.
Ius ſimpliciter poſitum non alterius Gentis, ſed Romanorum ius per antonomaſiam, & excellentiam denotat, lib. 2. cap. 36. num. 22.
Ius ſtatus duplex, lib. 2. cap. 39. num. 7.
Iulius Cæſar monetæ peculiares ſervos habuit, lib. 2. cap. 34. num. 23. & 24.
Iuriſperiti teſtamenta dictabãt, lib. 2. c. 20. n. 24.
Iuriſiurandi adfirmatio religioſa eſt, lib. 2. cap. 7. num. 17. & 18.
Iuſiurandum quaſi Iovis iurandum, ibi, num. 21. & 22.
Iuſiurandum à quibuſdam dictum emplaſtrum æris alieni, ibi, num. 24.
Iuſiurandum vocatur mantile, ibi.
Iuſiurandum olim ad dirimendas cauſas interponebatur, ibi, num. 23.
Iuſiurandum triplex, ibi, num. 25.
Iuſſus & Principis præceptum quando ſævire ſolet, potentia inhabilitatẽ, inducit inſtrumentũ, lib. 1. cap. 8. num. 69.
Iuſtus metus eſt in vaſſallo alterum dominũ recognoſcere, ibi, num. 36.
Iuſtum eſt, quod lege fit, lib. 2. cap. 39. num. 9.
Iuſto metu probato non admittitur probatio contraria, lib. 1. cap. 9. num. 15.
Iuſtitia cum integritate & fortitudine coniuncta eſſe debet, lib. 2. cap. 15. num. 24.

K

K*Alendæ Ianuariæ largitionum dies erãt, lib. 2. cap. 37. n. 54.*

L.

L*Apides terminales qui, lib. 2. cap. 35. num. 30.*
Largiri pecunias Hiſtrionibus immane vitium eſt, lib. 2. cap. 8. num. 7.
Latrones dicti, qui latera Regis cingebant, lib. 2. cap. 46. num. 36.
Laudabile factum Eccleſiæ in magna graſſante peſtilentiæ lue, lib. 2. cap. 42. num. 34. & 35.
Laudatur Darius, lib. 2. cap. 23. num. 19.
Lautumiæ deſcribuntur à Cicer. lib. 2. cap. 46. num. 8.
Lex fundata in præſumptione non obligat in conſcientia, lib. 2. cap. 7. num. 52.
Lex Regia quæ, lib. 2. cap. 12. num. 22. uſq. 29.
Lex Civilis poteſt impedire ortũ naturalis obligationis, lib. 2. cap. 33. num. 22. & 23.
Lex violari, neque impleri poteſt, niſi per actum humanum, lib. 2. cap. 42. num. 14. & 15.
Lex qui in carcerem, D. hoc tit. non probat id, ad quod adducitur, lib. 2. cap. 46. num. 26.
Lege Oppia quid prohibebatur, lib. 2. cap. 48. num. 170. & 171.
Leges fuerunt vocatæ initia, lib. 2. cap. 44. n. 2.
Leges Civiles nunquam pœnam carceris irrogarunt, ſecus autem ius Canonicum, lib. 2. cap. 46. num. 14. & 15.
Legis Iuliæ & Papiæ fuerunt 35. capita, lib. 2. cap. 19. num. 4.
Legatum metu factum reſtituendũ eſt, lib. 2. cap. 20. num. 53.
Legitima tributa non ſunt deneganda, lib. 2. cap. 23. num. 43.
Legitimatio & adoptio, ſi filius ſit præſens, & tacens, valet, lib. 1. cap. 8. num. 150.
Legitimus eſt metus, cùm quis iraſci patris offenſam metuit, ibi, num. 96. & 97.
Lemures & larvæ ſunt, lib. 2. cap. 32. num. 20.

Levioves probationes ſufficiunt ad metum, lib. 1. cap. 9. num. 12.
Liberati tondebantur, lib. 2. cap. 48. num. 143.
Libertas definitur, lib. 2. cap. 34. num. 2.
Libertas metu præſtita nō tenet, ibi, n. 73. uſq. 79.
Liberorū alij ſunt ingenui, alij libertini, ibi, n. 3.
Libertini adſumebant nomen patroni, ibi, num. 9.
Libertini ad divitiarum, & bonorum faſtigium evecti, ibi, num. 39.
Libertini flagitioſè patrantes id conſequebantur, ibi, num 40.
Libertus dicitur quaſi liberatus, ibi, num. 29.
Libertorum plura genera, ibi, num. 30.
Liberti ius tribuum non habebant, ibi, num. 31.
Liberti diſtincti veſtitu à Patritijs, ibi, num. 32.
Liberti habebant aures pertuſſas, ibi, n. 33. & 34.
Licèt Princeps non poſſit in mari piſcationē prohibere, poteſt piſcantibus certum vectigal imponere, lib. 2. cap. 37. num. 43.
Licet contrahentibus ſe circumſcribere, lib. 1. cap. 6. num. 14. & 15.
Licet matri medicinam ſumere ad ſanitatem, etiā ſi fiat aborſus, lib. 2. cap. 45. num. 19. 20. & 21.
Licita ſunt agitationes taurorū, lib. 2. c. 8. n. 28.
Licita ſunt Maioratus inſtitutiones, lib. 2. cap. 9. num. 1. & 2.
Licitum eſt matri ſanguinis miſſionem pati cum periculo vitæ filij, ſive ante, ſive poſt animationem fœtus, lib. 2. cap. 45. num. 17. & 18.
Licentia debet præcedere actū, lib. 2. cap. 27. n. 2.
Licentia extorta à Prælato non excuſat à vitio proprietatis, ibi, num. 33.
Licentia contrahendi à marito extorta non ſuffragatur, ibi, num. 36.
Lictoribus virga attributa, lib. 2. cap. 15. n. 10.
Lictorum etymon, ibi.
Linea directa definitur, lib. 2. cap. 9. num. 21.
Linea directa adpellatio comprehendit tam maſculos, quàm fœminas, ibi, num. 19.
Locatio propter metum non tenet, lib. 2. cap. 32. num. 29. & 30.
Locator poteſt expellere conductorem, ibi, n. 18.
Locum formidinis tenebrarum, ſqualoris, ac gravi-olentia plenum Romani adpellavere Lautumias, lib. 2. cap. 46. num. 7.
Locus eſt retractui, ſi dominus malè tractet vaſſallos ſuos, lib. 2. cap. 19. num. 100.
Longitudinem comarum in laude habebant mulieres, lib. 2. cap. 48. num. 82.
Loquaces in Conſiliarios, ſeu in Senatores recipi non debent, lib. 2. cap. 30. num. 53.
Lucerna eſt ſymbolū Principatus, lib. 1. c. 7. n. 5.
Luce donatur I. C. Martian. lib. 2. cap. 2. n. 10.
Luce donatur l. metum; §. fin. & l. illud, D. hoc tit. lib. 2. cap. 6. num. 83.
Luci Dianæ ſacri, lib. 2. cap. 37. num. 32.
Luci publica nemora, ibi, num 34.
Ludus ad honeſtam recreationem permittitur, lib. 2. cap. 8. num. 29.
Ludi votivi pro Auguſti ſalute facti, lib. 2. cap. 21. num. 5.
Lupanaria in littoribus conſtituta, lib. 2. cap. 41. num. 5.
Lux datur Dan. cap. 8. lib. 2. cap. 48. num. 137.

M

Magis creditur deponentibus de metu, quàm de ſpontanea voluntate, lib. 1. cap. 9. num. 6. 7. & 8.
Magis timere debemus eum, qui poteſt occidere corpus & animam, quàm eū, qui ſolum corpus, lib. 2. cap. 43. num. 17.
Magiſter convivij ſortitione, & iactu fiebat, lib. 2. cap. 34. num. 28.
Magiſtratus olim codicillis creabantur, lib. 2. cap. 20. num. 15.
Magiſtratus, & eorum filij prohibentur in provinciâ, quam adminiſtrant, uxorem ducere, lib. 2. cap. 19. num. 87. & 88.
Magiſtratus creabantur, aut delectu, aut ſorte, aut utroque ſimul, lib. 2. cap. 5. num. 35.
Magiſtratus in leges iurabant, lib. 2. cap. 7. num. 12. & 13.
Magius Cāpanus Patriæ proditor liberatus fuit, quia Ptolemai ſtatuæ ſe protexit, lib. 2. cap 30. num. 20. & 21.
Magna eſt arbitrorum poteſtas, lib. 2. c. 22. n. 7.
Magna fuit Romanorum obſervantia in celandis arcanis, lib. 2. cap. 30. num. 59.
Magni habita fuit ſemper fides, licèt aliquæ utilitatē fide ſanctiorē profiterētur, lib. 2. c. 6. n. 16.
Magnum ſuppliciū eſt, quod ex metu oritur, lib. 1. cap. 1. num. 23. & 24.
Maioratus definitur, lib. 2. cap. 9. num 3.
Maioratus reſpectu agnationis non eſt compatibilis cum linea directa, ibi, num. 14.
Maioratus metu factus non tenet, etiam reverentiali, ibi, num. 42.
Molina reſpuitur, ibi, num. 43.
Maioratus metu inſtitutus, in quo iam filius primoge-

progenitus ſubceſſit ex metu ſpareri inter ad-
nullandus eſt, quamvis filius ipſe natu maior
dat ei fratribus metu nō inſerviret, ibi n. 44.
Malum quod timetur, grave debet eſſe, & ſufficit,
quod in perſona conſanguineorum timeatur,
lib. 1. cap. 8. num. 13. & 14.
Mandans fieri delictū excuſatur, ſi mandatarius
facturus erat, quod cōſtabit, lib. 2. c. 19. n. 96.
Mandatum Principis, ſeu Tyranni excuſat à cri-
mine, lib. 2. cap. 30. num. 29.
Mandatum iudicis notoriè iniuſtum contra le-
gem divinam, vel humanam, aut poteſtatem
ſuperiorem ſubditus exſequi nō tenetur, lib. 2.
cap. 4. num. 74.
Mandatum non præſumitur ex diuturnitate tē-
poris, lib. 2. cap. 28. num. 4.
Mandatum habens, ut pro certo negotio compro-
mittat, nequit compromittere adpellatione re-
mota, ibi, num. 44. 45. & 46.
Mandatores qui, lib. 2. cap. 6. num. 37.
Manus fidei ſymbolum, ibi, num. 13. & 14.
Manus ſignificat poteſtatem, lib. 2. cap. 48. n. 9.
Manu Regia iuſtitia miniſtrabatur Iure Gen-
tium, lib. 2. cap. 12. num. 31.
Manumiſſis demebatur capillus, & eis imponeba-
tur pileum, lib. 2. cap. 34. num. 7.
Maris navigationes periculoſæ, lib. 2. c. 33. num.
17. 18. & 21.
Maritis honeſtior in ſpectaculis locus, lib. 2. cap.
19. num. 5.
Mariti habebāt ius maritādi, illiſq; libertorū, ibi.
Mariti in petitione candidati præferebātur, ibi,
num. 8.
Mariti in ſorte Provinciarum erant primi, ibi.
num. 9. & 10.
Mariti præibant, & eminebant, ibi, num. 11.
Mater an incutiat metū, lib. 1. c. 8. n. 115. cū ſeq.
Mater defuncto ſecundo viro, an reaſſumat filio-
rum tutelam, lib. 2. cap. 9. num. 78.
Matrimonium afficitur magnis privilegiis, lib. 2.
cap. 19. num. 3.
Matrimonium inter raptorem, & raptam an va-
leat, lib. 2. cap. 41. num. 50. & 51.
Matrimonium damnati ad mortem illius metu cū
meretrice contractū validum eſt, ibi, num. 52.
Matrimonium definitur, lib. 2. c. 19. n. 31. & 32.
Matrimonium à Deo fuit inſtitutum, ibi, n. 33.
Matrimonium metu mortis conſummatū, aut ce-
lebratum an ſit validum, ibi, num. 62. cū ſeq.
Matrimonium non eſt, quando aliquis metu gravi
cogitur contrahere, & conſummare, ibi, n. 63.
Matrimoniū metu levi celebratū valet, ibi, n. 73.
Matrimonium metu reverentiali non tenet, ibi,
num. 74. & 75.
Matrimonium metu contractum non adprobatur iu-
ramento, ibi, num. 76. cum ſeq.
Matrimonium metu contractum non ratificatur,
lib. 2. cap. 34. num. 30.
Matrimonia foris celebrabātur, lib. 2. c. 19. n. 18.
Matrimonii variæ acceptiones, ibi, num. 30.
Matrimonii ſtatus qui, ibi, num. 42. uſque 49.
Matronæ flavi coloris capillos emebāt, lib. 2. cap.
48 num. 71.
Matronæ honeſta veſtes, & alia ornamēta, ut in-
ſtrumēta luxuria deponebāt, ibi, n. 177. & 178.
Maxima ſecuritas timere leges, lib. 1. c. 1. n. 7.
Media Vrbe foro ædificatus carcer, lib. 2. cap. 46.
num. 1. & 2.
Mediocriter timere ſatius eſt, quàm petulantiam
oſtendere, lib. 1. cap. 1. num. 20.
Melioratio communis filii facta à patre perſuaſio-
nibus uxoris in præiudicium filii primi matri-
monii non tenet, lib. 2. cap. 9. n. 54. 55. & 56.
Mercari Græca fide proverbium, lib. 2. c. 1. n. 16.
Mercator vendens magnam copiam frumenti, a-
liâs non venditurus ſciens promulgationem
eſſe faciendam, quâ pretium eius diminuat, te-
netur emptori, lib. 2. cap. 4. num. 60. uſq. 64.
Meretrix non fit propter amorem, lib. 2. cap. 41.
num. 30.
Meretrix nō poteſt cogi quemlibet admittere, ibi,
num. 38. & 39.
Negat Dec. ibi, num. 40.
Adſtruitur Decii ſententia, ibi, n. 41. 42. & 43.
Reſpondetur, ibi, num. 44. & 45.
Convincitur Hippolyt. ibi, num. 46.
Meretrices à merendo, & à fornicibus, ibi, num.
18. & 19.
Meretrices non ſolùm cellis ſuis in fornice, ſed
fronti nomen inſcribebant, ibi, num. 17.
Meretrices apud Ædiles antiquitus impudicitiā
profitebantur, ibi, num. 20.
Meretrices habitu, ac veſtitu diverſo à matrona-
li utebantur, ibi.
Meretrices pluribus notatæ nominibus fuere, ibi,
num. 21.
Meretrices à meridie ad veſperam proſtabant,
ibi, num. 23.
Meretrices in feſtis Floralibus vulgato corpore
quæſtum faciebant, ibi, num. 24.

Meretrices poſt ludos omnium libidini exponebātur, ibi, num 25.
Meretrices ſemper proſtabant cum toga & ſtolis pullis, ibi, num 26.
Meticuloſus colorem mutat, & inquietus eſt, lib. 1. cap. 1. num. 19.
Metus inter animi paſſiones connumeratur, ibi, num. 2.
Metus deducitur ab animi motu, ibi,
Metus dicitur ex eo, quòd amittatur conſtantia, ibi, num. 10. & 15.
Metus à valore deſiſtit, ibi, num. 11.
Metus opponitur audaciæ, ibi, num. 12.
Metus dicitur quaſi mentem tenens, ibi, num. 29.
Metus improviſus inſtantis periculi tollit rectū iudicium, & conſilium deliberandi, ibi, n. 31.
Metus eſt impendentis, vel futuri mali exſpectatio, lib. 1. cap. 2. num. 1. & 2.
Metus poteſt eſſe præſens periculi etiam futuri, ibi, num. 5.
Metuere ſæpè capitur pro providere, lib. 1. cap. 3. num. 2.
Metus olim enuntiabatur fœmineo genere, ibi.
Metus adnullat contractus, lib. 1. cap. 6. num. 18. 19. & 51.
Metus diviſio, lib. 1. cap. 8. num. 1. 2. uſq. 8.
Metus cadens in conſtantem virum ad hoc edictū pertinet, ibi, num. 10. uſq. 15.
Metus ceſſat in Principis minis, & coactionibus adfectatis, ibi, num. 19.
Metus mortis, & aliorum verum inducunt iuſtum, ibi, num. 20. uſq. 27.
Metus qualiter peccatum excuſet, aut non, lib. 2. cap. 43. num. 52.
Metus reverentialis ſufficiens ad invalidationem contractus, lib. 1. cap. 8. num. 72.
Metus & reverentia parificantur, ibi, num. 87. & 88.
Metus reverentialis diuturnus ſufficit, non autē ſi non perſeveres, ibi, num. 100.
Metus reverentialis ſufficit, non ſola reverentia, ibi, num. 105 106. & 107.
Reſpondetur contrariis, ibi, num. 108. uſq. 112.
Metus reverentialis aliquo modo excuſat à peccato, lib. 2. cap. 43. num. 53.
Metus mortis non excuſat teſtem falſum deponētem à peccato, ſed à pœna, & infringit eius teſtimonium, ibi.
Id procedit in tabellione faciente aliquod inſtrumentum, ibi.
Metus non cenſetur purgatus per clauſulam ſpōte, lib. 2. cap. 24. num. 32.
Metus facit ſilere, lib. 1. cap. 1. num. 23. & 26.
Metus eſt vocis incitamentum, ibi, num. 19.
Metus an excuſet Decurionem à voti prolatione, lib. 2. cap. 15. num. 38.
Metus levis non irritat contractus, lib. 1. cap. 8. num. 114.
Metus infamiæ iuſtus, lib. 2. cap. 47. num. 20.
Metus dedecoris adnullat contractus, ibi.
Explicatur l. nec timorem 7. hoc noſtro tit.
Metus ex variis cauſis præſumitur, lib. 1. cap. 9. num. 1.
Metus validiſſimis probationibus gaudet, ibi, num. 2.
Metum allegans probare debet, ibi.
Metus eſt difficilis probationis, ibi, num. 3.
Metus coniecturis probatur, ibi, num. 4.
Metus per unum teſtem de viſu, & plures de auditu probatur, ibi, num. 11.
Metus probatur iuramento, ibi, num. 13.
Metus in ſpecie probandus eſt, ibi, num. 15.
Metus accuſationis iuſtus eſt, & cauſat dati repetitionem, lib. 2. cap. 33. num. 32.
Metus ad probationem non eſt neceſſaria proteſtatio, lib. 1. cap. 9. num. 16.
Metus præſumptio excluditur, ſi contractui fuerunt præſentes conſanguinei, ibi, num. 17.
Metus per actus contrarios ſubſequentes purgatur, lib. 1. cap. 10. num. 2.
Metus ceſſat ex actu, qui fit ex intervallo, ibi, num. 4. & 5.
Metus ſpontanea ſolutione purgatur, ibi, num. 6.
Metus ceſſat in Curia Principis, ibi, num. 7.
Metus purgatur præſcriptione, ibi, num. 8.
Metus præſcribitur de iure Prætorio anno utili, ibi, num. 9.
Metus de Iure Civili durat triginta annis contra inferentem, & contra tertium decem annis inter præſentes, & viginti inter abſentes, ibi, num. 10.
Reſpuitur Ruin. contrarium propalans, ibi, n. 11.
Metus contra heredem durat perpetuò, ibi. n. 12.
Metus per viam exceptionis durat iiſdem annis, quibus per viam actionis, ibi, num. 14.
Metus dans cauſam contractui non adnullat, ſed reſcindit, lib. 2. cap. 1. num. 94.
Refellitur opinio, ibi, num. 95.
Metu etiam reverentiali facta donatio non valet, lib. 2. cap. 3. num. 32.

Me-

Metus præſumitur in donatione facta patri per filiam, ibi.
Metus reverentialis adnullat electionem, lib. 2. cap. 5. num. 64.
Metus exerinſecus non vitiat votum, lib. 2. cap. 10. num. 27.
Metus reverentialis adnullat profeſſionem, ibi, num. 43. uſq. 49.
Negat altera opinio, ibi, num. 50. 51.
Metus reverentialis non ſufficit ex Doctoribus ſine minis, lib. 2. cap. 11. num. 64.
Metus reverentialis, ſi enormis læſio adpareat, ſufficiens eſt, ibi, num. 65.
Mens authoris proponitur, ibi, num. 69.
Metus reverentialis præſumitur in ſubdito, qui non exegit collectas à domino, ibi, num. 57.
Metus eſt contrarius conſenſui, lib. 2. c. 12. n. 71.
Metus prorogationem irritat, ibi, num. 72. 73. & 80.
Metus reverentialis adnullat tranſactionem, & falſa perſuaſio, lib. 2. cap. 18. num. 49. 50. & 51.
Metus adnullat matrimonium, lib. 2. cap. 19. numer. 60. cum ſeq.
Metus excludit conſenſum, lib. 2. cap. 20. n. 43.
Metus mutos reddit, lib. 1. cap. 1. num. 19.
Metus gravis etiam iuſtè incuſſus irritam reddit profeſſionem religionis, & matrimonij, lib. 2. cap. 21. num. 39.
Metus etiam ſi iuramentum accedat, adnullat votum iure naturali, ibi, num. 40.
Metus infirmitatis non adnullat votum, ibi, num. 41. uſq. 44.
Contrarium, ibi, num. 45. uſque 48.
Reſpondetur obpoſitis, ibi, num. 49. uſq. 52.
Sed non tenet Author, ibi.
Metus reverentialis adnullat votum, ibi, n. 53.
Metus non excuſat à crimine læſæ Maieſtatis, lib. 2. cap. 30. num. 23. & 24.
Adfirmatur, ibi, num. 25.
Metus inſtantis periculi delinquentem excuſat de homicidio, ibi, num. 34.
Metus conſilium depellit, ibi, num. 44. & 45.
Metus conſtantiam turbat, ibi, num. 91.
Metus an excuſet communicantem cum excommunicato, lib. 2. cap. 31. num. 31. uſq. 41.
Metu iuſto interveniente deditionem faciens Caſtellanus excuſatur, lib. 2. cap. 30. num. 47.
Mogollon damnatur, ibi, num. 43.
Metū incutiens potens debet eſſe, & ſolitus minas executioni mandare, lib. 1. cap. 8. n. 15. & 16.
Metu cenſurarum ſolvens liberatur, lib. 2. cap. 24. num. 40.
Metu animus perturbatur, & dubius redditur, lib. 1. cap. 1. num. 14.
Metu non petens penſionem, verùm poſſeſſionem non amittit, lib. 2. cap. 14. num. 63.
Metu falſorum teſtium tranſactio reſcinditur, lib. 2. cap. 18. num. 58.
Metu factum compromiſſum nullum eſt, lib. 2. cap. 22. num. 25. cum ſeq.
Metu facta ſolutio indebitū ſolventi non nocet, lib. 2. cap. 24. num. 10. & 17.
Metu mortis fidem abnegans mortaliter peccet, lib. 2. cap. 43. num. 15.
Metu non recitans horas Canonicas immunis eſt à culpa, lib. 2. cap. 42. num. 1. & 2.
Miles captivus an recuperet ſtipendia, lib. 2. cap. 40. num. 40. uſq. 68.
Milites radebant barbam, ne ea ab hoſtibus comprehenderentur, lib. 2. cap. 48. num. 135.
Militibus ſine iuramento hoſtem ferire licuit, lib. 2. cap. 7. num. 3.
Minæ & comminatio ſtupri inducunt iuſtum metum, lib. 1. cap. 8. num. 49. & 50.
Minæ ex calore iracundiæ non attenduntur, ibi, num. 51. & 52.
Minæ indicium faciunt ad torturam, ibi, n. 53.
Minor inductus ad fideiubendum, licèt iuret, reſtituitur, lib. 2. cap. 6. num. 99.
Minor probatio perſuaſionis, ſeu minor perſuaſio eſt efficacior in matre, quàm in patre, lib. 2. cap. 9. num. 51.
Miniſtri iuſtitiæ arma ab clericis capientes, ne ducant eos ad Epiſcopum, an ſint excommunicati, lib. 2. cap. 30. num. 137. uſq. 146.
Myrobrecarij qui, lib. 2. cap. 48. num. 80.
Modus aratri primò obſervatus à Romulo & Remo, lib. 2. cap. 30. num. 9.
Negatur, & probatur ipſos non fuiſſe fundatores, ibi.
Convincuntur Roſin. & alij, ibi.
Monarchia eſt præſtātior, & cæteris Principatuū formis præferenda, lib. 2. cap. 12. num. 19.
Monialis à peccato, & à cenſura excuſatur, ſi è clauſtro urgente neceſſitate exeat ſine ſuperioris facultate, lib. 2. cap. 27. num. 14.
Moniales velabantur, lib. 2. cap. 48. num. 24.
Mori potius quàm fœdari, lib. 2. cap. 43. num. 69.
Moris fuit ad ſepulcrum cæſa coma mortuos quodammodo munerari, lib. 2. cap. 48. num. 145.

Mora debitoris preponderat, lib. 2. cap. 4. n. 79.

Moribus Graecorum emptio non conſtituebat, niſi conſeſtim pretium exhiberetur, lib. 2. cap. 1. num. 15.

Mors in propulſatione facta, etſi permiſſa, expiabatur apud Hebraeos, lib. 2. c. 45. n. 42. & 43.

Mortali peccatum duplex, lib. 2. cap. 43. num. 5.

Mortales credebant ſub iuſtitia datas leges, lib. 2. cap. 44. num. 2.

Mortui ſepè vivis occurrunt, lib. 2. cap. 32. num. 4. uſq. 7.

Mortuus non directè, ſed indirectè poteſt abſolvi ab excommunicatione, lib. 2. cap. 28. num. 45. uſque 48.

Mortuo Epiſcopo non ſpirat licentia, lib. 2. cap. 27. num. 5.

Mos, imò lex circumcidendi duxit originem à pacto, quod fecit Deus cum Abrahamo, lib. 2. cap. 17. num. 14.

Mos erat apud Romanos, ut Vrbis damno adfectis pecuniae adferrentur, lib. 2. cap. 38. num. 48.

Mos rationalibus, & brutis tribuitur, lib. 2. cap. 35. num. 4.

Mos fuit apud Gentiles urgente tempeſtate, ac nulla ſpe certa ſalutis affulgente capillos tondere, lib. 2. cap. 48. num. 146.

Mulier, quae metu intravit in Monaſterium, licet perſeveret, non cenſetur purgare metum, lib. 2. cap. 24. num. 31.

Mulier auxilians marito non punitur, lib. 1. cap. 11. num. 3. & lib. 2. cap. 30. num. 36.

Mulier metu reverentiali, viri quo evitet iurgia fideiubens, non tenetur, & poteſt abſcondere bona, lib. 2. cap. 6. num. 84.

Mulier non poteſt pro marito obligare, ibi, n. 85.

Mulier fideiubens cum iuramento pro aliquo tenetur, ibi, num. 86.

Mulier enormiter laeſa iuvatur S. Conſult. ibi, num. 87. & 88.

Mulier, quae pro alio ſolvit, utitur beneficio Sen. Conſult. ibi, num. 90.

Mulier, ſi ſatiſdet pro marito, non tenetur, ibi, num. 97.

Mulier cum marito obligata, niſi probetur medietatem pecuniae ad ipſam perveniſſe, non tenetur, lib. 2. cap. 11. num. 72 & 73.

Mulier, qua facilitate inducitur ad faciendum actum, perſuadetur ad revocandum, lib. 2. cap. 9. num. 52.

Mulier vi coacta ad vota religionis non tenetur; lib. 2. cap. 10. num. 54. & 55.

Mulier ſine viri conſenſu capillos ſibi incidere nō poteſt, lib. 2. cap. 48. num. 3.

Mulier debet maritum prae caeteris ſequi, ibi, numer. 17. & 18.

Mulier alienans praeſumitur ſeducta, lib. 2. cap. 1. num. 39.

Mulier fucans faciem non peccat lethaliter, lib. 2. cap. 48. num. 168. & 169.

Mulier pretioſis veſtibus incedens, cum divitiis non adfluat, ſuſpicionem malè inſinuat, ibi, num. 183. & 184.

Mulier ſe ornans nō peccat mortaliter, ibi, num. 185. & 186.

Mulier nupta velabatur in ſymbolum ſubiectionis, ibi, num. 19.

Mulier, quae ſuaſionibus, & minis impiae matris abortivit, excuſatur, lib. 2. cap. 45. num. 21.

Mulier excuſatur ab adulterio ob metum, lib. 2. cap. 43. num. 29. & cap. 41. num. 31.

Declaratur quoad poenam legis, & non quoad aliam Canonis, ibi.

Mulieres in corpus ſuum peccantes pudori ſuo non parcunt, ib. num. 34.

Mulieres pravae ſumptuoſiſſimae, & audaciſſimae, ibi, num. 35. 36. & 37.

Mulieres intrantes religionem comam deponant, lib. 2. cap. 48. num. 54.

Mulieres crines diſpoſitos aquis ſpargebant, ibi, num. 91.

Mulieres ad ſpecula ſe comunt, ibi, num. 156. 157. 158.

Mulieres ſe non debent fucare, ibi, num. 163.

Mulieres ornatus impudicas declarat, ibi, num. 173.

Mulieris facies non videnda, ibi, num. 159.

Mulieris fama, nō forma, vulgata eſſe oportet, ibi, num. 75.

Mulieris ſubiectio ex Evae peccato ortum habuit, ibi, num. 4.

Mulieri aufugienti ob ſaevitias ſunt dāda alimēta & dos, lib. 2. cap. 19. num. 94.

Mulieribus legibus Romanis poſt mariti mortem tutor, vel curator dabatur, lib. 1. cap. 8. n. 131.

Muliebre inſtrumentum ſunt pecten, calamiſtrū, lib. 2. cap. 48. num. 84.

Mulctati Senatores evocati, in Curiam non venientes, lib. 2. cap. 1. num. 51.

Multi Doctores tenent non eſſe neceſſariam proteſtationem ad metum, lib. 1. cap. 9. num. 18.

Mul-

Multiplex eſt electionis forma, lib.2.cap.5.num. 5.uſque 9.

Multipliciter ſors accipitur, ib.num.46. uſque 52.

Munus accipitur pro dono, lib.2.cap.3. num.9.

Munus gladiatorium quid, ibi, num.15.

Munerarius qui, ibi, num. 16.

Muneris variæ acceptiones, ibi, num.11.uſq.14.

Munera fiebant in funeribus, ibi, num.17.

Munera mitti, & dari dicuntur, ibi, num.9.

Muneris etymon, ibi, num.10.

Murorum tranſilitio crimen læſæ Maieſtatis cõtinebat. lib.2.in Mantiſſa.

Mutua cohabitatio non adprobat matrimonium metu factum, niſi de novo ratificetur, lib.2. cap.19.num.71.& 72.

Mutuans ſub uſuris tenetur ad reſtitutionē, lib. 1.cap.13.num.2.

N

N*Aves comburere licet, lib.2.cap.39.num.14. & 15.*

Nautæ angariabantur, lib.2.cap.35.num.9.

Navium exercitium ad publicam utilitatē pertinet, ibi, num.28.

Navigationis multa ſunt commoda, ibi, num.1.

Navicularij iure Communi immunitatem habent, ibi, num.2.uſq.7.

Navales copiæ, claſſeſque in littore luſtrabātur, ibi, num.12.

Neceſſaria eſt ſolutio rerum creditarum, lib.2. cap.24.num.3.

Negans tributum Imperatori ſolvere, crimen læſæ Maieſtatis committit, lib.2.cap.23. numer.44.& 45.

Negotia inviti gerens non habet actionem, niſi pro medicina expenderit, lib.2.cap.1.num.56.

Nemo contrahens præſumitur metu compulſus, lib.1.cap.9.num.1.

Nemo cogitur vendere, & locare res ſuas etiam iuſto pretio, lib.2.cap.1.num.40.41.& 42.

Nepos filius ex filio primogenito non ſuccedit in maioratu, ſed filius ſecundogenitus, lib.2.cap. 9.num.8.

Nemo poteſt ſe privata authoritate vindicare, lib.2.cap.47.num.9.

Ne quis ducatur in iudicium, iuſtus metus eſt, lib. 2.cap.15.num.71.& 72.

Nexus matrimonij indiſſolubilis, lib.2. cap. 19. num.35.

Nihil turpe eſt, quod neceſſitate fit, lib. 2. cap. 1. num.75.

Nihil eſt tam aptum ad ius, conditionemque naturæ, quàm lex, lib.2.cap.44.num.1.

Nominatio quæ, lib.2.cap.5.num.4.

Nimia uxoris reverentia erga viriū facit præſumi renuntiationem meticuloſam, lib.2.cap. 13.num.94.

Non ad ictum tantùm exagitamur, ſed ad crepitum, lib.1.cap.1.num.18.

Non efficitur irregularis, qui metu compulſus rebaptizatur, lib.2.cap.17.num.66.uſq.70.

Non eſt amplectenda doctrina Doctorum comœdias exterminantium, lib.2.cap.8.num.19.

Non eſt curandum de gradu, niſi in linea; nec de linea, niſi in gradu; nec de ætate, niſi in ſexu, lib.2.cap.9.num.12.

Non eſt ſolius Abbatis ad religionis profeſſionem admittere, ſed exigitur quoque conſenſus maioris partis Conventus, lib.2.cap.10.num.21.

Non eſt neceſſarium maria tentare, lib.2.cap.35. num.24.

Non excuſatur à comparitione, qui timet iniuſtitiam Principis, lib.2.cap.15.num.78.

Non datur compromiſſum inter compulſos, etiam ex inſtrumento guarentigiato executioni mittendo, lib.2.cap.22. num.34.

Non facta adimpletio præceptorum propter metum excuſat non adimplentem, lib.2. cap.42. num.26.

Non adſiſtens propter peſtem, & bellum diſtributiones percipit, lib.2.cap.40.n.21.uſq.23.

Non intereſt creditor, debitórve vim adhibeant, an alius eorum nomine, lib.2.cap.6. num.73.

Non inſtaurantur lites per tranſactionem terminatæ, lib.2.cap.18.num.1.

Non licet communicare cum excōmunicato, lib. 2.cap.31.num.18.cum ſeqq.

Non licet excommunicato orare, ſive publicè, ſive privatè, aut ſimul audiendo ſacrum, ibi, num.23.

Non obſtante copula metu extorta poteſt fœmina ad religionem tranſire, lib.2. cap.41.num.32.

Non poteſt uxor votum emittere ſine conſenſu mariti, lib.2.cap.48.num.152. & 153.

Non poteſt adpellans adpellationi renuntiare invito adpellato, lib.2.cap.25.num.17.

Nō poteſt Princeps virginibus, & mulieribus [illegible]ti, vel eas invitas, vel invitis parentibus alijs matrimonio iungere, lib.2.cap.19.num.[illegible]

Non minori odio Deus fraudulentos, quàm ius externam proſequitur, lib.2. cap.4. num.64.

Non ratificatur profeſſio, quæ eſt ipſo iure nulla, niſi profitens ſciret eam eſſe talem, & animum haberet eam adprobandi, lib.2.cap.10.num.40. & 41.

Non reclamans intra quinquennium propter impedimentum, poteſt reclamare, vel uti remedio reſtitutionis in integrum, ibi, num.31.

Non ſemper eſt de ſubſtantia, quòd metum inferēs lucretur, lib.1.cap.13.num.50.& 51.

Non ſatisfacit præcepto Horarum Canonicarum invitus, lib.2.cap.42.num.8 & 9.

Non ſolùm capilli cingebantur flavo colore, ſed etiam nigro, lib.2.cap.48.num.79.

Non ſolent, quæ abundant, vitiare, lib.2.cap.11. num.8.

Noſtri capti à Turcis ſine cenſura poſſunt remis impellere naves cōtra nos, lib.2.cap.39.n.16.

Non valet teſtamentum ad mariti ſuggeſtionem factum, quod uxor non ordinavit, lib. 2. cap. 20.num.75.

Non valet conſuetudo, ut creditor vi, & reſiſtente creditore ingredi, & adipiſci poſſeſſionē queat, lib.2.cap.36.num.56.

Non tenetur quis hæreticum denuntiare, ſi timet damnum notabile, lib.2.cap.30.num.99.

Negatur, ibi.

Non pœnitentem, aut reclamantem in crimine ſimoniæ metus reverentialis excuſat, lib. 2. cap.30.num.91.

Noverca quaſi nova arca, lib. 2. cap.9.num.61.

Noverca nova, vel recens Princeps, ibi.

Noverca traducta in domum mariti prioris matrimonij liberis nititur abrogare imperium, ut ſibi, & ſuis arroget, ibi, num.62.

Novercale odium pro truci inimicitia, ibi, n.64.

Novercales manus, novercales oculi, pro inſigni malò noverca, ibi.

Noverca liberis alienis, & quandoque ſuis ſummopere nocet, ibi, num.65.66.& 67.

Novitius ſe proprijs profeſſorum actibus ſponte ingerens cenſetur profeſſus, lib.2.cap.10.n.13.

Novorum vectigalium exactio permittenda non eſt, lib.2.cap.23.num.16.

Novis lupanaribus lucernæ adpendebantur, lib. 2.cap.41.num.28.

Nulla verba importantiora ſunt ad induendam continuationem lineæ primogenitæ, quā verbum lineæ directa, lib.2.cap.9.num.16.

Nulla præſcriptione finitur crimen læſæ Maieſtatis, lib.2.cap.30.num.5.

Nulla eſt differentia inter morem & mores, lib. 2.cap.36.num.18.& 19.

Nulla re magis recreantur Principes, quàm venatione, lib.2.cap.37.num.7.

Nullatenus licet homini Chriſtiano verbis negare ſe eſſe Chriſtianum, lib. 2. cap.31. num. 42.& 43.

Nullus maior metus, quàm indignatio ſuperioris, lib.1.cap.8.num.92.& 93.

Nullus tenetur præſcindere occaſionem generalē peccandi, quæ oritur ex arte, vel officio, lib.2. cap.8.num.12.

Nulli magis adaptatur fides, quàm uxori, lib. 2. cap.6.num.18.

Nullus eſt contractus, qui conſenſum non habeat, lib 2.cap.11.num.36.37.& 38.

Nullum verſatur diſcrimen inter vim præciſam & conditionalem, lib.2. cap.42. num.19. 20.& 21.

Negatur, ibi, num.27.& 28.

Nubere propria fœminarum eſt, lib.2. cap. 19. num.39.

Nubere interdùm de viris dicitur, ſicut ducere de fœminis, ibi.

Nunquam benè fit, quod ſine voluntate conſtituitur, lib.2.cap.17.num.53.& 54.

Nuptiæ ſummis plauſibus celebrabantur, lib. 2. cap.19.num.23.

Nuptiæ fiebant ſereno cœlo, ibi, num.25.

Nuptiæ tribus modis apud Veteres celebrabātur, ibi, num.26.

Nuptiæ in menſe Maio erāt prohibitæ, ibi, num. 27.& 28.

Nuptiæ prohibebantur in diebus religioſis, ibi, num.25.

Nupturæ fœminæ coronabantur, lib.2.cap.16. num.40.& 41.

O

OB depopulationes locorum debēt minui vectigalia, lib.2.cap.23.num.30.

Obiectum concupiſcibilis, aut iraſcibilis quid, lib. 1.cap.5.num.1.

Obligatio mulieris, cùm etiā durat cauſa metus, non tenet, lib.2.cap.11.num.70.& 71.

Obligatio uxoris pro viro excarcerando facta, ſi remaneat indotata, nulla eſt, etiamſi firmetur iuramento, etſi aliàs non iuvetur Velleiano, lib.2.c.46.num.29.

Obli-

Obligatio facta ad favorem militis an teneat, lib. 2. cap. 11 à num. 83.
Obligatio facta à muliere pro redimendo viro ab hoſtibus an ſubſiſtat, ſi facta ſit per metũ, lib. 2. cap. 1. num. 104. cum ſeq.
Obligatio dotis, quando incipiat, an à die promiſſionis, an contracti matrimonij, lib. 2. cap. 13. num. 81. cum ſeq. uſq. 90.
Obligatio facta per ſubditum Baroni nõ tenet, lib. 2. cap. 11. num 55. & 56.
Obligationes ex ludo provenientes nullæ ſunt, lib. 2. cap. 8. num. 31. 32. & 33.
Obligationes mulieris pro viro non tenent, lib. 2. cap. 11. num. 63.
Obligari dicitur vulnus à Chirurgo, & ſimilia, ibi, num. 19.
Obligatus nuncupatur adſtrictus, ibi.
Obligati ad obſequium familiare, quod ante excommunicationem præſtabant dominis, præſtare quoque debent poſt excommunicationem, lib. 2. cap. 31. num. 30.
Ob mortis timorem licet parenti filium exponere, lib. 2 cap. 30. num. 75. col. 2 fol. 424.
Obſignatio fiebat, ſi pecunia immittebatur in ſacculum, peram & ciſtam, & ſigna imponebantur ligno traiecto, aut cera impreſſo, lib. 2. cap. 14. num. 12.
Ob potentiam litigantium poteſt Princeps avocare cauſam ad Curiam, lib. 2. cap. 22. num. 28.
Ob perhorreſcentiam iudicis cauſa cognoſcitur in Curia, lib. 2. cap. 15. num. 78.
Oculorum, & oris obſignatio defunctis fiebat, dum domi erant, lib. 2. cap 14. num. 10.
Odoratus humor ſpargebatur in ſedentes, lib. 2. cap. 32. num. 21.
Is erat plerumque è croco, ibi.
Factitabatur in nuptijs, ibi.
Adducitur l. qui clavum 12. §. is cuj 4. D. de ædil. edicto, ibi.
Offendens alium propter metum ſuperioris nõ tenetur, lib. 2. cap. 39. num. 88. & 89.
Officia vacatura concedi prohibentur, lib. 1. cap. 11. num 2.
Officialis cum iuriſdictione prohibetur contrahere cum ſubdito, non autem cum nõ ſubdito, lib. 2. cap. 11. num. 60. 61. & 62.
Olim tota hominis ſubſtantia in pecoribus habebatur, lib. 2. cap. 3. num. 7.
Odium, favor, timor, nec intereſſe debẽt deflectere iudices à iuſtitia, lib. 2. cap. 15. num. 25.
Olim tabulis ceratis ſcribebantur teſtamenta, lib. 2. cap. 20. num. 26.
Olim manumiſsio cenſu fiebat, lib. 2. cap. 34. num. 11. & 12.
Olim in leges iurabant iudices, lib. 2. c. 44 n. 8.
Olim ſetæ capitis in ſacrificijs ferro abſcindebãtur, lib. 2. cap. 48. num. 59.
Omnia ex igne conſtabant, lib. 2. cap. 38. num. 3.
Omnia artificiata igni attribuebant Antiqui, ibi, num. 15.
Omnia iura de religionis ingreſſu loquentia intelliguntur de religionis ingreſſu per profeſſionem, lib. 2. cap. 10. num. 11.
Omnes ſpecies vis ad hunc tractatum non pertinent, lib. 1. cap. 4. num. 5.
Omnes gentes primùm Regibus paruerunt, & poſt tempore Noë, lib. 1. cap. 7. num 1.
Omnes exceptiones, quæ competunt reo, competũt fideiuſſori, lib. 2. cap. 6 num. 76.
Omnibus fuit permiſſum naves armare, lib. 2. cap. 35. num. 30.
Omnibus in contractibus conſenſus eſt neceſſarius, lib. 2. cap. 3. num. 28.
Omnis abraſio ignominioſa, lib. 2. cap. 48. n. 131.
Omnis inſpectio etymologia cognita planior eſt, lib. 1. cap. 1. num. 1.
Omnis pollicitatio eſt promiſſio, lib. 2. cap. 11. num. 4.
Omnis poteſtas apud populum erat, lib. 2. cap. 12. num. 17.
Omnis modica præſumptio tollit præſumptionem ſpontaneæ ſolutionis, lib. 2. cap. 24. num. 35.
Opponitur text. in l. ſi uſusfructus 66. D. de iur. dot. lib. 2. cap. 1. num. 19.
Opponitur text. in l. ſed ſi quis ſtipuletur 25. §. 1. D. de uſufructu, ibi, num. 22.
Opponitur l. metum 9. D. hoc tit. lib. 1. cap. 2. n. 4.
Opponitur text. in l. ſi mulier, § ſi metu, D. hoc tit. lib. 2. cap. 12. num. 53.
Opponitur text. in l. metum 9. §. idẽ Pomponius 2. D. hoc tit. lib. 2. cap. 34 num. 80.
Oppreſſus per metum non conſentit, lib. 2. cap. 5. num. 69.
Operatur metus iniuſtè inlatus, lib. 1. cap. 13. num. 48.
Optio & electio idem, lib. 2. cap. 5. num. 11.
Optio qui, ibi, num. 12.
Optio adpellabatur accenſus, ibi, num. 13.
Ordinatus per vim & metum non recipit ordinẽ, lib. 2. cap. 16. num. 75.

Di-

Diſtinguitur, ibi, num. 76. uſque 79.
Non aſſentitur Author, & probat, ibi, num. 80. uſque 94.
Ordinatus per vim & metum continentia voto, non tenetur, ibi, num. 98.
Negatur, ibi, num. 99. & 100.
Reſpondetur legi Partita, ibi, num. 101. uſq. 110.
Origo fabulæ Promethei, lib. 2. cap. 38. num. 16. & 17.
Origo decimarum per vetuſta eſt, lib. 2. cap. 21. num. 28.
Originale & veniale peccatum dimittitur Baptiſmo, lib. 2. cap. 17. num. 5.

P

PActa inita cum Rege ab Rege obſide valent, lib. 2. cap. 18. num. 64. uſq. 67.
Parochus erat cœnarum magiſter, lib. 2. cap. 40. num. 28.
Parochus debet aſſiſtere, etiam ſi peſtis graſſetur, ibi, num. 25. 26. & 27.
Parocho metu compulſo an extrahatur matrimonium, lib. 2. cap. 19. num. 75.
Parochus qui, lib. 2. cap. 40. num. 28. & 29.
Parricidium involuntarium an extra pœnā ſit, lib. 2. cap. 30. num. 13? uſque 136.
Pars ob metum non adpellans poteſt agere in ſyndicatu contra iudicem, lib. 2. cap. 25. num. 23. cum ſeqq.
Paſſiones quod nomen habeant, lib. 1. cap. 5. n. 8.
Patria poteſtas quo iure inducta, lib. 2. cap. 36. num. 24. uſq. 28.
Patria poteſtas olim magna, lib. 2. cap. 12. num. 8. 9. & 10.
Partium collitigantium conſenſus expreſſus requiritur in prorogatione, ibi, num. 69.
Particularis deſcriptio iuſtitiæ, lib. 2. cap. 15. numer. 24.
Particulares clerici & religioſi poſſunt compelli à Republica ad matrimonium, lib. 2. cap. 19. num. 91.
Pater non poteſt filios ſuos per venditionem omnium bonorum legitima in totum privare, niſi conſtet de numeratione actuali, lib. 2. cap. 1. num. 20.
Pater in cauſa neceſſitatis poteſt filium vendere, ibi, num. 74.
Pater ius dicere in filios nequit, nec occidere, lib. 2. cap. 14. num. 11. & 12.
Pater exponens filium ob timorem, ſeu infamiā excuſatur, lib. 2. cap. 30. num. 75.
Pater magis præſumitur diligere filium primogenitum quàm ſequētes, lib. 2. cap. 9. num. 53.
Pater ſcribi, & eſſe heres poteſt, lib. 2. c. 19. n. 15.
Pater, & filius, & duo fratres an poſſint eſſe in uno Senatu, lib. 2. cap. 15. num. 51.
Parentibus uberiora præmia fuerunt conceſſa, lib. 2. cap. 19. num. 15.
Patriciatus dignitas liberat à patria poteſtate, lib. 2. cap. 16. num. 63.
Pauper importunus non tenetur ad reſtitutionē, lib. 2. cap. 13. num. 11.
Pœna non debet intervenire in matrimonio, ut fiat. lib. 2. cap. 19. num. 85. & 86.
Peccant lethaliter Authores comœdiarum impudicas, & obſcœnas comœdias gerentes, lib. 2. cap. 8. num. 21.
Peccatum quid, & quotuplex, lib. 2. cap. 43. num. 1. uſque 8.
Peccatum originis fuit voluntarium, ibi, n. 10.
Peccatum non committitur ſine voluntate, & ideò ab eo excuſat urgens cauſa, quæ tollat conſenſum, ibi, num. 9. uſq. 13.
Negatur, ibi, num. 14. uſq. 23. Conciliantur opiniones, ibi, num. 24. Reſpuitur concordia, ibi, num. 60. uſque 65. Sed non tenet Author, ibi, num. 69.
Reſpondetur contrarijs, ibi, num. 66. & 67.
Peccatum deprimit, lib. 2. cap. 48. num. 5. & 7.
Pecuniam inſtituit Servius Tul. ſignāvitque ſigno pecudis, lib. 2. cap. 1. num. 5.
Pecunia fuit inventa ad emptionem & venditionem, ibi, num. 10.
Peior eſt bello timor ipſe belli, lib. 1. cap. 1. n. 17.
Pellex quæ, lib. 2. cap. 41. num. 22. & 23.
Permiſſum eſt infidelium naves dolo & fraude comburere, & bona eorum capere, & eos occidere, lib. 2. cap. 39. num. 16.
Per receptionem ſolutionis an purgetur metus, lib. 2. cap. 24. num. 26. uſque 40.
Per Cererem iuſtitia intelligebatur, lib. 2. cap. 44. num. 2.
Per æs & libram teſtamentum quid, lib. 2. cap. 20. num. 20. & 21.
Per decem annos præſumitur ſolutio, lib. 2. cap. 24. num. 6.
Per inſtrumenta de novo reperta tranſactio non retractatur lib. 2. cap. 18. num. 59.
Per Principem, nec per ſtatutum tolli poteſt defenſio, lib. 2. cap. 45. num. 5.

Per-

Perſonæ qualitas nō facit induci metus præſumptionem, lib. 1. cap. 9. num. 18.

Perſolutionem non idem redditur, ſed tantundem, lib. 2. cap. 24 num. 2.

Per tranſactionem inducitur novatio, lib. 2. cap. 18. num. 9.

Perſæ, & alij divinos igni honores impenderunt, lib. 2 cap. 38. num. 32.

Pertinet ad authoritatem barbam, comamque alere, lib. 2. cap. 48. num. 139.

Peſtilentia ardentiſſimus morbus, lib. 2. cap. 40. num. 2.

Peſtis flagellum Dei, ibi, num. 8.

Peſtis acerrima contagio, ibi, num. 15.

Petens terminum ad ſolvendum cenſetur renuntiare adpellationi, lib. 2. cap. 25. n. 24. uſq. 42.

Petenti reſervationem penſionis eſſe nullam non obſtat exceptio ſolutionis metuſactæ, lib. 2. cap. 24. num. 40.

Pij V. & Gregorij XIII. breve refertur, lib. 2. cap. 8. num. 26.

Piaculum erat apud Ægyptios immolaſſe hoſtiam non notatam à Sacerdote, lib. 2 cap. 10. n. 22.

Piratarum incurſus timendus, lib. 2. cap. 35. n. 25. 26. & 27.

Piſcatio clericis non prohibita, lib. 2. cap. 37. numer. 24.

Plures ſunt ignis utilitates, lib. 2. cap. 38. n. 29.

Pluribus modis contingebat libertas, lib. 2. cap. 34. num. 5. cum ſeq.

Plurima de ritu pecunias in templo deponendi, lib. 2. cap. 14. num. 15.

Polluta & impura anima cùm è corpore diſceſſiſſent, circa monumenta, & ſepulcra vagabantur, lib. 2. cap. 32. num. 9. & 10.

Pontifex poteſt liberè renuntiare Papatui, lib. 2. cap. 14. num. 65. & 66.

Populo eligente per metum Rectorem non tenet electio, lib. 2. cap. 5. num. 65.

Populo Romano frumentaria largitio in uſu fuit, lib. 2. cap. 2. num. 65.

Portorium Iure Romano ſolvebatur, lib. 2. cap. 37. num. 44.

Poſt delictum ſqualor, lib. 2. cap. 48. num. 6.

Poſt obitum in crimine læſæ Maieſtatis proceditur, lib. 2. cap. 30. num 4.

Poſt quinquennij lapſum, nec per promotionem ad ſacros ordines, ſi durabat cauſa metus in foro conſcientiæ ex voto vi religionis regulas, nec vota ſervare occultè tenetur ſic profeſſus, lib. 2. cap. 10. num. 34. 35. & 36.

Potentes non poſſunt eſſe fideiuſſores, lib. 2. cap. 6. num. 100.

Potentes qui dicantur, ibi, num. 101.

Poſt Punici belli tempora tonſores è Sicilia in Vrbem adducti, lib. 2. cap. 48. num. 141.

Poſtulatio quæ, lib. 2. cap. 5. num. 3.

Poteſt carceratus carcerem frāgere, lib. 2. cap. 45. num. 22. uſq. 26.

Poteſtas, cauſa, & proportio iuſtificant tributū, lib. 2. cap. 23. num. 42.

Poteſtas & authoritas iudicum magna eſt, lib. 2. cap. 15. num. 21.

Poteſtatis verbo plura ſignificantur, lib. 2. cap. 12. num. 6. & 7.

Poteſtatis & ſuperbiæ inſigne fuit virga, lib. 2. c. 15. num. 8.

Praxis actionis metus, lib. 1. cap. 12. num. 7.

Præcepta negativa obligant ſemper, & pro ſemper, ſecus autem adfirmativa, lib. 2. cap. 43. num. 50. 51. & 52.

Præceptum tyranni inducit iuſtum metum, lib. 1. cap. 8. num. 18,

Præfectus morum apud Romanos, lib. 2. cap. 36. num. 8.

Præfectus annonæ, & Vigilum extraordinariè cognoſcebant, lib. 2. cap. 1. num. 72.

Præfectum annonæ conſtituerunt Antiqui, ibi, num. 71.

Præmia legis Papiæ ſtatuta fuerunt in ſeptimo capite, lib. 2. cap. 19. num. 4.

Propter liberos in honoribus poſtulandis annorū gratia fiebat, ibi, num. 12.

Propter liberorum numerū pietate & favore militiæ iudicabatur, ibi, num. 13. & 14.

Præſes poteſt deſerere Provinciam ob cœlum adverſum ſaluti, lib. 2. cap. 32. num. 21.

Presbyteri etymon, lib. 2. cap. 16. num. 5.

Presbyter nomen dignitatis, ibi, num. 8.

Præſentia & adclamatio populi libertatem tollit, lib. 2. cap. 5. num. 71.

Præſentatio per metum non tenet, ibi, num. 90. uſque 94.

Præpoſitio DE *addit, aut minuit, lib. 2. cap. 4. n. 2.*

Præſides ſortiebantur Provincias, lib. 2. cap. 5. num. 22.

Præſtat unam domum intercidi, quàm totam Rempublicam, lib. 2. cap. 38. num. 43.

Præſtans cauſam metui non ſuccurritur, lib. 1. cap. 13. num. 49.

Præ-

Prætores Provincias ſortiebantur, lib.2. cap.5. num.27.

Præ dolore capilli evellebantur, & deponebãtur, lib.2.cap.48.num.58.

Prætores capillis cincinnatis non utãntur, ibi, num.108.

Plutarch.refertur,ibi, num.109.

Præſumentes abſolvere à caſibus Bullæ excommunicantur,lib.2.cap.28.num.12.uſq.18.

Presbyteri in Novo Teſtamento ferè ſemper Sacerdotes ſignificabãt, vel ſimplices, vel etiam Epiſcopos,lib.2.cap.16.num.66.

Preces importunæ inducunt iuſtum metum,lib.1. cap.8. num.113.

Preces importunæ adnullant promiſſionem,lib.2. cap.11.num.74 uſq.81.

Precibus acquiſita ſunt reſtituenda,lib.1.cap.13. num.9.10.& 11.

Precibus & ſuaſionibus aliquem inducens ad ludendum tenetur reſtituere, lib.2. cap.8. num. 50.51. & 52.

Reſpuuntur Molina,& alij,ibi,num.53.

Præcipuum munus Sacerdotis eſt cõficere Domini ſacramenta,lib 2.cap.16.num.10.& 11.

Pretioſiſſimæ gemmæ perforatis auribus impoſitæ,lib.2.cap.34.num.35.

Princeps Parens publicus dicitur, lib.1.cap.7. num.15.

Princeps poteſt cogere litigantes ad concordiam, lib.2.cap 22 num.28.

Princeps conceſſa ob importunitatẽ revocat, lib. 2.cap.3.num.35.

Princeps donans propter benemerita tenetur de evictione,ibi,num.60.

Princeps non debet Ærario ditando incumbere, lib.2.cap.23.num.6.7.& 8.

Princeps non debet ſubditos onerare,ibi,num.34. & 35.

Princeps poteſt prohibere venationem ad ſuam recreationem abſque populi conſenſu, dummodo alio modo compenſet, lib. 2. cap. 37. num. 37.uſq.41.

Prima ſententia de re reſtituenda an ſit definitiva,an interlocutoria, lib.2. cap.15. num. 67. & 68.

Primùm in Orbe Deos fecit timor, lib.1. cap.1. num.7.

Primo anni die pro ſalute Principis vota concipiebantur,lib.2.in Mantiſſa.

Privati ſacra tractare nõ poſſunt,lib.2.c.16.n.12

Privilegium,& conſuetudo dant iuriſdictionem, lib.2.cap.12.num.32.

Privilegium non amittitur, ubi quis illi coactè contravenit,lib.2.cap.36.num.56.

Pro abſolutione pretium recipi non poteſt, lib.2. cap.28.num.62.

Probatio duelli eſt contra rectam rationem,lib.2. cap.47.num.11.& 12.

Adfirmativa ſententia proponitur, ibi, num. 13. uſque 19.

Provincti qui,lib.2.cap.20.num.18.

Procurator qui,lib.2.cap.26.num.2.

Procurator ſine mandato non auditur, ibi,n.3.

Procurator factus, & creatus poſt citationem & comparens ſimpliciter præiudicat domino ſuo, ibi,num.12.

Procurator an cenſeatur contrahere nomine proprio,ibi,num.18.uſq.31.

Procurator emens pro domino poteſt agere, ibi, num.32.& 33.

Procurator de mandato domini negotia gerens habet actionem,ibi,num.34.

Procurator ob ſuam utilitatem iter faciens cauſam alterius tractans ad illas tantum expenſas agere poterit, quas fecit ultra id, quod expenſurus erat, ſi procurator non eſſet,ibi,n.35.

Procurator generaliſ cum plena, & libera debitum,iusve domini principalis donare, aut remittere non poteſt niſi pauperi, ibi, num. 40. 41.& 42.

Procurator ad recipiendum octuaginta conſtitutus cenſetur ad cambia, ibi, num.43.

Procurator potentior poteſt eſſe contra potentiorem,lib.2.cap.1 num.119.

Procurator non poteſt præteriti temporis ſalariũ petere, etiam ſi eligatur ab eodem domino, lib.2.cap.26.num.48.& 49.

Pro dote ſatiſdatio non eſt efficienda,lib.2.cap.6. num.94.uſque 97.

Productio facta per compulſum nullum generat præiudicium,lib.1.cap.11.num.11.

Pro miniſtri pauperis ſuſtentatione aliquid tẽporale pro ſpirituali dari poteſt,lib.2. c.1.n.78.

Profeſſus per vim & metum an gaudeat fori privilegio,lib.2.cap.10.num.99.

Profeſſio ætatis nativitatis, ſcriptura erat, quæ fiebat in plurimum à parentibus, & aliquando ab obſtetricibus,lib.2.cap.2.num.22.

Profeſſio ſtatus ſtatum, & conditionem cuiuſque continebat,ibi,num.23.

Pro-

Profiteri eſt voluntatis, ibi, num. 3.
Profiteri æs alienum eſt ſua debita teſtari, ibi, num. 9.
Profiteri profeſſiones ſuas eſt modum curare, ibi, num. 11.
Prob tempora! in omnibus coma eſt, lib. 2. cap. 48. num. 106.
Prohibitio facta iudicibus contrahendi in Provincia an comprehendat eorum cognatos, lib. 2. cap. 11. num. 62.
Profeſſio expreſſa verbo, vel ſcripto emittitur, lib. 2. cap. 10. num. 12.
Profeſſio ratificatur poſt furorem, ibi, num. 24.
Profeſſio gravi metu facta nulla eſt, ibi, num. 25.
Profeſſio irrita à principio non poteſt fieri rata & valida, niſi voluntariè ratificetur, ibi, numer. 33.
Profitens coactus aliquo levi metu etiam extrinſeco tenetur obſervare regulam, ibi, num. 28.
Prolixa & fluxa barba referti Hirci vocabãtur, lib. 2. cap. 48. num. 137.
Promiſſio definitur, lib. 2. cap. 11. num. 1.
Promiſſio eſt contractus, ibi, num. 2.
Promiſſio differt à pollicitatione, ibi, num. 3.
Promiſſio differminatur ab ſtipulatione, ibi, numer. 12.
Promiſſio deliberatione & voluntate eſt conſtituenda, ibi, num. 35.
Promiſſio metu etiam levi extorta, & iurata non tenet, ibi, num. 40. uſq. 50.
Promiſſio meticuloſa non purgatur ex adprehenſione poſſeſſionis, lib. 2. cap. 24. num. 33.
Promiſſio metu reverentiali facta non tenet, lib. 2. cap. 11. num. 51. & 52.
Promiſſio dotis metu facta nõ tenet, ibi, num. 82.
Promittendi verbo ſæpè pactum ſignificatur, ibi, num. 15. 16. & 17.
Propter negligentiam in ſacrificijs admiſſam vindicta Dei proxima, lib. 2. cap. 16. num. 21.
Propter reverentiam non creditur quis conſentire, lib. 1. cap. 8. num. 148.
Propter criminis atrocitatem denegatur ſepultura, lib. 2. cap. 30. num. 3.
Propter periculum mortis licitum eſt ſcalam admovere furari volenti, lib. 2. cap. 43. num. 13.
Propter metum ignis venientis poteſt funditus everti domus vicini, lib. 2. cap. 38. n. 41. 44. 45. & 46.
Propter metum infamia non eſt licitum duellum acceptare, lib. 2. cap. 47. num. 2. & 3.
Propter periculum mortis comminata quid liceat, lib. 2. cap. 43. num. 68.
Propertius in univerſam ornatum mulierum notat, lib. 2. cap. 48. num. 172.
Proponitur caſus legis qui in carcere, D. hoc tit. lib. 2. cap. 46. num. 30. & 31.
Proponitur diſcrimen inter ius dicere, & iudicare, lib. 2. cap. 15. num. 20.
Proponitur diſcrimen inter conſenſum & licentiam, lib. 2. cap. 27. num. 3.
Propulſatio iniuriæ licita, lib. 2. cap. 45. num. 34. 35. & 36.
Provocatus vincens ſecurè lucratur, lib. 2. cap. 8. num. 48. 54. & 55.
Prudentia ſtatus quæ, lib. 2. cap. 39. num. 3. 4. 5. & 6.
Pſecadet quæ, lib. 2. cap. 48. num. 89.
Puniuntur iudices per ſordes iudicantes, lib. 2. cap. 15. num. 29. uſq. 32.
Pupillus obligari non poteſt ſine tutoris authoritate, niſi aliena iactura fieret locupletior, lib. 2 cap. 33. num. 18.
Prælatus ſimiliter, ibi, num. 19.

Q

QVando timendum ſit, lib. 1. cap. 1. num. 21.
Quando metus reverentialis anſam contractui dat, operatur, ſecus autem ſi non, lib. 1. cap. 8. num. 103.
Quando propter metum quis non adpellat, tenetur proteſtari, lib. 2. cap. 25. num. 10. uſq. 16.
Quando medicus dubitat, an propter timorẽ gravis damni teneatur infirmus dicere horas Canonicas, æger an ſit obligatus, lib. 2. cap. 42. num. 2.
Quando agitur contra inferentem metum, venit fructus percepti, & intereſſe extrinſecum, & intrinſecum, lib. 1. cap. 13. num. 22. & 23.
Quando agitur contra participem, idem eſt quod contra principalem, ibi, num. 24.
Quando agitur contra tertium, poſtquàm eſt conſtitutus in mora, ibi, num. 25.
Quando cum ſcientia concurrit fraus in alterius detrimentum, conſtitutio ligat ante promulgationem, lib. 2. cap. 4. num. 59.
Quando ignoratur prioritas naſcendi, ſorte decidenda eſt, lib. 2. cap 5. num 55.
Quando & an natus poſt ſubceſſionem alteri delatam habeat regreſſum, lib. 2. c. 9. n. 22. & ſeq.
Quando profeſſio eſt irrita & abſolutus poteſt

tis in admittente ſatis eſt ad eius valorem, ut is ratam habeat non mutata priori profeſſi voluntate per actum contrariũ, lib.2. c.10.n.22.

Quando quis eſt ſpoliatus, per metum renuntiaſſe præſumitur, lib.2.cap.14.num.64.

Quando mulier timet virum, eſt ſequeſtrãda, lib. 2.cap.19.num.99.

Quando metus venit per modum incidentiæ, utrũ ſit pronuntiandum ſuper metu, lib. 2. cap.15. num.65.& 66.

Quando pater revocat maioratũ à primo filio, & conſtituit in ſecundo, eſt quædam præſumptio revocationem fuiſſe factam perſuaſionibus ſecundi, lib.2.cap.9.num.53.

Quando religioſus dicit, ſe paratum relinquere omnia, quæ poſſidet, ad iuſſum ſuperioris fundendo murmurationes, preces & querelas, nõ excuſatur à vitio proprietatis, lib. 2. cap. 27. num.34.

Quando de contraventione iuramenti agitur inter partes, non niſi parte citata abſolutio peti poteſt, aliàs non valet, lib.2.cap.28.num.36. uſque 40.

Quando licitum ſit pro Republica, & alijs mortẽ oppetere, lib.2.cap.35.num.39.

Quando quis coactè mutuat, tenetur mutuatarius ſine alia mora ad intereſſe damni, & lucri, lib. 2.cap.42.num.24.& 25.

Quando adpellatur cuſtodia, intelligitur de publica, lib.2.cap.46.num.11.

Quando contractus eſt cum ipſo carcerante, ſeu eius participe, non tenet contractus, ibi, n.29.

Qua nota olim procedebat abſolutio, ſeu condemnatio, lib.2.cap.28. num.1.

In proſperis eventibus alvus erat color, ibi.

Litt. K, in condemnationibus adfigebatur, ibi.

Quatuor animi paſſiones connumerantur; lib.1. cap.5.num.9.& 10.

Quamvis ſtatus religioſi perfectio à ſolo Apoſtolorum tempore fuerit, quædam tamen eius adumbratio fuit in lege veteri, lib.2. cap.10.n.4.

Quatuor ſunt genera venatorum, lib.2. cap.37. num.10.

Quæ coactè ſe proſtituit, non eſt meretrix, lib. 2. cap.41.num.32.

Quæ concurrere debeant, ut ſuffragetur depoſitum, lib.2.cap.4.num.54.

Quæ fiunt contra facientis voluntatem, non imputantur facienti lib.1.cap.11.num.3.

Quæ fuerit lex Regia, lib.2.cap.12.num.21.

Quæ ratio in matrimonio tenenda ſit, lib.2. cap. 19.num. 49.

Quæritur, an teneat ſecundus maioratus effectus in favorem filij ſecundi, lib.2.cap.9. num.46. & 47.

Quæſtores ſortiebantur Provincias, lib.2. cap.5. num.23.

Quæſtores ſubſcribentes non ſubſcribenda puniendi ſunt, lib.1.cap.8.num.173.

Quæſtionis eſt, an extra tempus triſtitiæ licuerit barbam radere, lib.2.cap.48.num.132.

Qui aliquem ad ludum trahit, tenetur reſtituere lucrata, & peccat mortaliter, lib.2.cap.8. numer.45.47.& 50.

Qui ad locationem perpetuam, vel ad cenſum rẽ tenet, nõ poteſt illi renuntiare invito domino, lib.2.cap.13.num.15.

Qui dicatur invitus ad ludum, lib.2.cap.8.num. 37. uſque 44.

Qui iuſſu tyranni aliquẽ occidit, excuſatur à pœna, lib.1.cap.11.num.4.

Qui in linea proxima exiſtit, quamvis alij cæteris prærogativis antecellant, admittendus eſt, lib.2.cap.9.num.9.

Qui graviſsimo Regis metu iuravit renuntiare Eccleſiam ſuam, & renuntiavit, non obſtante illa abiuratione, poteſt illam rehabere, lib.2. cap.13.num.90.

Qui liberabatur à naufragio, arenam deoſculabatur, lib.2.cap.35.num.31.& 32.

Qui metuunt, tremunt, lib.1.cap.1.num.8.

Qui metum allegat, probare debet, lib.1.c.9.n.2.

Qui metu mortis peccans, non æqualiter excuſantur; gravius puniũtur Epiſcopi, Sacerdotes, & Diaconi, quàm inferioris ordinis Clerici, lib. 2.cap.43.num.54.& 55.

Qui munera præbet, liberalis eſt, lib.2.c.3.n.21.

Qui extra carcerem (cuſtodẽ tamen habens) contrahit, non tenetur, lib.2.cap.46.num.25.

Qui ſine vi, & fraude, ſed tamen ſuaſione, & precibus impedit, ne beneficium conferatur digniori, ſed digno, non tenetur aliquid digniori reſtituere, lib.2.cap.5.num.97.

Qui tacet, conſentire videtur, lib.1. cap. 8. num. 136.

Negatur, ibi, num.137.138.& 139.

Concordantur ſententiæ, ibi, num.140. uſq.146.

Qui vi, vel metu inter infideles exteriùs fidẽ negat, corde tamẽ retinet, peccat graviſsimè, ſed non eſt hæreticus, lib.2.cap.28.num.65.

Quid ſit ratio ſtatus, lib. 2. cap 39. num. 1. & 2.
Quid ſit moderamen inculpatæ tutelæ, lib. 2. cap. 45 num. 9. & 10.
Quibus comæ in uſu fuerint, lib. 2. cap 48 n. 94.
Quomodo infideles poſſint cogi ad Fidem, lib. 2. cap. 17. num. 58.
Quotannis ſacramentum renovabatur, lib. 2. c. 7. num. 14.
Quoties attenditur linea directa, non intelligitur conceſſa prærogativa patruo viro agnato, aut eius filio, ſed nepoti adverſus filiam ultimi poſſeſſoris, lib. 2. cap 9. num. 18.
Quivis actus factus à procuratore in proſecutione, ſimpliciter intelligitur conſtitutus procuratorio nomine, lib. 2. cap. 26. num. 35.

R

Ratio reddenda eſt ob potentiam domini in Curia à vidua, vel minori, lib. 2. c. 6. n. 102.
Ratio ſtatus à lege Dei eiuſque præceptis deviare non debet, lib. 2. cap. 39. num. 8.
Ratio quare mulieres velantur, lib. 2. cap. 48. numer. 31. & 32.
Ratio cõmunionis vendere cogit, lib. 2. c. 1. n. 82.
Ratione paupertatis quis compellitur vendere, ibi, num. 60. 61. & 62.
Ratione ſævitiæ filium pater, ſervũ dominus manumittere cogitur, ibi, num. 83.
Ratione ſalarij advenæ ſunt de iuriſdictione illius Curiæ, ubi factũ eſt, lib. 2. cap. 26. num. 50. 51. & 52.
Receſſus à locatione propter metũ adiuvatur, lib. 2. cap. 32. num. 31.
Recèns baptizatis dabatur vinum, & lac, lib. 2. cap. 17. num. 40.
Rector, ſeu Princeps ab alio, quàm ab ipſa Republica conſtitui non poteſt, lib 2. cap. 12. n. 18.
Rectè poteſt Rex vectigalia vindicare, lib. 2. cap. 23. num. 13.
Recuſatio iudicũ libera olim fuit, lib. 2. c. 5. n. 30.
Refertur factum Domitiani, lib. 2. c. 23. num. 31.
Refertur hiſtoria uxoris Philonis, lib. 2. cap. 48. num. 174.
Refertur caſus Abſalonis, ibi, num. 125.
Refertur Ovid. ibi, num. 15. & 16.
Referuntur caſus, in quibus eſt præfinitio tẽporis ad excluſionẽ metus, lib. 1. c. 9. n. 20. 21. & 22.
Refutantur Blond. & alij, quatenus dicunt aviũ aucupationẽ neſciviſſe Priſcos, & inven ſſ: Fridericũ Barbã-rubeã, lib. 2. c. 37. n. 16. 17. & 18
Reges virgam in manibus geſtabant, lib. 2. cap. 15. num. 9.
Reges erant Sacerdotes, lib. 2. cap. 16. num. 37.
Reges igni aſſimilantur, lib. 1. cap. 7. num. 3.
Reges Soli comparantur, ibi, num. 4.
Reges non valebant omnem iuriſdictionem exercere ſoli, ideò conſtituerunt dominos, & officiales, lib. 2. cap. 12. num. 30.
Reges ſorte eligebantur, lib. 2. cap. 5. n. 15. uſq. 18.
Reges Hiſpaniæ amore potius quàm timore regnant, lib. 1. cap. 7. num. 16.
Reges debent cuncta facere in utilitatem ſubditorum, ibi, num. 2. 13. & 14.
Reges debent honorari, ibi, num. 6.
Regula legis purè. § fin. D. de dol. except. nõ militat in metu, lib. 1. cap. 10. num. 15.
Rei ſordidati turbato capillo, & promiſſa in pectus barba incedebant, lib. 2. cap. 48. num. 138.
Reis ignominiæ cauſa barba tondebatur, ibi, numer. 140.
Reis olim caput coma reducebatur, ibi.
Religio nata ex timore, lib. 1. cap. 1. num. 7.
Religioſus poteſt habitum deſerere ob timorem, lib. 2. cap. 10. num. 99.
Religioſus factus Epiſcopus poteſt renuntiationẽ factam in ingreſſu revocare, lib. 2. c. 13. n. 44.
Religioſum ſtatum Apoſtoli adceperunt ab Elia, lib. 2. cap. 10. num. 5.
Religioſus ſtatus laudatur, lib. 2. cap. 10. num. 1.
Iure Divino fuit inſtitutus, ibi, num. 2.
In ipſiſmet Apoſtolis initium habuit, ibi, num. 3.
Remedia nihil in peſtibus proficiunt, lib. 2. cap. 40. num. 18. & 19.
Remiſſio metu extorta legitima nõ eſt, lib. 2. cap. 30 num. 90. & 91.
Remiſſio debiti debet eſſe libera, & ſine metu, ut valeat, lib. 1. cap. 3. num. 3.
Remuneratio eſt Reipublicæ præſidium, & convenit Regibus, lib. 2. cap. 3. num. 56.
Renuntiatio metu reverẽtiali facta valida eſt ipſo iure, lib. 2. cap. 13. num. 49. uſq 53.
Negat Author, ibi, num. 57. uſq. 68.
Reſpondet contrarijs, ibi, num. 59. uſq. 62.
Renuntiatio facta de beneficio à capto per dominũ ſecularem, & detentum, donec illud renuntiaret, eſt nulla, lib. 2. cap. 14. num. 46.
Renuntiatio definitur, lib. 2. cap. 13. num. 1.
Renuntiare verbum latè patet, ibi, num. 2. cũ ſeq.
Renuntiatio debet dirigere ſermonem ad rem renuntiatam, ibi, num. 18.

Renuntiatio iuris de futuro non valet, niſi pacto, ſtipulatione, & per hæc verba: Renuntio iuri, quod habeo, ibi, num. 20. uſq. 24.

Renuntiatio tranſlativa eſt acquiſitio, ibi, num. 25. & 26.

Renuntiationes de futura ſubceſſione etiam iuramento vallatæ Iure Civili comprobantur, ſecus autem Iure Canonico, ibi, n. 28. 29. & 30.

Renuntiatio eſt ſtricti iuris, ibi, num. 33.

Renuntians inſtrumento non cenſetur renuntiare debito, ibi, num. 34.

Renuntiatio de certis bonis ad alia bona non extenditur, ibi, num. 35.

Renuntiatio facta ex una cauſa non extēditur ad ius competens ex alia cauſa, ibi, num. 36.

Renuntians iuri, quod habet in hereditate, & bonis paternis, excluſa eſt à petitione dotis maternæ, ibi, num. 40.

Renuntiatio intelligitur de præſenti, ibi, num. 41. & 44.

Renuntiatio comprehendit expreſſum, ibi, num. 42. & 43.

Renuntiatio cenſetur donatio, ibi, num. 45.

Renuntiatio metu facta non tenet, ibi, num. 47.

Renuntiatio beneficij propter metum periculi imminentis perſonæ ipſius Clerici renuntiantis, & conſanguinei, vel fratris totaliter eſt nulla, ibi, num. 91. & 92.

Renuntiatio caſuum inopinatorum debet eſſe ſpecifica, & non per relationem ad leges 1. & 2. tit. 9 lib. 9. Recop. lib. 2. cap. 32. num. 37.

Res furtivæ in ſaburram veniebāt Occidente Sole, lib. 2. cap. 34. num. 63.

Res facta ſine more eſt improba, ſicut cum more laudabilis, lib. 2. cap. 36. num. 14.

Res Deorum templis offerebantur, lib. 2. cap. 21. num. 8.

Res domino perit, lib. 2. cap. 4 num. 92.

Res ſacra vendi nequit, lib. 2. cap. 1. n. 76. & 77.

Reſidentia eſt de Iure Divino, lib. 2. cap. 40. numer. 1.

Reſignatio definitur, lib. 2. cap. 14. num. 1.

Reſignare verbum latum, ibi, num. 2. uſq. 21.

Reſignatum es quid, ibi, num. 20.

Reſignationes debent fieri coram Epiſcopo, & alio ſuperiori ordinario, ibi, num. 22.

Reſignatio metu facta non tenet, ibi, n. 39. uſq. 45.

Reverentia eſt honor exhibitus cū pavore, lib. 2. cap. 13. num. 61.

Reſpublica Romana in Auguſtum Cæſarem omne ſuum Imperium contulit, lege Regia de eius Imperio lata, lib. 2. cap. 12. num. 20.

Requiritur in profeſſione conſenſus profitentis, lib. 2. cap. 10. num. 23.

Reſtitutio ſolùm conceditur propter læſionem, lib. 1. cap. 6. num. 34.

Reſtitutionis reclamationis ob metū ultra quinquennium petitio debet fieri coram Sanctiſſimo, lib. 2. cap. 10. num. 32.

Reſtituere quid, lib. 1. cap. 6. num. 30.

Romani ſilvas, & lucos vectigales habuerunt, lib. 2. cap. 37. num. 36.

Romani excommunicationibus utebantur, lib. 2. cap. 31. num. 7.

Romanorum Principes, & alij Reges iudices, lib. 2. cap. 15. num. 17. & 18.

Romæ uxorium pendere cogebantur cœlibes, lib. 2. cap. 19. num. 22.

Romæ genus crebrum captatorum, lib. 2. cap. 20. num. 77. & 78.

S

S*Acer ordo eſt ſacramentum, & incepit cum viſibili unctione ab Aaron, lib. 2. cap. 16. n. 4.*

Sacer ordo non liberat à patria poteſtate, ibi, numer. 60.

Negatur, ibi, num. 61. & 62.

Reſpondetur contrarijs, ibi, num. 71. 72. & 73.

Sacer ordo liberat à dominica poteſtate, ibi numer. 70.

Sacerdos Heli fovebat ignem, lib. 2. cap. 38. numer. 7.

Sacerdotium ſumma eſt omnium bonorum, lib. 2. cap. 16. num. 23.

Sacerdotes adpellabantur Capellani, ibi, num. 6. & 7.

Sacerdotibus corona, ibi, num. 42. 43. & 44.

Sacerdotes caſti eſſe tenētur, ibi, num. 45. & 46.

Sacerdotes debēt vitare conſortia mulierum, ibi, num. 47.

Sacerdotes debent comam non nutrire, ibi, numer. 48.

Sacerdotes veſtibus honeſtis utantur, ibi, numer. 53.

Sacerdotes ne ſint luſores, ibi, num. 54.

Sacerdotes arma non portent, ibi, num. 55.

Sacerdotes in omnibus oſtendant ſtatum, quem profitentur, ibi, num. 57.

Sacerdotes Dij adpellantur, ibi, num. 58.

Sacerdotes in inceſſu debent oſtendere gravitatē, ibi, num. 59.

Sacramentum ordinis eſt ſacramentum voluntatis, ibi, num. 74.
Sacrificia S. P. & adventantibus Imperatoribus fiebant, ibi, num. 13.
Sacrificia dividuntur, ibi, num. 16. uſq. 19.
Sacrificare quid, ibi, num. 15.
Sacrilego competit immunitas Eccleſiæ, lib. 2. cap. 30. num. 16.
Salomon truculentus Rex, lib. 2. cap. 23. num. 36. uſque 39.
Sanguinis pœna pro nullo crimine Iure Canonico infligitur, lib. 2. cap. 46. num. 17.
Scorta in ſcenam producebantur, lib. 2. cap. 41. num. 26.
Sæpiùs opinione, quàm re laboramus, lib. 1. cap. 1. num. 16. & 17.
Secretarium dicebatur Aula iudicum, lib. 2. cap. 30. num. 64.
Sententia definitur, lib. 2. cap. 15. num. 1.
Sentẽtia metu lata tenet ipſo iure, ibi, n. 33. & 34.
Contrarium tenet Author, ibi, num. 35. 36. & 37.
Sententia venalis nulla eſt, ibi, num. 38.
Sententia per importunitatem lata non valet, ibi, num. 39.
Sententia iuſta metu lata non tenet, ibi, num. 40. & 41.
Sententiæ duæ componuntur, ibi, num. 42.
Sententia data contra principalem exſequitur cõtra fideiuſſorem, lib. 2. cap. 6. num. 19.
Sepulcra Maiorum magni habita, lib. 2. cap. 5. num. 89.
Sepulcra olim in agris habitationes continebant, ibi.
Sequeſter qui, lib. 2. cap. 4. num. 7. uſq. 11.
Sequeſtrum ex aliqua cauſa debitori factum iudicis authoritate illi præcipientis, ne ſuo creditori ſolvat, in ipſo debito factam exſecutionem impedit, ibi, num. 77. 78. & 79.
Servus non excuſatur, ſi metu mortis non tulit opem domino, lib. 2. cap. 30. num. 84.
Contrarium, ibi.
Limitatur in vaſſallo, ibi, num. 86.
Servus naturaliter obligatur, lib. 2. cap. 33. n. 3.
Servus in ægritudine à domino deſertus liber fit, lib. 2. cap. 34. num. 8.
Servus poſt manumiſſionem in ſervitutem revocari non poterat, ibi, num. 43. uſq. 59.
Servus nullatenus poteſt præſcribere libertatem, ibi, num. 60. uſq. 63.
Adfirmatur, & verè, ibi, num. 64. uſq. 70.
Reſpondetur contrariis, ibi, num. 71. uſq. 74.
Servi ad pedes domini ſtabant in conviviis, ibi, num. 28.
Servi cùm manumittebantur, demebantur ipſis capilli, & capiti raſo imponebatur pileum, lib. 2. cap. 48. num. 117. & 118.
Servi diverſis officiis, & miniſteriis deputabantur, lib. 2. cap. 34. num. 21.
Servi in conviviis ſuccingebant ſe, ibi, num. 25. & 26.
Servi ius aureorum annulorum impetrantes in Equeſtrem ordinem admittebantur, ibi, numer. 42.
Servis propria nomina non fuerunt, ibi, num. 10.
Servo invito libertas dari poteſt, ibi, num. 85. uſque 89.
Si à promiſſione incipit, nõ eſt donatio, lib. 2. cap. 3. num. 3.
Si aſſertum ſit, quòd donec exſtant maſculi, fœminæ non ſuccedant, ſuccederent eæ ex ſola vocatione maſculorum linea directa, lib. 2. cap. 9. num. 20.
Sigillum Principis probat, lib. 1. cap. 8. num. 163.
Sigilli adpoſitio in chartis vacuis non operatur, ibi, num. 164.
Si intentatur metus officio iudicis, durat triginta annis, lib. 1. cap. 10. num. 12.
Si in maioratu metu inſtituto iuramentum intervenit, ab illo abſolutio non eſt petenda, lib. 2. cap. 9. num. 45.
Si inſtrumenti nullitas ex parte creditoris preveniendo petatur, interim ex eodem contractu impugnato non poteſt cenſus exigere, lib. 2. cap. 29. num. 44. uſq. 47.
Adfirmatur, ibi, num. 48. uſq. 51.
Si contractus habeat plura capitula, & in uno fiat mentio officii, in aliis autem contractibus ſimpliciter, eodem modo debet intelligi, lib. 2. cap. 26. num. 36.
Simplex votum non obligat in conſcientia, etiã ſi metu levi fiat, lib. 2. cap. 21. num. 54. & 55.
Si filius ſecundus, in quem ſecundo loco facit pater maioratum, blanditiis licitis & honeſtis illum attraxerit, valebit maioratus, ſecus autem non, lib. 2. cap. 9. num. 47. & 49.
Si hoſtes, qui ob metum triremiũ hoſtiliũ in terram fugiendo adpulerunt, ab incolis capiãtur, num debeantur capientibus, vel Duci triremium, lib. 2. cap. 35. a num. 43.

Sine iuſta cauſa nõ poteſt quis manere obligatus, lib.2.cap.11.num.20.
Sine acceptatione promiſſio non obligat, ibi, numer.34.
Si negatio Fidei fit vi vel metu tormentorum, aut mortis, hoc ex parte ſua poteſt minuere deformitatem peccati, lib.2.cap.31.num.44.
Si nobilis pignoratur, non ſtatim poteſt agere de metu, lib.2.cap.11.num.59.
Si non iudex, ſed alius alicui metum incutiat, ut conſentiat ad iudicem, non valebit prorogatio, lib.2.cap.12.num.74.& 75.
Si Princeps timore belli muniat caſtrum alicuius nobilis, non poteſt ab eo expenſas illas repetere, lib.2.cap.38.num.52.
Si propter maris tempeſtatem, aut hoſtium metũ navis in aliquem locum perveniat cum mercibus probibitis aſportari à Regno excuſatur, lib.2.cap.35.num.40.41.& 42.
Si quis metu iudicis fugiat, excuſatur à fuga, lib.2.cap.45.num.23.
Si quis decedat non electa ſepultura, ſepeliendus eſt in ſepulcro Maiorum, lib.2.cap.5.n.89.
Si res fideiuſſoris à creditore occupentur, ius crediti non amittit, lib.2.cap.6.num.78.
Si ſit conſuetudo adclamandi, & excitandi populum, excuſat, ut non puniatur quis uti ſeditioſus, lib.2.cap.36.num.52.
Si ſolus fideiuſſor metu acceſſit, liberatur ſolus, nõ autem reus, lib.2.cap.6.num.74.
Si tacenti & præſenti fiat promiſſio pollicitatio erit, an pactum, lib.2.cap.11.n.5.9.10.& 11.
Si vi tractus ad ludum animum adplicuit ad ludendum, an tunc eum trahens acquirat ius lucrandi, quo ante carebat, lib.2.cap.8.num.55.
Si vir irritet vota de licentia ſua ab uxore emiſſa, valida eſt irritatio, peccat tamen, niſi iuſta cauſa intercedat, lib.2.cap.48.num.155.
Solebant venatores in foribus prædam, ſeu feras ſuſpendere, lib.2.cap.37.num.20.
Solennia faſta propter lemures conſtituta, lib.2.cap.32.num.3.
Solennitates ſubſtantiales ſemper adeſſe præſumentur, lib.2.cap.1.num.17.
Solatium dabatur etiam victis, lib.2.cap.37.numer.58.
Solebant teſtatores legata relinquere ad ludos, lib.2.cap.21.num 4.
Solus metus, qui excuſat à culpa, excuſat à cenſura, lib.2.cap.31.num.45.
Solvens alteri metu ſtatuti pœnalis liberatur, lib.2.cap 24.num.15.
Solventi pro invito non competit actio negotiarum geſtorum, ibi, num.22.
Solvere verbum latè patet, ibi, num.1.
Solutio probatur per teſtes, ibi, num.8.
Solutio cum proteſtatione nullum generat præiudicium, ibi, num.11.
Solutio onerum coacta non tollit immunitatem, ibi, num.18.& 19.
Solutio facta per carceratum dicitur meticuloſa, ibi, num.20.
Solutio facta apparitori liberat, ibi, num.21.
Solon Athenis primus meretriculas proſtituit, lib.2.cap.41.num.4.
Somnia expiabantur, lib.2.cap.45.num.44.
Spes & metus duo affectus validiſſimi animorũ, & ſæpè coniuncti, lib.1.cap.1.num.14.
Sortes in urna conijciebantur, lib.2.cap.5.n.31.
Sortis uſus in electionibus Eccleſiaſticis improbatur, num.53.
Spectra eſſe refertur, lib.2.cap.32.num.1.& 2.
Spartarum lex refertur, lib.2.cap.48.num.179.& 180.
Spontanea confeſſio non nocet reo, niſi pluries in ea perſeveraverit, lib.2.cap 2.num.26.
Spontè fieri quid dicatur, lib.2.cap.5.num.103.104.& 105.
Spõtè quis ingredi debet religionẽ, lib.2.c.10.n.25
Sponſalia & nuptiæ conſenſu fiunt, lib.2.cap.19.num.59.
Sponſalia metu contracta non firmantur iuramento, niſi poſt metum fuerit facta purgatio, ibi, num.69.& 70.
Statuarum uſus quando inceperit, lib.1.cap.13.num.2.
Stuprator contrahens cum ſtuprata ob metũ accuſationis à patre illius efficiendæ, tenetur ad matrimonium, quia validum eſt, lib.2.cap.41.num.55.& 56.
Obponitur cap.veniens, de ſponſal.ibi, num.58.
Reſpondetur, & intelligitur, ibidem.
Sub calatis Comitũs quandoque Curiata & Centuriata comprehenduntur, lib.2.cap.20.n.14.
Sub prætextu inſtrumenti noviter reperti tranſactio reſcinditur, lib.2.cap.14.n.19.20.& 21.
Subſcribens ſimpliciter inſtrumento videtur id adprobare, lib.1.cap.8.num.152.uſq.161.
Limitatur, ibi, num.162.
Reſpondetur contrarijs, ibi, num.166.167.

Sub-

Subſcribens debet eſſe certioratus, ibi, num. 163.
Subſcribens falsò litteras alterius nomine, nec extraordinariè punitur, ibi, num. 168.
Subſcribere quid, ibi, num. 172.
Subſcriptio in adcuſatione, ibi, num. 169. 170. 171.
Subſtitutio pupillaris moribus eſt introducta, lib. 2. cap. 36. num. 21.
Succedens lineam ſibi, & omnibus eius deſcendentibus conſtituit, lib. 2. cap. 9. n. 5. 6. & 7.
Suffragia voce in calculis dabantur, lib. 2. cap. 5. num. 10.
Suffigebantur columnis, & parietibus vota, lib. 2. cap. 21. num. 13.
Suggeſtum quid, lib. 2. cap. 48. num. 93.
Summus Pontifex non poteſt diſpenſare cũ religioſis in particulari, ut habeant proprium cum dominio, lib. 2. cap. 27. num. 31.
S. P. non poteſt ſe abſolvere, lib. 2. cap. 28. num. 49. 50. & 51.
Adfirmatur, ibi, num. 52.
Corroboratur opinio, ibi, num. 54. & 55.
Reſpondetur cap. fin. de inſtitut.
Super rebus maioratus compromiſſum non fit, lib. 2. cap. 22. num. 35.
Supercilia fuligine producebantur, lib. 2. cap. 48. num. 78.
Supercilia radebantur, ibi, num. 144.
Summa cura impendenda eſt, ut Reſpublica comeſtibilibus præcipuè frumẽto abundet, lib. 2. cap. 1. num. 63. & 64.

T

TAbelarius ob metum litteras tradens non punitur, lib. 2. cap. 30. num. 100. uſq. 109.
De origine Tabelariorum, ibi.
Tabularum nuptiarum ſolennia proponũtur, lib. 2. cap. 19. num. 21.
Tabularum paſſim eſt mentio, ibi, num. 19.
Taciturnitas ſubditorum in tolerãdis gravaminibus non inducit conſenſum, lib. 2. cap. 23. num. 17.
Taciturnitas Prælati non excuſat à vitio proprietatis, lib. 2. cap. 27. num. 35.
Taciturnitas inter manſuetas virtutes connumeratur, lib. 2. cap. 30. num. 54. 55. & 56.
Tametſi unica dictio eſt, lib. 2. cap. 12. n. 61.
Taxatur I. Lipſ. lib. 2. cap. 2. num 21.
Temperantia quid, lib. 2. cap. 16. n. 49. 50. & 51.
Temperantiam debent clerici ſervare, ibi, n. 52.
Tenemur benefacienti benefacere, lib. 2. cap. num. 39.
Tenet promiſſio, ſeu obligatio facta à captivo pro ſe, & alijs, ibi, num. 41.
Terminus in continenti, quod temporis ſpatium denotat, lib. 2. cap. 45. num. 13.
Terribile excommunicationis genus apud Eſſenos & Gentiles, lib. 2 cap. 31. num. 5. & 6.
Terror eſt, qui alijs infertur, lib. 1. cap. 3. num. 7.
Terror pro metu ponitur, ibi, num. 8. & 9.
Tertull. mollitiem capillorum in omnibus damnat, lib. 2. cap. 48 num. 110.
Teſtamenti etymon, lib. 2. cap. 20. n. 1. 2. 3. & 4.
Teſtamentum definitur, ibi, num. 5.
Teſtamentum quo iure fuerit inventum, ibi, n. 6.
Teſtamentum typus immortalitatis, ibi, num. 7.
Teſtamentum tripliciter fiebat, ibi, num. 12.
Teſtamentum calatis Comitijs quid, ibi, num. 13.
Teſtamentum in procinctu quid, ibi, num. 17.
Teſtamentum per as & libram quid, ibi, num. 20. uſque 23.
Teſtamentum litteris notis exaratum non tenet, ibi, num. 28.
Teſtamentum metu factũ valet, ibi, n. 39. & 40.
Negatur, ibi, num. 41. cum ſeq.
Teſtamentum præſumitur metu factum ſi per importunitatem fiat, ibi, num. 52.
Teſtamentum coram quinque teſtibus factum metu tyranni validum eſt, ibi, num. 67.
Teſtamentum metu reverentiali non valet, ibi num. 68. uſq. 70.
Teſtamentum mulieris nimia importunatione mariti fatigata eo inſcio factum ante neat, ibi, num. 78.
Teſtamentum doloſis ſuaſionibus à ſene corporis, animique viribus deficiente extortum non tenet, ibi, num. 79.
Teſtamentum blanditijs procuratum non valet, ſi vis, aut metus proceſſerit, ibi, num. 80.
Teſtamenta in quacunque materia ſcripta valẽt, ibi, num. 25.
Teſtamenta olim tabulis ceratis ſcribebãtur, poſteà in membranis, papyro, pergameno, corio, & alijs inſtrumentis, ibi, num. 26. & 27.
Teſtamenta ſirvabantur in Deorum delubris, ibi, num. 30. & 31.
Teſtamenta reſerabantur poſt mortem, ibi, numer. 32.
Teſtamenta priùs ſignabantur, lib. 2. cap. 14. numer. 5.

Teſta-

Teſtatoris voluntas ſervanda eſt, lib. 2. cap. 20. num.8.& 9.
Teſtimonium invitus dicit, lib.2.cap.1.num.53.
Teſtes ſingulares metum probant, lib. 1. cap. 9. num.9.
Teſtes inhabiles inveantur alijs, ibi, num.11.
Tormentis inquiri veritatem fuit inventum Superbi Tarquinij, lib.2.cap.2.num.27.
Torvus ad terrorem dicitur, lib.2.cap.13.n.65.
Tholum quid, lib.2.cap.21.num.14.
Timidi qui dicantur, lib.1.cap.1.num.28.
Timor pro magno uſurpatur, lib.2.cap.30.n.46.
Timor inferendæ violẽtia vitiat electionem, lib. 2.cap.5.num.62.
Timor, metus, & trepidatio ſunt ferè ſynonima, lib.1.cap.3.num.10.
Timere & ſperare idem ſunt, ibi, num.11.
Timor inter Deos adnumeratus fuit, lib.1.cap. 1.num.7.
Timori templa dicata, ibi.
Timore homines inducuntur ad conſulendũ, quod pertinet ad ſpem, ibi, num.24.
Timor & metus diſcriminantur, lib.1.c.3.n.1.
Tinctio capillorum Francorum figmentum, lib.2. cap.48. num.75.
Tyro in favorem magiſtri ſui teſtari, aut aliquã diſpoſitionem facere nequit, lib.2.cap.1.n.103.
Tyranni metu ſolvens repetit, lib.2.cap.24.n.20.
Tyrannus qui, lib.2.cap.41.num.32.
Tormenta duas partes habent, lib.2.cap.2.n.27.
Traditione perficitur donatio, lib.2.cap.3.n.4.
Trahere ſignificat violentiam, lib. 2. cap. 8. numer.46.
Traductio ad matrimonium neceſſaria, lib.2.cap. 19.num.41.
Tranſactio ſuper ſorte comprehendit fructus, lib. 2.cap.18.num.9.
Tranſactio eſt diſtractus, ibi, num.10.
Tranſactio an ſub læſionis enormis, vel enormiſſimæ prætextu p. ſſit reſcindi, ibi, num.22. uſque 42.
Tranſactio ob metum non tenet, ibi, n.44. uſq.48.
Et etiam ob metum reverentialem, ibi, num.49. 50.& 51.
Tranſactio ſpontè non inita non patitur pœnas l. ſi quis maior, C. de tranſact. ibi, num.52.
Tranſgreſſio legis humanæ iuſtæ obligat ad peccatum, lib.2 cap.44.num.18.
Tremor eſt concuſſio corporis, lib.1.cap.3.n.3.
Tremere terra dicitur, ibi, num.4.
Triplex genus venationis, lib.2.cap.37 n.15.
Triplex eſt genus operationum malarum prohibitarum lege naturali, divina, humana, & civili, lib.2.cap.43.num.52.
Tria fuerunt inter Romanos fœderum genera, lib.2.cap.6.num.15.
Tributum à Chriſto ob vitandum ſcandalum ſolutum, lib.2.cap.2.num.8.& 16.
Triſtitia ſequitur timorem, lib.1.cap.1.num.13.
Tutor & curator incutiunt metum, lib.1.cap.8. num.128.
Tutor blando ſermone inducere poteſt teſtatorem, ut relinquat ſibi, quod pupillo relinquere volebat, lib.2.cap.9.num.48.& cap.20.num.82.
Tutor vel curator poſſunt alienare ſine decreto molendina, & bona ſita iuxta flumen obnoxia inundationi, lib.2.cap.49.num.1.
Negatur, ibi, num.2.
Salvatur opinio, ibi, num.4.

V

Valida eſt ſtipulatio ſervum ſanum eſſe, furem non eſſe, lib.2.cap.32.num.21.
Validum eſt argumentum à minori ad maius, lib. 2.cap.16.num.64.
Vaſſallus invitus alienari nequit, lib.1.c.8.n.48.
Variè olim apud diverſas gentes iuramenta fiebant, lib 2.cap.7.num.15.
Variæ pœna contra non ſervantes ſecreta indicta, lib.2.cap.30.num.67.uſq.74.
Varia genera ſervorum fuerunt, lib.2.cap.34.numer.13.
Varia genera ludorũ obſervavit Antiquitas, lib. 2.cap.8.num.1.
Vectigalia ad protectionem Reipublicæ, lib.2.cap. 23.num.1.
Vectigalia cum ipſis Regibus orta, ibi, num.2.
Velle non creditur, qui obſequitur imperio patris, vel domini, lib.1.cap.8.num.95.
Velamen lutei coloris, lib.2.cap.48.num.23.
Velamen purpureum in ſepulcris Imperatorum, ibi, num.27.
Velaminibus altaria inſternebantur, ibi, num. 25.
Venatio Principi maximè neceſſaria, lib. 2. cap. 37.num.1.
Venatio prohibetur clericis excepta cauſa recreationis, ibi, num.23.
Venationis tempus eſt cum dies incipit, ibi, numer.11.

Vena-

Seu Sylloge rerum & verborum.

Venatores eadem veſte utebantur, qua milites, ibi, num. 8.
Venatores ſuas opes miſerè dilapidant, ibi, num. 27. & 28.
Venatoribus ab Actæonis fabula cavendum, ibi, num. 25.
Veneficæ nullis tormentis domantur, donec deſectus fuerit capillus, lib. 2. cap. 48. num. 104.
Venditio, quam æger medico facit, non valet, lib. 2. cap. 1. num. 96.
Negatur, ibi, num. 97.
Adfirmat Author, ibi, num. 98.
Vtilitas ſive damnum medicorum, ibi, num. 102.
Venditio uno nummo contrahi nequit, ibi, n. 18.
Venditio metu facta non tenet, ibi, n. 28. uſq. 38.
Venditio rerum Eccleſiaſticarum metu facta non valet, ibi, num. 39.
Vendere coactus à tyranno nullo emptori pretio refuſo prædium recuperat, ibi.
Ventorum turbines tempeſtatem præſignant, lib. 2. cap. 35. num. 22.
Vera lectio l. 5. §. ſatis acceptio, D. de verb. oblig. lib. 2. cap. 6. num. 36.
Vera mens text. in cap. ſi verò, & cap. verum, de iur. iur. lib. 2. cap. 7. num. 54. uſq. 58.
Veræ ſunt animarum adparitiones, lib. 2. cap. 32. num. 11.
Verecundia cuſtos eſt pudicitiæ, lib. 2. cap. 41. numer. 33.
Verba oſtentativo, ſeu urbano modo prolata non obligant, lib. 2. cap. 11. num. 28.
Verba obiurgatoria inducunt iuſtum metum, lib. 1. cap. 8. num. 102.
Verba mentis ſunt interpretes, lib. 2. cap. 6. num. 5. & cap. 11. num. 26.
Verbum moris Ius Gentium ſignificat, lib. 2. cap. 36. num. 24.
Verbum moris denotat leges Romanorum antiquas, quæ opponuntur legibus novioribus, ibi, num. 19.
Veſtes ſecundùm cuiuſque ſtatum ſunt adducendæ, lib. 2. cap. 48 num. 181. & 182.
Veteres teſtamenta curabant, lib. 2. cap. 20. n. 11.
Vbi metus, & coactio intercedunt, conſenſus deficit, lib. 2. cap. 5. num. 61.
Viceſima hereditatum quæ, lib. 2. cap. 32. n. 48.
Viarum cura habenda, lib. 2. cap. 35. num. 30.
Victima invita ad aram non admittebatur, lib. 2. cap. 17. num. 55.
Victoria eſt finis luctæ, lib. 2. cap 4. num. 16.
Violentia meretrici illata punitur extraordinariè, lib. 2. cap. 41. num. 47.
Violenti contractus Iure Divino improbantur, lib. 2. cap. 6. num. 71.
Vi vel metu inter infideles abnegans Fidem corde tamē illam retinens, an ſit hæreticus, lib. 2. cap. 28. num. 67. uſq 70.
Vim vi repellere licet, lib. 2 cap. 45. n 1. cum ſeq.
Vires poſſunt in capillis conſiſtere, lib. 2. cap. 48. num. 101. 102. & 103.
Vir non debet comam nutrire, ibi, n. 105. cum ſeq.
Vir poteſt abnuere vota continentiæ, quæ ſine eius conſenſu (non autem cum eo) Deo uxor obtulerit, ibi, num. 154. & 155.
Vir dicitur à virtute, mulier à mollitie, lib. 2. cap. 13. num. 66.
Virum capillos comere non decet, ſed ſervum, lib. 2. cap. 48. num. 116.
Virorum propriè eſt ducere, fœminarum verò nubere, lib. 2. cap. 19. num. 39.
Virga inſigne fuit iudicis, lib. 2. cap. 15. num. 4.
Virginem deflorans ſuaſionibus importunis tenetur ad reſtitutionem damnorum datorum, lib. 1. cap. 13. num 12.
Virgo nondum traducta ad domū ſponſi, quæ obiicit exceptionem metus, eſt ſequeſtranda, lib. 2. cap. 19. num. 97.
Viſus armorum, & alia plura inducunt iuſtum metum, lib. 1. cap 8. num 30.
Vis quæ, lib. 1. cap. 4 num. 1. & 2.
Vis ineſt ſuperiorum muneribus, lib. 2. c. 8. n. 43.
Vis dividitur in multiplicem ſpeciem, lib. 1. cap. 4. num. 3. cum ſeq.
Vltima cera ſignificat teſtamētū, lib. 2. c. 20. n. 3.
Vnus actus habens tractum ſucceſſivum ſufficit ad conſuetudinem inducendā, lib. 2. cap. 36. n. 45.
Vocula doli ſine adiecto poſita, de malo capitur, lib. 1. cap. 6. num. 3.
Vocatis deſcendentibus ex linea directa debent ſuccedere maſculi ex duabus, vel pluribus fœminis non obſtante multiplicitate fœminarum, lib. 2. cap. 9. num. 13.
Voluntariū eſt duplex, lib. 2. cap. 43. num. 32. 33. & 34.
Voluntas quæ, lib. 1. cap. 11. num. 1.
Voluntas coacti voluntas eſt, ſed qualificata, ibi, num. 6. & 7.
Voluntas meticuloſa habet in ſuperficie volitionē, & in medulla nolitionem, ibi.
Voluntas regit promiſſionem, lib. 2. cap. 11. n 31.

Vo-

Voluntas & propoſitum diſtinguunt maleficia, lib.2.cap.30.num.30.
Voluntatis depoſitum ſine imminẽti periculo fit, lib.2.cap.4.num.32.
Vota ſolennia ſunt de ſtatus religioſi eſſentia, lib. 2.cap.10.num.10.
Votum concipiebatur interdum ab nativitate, lib. 2.cap.48.num.96.
Votum non radendi barbam permiſſum, ibi, num. 97.98.& 99.
Votorum obſervantia magna olim, lib.2. cap.21. num.1.
Vota in Capitolio concipiebantur, ibi.
Vota nuncupabantur pro Principibus, ibi.
Vota in magnis periculis, & ante bellum fiebant, ibi, num.6.& 7.
Voventium primitiæ, aut exſubiæ figebantur, ibi, num.14.
Vota ſuffigebantur columnis & parietibus, ibi, num.13.
Votum quid, ibi, num.32.
Votum metu factum non tenet, ibi, num.33.& 34.
Votum metu mortis factum irritum eſt ipſo iure, ibi, num.35 uſq.38.
Votum metu factum nullum eſt etiam ſi vovens iuret ſe dum fecit, cõſenſum habuiſſe, ibi, n.56.
Vſus tam de frequentia actuum, quàm de ſingulis actibus dici poteſt, mos autem non dicitur propriè de uno actu, lib.2.cap.36.num.30.
Vrbs ſimpliciter ſcripta intelligitur Romana, ibi, num.23.
Vultus ſuperioris iratus, vociferatio & preces inducunt iuſtum metum, lib.1. cap.8. num.37. 38.& 39.
Vt metus gravis ſit, neceſſe eſt, ne quis occurrere queat malis, quæ timet, ibi, num.17.
Vultus imago animi, lib.2.cap.48.num.6.
Vt edictum, quod metus cauſa, locum habeat, metus ab eo, cui ſit obligatio, debet imponi, vel fraudem participare, lib.2.cap.3. num.43.44. & 45.
Vt relevet depoſitum, neceſſum eſt fieri cum uſuris, lib.2.cap.4.num.49.& 50.
Vt reſignatio non adnulletur, neceſſum eſt reſigrãtem poſt reſignationem per viginti dies vivere, lib.2.cap.14 num.37.& 38.
Vt fiat tranſitus ad arctiorem religionem, licentia imploranda eſt, lib.2.cap.27.num.11.
Vter magis vitiet iuriſdictionis prorogationẽ error, an metus, lib.2.cap.12.num.81.uſq.85.
Vtiliſſimum Reipublicæ meretrices adeſſe, lib. 2. cap.41.num.1.& 2.
Vtrum poſt Concil. reperiãtur profeſſiones tacitæ, lib.2.cap.10.num.15.
Vtrum circumciſio contuliſſet gratiam per modũ operis operati, lib.2.cap.17 num.20.
Vtrum infantibus per communicationem gratia augeatur, ibi, num.45.
Vtrum profeſſio cum retentione ſubſtãtiæ valeat, lib.2.cap.27.num.22.uſq.30.
Vtrum S.P. liceat abſque aliqua culpa communicare cum excommunicato, lib.2. cap.31.n.29.
Vtrum collatio metu extorta ſit ſimoniaca, lib.2. cap.5.num.98.cum ſeq.
Vtrum oratio, quam navigantes timentes naufragium fundunt Deo, ſit actus religionis, lib. 2. cap.21.num.52.
Vtrum Tyrannus peccet uſurpatione iudicij, lib. 2.cap.15.num.52.uſq.64.
Vxor à marito olim probibebatur heres inſtitui, lib.2.cap.20.num.81.
Vxor malè tractari non debet, lib. 2.cap.19.num. 92.cum ſeq.
Vxor poteſt maritum profeſſum repetere, quando fuit profeſſus de eius licentia metu gravi extorta, lib.2.cap.27.num.38.& 39.
Vxor reſtituitur adverſus contractum metu factum, etſi poſteà abſente marito, durante tamẽ matrimonio, talem contractum ratificaverit, lib.2.cap.1.num.39.
Vxor ſi timet maritum, non tenetur illũ hæreticũ denuntiare, lib.2.cap.30.num.99.
Vxores viros dominos nuncupabant, lib. 2. c. 48. num.12.uſq.16.
Vxor præſumitur à viro occiſa, ſi priùs ab eo malè tractabatur, lib.2.cap.19.num.96.

S. Petr. Chryſolog. ſerm. 43.

Imperito verbo veniam dent Periti.

PARERGON

Ad lib. 2. cap. 11. poſt num. 40.

NEC obſtat huic ſententiæ *text. in l. 4. C. de pignor.* ubi non obſtante, quòd obligatio debitoris, & adceptio pecuniæ potuit eſſe vi, & metu facta, ſubſiſtit. Satisfit enim, quòd natura actionis quod metus cauſa eſt, ut detur ob damnum, *l. ſed & partus 12. D. hoc tit. Duaren. hoc tit. cap. 3.* Vnde cùm debitor nullum ſenſerit ex eo, quòd creditor ſine pignore mutuum exhibere noluit, hâc actione non experitur, ut acutiſsimè obſervat *Hotbom. in dict. l.* ſic eã contra DD. exponens: Vel eſt intelligenda de debitore pignus dare coacto neceſſitate debiti adcipiendi, ex *l. 12. C. de reſcind. vend.* creditore aliter mutuare non volente, ut *Gothofr. ibid. in dict. l. 4.* & prætendẽte poſteà ſe eo metu coactum. Nam ſi poſt creditum datũ vi compuleri creditor, utique vis hęc improba, cum iudicio experiri debuerit, doctiſsimè *Oſſuald. in Donell. lib. 15. cõment. cap. 38. litt. B.* Vel loquitur *dict. l. 4.* in debitore metu levi coacto, & compulſo, vel à ſe ipſo incuſſo, qui non dat locum Edicto, ut *Ego* ultra omnes noto.

Ad *lib. 2. cap. 41. num. 32.* adde *Alvar. Valaſc. conſ. 29 num. 4.* ubi tenet, quòd filius ſubcedit matri per vim cognitæ.

MADRIDII,

EX OFFICINA FRANCISCI MARTINEZ,

ANNO CIↃ IↃC XXXIV.

99 361-06